Ioan.Mona.quod licèt Princeps etiam constitutionibus con-
dendis possit sibi legem indicere per verba derogatoria,vt d.l.
si quis.tamen alteri successori indicere non potest:quia par in
parem &c.vt in c.fi.ĩ. de rescrip. & ita transit hic Ioan. And.ex
cuius dicto duo notanda inferuntur . Primò quòd clausula de-
rogatoria apposita in lege vel canone operatur effectū in qua
libet lege vel canone condito ab eodem : vnde a. lex condita
ab eo non reuocaret tunc priorem contrariam nisi de ea face
ret expressam mentionem nisi per clausulam derogatoriam,
quæ est notabilis limitatio ad istum tex. Sed aduerte : quia do.
Anto.in c.quæ in ecclesiarum.š.eod.titu. intelligit hoc verum
quando in lege esset clausula derogatoria volūtatis. puta quia
in ea dicatur quòd non valeat contraria constitutio : & tunc
non valeret secunda illi contraria, nisi facta mentione de pri-
ma , vt š. secus si clausula est derogatoria solennitatis : vt quia
dicitur in lege quòd si fiat contraria constitutio non valeat ni-
si certa solennitas interueniat: quia tunc valebit secunda con-
stitutio illi contraria etiam non facta mentione de prima vel
de ipsius clausula per no. in l. humanum. C. de legibus. Bart.
tamen in dicta l. omnes populi. in 3.quæst.principali,reprobat
dictam distinctionem tenens indistinctè vtroq; casu esse idem
dicendum per dictā l.si quis. & prout tenet hic Ioan. Mona.&
Ioan. And. & ita transit Imo. in dicto c. quæ in ecclesiarum,in
9. colum. quod est not. limitatio ad istum text. hic.vide omni-
no Bal.in l.humanum.C.de legibus.Secundò infertur ex dicto
Io. Mona.š. ꝙ clausula derogatoria apposita per conditorem
legis nihil operetur contra successorem qui poterit reuocare
priorem,licet de ipsa non fiat mētio. Sed istud dictum in hoc
cōmuniter reprobatur,vt dicit Io. de Imo. in d.c. nōnulli.in.3.
colum. quia est cōtra tex.ibi,& in d.c. ex parte.secundū Domi.
hic. & Ioan.And.in c.2.ĩ.de præben.& facit quod not.in proę.
clemen.in.§.nos.Nec ob.c.fi.j. de rescrip.quia successor poterit
reuocare:tamen erit necesse fieri mentionem de ipsa constitu
tione cum ipsa clausula derogatoria operetur suum effectum
etiam circa successorem.argu.d.§.nos. & l.proponebatur.ff.de
jud.ꝙ no.Dixit tamen hic Pet.de Ancha.secus esse in rescrip.
vel priuilegijs concessis cum clausula derogatoria:vt tunc nō
operetur effectum contra successorem & hoc propter proba-
bilem errorem facti . Sed certe hoc dictum non videtur pro-
cedere,vt tenet Ful.in suo consi.227.ꝙ inci.casus talis est in ona
sterijs,put refert hic ipse Pe.de Ancha.puta si Papa eximit mo
niales ab omnibus exactionibus nunciorum & legatorum
sedis apostolicæ derogando omnibus priuilegijs legatorum
contrarium continentibus:nisi de illo indulto facerent specia
lem mentionem de verbo ad verbum quod tali indulto non
erit derogatum.licet successor in papatu concesserit postea le-
gato vt possit ab omnibus exigere procurationē etiā ab exē-
ptis non obstantibus quibuscunq; priuilegijs de quibus opor
teret fieri specialem & expressam mentionem.& tenet ꝙ per
illud vltimum non derogetur primo ex quo oportebat fieri
mētionem de verbo ad verbum.& vide etiam per Fede.in suo
consi.46.in fi. ꝙ inci. habita:de quo etiam per eum in repe.c.si
propter.j.de rescrip.& per Domini.in d.c.2. & per Dy. in reg.
quod semel.ĩ.eo.lib.& per Doct.in d.c.j.de excel.præla.vbi de
13 his. † Sed dubitaē an clausula derogatoria apposita in vno sta-
tuto operetur circa aliud statutū quod de nouo fieret per eos-
dem statuentes vel successores: puta dicit statutum quod refor
mationes nō possint fieri nisi sub certa forma & modo,postea
populus congregatus fecit reformationes non seruata illa for
ma an valeant? Cy.in sua disputa. quę incipit quæstio talis est,
præcessit,&c.tenet quod non. Idem tenet Bar.in.d.l.omnes po
puli. Bal. tamen in d.l. humanum. concludit quòd aliquando
verba sunt derogatoria potestatis & nihil operantur. Aliquan
do sunt derogatoria formę seu solennitatis . puta ꝙ de cętero
nulla reformatio valeat nisi sub tali forma : & tunc non vale-
ret contrarius actus in futurum. secus si exprimatur certa for-
ma & clausula derogatoria nō est expressa,sed tacita, quia tūc
per factū cōtrariū posset illi simpliciter derogari per tex.no.in
l.fi.in fi. prin.ff.de lega.2.Aliquādo verba sunt derogatoria vo
luntatis.& tūc clausula derogatoria operatur nisi fieret mētio
de ea sm Bal. ibi cōcludentē quòd sufficeret fieri mentionē di
cendo,nō obstante tali statuto vel nō obstante aliquo statuto
vel lege in contrarium loquēte.& ibi notab. per eū referentē
Cy.idē tenuisse de quo plenius no. in d.c.j.ĩ.de excel.plarorū.
In

ADDITIONES.

a Celsus. Cōtra ius.Adde Panor.in rub.de rescri.nu.2.& quod ibi no.in apost.
ad eum in ver.contra ius.Feli.c.nonnulli.col.12.ver. secunda regula. eo.tit.
& Alex.consi.2.vol.5.& consi.7.& 8. & consi.67. vol. 2.
Vinc.G. Adde ꝙ rescriptū ptinens quascunq; clausulas generales & cum clau
sula non obstantibus,seu per quamcunque generalem constitutionem non
censetur derogatum priuilegio concesso vniuersitati vel collegio cum il-
lud sit concessum causa publicę vtilitatis Thom.Gram. Decis. 203. nu.2.
b Nic.Supe. Rescriptum.Adde gl.in c.j.de priuile.lib.6.Bald.in l.fi.in 3.colum.
C.de rei vendi.Abb.in rub.ĩ.e.rescrip.
V.G. Adde in materia Rescripti & priuilegij,ꝙ Priuilegium & consuetudo
ęquiparatur,tradit Franc.Bald.in tract.de præscrip.q.5.nu 14. quod habetur
in 3.lib.Tract. fol.41. Rescriptum autem deuians a consuetudo & antiquo
stilo præsumitur falsum Alc.in trac. de præsumpt.præs.30.nu.6.quod habe-
tur in lib.8.Tract.fol. 382.

14 † In glo. in ver. cum sint. in prin. conclude ex dictis Archi. hic & aliorū Docto. q ius cōe dr̄ publicum quo ad omnes & omnes scire & obseruare tenentur, vt in c.1.ē.eo.titu. & l. leges sacratissimę. & l. leges vt generales. C. de legib. ideo est quod per secundam constitutionē ꝯrariam primę intelligitur prima reuocata, quia superior præsumitur scire iura cōia & publica, vt hic in tex. secus est in statuto vel consuetudine quæ dicuntur ius priuatum ipsius loci. 9. distinctione. catholica. & sic sunt facti, & in facto consistunt, quatenus respiciunt certum locum, ex quo non sunt vniuersalia. ideo superior præsumitur ignorare. vnde nec reuocare intelligitur, vt hic in tex. Sed quo ad subditos statuta & consuetudines dicuntur esse iuris, ex quo eos ligant, vt 50. distin. ius ... le. & c. consuetudo. & ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. & ... de quibus. ff. de legi. s̄m Pau. & Bal. hic. vnde locales consuetudines quo ad ipsum locum dicūtur ius cōe, vt est tex. in c. cum venissent. ē. de eo qui mit. in possess. cō. est, quia a iure cōi confirmantur, vt dicta l. omnes populi. Ex quibus omnibus dictis, & ex isto tex. infertur primo q subditi non possunt allegare [a] ignorantiam statuti vel consuetudinis ipsius loci, quæ quo ad eos dicuntur esse iura, vnde ignorātia non excusat, vt in regu. ignorantia. j. eo. lib. & quia eorum quæ sunt publica & nota in loco non potest allegari ignorantia, vt in c.1.ē. de postulatio. prælatorum. & per glo. in regu. pręsumitur. j. eodem lib. Secundo infertur q alienigenę, & nō subditi possunt allegare ignorantiam statuti, & consuetudinis ipsius loci, vt hic probatur, de quo tamen, & per gl. in l. item Mela. ff. ad l. Aqui. & per Doct. in l. j. C. de sum. tri. & fi. catho. Tertio infertur q iudex loci non possit allegare ignorantiā statuti ipsius loci, quia sicut iudex non debet ignorare iura cōia, vt l. 2. ff. quod quisque iu. ita nec statuta loci, quæ quo ad subditos dicuntur esse iura cōia, vt ē. vnde dicebat no. Bald. in l. j. C. vt q̄ desunt. in prin. q licet statutum non fuerit allegatum vel productum in causa coram iudice, tamen iudex tenetur iudicare, & seruare sicut iura, quia sicut iura cōia non est necesse q allegentur, quia quilibet præsumitur scire, vt ē. nec etiam q probētur quia iura sunt certa, vt l. 2. ff. de iuris & facti ignorantia. & not. in dicta l. ornamentorum. & ab omnibus debent obseruari absque eo q allegentur vel probentur, vt in dicto c. 1. ē. de consti. Ita & idem est in ipsis statutis quæ dicuntur esse iuria cōis quo ad subditos, & quo ad iudicē, vt ē. & ita tenet do. Nico. in c. pastoralis, circa fi. ē. de fide instrumen. & Bar. in dicta l. omnes populi, circa finem. quod tamen limitat esse verum, nisi essent statuta non publice nota, puta formationes nō incorporatas in volumine statutorū: quia deberent allegari, & probari coram iudice. argumen. tex. hic, & in dicto c. pastoralis. & l. cum prolatis. ff. de re iudi. & ibi per Bart. secus si talia essent publicè nota in loco: quia tunc iudicaretur de eis prout & de ipsis statutis s̄m do. Nico. in d. c. pastoralis. circa fi. & tunc snīa lata ꝯ statutum vel reformationes esset nulla, prout est dictum ē. in notabilibus. in 4. no. Idem limitat Bart. in d. l. oēs populi. procedere in statutis eiusdem ciuitatis vel loci: secus in statutis alterius ciuitatis vel loci: quia tunc illa dicuntur esse facti & in eis cadit probabilis ignorantia, vt hic in tex. & deberent ꝓduci & probari coram iudice, vt ibi per eū: & in rub. ff. de no. ope. nun. & per Doct. in d. c. pastoralis. Quarto infertur ex prędictis, q licet subditi non possint allegare ignorantiā consuetudinis loci, vt ē. tamen iudex potest quia dicitur esse quid facti, vt hic in tex. ideo debet consuetudo allegari & probari: vnde qui allegat consuetudinē eam probare debet, vt est tex. in c. cum dilectus. de consuetu. & in l. j. C. quæ sit longa consuetudo. Hoc tamen limita primo nisi consuetudo esset scripta: quia tunc iudicatur de ea tanq̄ de ipso statuto in loco secundū Bal. in d. l. j. C. vt quæ desunt. Secundo limita, nisi ipsa consuetudo esset publica & notoria in illo loco, quo casu dixit Bald. in l. si quis non dicam. C. de epis. & cleri. post principi. q iudex ita debet seruare cōsuetudinē sicut statutum. & ita debet puniri de transgressione consuetudinis, sicut de transgressione legis scriptę, dummodo consuetudo sit publica, & notoria tam in populo q̄ in iudicio, & tunc snīa lata contra consuetudinē esset ipso iure nulla s̄m Bal. in l. a. circa medium. C. qn̄ prouocare nō est necesse. dicentem secus esse si consuetudo non esset publica: quia valeret snīa contra cōsuetudinē propter probabile dubium facti, vt hic in tex. Posset tamen a tali snīa appellari, & in ipsa appellatione reformari, vt est tex. in d. c. cum venissent. qn̄ vero consuetudo esset probata in iudicio, tunc si iudex iudicaret contra consuetudinem faceret litem suam: sicut si iudicaret contra ius cōe, vt est tex. in auth. iubemus. C. de iudi. & ibi per Bal. quod no. vide per Bart. in l. a. §. quod obseruari. C. quæ sit longa consuetudo. & in l. 2. in fi. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. & per Io. And. in c. fi. ē. de consuetu. versi. circa quartum.

15 † In eadem glo. ibi, ius cōe. tene menti glo. & ita allegatur singulariter q statutum disponens idem quod ius commune, censetur tunc ius cōe, & nō statutum quo ad effectum de quo loquitur glo. hic. scilicet vt reuocato iure cōi intelligatur reuocatum ipsum statutum. Sed quo ad alios effectus censetur mere statutū [b] s̄m Bart. in l. j. ff. ad legem falcidiā. in prin. Hinc est, q qn̄que addit ad ius cōe, quia ꝓducit actionem vel confirmationē s̄m no. in d. l. de quibus. & in l. a. C. quæ sit lon. consuetudo. qn̄que interpretatur ipsum ius cōe, quando super eo essent opiniones s̄m glo. in cle. j. in prin. de elec. de qua materia vide per Imo. plene in d. l. j. in prin. & in c. a. 1. ē. de rescrip. in 10. col. & in fi. illius c. vide dicta in c. 2. j. de præben. & p Bal. in suo tractatu de consti. in fi.

16 † In eadem glo. ibi, & facit quod notat Inno. & c. no. ex glo. q licet rescriptum impetratum s̄m ius cōe non tollat priuilegium, si de illo non facit mentionē, vt in c. cum ordine. ē. de rescrip. & licet s̄m priuilegium nō tollat primum ꝯtrium, nisi de eo fiat mentio, vt in c. veniens. ē. de præscrip. tamen vbi priuilegiū contineret idem quod ius cōe, tunc de tali priuilegio non esset necesse facere mentionē, quia iudicatur de eo sicut de iure cōi, vt est glo. nota. hic, & in c. 1. ē. de rescrip. & ibi ita tenet Imo. in 2. colū. vbi vide per eum pro quo est glos. notabi. in ver. corporali. in c. vt circa. j. de electio.

17 † In glo. ibi esset absurdium. no. ex glo. q reuocata lege censetur reuocata ipsa cōsuetudo, per quam in locis particularibus introducta erat obseruātia legis cōmunis, quod tamen limita, nisi in loco esset scandalum, si ipsa lex reuocata non obseruaretur, quo casu licet sit reuocata ipsa lex: tamen ipsa consuetudo obseruari deberet s̄m glo. & do. Ant. in c. super eo. ē. de cogna. spiri. Et an reuocata lege cēseatur reuocatus effectus iam causatus ex illa lege. vide glo. notabi. in ver. pro infectis, in clemen. j. de immuni. eccle. & ibi per Pau. cuius dicta refert hic Domi.

18 † In glo. in ver. rationabilia, in princ. tene menti glo. q quæ consuetudo dicatur rationabilis vel non, iudicis arbitrio relinquitur. & de materia vide tex. j. distin. consuetudo. & per Archi. 12. distin. illud. & 4. distin. §. leges. & plene Ioan. And. in c. fi. ē. de ꝯsue. in 7. mēbro. & ibi plenè per Doct. & ibi per Imo. super glo. penulti. in 3. colum. & in fi. c. in antepenul. colum. Et dixit hic Archid. & Ioā. An. q statutum episcopi ad hoc vt dicatur rationabile requiritur consilium capituli, vt in c. quanto. ē. de his quæ fiunt a prælato. si tamen sine causa illi de capitulo ꝯdicerent non nocerent & haberentur pro cōsentientibus, vt 65. distin. c. 1. in vlti. glo. s̄m Archi. hic. & 18. dist. super gl. summæ. & ita residet hic Io. An. & ex his infertur q in statutis condendis per prælatum requiritur consilium capituli non cōsensus. Et intellige dictum Archi. ē. q capitulum ꝯdicens sine causa habetur pro consentiente qn̄ requireretur consiliū, non aūt qn̄ requireretur ꝯsensus s̄m do. Anto. & Dom. hic. Et dixit hic no. Bal. q in dubio omne statutum, & omnis consuetudo præsumitur q sint rationabilia, nisi ꝯtrium probetur. facit quod nota. per Bal. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. & per Bal. in l. lege. C. de leg. hę.

19 † In glo. in ver. expresse. ibi ius resistit. tene mēti ex glo. q eo ipso q ius resistit consuetudini consuetudo dicitur esse irrationabilis, ex quo infertur q contra illud ius talis consuetudo de nouo induci non possit, quia sic intelligitur dānata etiam futura cōsuetudo. & ita tenet glo. in clemen. si vna. de rebus ecclesiæ. quod procedit qn̄ ius cōe resistit consuetudini declarando ipsam irrationabilem: vel ipsam improbando, vt irrationabilem. & ita tenet Pau. in d. clemen. si vna. & fuit dictum Inno. in c. ex parte. ē. de consuetudi. in glo. mag. in ver. sed distingue. & ita procedat quod dicit Pau. in clemen. statutum, de elec. Sed si ius resistit cōsuetudini ad finem tm̄, vt pręteritam consuetudinē tollat, quæ aliter non tolleretur, vt hic in tex. tunc contra tale ius bene posset induci consuetudo. & sic non videtur improbata futura consuetudo, & ita procedat glo. in d. clemen. statutum. in ver. consuetudinem. & ita tenet

Pet.

ADDITIONES.

a Nic. Supe. Allegare. Adde, an alleganti ignorantiam statuti sit standum eius iuramēto. vide glo. in ver. non probatur. in c. proposuisti. 82. dist. Abb. consi. 36. incip. videtur primo dictos pontifices. in 1. vol.

b Celsus. Censetur mere statutū. Adde, circa hanc quæstionē de iudice qui iurauit seruare statuta, & iudicat contra statutum disponens id quod ius commune, an incurrat periurium. Lud. Ro. sin. suo. 34. inci. iudex iurat seruare. & Gem. in c. ex parte nu. 3. & quod ibi notant in apo. ad ipsum in ver. de iure cōmuni. infra de verbo. signi.

-Adde q statutum non recipit interpretationem a iure communi, quando apparet, q voluit ab eo recedere. Goz. consi. 19. nu. 19. V. G.

Pet. de Perusio in tractatu canonicè parochialis. in 5. c. ad finē. Si verò dubitatur ad quem finem ius improbet consuetudinē. tunc si lex disponit in reseruatis Principi vr̄ ēt futuram cōsuetudinem improbare, vt no. in c. 1. j. de cleri. ęgrotan. & idem ēt in omnibus alijs casibus, vt videatur reprobata ēt futura ꝯsuetudo cum talis consuetudo sit irrationabilis, ex quo habet repugnantiam iuris cōis, vt hic in glo. & ita tenet Cyn. in l. 2. C. q̄ sit longa consuet. & Bar. in l. si mihi & tibi. ff. de lega. j. Fallit primo, nisi consuetudo in futurum inducatur ex noua ratione, & ex noua vtilitate, argumen. tex. hic, dum dicit dummodo tamen sint rationabilia. & facit tex. in c. non debet. in prin. ȝ. de consangui. & affi. & ita tenet domi. Anto. in c. fi. ȝ. de con-
10 suetudi. Domi. hic. † In glo. fi. ibi hoc intendit. Idem sequitur Bal. de Iustinia. C. compo. circa medium. & ita hodie est tenendum per tex. hic. vel potest dici, ꝙ ibi loquitur quędā lex, quæ consuetudine sequitur adiuncta est iuri quod vtilitati publicè prouidet, vt illa duo simul iuncta tollant consuetudinē ēt si de ea non fiat mentio s̄m Ioan. Mo. & Io. An. Et vide per Io. And. in ver. volumus. in c. 1. j. de cleri. coniuga. an semper videatur reprobata consuetudo ꝯria ēt si de ea non fiat mentio q̄ñ in ꝯstitutione noua apponatur verbū nolumus, de quo ēt ibi ꝑ Doc.

SVMMARIVM.

1. *Statuta in quibus apponitur pœna appellantur sententia, & dicitur sententia iuris.*
2. *Statuta facere est iurisdictionis.*
3. *Statuta & eorum pœna, an ligent ignorantes.*
4. *Iura dicentia ignorantiam excusare sunt intelligenda de ignorantia iusta. & nume. 5.*
6. *Statuta an possint probabiliter ignorari a subditis statuentis.*
7. *Statuti pœna quando ligat ignorantes, vel non. & nu. 8.*
9. *Ignorantia quæ dicatur probabilis.*

CAP. II.

VT animarum. Primo ponitur dictum. Secundo eius limitatio. ibi, dum tamen. † No. primo ibi statuta, ꝙ statuta in quibus apponuntur pęnæ appellantur sn̄iæ, & dicitur (1)
a sn̄ia iuris, [a] vt in c. pro humani. j. de homicidio. vel canon latę sn̄iæ, vt l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. & 17. q. 4. si quis suadente. Differt tamen statutum a sn̄ia diffinitiua: quia sn̄ia non debet ferri sub cond̄one. 2. q. 6. biduum. secus in statuto vel decreto, vt j. §. proximo. & no. in c. præterea. ȝ. de appel. & ita dicit Io. And. in c. cum omnes. ȝ. eo. adducens aliam differentiā: quia non sufficeret ꝯdicere sn̄ię, nisi ab ea appelletur, vt l. ab eo. C. quomodo & q̄ñ iu. & 2. q. 6. §. diffinitiua tamē in statuto tendente ad præiudicium alterius, vel q̄ñ esset iniquū sufficit ꝯdicere, vt sic veniat reuocandū, vt ibi per eum. de hoc tamen, an statutū iniquum, vel tendens ad præiudicium alterius sit ipso iure nullum, vel veniat reuocandū vide plenè per Imo. in dicto c. cum omnes. in antepen. col. & per Bart. in l. ambitio-
2 sa. ff. de decre. ab ordi. fa. † Secūdo no. argumen. ꝙ potestas statuēdi sit iurisdictionis, ex quo statutum appellatur sn̄ia, de quo
3 tamen per Bar. in l. oēs populi. ff. de iusti. & iure. † Tertio no. ibi ignorantes. & ita allegatur: quod statutum & eius pęna non li-
4 gat probabiliter ignorantes, de quo j. in glo. † Vltimo no. ꝙ iura dicentia ignorantiā excusari: debet intelligi de ignorantia
b iusta [b] non autem de crassa & supina, quia talis ignorantia nō excusat. imò æquiparatur scientiæ etiam in pœnis, vt est tex. hic. facit c. penul. ȝ. de cleri. excom. & idem dicitur de affectata ignorantia. in c. fi. ȝ. de clande. despon. imò dixit glo. notabi. in ver. scienter, in cle. j. de ꝯsang. & affi. quod si ꝯstitutio pęnalis ligat scientes tn̄ tm̄ includit ēt ignorantes ignorantia non probabili: quod no. & quæ dicatur probabilis ignorātia patebit j.
5 † In glo 3. ibi idem in alijs. Idem tenent hic Doct. & sic intelligatur in statutis punientib. id quod aliàs non erat prohibitum de iure cōi siue pęna sit tp̄alis siue sit spiritualis & aīam respiciat de quo j. An aūt idem sit in sentētijs latis ab hoīe. vide per glo. in c. a nobis, el j. ȝ. de sen. excom. vbi ꝯcludit quod sic si sententia est gn̄alis: puta in casu c. constitutus. el j. ȝ. de testib, secus in sn̄ia particulari lata ꝯ aliquem: quia illa ligat ēt ignorantem per no. in d. c. pen. s̄m Io. And. de quo vide quod plenius no. in c. j. §. j. j. de cōces. pręb. & ibi an præcepta & mandata iudicis &
6 eius pęna ligent ignorantes. In glo. in ver. statuta in fi. patet ergo iuncto tex. quod ēt subditi statuentis possunt habere probabilem ignorātiam statutorum. puta vt dicit Inno. in c. dudum. ȝ. de conuersio coniug. q̄ñ quis de nouo venisset ad locum statuti & statutum non esset notum cōiter. de quo per Spec. in ti. de ꝯsuc. in prin. & per Doc. in d. c. a nobis, & in c. 2. ȝ. eo. & per Host. in summa eo. tit. §. q̄ñ ꝯstitutio, ver. quid de cōstitutionib. vbi no. quod de arbitrio iudicis requiritur a quo tempore ligēt statuta. & intra quantum tp̄s absentes pręsumant̄ habere notitiam. ideo si aliquis tanto tp̄e moratus fuit in loco quod verisimiliter potuisset se informare de statutis & ꝯdōnib. loci & non fecit tunc talis dr̄ supina ignorantia. idem si esset de loco proximo & assidue ibi conuersabatur: quia quis præsumitur scire mores eorum cum quib. est ꝯuersatus, vt ȝ. de elect. postquam. & ȝ. de præsum. quanto. & c. quosdam. Idem dicit Bart. in l. j. C. de summa Trini. quod pręsumitur sciētia, vel saltem diceretur esse in supina ignorantia q̄ñ factum est cōiter dānatum per loca propinqua & vicina. j. sicut est portare arma vel bladum per aliud territorium vel ire de nocte vel non soluere gabellas cōsuetas, facit quod no. Io. And. in addi. Spe. in tit. de ꝯsue. Et ideo
c glo. 8. dist. quæ ꝯ mores. simpliciter dicens quod peregrini [c] nō ligant̄ pęnis statuti ciuitatis, sed bene habitātes ibi ad tp̄s: dēt intelligi s̄m p̄cedētia dicta. Et ita tenet Imo. in c. 2. ȝ. eo. in 8. col. in fi. de quo etiam per Bal. in d. l. j. & in l. leges sacratissimæ. C.
7 de ll. & ibi no. per eum, & vide j. in fi. gl. in ver. supina. † In glo. in ver. ordinariorū in fi. & prout hic patet ex tex. in ver. quorūcunq; ēt in statutis in inferiorib. ab ep̄o habet locum iste text.
d quia appellatione [d] ordinarij veniunt etiā inferiores ab episcopis, vt per glo. in c. ordinarij. in prin. j. de offi. ordi. & ibi dicet.
8 † In glo. in ver. ignorantes. in fi. aduerte ad duos casus. Primo quando statutū imponat pœnam pro aliquo facto non damnato de iure cōi, & tunc s̄m omnes pœna statuti non ligat ꝓbabiliter ignorantes. Secundo q̄ñ statutū imponit pęnam pro delicto iam damnato de iure cōi. & super hoc conclude, quod aliq̄ñ statutum profert sententias censurę, quæ est excōicatio suspensio vel interdictū, vt in c. querenti. ȝ. de verb. sig. & clarū est s̄m oēs, ꝙ talis pęna non ligat probabiliter ignorantes etiā si suam censurę proferatur a statuto pro facto, aliàs prohibito lege diuina: ratio quia talis sn̄ia non profertur, nisi pro contēptu clauium, vt xj. q. 3. nemo, sed qui ignorat non contemnit, vt in c. cum voluntate. ȝ. de senten. excom. & in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex qui. cau. in pos. eatur. Aliquando statutū imponit, alias nouas pęnas pro facto iam damnato de iure cōmuni, & in hoc sunt opi. quia glo. in d. ca. a nobis. tenet quod etiam ignorans incidat, tunc in pęnam statuti. Idem sequitur Cy. & Bar. in d. l. j. quia in talibus, ex quo quis scit se delinquere meretur pęnam: non s̄m opin. suam, sed s̄m veritatem, vt l. cum qui. ff. de iniurijs. Ad idem. l. vulgaris. §. si quis. ff. de furtis. & cum hac opi. simpliciter transit domi. Anto. in d. c. a nobis. Sed glo. hic. & glo. 3. ȝ. tenent ꝯrium. vt indistinctè pœna statuti non liget ignorantes, & ita transit tex. hic generaliter, & indistinctè loquens. & sequitur hic Io. An. Ita etiam tenet Pe. de Anch. in d. c. a nobis. idem etiam sequitur do. Anto. in c. 2. ȝ. eo, vt tali casu ignorans sit puniendus non pęna statuti, sed solū pęna iuris cōis, & adducit no. per Pau. in proę. clementi. & hāc opinio: sequitur etiam hic Domini. & eam videtur sequi Ioā. de Imo. in dicto c. 2. licet referat ibi. Io An. de Ligna. tenentē, quod si pęna imponitur a statuto ipso iure, tunc procedat opi. glo. & Io. And. hic. Sed si imponatur per sn̄iam, tunc s̄m eū poterit illam iudex imponere si ei videtur, vt ibi per eum. Sed certè indistinctè tenenda videtur opi. glo. hic. & Ioā. And. per istū tex. per no. in regu. odia. & in reg. in pęnis. j. eo. lib. vt sic dicamus, ꝙ dispositio huius tex. emanauerit ad decidendum dubia prædicta, arg. l. quod labeo. ff. ad Trebel. vide tamen per Bar. in l. diuus. ff. de Sica. et in l. j. ff. de leg. Pro Bar. tamen facit tex. in fi. de crimine expil. hæredi. Ibi nihil mutat æstimatio suscipiētis. et vide quod no. in c. si verò. el 2. ȝ. de senten. excom. et per Ioan. And. in regula, quod quis in mercurialibus. in glo. in ver. supina

ADDITIONES.

a Celsus. Dicitur sententia iuris. Adde cui iuris. Bart. in l. stipulationum alie. col. fi. & ibi do. & do. Ale. in vlti. col. versi vltra glo. ff. de verb. obli. idem Ale. in l. more. col. 5. de iurisd. om. iud. & in l. fi. post Bar. ff. de pe. Bald. & Lud. Ro. in l. j. inuiti. cha. C. qui admit.

b Celsus, De ignorantia iusta. Adde Bal. in c. 1. §. vasallus in titu. si de feu. fuerit contro. inter do. & vasal. & in l. errore. col. 4. de iur. & facti igno. & quid si sit præcōnizatum. vide Spe. in tit. de scientia. §. j. ver. quid si præconizatum. V.G. Adde, ꝙ ignorantia præsumitur vbi scientia non probatur, nisi in eo ꝙ est publicum & notum & publice scitur Thom. Gram. Decis. 36. num. 16.

c Nico. Supe. Quod peregrini. Adde, ꝙ dicta glo. in d. c. quę contra morem. est reprobata & tam reprobat Do. ibi & Fel. in c. ꝙ clericis. in prin. de fo. competen.
V.G. Adde, ꝙ Peregrini sine pera, & baculo non gaudent peregrinorum priuilegio fac. a canib. in trac. de represalijs. in Rub. de iniur. & dam. dat. nume. 44. ꝙ habetur in lib. xj. trac. fol. 19.

d Nic. Su. Appellatione ordinarij. Adde glo. in verbo loci. in c. quamuis. de vsur. lib. 6. & glo. in verbo diœcesano. in cle. j. de iure pa.

supina.in princi. no. ex gl. iuncto tex. quod vbi statutum simpliciter loquitur pœnam imponẽdo sufficit lata culpa, vel dolus præsumptus, nec requiritur verus dolus. facit l.j.§.Sceuola. & §.nunc autem.ff.si quis testamento. & ibi plene per Bart.& per glo.& Docto.in l.in act.ff.de in lit.iurando. & ibi quando
9 sit quod in criminalibus lata culpa æquiparetur dolo.† In ead. glo.in fi.patet, ergo quod illa dicitur probabilis ignorantia, q̃ non includit in se latam culpam, quia crassa vel supina ignorãtia dicitur lata culpa: leuis ergo vel leuissima culpa non facit quin ignorantia dicatur probabilis, & talis ignorantia excusaret a pęna, vt probatur ex hac glo. iuncto tex. & ita tenuit Cy. in l.si quis non dicam.C.de episco.& cleri. & vide glo.no.in l. liberorum.§.notanter.ff. de infamibus. vbi dicitur quod ignorantia iuris cõis est lata culpa.nam debet quis consulere peritiores, vt in l.bonorum.ff.de bonorum possess. & si hoc non facit dicitur lata culpa. Sed an idem sit dicendum in statutis, vt dicatur lata culpa ea ignorare, tex.& glo.hic facit q sic, intellige quo ad homines eiusdem municipij seu loci. In alijs vero personis caderet probabilis ignorantia, vt s.c.proxi. & hoc nisi ex aliquibus coniecturis posset verisimiliter præsumi oppositum, prout est dictum s. super glo.in ver. statuta. & ita tenet do.Anto.& Imo. in d.c.2.in penul col.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatione, sicut appellatur sententia, ita ipsa excõmunicatio.*
2 *Laici in materia delicti subijciuntur statuto episcopi.*
3 *Episcopi dicuntur habere territorium, in quo habent iurisdictionem.*
4 *Iurisdictio alicuius, sicut non extenditur extra eius territorium, ita nec eius statutum.*
5 *Episcopi possunt facere statuta pęnalia, & possunt subditum bannire.*
6 *Delegati ad vniuersitatem causarum, an possint facere statuta.*
7 *Statutum episcopi an liget ipsum episcopum, & archiepiscopum delinquentem in sua diœcesi, & nu. 8.*
9 *Statuta debent intelligi, vt dent formam futuris negotijs.*
10 *Exemptus delinquens in loco statuti episcopi, an possit puniri per episcopum. & nu. 11. & 12.*
13 *Episcopus an possit excommunicare existentem extra suam diœcesim.*
14 *Sententia lata per statutum, an indistinctè liget delinquentem extra territorium. & nu. 15.*
16 *Quid si conueniatur in territorio ratione fori domicilij, an possit accusari de delicto alibi commisso.*

1 STatuto. † Nn.primo, q sicut absolutio ab excommunicatione appellatur sententia, vt xj.quæst.3.§.2.ita,& ipsa excõmu.sententia appellat. sic infra de senten. excõmuni.per totum, dicitũ hic Arch.& Io. And.quod impropriè excõicatio dr̃ snia, quia potius punit, vt xj.q.3.nemo episcoporum.& 24.q.3.corripiuntur, q imponat finem causæ, & sententia dr̃ illa quæ causę finem imponit, vt ff.de re iudi.l.2. & per glo.2.q.6. biduum. ex
a quo no. quod appellatione[a] sniæ propriè non venit excõicatio quod no.ad statuta, de quo plenius in rub.s. de senten. excõ. posset tamen dici quod snia excõicationis sit interlocuto-
b ria, cum omnis[b] vox iudicis faciens ad causam dicatur interlocutoria sm gl. in Auth.de litigiosis.§.omnem.& 2.q.6.§.diffinitiuam, & per glo.no.in ver. diffinitiua. in clemen j. de sequest.
c possess. Et an snia excõicationis possit ferri die[c] feriata, Lapus hic, quod sic. Idem tenet Spec.in ti.de ferijs.§.sequitur. versicu. porro. qd̃ intelligit hic Imo.& Domi.quando excõmunicatio habet proferri ex causa non requirente causæ cognitionẽ per no.in c. nouit. s. de offi. lega. de quo tamen vide quod no.per glo.xj.q.3.c.i.& in c.episcoporum.j.de præben. & in c.venera-
2 bilibus.§.porro.j.de sentẽ.excom. † Secundo no. ibi subditu. q in materia delicti, vt sic committitur peccatum, laici subijciuntur statuto episcopi.facit cap.nouit. & quod ibi no. supra de iudi.
3 † Tertio no.quod episcopi dicitur habere territorium, in quo iurisdictionem habent.facit 16.q.7.omnes basilicæ. & c.cũ episcopus.j.de offi.ordi.eo.libro. Quid autem in inferioribus prælatis. Ioan.hic remittit ad no.per eum in c.cum contingat.s.de foro competen.& ibi concludit quod de iure tale territorium non habent, vt est tex.ibi, & facit quod no.6.q.7.si quis. immo dixit Hostien.in dicto c.cum contingat.quod non posset consuetudine introduci quod inferior prælatus ab episcopo hẽat territorium in ea ciuitate, vel diœcesi cum episcopo, de quo ibi plene per Docto. Quid autem sit in exemptis? hic per Do-
4 mi. † Vltimo no.& ita allegatur quod sicut iurisdictio alicuius non se extendit extra territorium, vt habetur in l. fi.ff.de iurisdictio.omn.iudi. ita nec eius statutum, etiam si disponat super alias prohibitis de iure communi, quod procedit nõ solũ, quo ad personam, sed etiam quo ad res, & bona extra territoriũ, vt in l.cum vnus.§.si is qui.ff.de bo.aucto.iud.poss. Et idem si iudex vellet excedere terminos, vel quantitatem suæ iurisdictionis, de quo per Bald. in l. certa ratione.C. quando prouocare
5 non est neces. † In glos. in versic. statuto. in princi.not.glos. iuncto text. quòd episcopi possunt facere statuta pęnalia, immò possent subditum bannire, & rebellem facere sm Innocen.in c.1.s.de offi.ordi.& facit quod no.in l.nulli.C. de senten.& interlo.& possunt in eorum statutis augere pęnam iuris cõmunis, vt hic dicitur, & in c.ex frequentibus.s.de institutionibus. & per glo.in verbo tolli.in clemen.ne Romani.in prin.de electio. Dixit tamen hic Domi. q episcopi legati & alij ordinarij non possunt facere statuta contra ius cõe, & nõ valent, vt no. in c.vestra.s.de locato.& in dicta clemen.ne Romani. quod limitã, vt per glo.in verbo constitutus.in c.cum dilectus.s.de cõsuetu. Et idem si eorum statuta cõtinent id quod in sui genere esset iniquum: puta, q in omni causa valeant testes singulares vel sufficiat vnus testis, quia talia statuta non valerent.arg.l.fi. C.de fideicom.sed de hoc plenius vide per Bald. in l.dictantibus.C.de testa.& per Fede.in suo consi.17.& per Ioan. And.in c.fi.s.de offi.archipresby.& in c.fi.s.de appella. & per Imo.in c.ex tuæ.circa medium.s.de cleri. non residen. vide plene per Ioan.An.in c.fi.de appel in 6. an episcopus & legatus possint facere statuta. De legatis vero tenendum est, q non possint facere statuta quæ sint perpetua, vt no.in c.a nobis.el j.s. de senten.excom.& in dicto c.vltimo.per Ioan.And.in c. pro illorũ. s.de præben.dicentem, q si delegatus ferat generalem excommunicationẽ in cõdictores, talis snia non erit perpetua, sed expirabit eo mortuo, vel reuocato, sicut alias dicitur in trãslatione quæ fit coram delegato, quæ nisi confirmetur per superiorem non erit perpetua sm Doctores in c. de cætero. s. de transac.sm Lap.hic dicentẽ, quod inquisitores hæreticæ prauitatis non poterunt facere statuta ad instar delegatorum, vt j.de hære.c.ne aliqui.
6 † Ex quibus infertur, an delegati ad vniuersitatẽ causarum possint facere statuta. tex. in dicto c.a nobis.facit q non, nisi fuerit eis a superiore cõcessum sm Domi. hic. de quo ibi per glo.in fi. Et aduerte primo inquantum glo.hic dicit, q statuta episcopi, vel legati sunt perpetua, quia secus in eorum sententijs, sm glo. in dicto c.a nobis.intellige de sententijs interlocutorijs latis sine causæ cognitione, vt l.j.C. de postulando. & in l.fi.ff.de pęnis. aliàs sniæ diffinitiuę, vel interlocutorię cum causæ cognitione perpetuæ sunt, vt no. in c. pastoralis.§. j.s de offic.ordi. Quid autem de sententijs latis sub conditione. dic q si conditio existat post extinctã iurisdictionẽ, q non ligant.argu.c.præsenti.j.de offic.lega.& d.ca.pro illorum. Ideo dicit Ioã. And. in c.1.j.ne sede vacante, q si episcopus excõicat suum subditum, si aliquid alienauerit, & mortuo episcopo, & sede vacante subditus alienat, q non ligatur illa sententia, quia fuit lata sub conditione, & viuente episcopo conditio non euenit, licèt cõtrarium voluerit glos.23. dist. Salonitanæ. dicens q post mortem excõicatoris snia condõnalis non expirat. Et an snia lata sub condõne liget subditum, qui condõne pendente factus est alterius fori. Archi.hic tenet q non, sed vide per Ioã. And.in c.præterea.el 2.in fine.s.de appel. & in regu. cum sunt
7 partium.j.eo.lib. † Et vide hic per Archidiac.tenentem, q sta-
d tutum[d] episcopi liget ipsum episcopum, vel archiepiscopum delinquentem in eius diœcesi. Sed Ioan.And.cõtra, de quo plene per eum in regu. cui licet.j.eo.lib. & in c.1.s.de raptoribus. Item vide hic per Archi. an tale statutum episcopi liget priuilegiatum, q ab aliquo excõicari nõ possit si talis in diœcesi episcopi delinquit, & tenet q sic, de quo vide per Doctores in c. ne aliqui.j.de priuileg. An episcopi, & legati possint facere statuta in præiudicium, seu contra generalẽ consuetudinẽ ecclesiæ, vide per Ioan.An.in regula, q omnes.j. eodem lib. An episcopus cum capitulo possit facere statuta ad præiudiciũ tertij, & eccle

ADDITIONES.

a Nico.Su.Appellatione sententio. Adde tex.sing.secundum Cardi. Zaba. in c. Archi.in primo no.de off.archi.idem Car.c.cum ab ecclesiarum. in j.quæstio.de offic.ordi.

b Nico Su.Omnis vox iudicis.Zab.in repe c.perpendimus.in 27. col.de sentẽ, excom.Ang.in l. ex stipulatione.C.de senten.idem Ang.in rub.ff.de iu.

c Nico.Supe. Die feriato.Adde, an valet sententia facta die feriata, vide glo. infra l.j.ff de feri.l.si feriatis.e.t. Sal in l.si ut proponis.in primo no.C.quomodo, & quando iudex Spec.tit.de senten.in §.iuxta. ver. idem quod est nulla. V.G. Sententia lata die feriata etiam in vtilitatem hominum, adeo est nulla, ut partium consensus validari nõ possit. Lanfranc.de arb.in 7. par.q.31.

d Nico. Su.Statutum episcopi.Adde Archi.in c.licet canon.de ele.lib. 6. Io de Imo.in c.quæ in ecclesiarum.de constit.Abb.& Io de Imo. in c.cum accessissent.eo.tit.& Abb.in c.j.de rapto.Doc.in cle.ne Roma.de ele.

& ecclesiarum. vide per Doct. per Imo. in c. cum omnes. de cõsti. in ij. col. & in c. quæ in ecclesiarum. eod. titu. in vltima col. in fine. & in c. vestra. de locato. & in c. fi. de officio lega. An statutum episcopi liget subditos, & monachos, vel canonicos regulares. per Imo. in c. licet in corrigendis. š. de offi. ordin. & ibi dicta in recollect. An episcopus, & alij prælati possint dispensare contra eorum statutũ, vel contra cõsuetudinẽ loci. vide per Archi. in c. licet canon. j. de electio. & ibi per Io. And. super gl. in verbo carere. & ibi no. & per Ioan. And. in regu. cui licet. j. eodem libro. & per Imol. in c. quæ in ecclesiarũ. š. de constitu. in vltima col. in prin. & per dñm Nicolaum. in c. cum accessissent. in 4. col. de constitutio. & ibi plene per Imo. An episcopus [a] sine capitulo vel capitulum, [b] sine episcopo possit facere statutum. vide per glo. no. in c. 2. j. de verb. signi. & in c. cum consuetudinis. & ibi per Imol. in j. col. & ibi per dominũ Nicolaum de consuetudi. Et vide per Arch. & Io. And. š. c. proximo, tenentes ꝙ ad hoc, vt statutum episcopi dicatur rationabile requiritur consilium capituli, vt in c. quanto. š. de his quæ fiunt a prælato. si tamen sine causa illi de capitulo ɔ̃dicerent non noceret, & haberentur pro consentientibus, vt per glo. fina. 65. distin. c. j. & licet requiratur consilium non tñ requiritur consensus, vt per Io. An. š. c. proxi. De statuto legati de latere, vide plenè in c. fi. š. de offi. leg. & ibi per Doctores. vbi concludunt, qđ potest facere statutum absque [c] licentia vel consensu prælatorum prouinciæ vel populi, immo eis non vocatis, nõ tñ potest facere cõtra [d] ius cõe. De inferioribus verò prælatis ab episcopo, an possint facere statuta, tex. est quod sic in isto c. in verbo quorumcunque. De capitulo [e] vacante sede, quod possit facere statuta. glo. in verbo statutis. in c. cum aliquibus. j. titu. proximo. tenet quod sic. vide per Imo. in d. c. cum consuetudinis. in j. colum. in fi. Et an [f] tale statutum sit perpetuum, & liget successorem plenè per Fele. in suo consi. 16. tenentem, quod sic nisi reuocetur, sed erit in potestate sua reuocare. argu. c. fina. j. de rescrip. & quod no. in c. fi. š. ne prælati vices suas. vide per Imo. in c. 2. in fine. š. ne sede vacãte. Canonici in eorum ecclesia, an possint facere statuta sine consensu episcopi. vide per glo. in c. 2. j. de verb. signi. & per Doct. in c. cum omnes. š. de constitu. & ibi per Imo. in xj. colum. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. in j. q. prin. Quid de canonicis vel collegijs inferiorum ecclesiarum. vide per Imo. in d. cap. cum omnes. in 12. colum. & per glo. in ver. statutis. in c. cum aliquibus. j. de rescrip. Quid de vniuersitate, vide per Imo. in d. c. cum omnes. & per Docto. in l. fi. C. de iurisdi. om. iud. & per glo. in l. 2. C. de constituta pecunia. Quid de populo. vide per Imo. in d. c. cum omnes. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & per Imol. in c. quæ in ecclesiarum. š. de constu. circa finem, an possit facere statuta contra ius cõe. An cętus dominorũ Cardinaliũ possit condere. l. non contrariam iuri cõi. Rũ. videtur tex. quod sic in l. non ambigitur. ff. de legib. sed vide notata. in clemen. ne Romani. de elec. in l. fi. C. de legib. & 16. q. j. ecclesia. † In glo. in ver. commiserint. in prin. vide plene per Ioan. And. in c. Roma na hic alleg. super glo. quia tractat. vbi ponit plures differentias inter statutum, & sñiam. † In eadem gl. in fi. cum ergo hęc glo. non sequatur vltimam solutionem, sed redit ad primã. est notãda, quod vbi verba statuti possunt intelligi de præterito, & futuro in dubio debent intelligi potius, vt dent formã futuris negocijs quam præteritis, quia natura constitutionis, & statuti est proprie dare formam futuris, & non præteritis, vt in c. 2. š. eo. in tu. facit glo. in verbo receperint. in c. j. j. de cleri. non residen. & quod no. in l. cum tale. §. penul. ff. de condi. & demon. qđ tñ limita, nisi fauore liberationis qñ statutũ loquit̃ super remissione pęnarũ. puta si statutũ dicat quicunq; habuit pacẽ ab offenso liberet. vel q̃ cũq; fuerit bannitus soluẽdo decẽ liberetur an intelligat̃ & de his qui habuerũt pacẽ vel soluerunt ante factũ statutum. & ɔcluditur ꝙ sic, vt per gl. in d. l. cum in secundo. ff. de iniusto testamento. & ita tenet Imo. ibi in fi. & Pet. de Ancha. hic licet Imol. hic teneat ꝙ tunc intelligatur de præterito tantum ne detur materia delinquẽdi: sed tene. vt. š. Quid autẽ quando constitutio est veteris iuris declaratoria an trahatur ad pręterita vide per gl. no. in verbo censemus, in clemen. j. de cõcel. pręben. & per Domi in c. j. j. de cleri. non resi. & per glo. in ver. de cętero in proœ. clemen. & per Doc. in c. 2 & in c. fi. š. de constitutio. † In glo. in verbo dięcesim, in fi. pro declaratione eorum quę tractat hic Ioan. And. videnda sunt tria. Primò si exemptus delinquens in dięcesi episcopi. & in loco non exempto possit puniri per episcopum, secundum statuta ipsius episcopi & dic ꝙ sic: vt in c. j. j. de priuileg. & ita tenet ibi Io. An. facit. c. petentibus. š. de priuileg. & ibi per do. Ant. Intellige nisi talis esset exemptus etiam ratione delicti in loco & nõ exempto commissi: vt est tex. in d. c. j. & ita tenet Do. in c. j. j. de statu regularium. Secũdò an si exemptus delinquat in loco exẽpto in dięcesi episcopi ligetur statuto episcopi. & dic ꝙ non: vt in c. cum episcopus hic alleg. facit glo. 2. in cle. j. de vita & hone. cleri. de quo j. Tertiò an subditus episcopi delinquens in dięcesi: tamen in loco exempto possit puniri secundum statutum ipsius episcopi. Io. An. hic concludit ꝙ non per hunc tex. quasi locus exemptus sit extra territoriũ & iurisdictionem episcopi vt in d. c. cum episcopus facit. 18. q. 2. luminoso, & tex. in d. c. j. in fi. & in cle. archiepiscopus de priuile. per quę iura patet ꝙ exceptis quibusdam casibus nullam iurisdictionẽ habent episcopi in locis exemptis. vnde eorum statuta in illis locis nõ ligant sicut nõ ligant extra territorium cum locus exemptus & locus extra dięcesim æquiparentur, secundum glo. in ver. aut earum parte in cle. j. in prin. de foro cõpe. Sed aduerte quia Fede. de Sc. in suo. consi. 2. plenissimè disputans istam qõ. concludit contrarium: quia subditus episcopi delinquẽdo in loco exempto ligatur ipsius statuto. Nam licèt locus exemptus nõ sit sub iurisdictione episcopi: tamen dicitur esse de dięcesi: & in dięcesi: vt in d. c. cum episcopus. & facit glo. in ver. anni. in cle. j. de excessi. pręla. vnde non sequitur locus exemptus non est subditus episcopo, ergo æquiparatur loco extra dięcesim, vt ibi plene per eum quod patet, quia episcopus non potest sedere extra suam dięcesim, sine licentia habentis iurisdictionem in loco, vt in d. cle. j. de fo. competen. & tamen in loco exempto intra dięcesim potest sedere, sine licentia habentis iurisdictionem in loco exempto, quia sufficit consensus solius abbatis, vt no. in d. c. cum episcopus. & in d. c. luminoso. ſm Fede. ibi. Et hoc idem placet Bal. hic, quia subditus non potest excipere de loco exempto contra intentionem ordinarij iure cõi fundatam, & sic de iure tertij, arg. l. loci corpus. §. competit. ff. si seruitus vend. & ita etiam sequitur Pet. de Ancha. hic, & in repe. c. postulasti. š. de foro competen. in 4. q. quando prælatus loci exempti non haberet iurisdictionem quasi episcopalem in loco exẽpto, quia quicquid p priuilegiũ exẽptionis non acq̃rit̃ p̃lato vel loco exẽpto, intelligitur epo reseruatum. arg. eius qđ no. in c. audius. š. de pręscrip. & in c. cum capella. š. de priuileg. & in l. nec vtile. ff. ex quib. cau. maio. & in c. veniens. š. de præscri. & quod no. Io. And. post Inno. in c. pastoralis š. de dona. si enim aliud diceremus remanerent crimina impunita si delinquentes ibi non haberent alium ordinarium, quam Papã ratione difficultatis conuentionis. Item quia interest ordinarij, vt malis hominibus sua dięcesis purgetur, propter delicta autem cõmissa in loco exempto turbatur quies dięcesis ex qua ratione in multis iura reseruauerũt iurisdictionem ordinarijs contra exemptos, vt patet in clemen. 1. de senten. excom. & in c. ad abolendã. š. de hæreticis. Ad idem adducit. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cleri. vbi licet ecclesia non subsit iudici sęculari: potest tamen ipse punire delictum ibi commissum per laicum. Sed si per priuilegium prælatus loci exempti haberet ibi iurisdictionem, quasi episcopalem, tunc fit vera opi. Io. An. hic, tunc enim iurisdictio est in totum ab episcopo adempta, & ideo locus exemptus iudicatur territorium de per se. p no. in c. cum quidam. š. de iureiuran. per Inno. & Ioan. And. & per glo. in ver. dięcesim. in dicta clemen. ne Romani. Sed Domi. hic, simpliciter credit opi. Ioã. And. esse veriorem, quia duo requirũtur, ut quis ligetur per uiam statuti. Primo, ꝙ statuens habeat iurisdictionẽ in loco, ubi dirigitur virtus statuti, argu. tex. hic. Secundo, ꝙ persona sit ibi subiecta saltem rõne causæ pp quam vult illum litigare, vt patet. š. de consti. in c. ecclesia. & 97. distin. bene quidem. nec sufficit territorium, nisi detur iurisdi-

ADDITIONES.

a Nico. Su. An Epicopus sine capitulo. Adde gl. & Doct. in c. 2. de maio. & obe. Doct. in c. vestra de loc. Pan. de elea. in cle. ne Romani de ele. Car. Zab. in c. licet. in 3. no. de of. ord.

V. G. Episcopus sine consensu capituli potest ecclesiam inuestire de decimis noualium Ruy. cons. 153. nu. 10. li. 5.

b Nico. Su. Vel capitulum sine episcopo. Adde Ant. de Bu. & Ioã. de Imo. in c. cum omnes de consti.

V. G. Capitulum congregrare pertinet ad superiorem Cor. consi. 74. premitto litera. d. li. 4.

c Nic. Su. Absque licentia Adde Cardi. Alex. in c. regula in §. porro. 3. di.

d Nic. Su. Contra ius cõe. Adde gl. in c. fi. de hære. li. 6. & in cle. sępe de ver. sig.

e Nic. Su. De capitulo vacante sede. Adde Pe. de Ancha. in re. c. j. de consti. in antiquis. Ant. de. Bu. & Io. de Imo. in cle. ne Romani in 2. co. de ele. Fe. de Senis consi. 16. inci. capitulum ecclesiæ.

f Nic. Su. An tale statutum sit perpetuum Adde Doct. in c. fi. de of. le. Doct. in c. j. de loc. Arch. in §. j. 3. di. Car. Za. in c. cum omnes de consti.

risdictio in personam, & ut patet in d.c.ecclesia. & in c.fi. ꝫ.de
rebus ecclesiæ. cum ergo locus exemptus sit exclusus a iurisdi
ctione ordinarij, vt in c.a.j.de priuileg. licèt sit in eius diœcesi,
tamen delinquens ibi non subijcitur, cum ibi deficiat iurisdi-
ctio, non tamen remanebit delictum impunitum, quia pote-
rit conueniri coram ipso ordinario ad pœnam iuris cõis, vt in
c.a.1.ꝫ.de rapto.ſm Domi.prout.j.dicetur. In glo.in ver.territo-
rium.no.glo.de territorio, & vide. in d.clemen.ne Romani.§.
sanè.& per Innocen. in c. cum ad sedem.ꝫ. de restitu.spolia.&
in c.nimis. de iureiuran. & pro declaratione huius regulæ ex-
tra territorium &c.de qua hic in tex. Aduerte, quia potest di-
cta regu.referri primo ad nõ subditos. & hoc est clarum quod
tñ intellige prout subtiliter declarat Innocen.in c.2.de dila.&
ibi vide cautelam, vt possit forensis conueniri, vbi non habet
domicilium. Secundo dicta regu.potest referri ad subditũ exi-
stentem infra territorium contra quem suus iudex non potest
statuere de re alibi sita, vt d.l.cum vnus.§.si is qui.de quo plene
per Inno.in c.postulasti.ꝫ.de foro compe. & ibi & notat de nõ
subdito, an ratione rei possit ligari statuto, vbi est sita sua pos-
sessio. Tertio potest intelligi hæc reg.de subdito, qui non põt
cogi parere suo iudici existenti extra territorium, quod intelli
ge nisi in casu cle.j.de foro compe.& ibi per glo.no. in ver. tẽ-
poralem.& no.in c.nouit.ꝫ.de offi.lega. Quarto potest intelli-
gi d. regu.in subdito existente extra territoriũ, qui statutis sui
iudicis non ligatur.& ita sit tex.hic, de quo.j.dicetur. In glo.fi.
in fi.& licet duæ negationes faciant vnam affirmationẽ, vt l.
duobus.ff. de verbo. signifi. tñ illud verum cum referuntur ad
a idem coniunctim. [a] secus si diuisim, vt hic, & ff. de iureiuran.
l.si duo.§.Marcellus.in fi.& facit c.& si Christus.in prin.ꝫ.de iu
reiuran.de qua materia plene per Cyn. & Bat.in l.j. C. de ser-
uis fugiti. patet ergo ex glo. & ex tex. ꝙ non parens iudici ex-
tra territorium non incurrit pœnam. pro cuius declaratione
13 quæritur primo. †An existens extra diœcesim [b] possit excõica
b ri ab episcopo.tex.& glo. hic facit quod non. & tenuit Pau.in
clemen.pastoralis. de re iudi. quia sñia excõicationis trahit se-
cum exeutionẽ, vt in c.pastoralis. ꝫ. de appellatio. vnde sicut
non posset exequi extra territorium, vt in c. Romana.§. ꝯtrahen-
tes.j.de foro compe. ita nec talis sñia ligat., quod intelligit hic
Ioan. And. in princ. quando sñia generalis fertur per modum
statuti, sicut patet in c.constitutis.el primu. ꝫ.de testi.& in c.ad
nostram.el 2.ꝫ.de iureiuran.& ita procedat tex.hic. Sed sentẽ-
tia excõicationis particularis bene posset ferri contra subditũ
absentem & existentem extra territorium, vt in c.cum sit. ꝫ.de
appellatio.de quo ibi plene per Docto. & facit tex. in c.iuę.vt
lite non contesta.& in c.ex tuæ.ꝫ. de cleri. non residen. & per
Inno.in c.fi. ꝫ. de foro competen. & per Ioan.And.in regu.cũ
sunt partium.j.eodẽ lib.& per Docto.in d.c.a nobis.& per Io.
And.in d.§. ꝯtrahentes. Et an sicut absens potest excõicari extra
territorium, ita & eodem modo possit absolui. per Innocen-
tiũ, & Doctores, in c.nouit.ꝫ.de officio legati. & intellige præ-
dicta quando excõicatio profertur extra diœcesim pro causa
iam damnata, & ortũ habeat infra diœcesim, quia pro causa or-
ta extra diœcesim, excõicari non posset, & ita sit textus no.hic,
& voluit Domi.Anto.in d.c.a nobis.& Domi.hic, Panor. in c.
cum contingat.in 2.col.de foro compe. dicit quod hic imponi
tur pœna ipso iure.ideo non potest fieri exeutio extra territo-
rium. secus si imponatur pœna per statutum per sñiam, tũc po-
rit condemnari de delicto extra territoriũ, posset intelligi, qñ
tempore condemnationis est in territorio, alias non vr̃ dñia,
quia sicut sñia statuti non ligat extra territoriũ absentem. Ita,
nec sñia hominis, & sic sñia excõicationis trahit secum execu
tionẽ, & sicut posset quis excõicari extra territorium, ita vide-
tur quod per statutum, cum vtroque casu trahat executionẽ,
& est intransibilis executio, & fit ipso iure absque ministerio
hominis: vnde vtroque casu fit absque iniuria iudicis illius ter
14 ritorij. vide Docto.in c.fina. de foro competen.in 6.†Secundo
quæritur, an sit verum indistinctè quod sñia lata per statutum
non liget subditum delinquentẽ extra territoriũ, & vr̃ ꝙ liget,
nam ecclesia non est de territorio iudicis secularis, & tñ laici
delinquentes in ea puniuntur per iudicem secularem, vt d.l.si
7 † Scdõ no. ex glo. q põt induci per statutum, vel consuetudinem vt vnus in eadem ecclesia habeat nõ solum duo beneficia simplicia, sed etiam vnũ simplex, & aliud curatum, de quib. oĩb. in d. c. de multa. & in cle. gratiæ. j. eo. Et conclude, sm Domi. q in eadem ecclesia non potest quis esse triplex, nec valeat ɔsuetudo, vel statutũ, & inferior a Papa non dispensat, vt hic, in text. qui procedit etiam si iure annexionis quia vellet esse triplex, vt per glo. in cle. fi. in fi. de præben. Nec etiam põt quis esse duplex in eadem ecclesia in beneficijs vniformib. vt hic in tex. Ibi duos personatus, & in fi. Ibi nisi vnicũ, & ita vult Io. An. & in c. literas, hic alle. de quo etiam per glo. in d. clem. fi. tenentem in fi. quod in eadem ecclesia non possit inferior a Papa dispensare super duob. canonicatib. de quo in d. c. litteras. Sed in beneficijs difformibus bene potest quis esse duplex in eadem ecclesia ex dispensatione inferioris, vel si est statutum, vel consuetudo secundum glo. hic, & in d. cle. fi. & in d. c. litteras, quod procedit etiam si quis haberet præbendam cui esset annexa ecclesia parochialis, vt in c. super eod. j. de præben. & prædicta intellige dummodo non habeat nisi alterum de expressis hic, in tex. vt patet ibi, vel eorum alterum, & ibi per glo. Quid autem sit in diuersis ecclesijs. dic, quod in personatibus dignitatibus, vel beneficijs curatis non põt quis esse duplex, vel triplex sine dispensatione Papæ, vt in d. c. dudũ. el 2. de cle. & d. c. de multa. In præbendis verò, in diuersis ecclesijs ppt est quis esse duplex, vel triplex, ex dispensatione episcopi, & idem si in vna ecclesia haberet dignitatem, & in duabus alijs ecclesijs diuersis haberet duas præbendas, sed de iure cõi eas retinere non posset, per receptionem nã scdæ non vacaret prima, licèt posset cogi ad renũciandũ alteri, sm no. in c. si eo tempore. & in c. gratia. ꝫ. e. & per Inno. in c. cum nostris. ꝫ. de cõces. pręb. de quo etiam in d. cle. gratiæ. Et ex prędictis patet q iura plus abhorrent pluralitatem in eadem ecclesia quam in diuersis sicut alias vt per glo. in d. cle. fi. in fi. ex quo infertur q si est dispensatum cum aliquo super pluribus dignitatibus obtinendis non intelliguntur de dignitatibus eiusdem ecclesię nisi hoc exprimatur, quia ista prohibitio habet specialem notã, de qua singu. est mentio fienda, argu. l. item apud. §. hoc edictum. ff. de iniuria, & ita tenet Io. An. in d. c. de multa. sm Pet. de Ancha. hic. Et vide etiam hic, per Do. an inferior a Papa possit dispẽsare in diuersis officijs quorũ vnũ est in ecclesia, & aliud est in eius cimiterio, vel claustro, vel in continentib. ædificijs. Et an si alicui scribitur pro aliquo beneficio existente in ecclesia possit prouideri de beneficio existẽte in cimiterio, de quo hic per eum, & per Doct. in c. cum in ecclesia. j. de preben. & in c. j. j. de consecra. eccle. vel alta.

8 † In glo. in ver. quocunq; nomine in fi. Idem de vestiario & eleemosynario sm Io. An. Et an possit episcopus dispensare in duob. altarib. in eadem ecclesia. concludit hic Pet. de Anch. quod sic, ex quo tex. hic, hoc non prohibet: sed Domi. hic cõtra, quia iste tex. locum habet in quibuscunque beneficijs ecclesiasticis, dum tamen dẽtur in titulum perpetuum, & facit gl. in cle. 2. de decimis, & in d. cle. fi. voluit tamen Lap. in alle. 15. quæ incipit, factum super quo consilium & in alle. seq. quod in ecclesia non collegiata, in qua est situm altare cui debet deputari perpetuus rector poterit quis esse rector principalis ecclesiæ & habere altare in eadem ecclesia, & idem tenuit Domi. in c. cum in ecclesia j. de præben. ratio est, quia sunt beneficia difformia pro quo facit ratio d. c. cum in ecclesia, vbi valet consuetudo quod quis habeat principalem ecclesiam & etiam canonicatum & præbendam in eadem & sic, quod quis sit episcopus, & præbendatus in eadem ecclesia. facit q habetur ꝫ. de re iudi. cum olim, vbi potest quis esse prępositus & canonicus in eadem ecclesia, & sĩr põt quis esse archidiaco. & canonicus in eadem ecclesia. ꝫ. de rescrip. eam te. In glo. pe. in fi. concludit Ioan. And. quod vltimum dictum huius glo. procedat in dignitatib. vel personatib. per d. c. de multa. Sed in plurib. officijs non curatis, vel in officio cum dignitate vel personatu procedit primũ dictũ huius gl. cũ in his antiqua iura q̃ dabant electionẽ non sint correcta. & vide in c. grã ꝫ. de rescri. & in cle. gratiæ, eo. ti. & per Fed. in suo ɔsi. ducẽtesimo.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Consuetudo tanti temporis. Adde c. seruitium. 18. q. vlt. c. super quibusdam. in §. præterea. de verb. signi. Bal. rub de consue. in 5. col.
V. G. Adde quòd ista consuetudo habet vim priuilegij, Bert. in tract. de Gabel. seu vect. in 3. par nu. 27. quod habetur in lib. 3. Tract. fol. 6.

b Nic. Sup. Dignitas. Adde Car. Ale. in c. a. in 3. nu. 60. dist.
V. G. Nota quòd est dignitas si habet locum in choro, Rota. Dec. 456. fuit dubitatum, an non. vbi dicit verum nisi consuetudo sit in contrarium. An prępositus pręferatur Priori, vide Dec. consi. 213.

c Nic. Sup. Dignitas Adde Bald. in c. ad aures. in j. no. de rescri. Car. Zabarel. in c. super litteris. eo tit.

d Nic. Sup. Archidiaconatu. Adde Doc. in c. de multa, de præben. Car. in cle. fi. in prin. eo. tit. Pau. de Elea. in cle j. de elect.

e Nic. Sup. Et archipresbyteratu. Adde Car. Zaba. in cle. j. in 2. q. de præb.

f Nic. Supe. Quid de thesauraria. Adde Abb. in c. super litteris. de rescrip. in 5. colum. ver. 4. quòd gratia.

g Nic. Sup. Quid de prioribus. Adde text. in c. a. in §. prioratus. iuncta glo. Docto. de sta. mo. & Doct. in c. nisi essent. de præben.
V. G. Adde Fely. in c. in nostra, col. 13. de rescri.

sum

SVMMARIVM.

1 *Non putamus verbum, importat ius.*
2 *Consuetudo irrationabilis nullo tempore firmatur.*
3 *Appellatio debet fieri ad superiorem, non de eodem ad seipsum.*
4 *Tribunal episcopi & eius officialis censentur idem. & nu.5.*
6 *Episcopus si det delegatum in aliqua causa an a delegato ipso appelletur ad episcopum.*
7 *Consuetudo disponens contra substantiam actus non valet.*
8 *Appellari potest a delegato officialis episcopi, ad ipsum officialẽ, vel etiam ad episcopum omisso medio ipsius officialis.*
9 *Episcopus si interfuit collationi beneficij tanquam canonicus, an ad ipsum possit appellari.*
10 *Auditorium episcopi & vicarij, an dicatur idem quo ad recusationem, & quo ad supplicationem.*

CAP. II.

1 NOn putamus. †No.j ꝙ per verbũ, non putamus, rñdetur de iure. facit l. non puto. ff. de iure fisci. † Scđo no. quod irrationabilitas ipsius consuetudinis non tollitur quantocunq; tempore fuerit pro rationabili obseruata etiam si non
3 sit memoria in contrarium vt hic in glo. & ĩ. c. proximo. † Tertio no. quòd appellatio debet fieri ad superiorem non autem de eodem ad seipsum & non valeret talis consuetudo. & sic facit iste tex. vt non valeat consuetudo, vt in propria cã quis pos-
4 sit iudicare. de quo in l. j. C. ne quis in sua cã. † Vltimo nota, ꝙ auditorium & tribunal episcopi & eius officialis generalis cẽsetur idem & in eadem persona. Ideo factum vnius dicitur factum alterius. de quo in l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. & per Arc. 23. q. 5. administratores. Vnde est ar. ꝙ causam ceptam per vnũ alius possit finire. ideo dicit gl. hic ꝙ episcopus potest reuocare interlocutoriam sui vicarij, etiam citra remedium appellationis sicut poterat ipse vicarius, quia videtur factum ab episcopo ꝙ fit a vicario secundum gl. in c. j. ĩ. de capel. mo. & facit. l. fi. C. vbi & apud quem. ibi vt videatur ipse &c. Delegatio tamẽ & commissio facta episcopo non includeret eius vicariũ ex quo tunc consideratur dignitas ipsius episcopi. arg. c. quoniam Abbas ĩ. de offi. deleg. & facit ꝙ no. Io. An. in c. j. ĩ. de maio. & obe. Sicut e contra dicitur ꝙ delegatio facta vicario nõ transiret ad episcopum, qđ sin. intelligit Inno. eodẽ durante vicario, sed eo mortuo vel reuocato tũc transit in episcopum secũdum Inno. in c. eam te. ĩ. de rescri. dicentem secus esse si cã delegaretur cõtra aliquem tanquam vicarium epi, vt ibi per eum, de quo dic, vt est dictum in c. statutum, circa prin. ĩ. ti. proxi. Et sicut etiam alias dicitur quod si aliquid conceditur principali ratione suæ dignitatis illud non extenditur ad vicarium eius, vnde si a sententia principalis non posset appellari, poterit tamen appellari a sententia vicarij eius, vt est tex. no. in l. a proconsulibus. C.
5 de appel. † In glo. 2. in fi. & ratio est, quia talis consuetudo est irrationabilis, & contra ius publicum quod cõsistit in magistratib. vt j. dist. ius publicum, sm Ioan. An. ex quo dicto infertur ꝙ non valeat consuetudo ɔtra ius publicum. intellige si alias est irrationabilis, alias secus, vt in c. fi. ĩ. eo. Scđo infertur ꝙ non valeat consuetudo contra ius superioris, quod intellige, vt hic per Imo. & per Inno. in c. olim, el j. de resti. spolia. & per glo. in
6 c. j. ĩ. de cle. ægro. † In glo. in ver. officiali, in prin. idem tenet Rota deci. 371. quæ incipit, Item si episcopus. volens ꝙ a collatione beneficij facta a vicario ex commissione episcopi, vel ab alio articulo specialiter commisso ipsi generali vicario semper appelletur ad episcopum. Et idem dicit hic Io. An. esse si officialis esset foraneus deputatus, scilicet in certa parte diœcesis, vel ad certos actus, pro quo etiam glo. pen. in cle. 2. de rescrip. referẽs dicta Inno. in c. Romana, ĩ. de offi. ordi. & dicit quod iste tex. locum habet in officiali episcopi generali, & principali, secus in foraneis constitutis in certa parte diœcesis, vel ad certos actus, quia tales habent delegatam & ꝙ ab eis appellatur ad ɔstituentem eos. & licèt delegati ad vniuersitatẽ cãrum dicantur quodãmodo ordinarij, vt per gl. in c. cũ cãm, de appel. & in l. a iudice. C. de iudi. & ibi per Bal. tñ debet appellari ad ipsum delegantem sm gl. in c. dilecti, hic alleg. de quo tñ ibi per Doct. & in d. cle. a. & per Bar. ĩ l. j. in fi. ff. qui & a quo. & per Doc. in c. Romana. hic alle. Sed limita hanc glo. sm Doc. vt procedat nisi delegatio fiat in fraudem: quæ probatur ex coniecturis, puta vt nõ appelletur ad archiepiscopum, quia tunc non appellatẽ ad ipsum epm delegantem sm Spec. in tit. de appel. §. nunc tracte-
7 mus, ver. sm præmissa, de quo in c. super quorum. † In ca. gl. in fi. tene menti ex hac gl. plura. Primo ꝙ non valeat ɔsuetudo disponens contra substantiam alicuius actus, secus si contra accidentalia. facit quod no. in c. fin. ĩ. de condi. apposi. Secundò nota ex glo. quod de substantia appellationis est, vt ad maiorem iudicem fiat prouocatio, vt in l. j. ff. de appella. Et ibi gl. adducit l. præcipimus, C. de appella. & in Auth. de appella. in fine, & sic põt dici idem esse de iure ciuili, licèt quidam teneant contra per l. a proconsulibus. C. de appella. de quo ibi per Bal. & per Bart. in dicta l. j. Aduerte tamen, quia a sententia vicarij principis appellatur ad ipsum principem, licet sit idem auditorium. & hoc propter defectum superioritatis cũ princeps non habeat superiorem, & ita probatur in l. eos. C. de appel. quod est notabilis limitatio ad hunc tex. Tertiò no. ex glo. ꝙ non valet statutum, vel consuetudo tanquam irrationabilis, ꝙ ad parem, vel ad minorem appelletur, qđ tamen limitat Io. An. in c. Romana. hic allegata, nisi consuetudo disponat ꝙ ille minor, quo ad articulũ appellationis efficiatur maior, de quo ibi per eum, & facit c. a collatione. j. de appell. Quarto no. ex glo. ꝙ ad legatum de latere potest appellari omisso medio. Idem voluit gl. in ver. curia, in c. Romana. ĩ. de appel. & per Doct. in c. j. ĩ. de offi. leg. Quinto no. ex gl. ꝙ illud. qđ potest fieri per pactũ põt introduci per consuetudinem, qđ no est secundum Io. An. quia consuetudo est tacitum pactum, vt l. de quibus. ff. de ll. in fi. de quo per Archi. 11. dist. consuetudinis. & per d. Ant. in c. cũ omnes. ĩ. de ɔst. & hic plene per Dom. de quo in l. nõ impossibile. ff. de pac. & per glo. in rub. C. de pecu. lib. 10. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Sexto no. ex glo. ꝙ per pactũ, vel expressum cõsensum partiũ potest appellari omisso medio, cũ etiam tacite possent partes renunciare tali iuri, videlicet in nõ opponendo exceptionem, secundum glo. in d. c. dilecti. Sicut etiam potest per consuetudinem introduci, vt appellet omisso medio, vt est tex. in d. c. Romana. §. j. imò etiã de iure ciuili posset introduci per præscriptionem, vt appellatio fiat omisso medio, licet præscribi non possit, ꝙ non appelletur ad principem secũdum Bal. in auth. quas actiones, circa finem, de sacrosan. ec. põt etiam partes inter se per pactum renunciare appellationi interponendę, vt in l. fi. C. de temp. app. de quo ibi per Bal. an
a autẽ per statutum possit tolli appellatio, [a] eo quia derogat iuri
8 superioris, vide in c. venientes. ĩ. de iureiu. † In glo. in ver. auditoriũ, in fi. & per hęc iura dicit hic Archi. ꝙ a delegato officialis episcopi appellari põt ad ipsum officialem, vel ẽt ad episcopum, omisso medio ipsius officialis, & idem tenet Rota in decis. 350. quæ incipit, Item licet, & idem dicit hic Io. And. quando appellatur a sententia subditi episcopo, quia poterit appellari ad episcopum, vel eius officialem eadem rõne, qđ no. ad ea quę dicta sunt ĩ. in vltimo not. Et eadẽ rõne potest dici, ꝙ si appellatur a delegato episcopi poterit appellari ad episcopũ delegãtem, vel ad eius vicarium cum sit idem auditorium, vt hic dicit, & tenet Rota in d. decis. de quo tamẽ vide plene per do. Nic. in d. c. dilectũ. in prin. Et ponit Rota in dicta decis. an a delegato episcopi recusati possit appellari ad vicarium ipsius, de quo etiam per do. Nic. in c. si quis contra. ĩ. de fo. compe. & per Io. An. in c. si contra vnum, & in c. iudex ab appellatio. j. de offi. dele. Quid autem si vicarius episcopi detulit appellationi friuolę quo casu abdicauit a se iurisdictionem, vt in c. cũ app. j. de appel. an prędicet episcopo. vide ĩ. in vlti. no. & per do. Nic. in c. dilectis filijs, & decano. in fi. ĩ. de ap. & plene dicta de hoc
9 in d. c. cũ appõnib. † In gl. fi. in prin. aduerte tñ quia si eps esset creatus legatus in sua prouincia, vel si esset legatus natus, vt est Choracẽsis & Cantuariensis, de quo in c. j. ĩ. de of. leg. tunc a sñia illorum lata ex propria iurisdictione non posset ad cosmet appellari tanquam ad legatos, licèt sit ibi diuersitas tribunalis. & ita tenet Rota decis. 313. quæ incipit, Item fuit dubitatũ vtrum, licèt glo. sing. in l. si filius. ff. de inoffi. testa. velit contrarium dicẽs ꝙ si iudex a quo succedit in locum iudicis ad quem procedit appellatio coram eo, ex quo est diuersum tribunal, licèt tunc debeat alteri committere, quia esset suspectus sm gl. in l. eos, in prin. C. de appel. sed præcedẽs dictum magis placet.
10 † In ca. glo. ibi suspitionis, no. glo. ꝙ quo ad recusationem non dicitur idem auditorium vicarij & episcopi, & idẽ quo ad supplicationem, vt ĩ. de re iudi. cum Bertoldus, & per Io. An. in c. Romana, in prin. ĩ. de ap. & sic appellatio & recusatio non parificantur, de quo in c. si ɔ vnũ, hic alle. & vide in c. postremo. ĩ. de app. vnde licèt sit suspectus episcopus non posset ex hoc recusari eius vicarius, vt est tex. no. in l. j. C. si quamcunq; prædi. potestate, & ibi per Bal. Sed si contrarium est tex. in c. insinuante ĩ. de offi. deleg. ita tenent ibi Doct. & ita teneas & glo, in

ADDITIO.

a V.G. Appellatio tolli potest per Principem solum Fely. in rub de appella. col. 4. & in c. fin. de rescri. & in c. Romana. eo. tit. Soc. cons. 193. circa j. in princ. libr. Pari. in trac. de Fnd. in c. de offi. sind. ver. subijcio.

In d.c.j.de capel.mo.& d.l.fi.vt est dictum,ꝫ.in prin.Et vide hic per Io.An.dicentem notabiliter ꝙ si appellat a sententia vicarij ad ipsum episcopum in eo casu quo non potest, in tantum appellatio est nulla, vt etiã si episcopus delegaret alteri ipsam causam appellationis non valeret processus,de quo per Spec. in tit.de appel.§.nũc tractemus,ver.quid si de facto, vbi tenuit hoc procedere etiã si hoc fieret partib.scietib. qđ qualiter procedat hic per Lap. & Domi. tenentes ꝙ licèt a sententia vicarij non possit appellari ad episcopum,& appellatio nõ valeat, & de tali appellatione nõ possit eps̃ cognoscere,nec alteri delegare,vt ꝫ.tñ secus si dicatur de nullitate sententię ipsius vicarij,quia bene poterit cognoscere eps̃ & alteri delegare,& valebit delegatio & processus per no.in d.c. Romana,in prin.& per Io.An.post Imo.& Host.ꝫ.de appel.dilecto. & j. de re in.c. fi.super tertia glo.ex quo paret quod dispositio text.hic procedit in appellatione, secus si dicatur etiam principaliter de nullitate sententię quod tene menti.Et voluit hic Domi.quod de tali nullitate possit dici coram epõ imò etiam coram ipsomet vicario, imò etiã videtur ꝙ a sñia epi possit dici de nullitate coram vicario per id quod est dictum ꝫ.in vltimo no.& in glo.in ver.adiutorium,de quo m̃ per Doct.in l.si expressim.ff.de app. & in d.c.dilecto,vbi ponitur quis dicatur iudex competens in causa nullitatis,vide per do. Nic. in c.ea noscitur.ꝫ. de his quæ fiunt a prælato,in vlti.no.& ibi plene per Inno.circa. fin.

S V M M A R I V M.

1. *Inquirere de delictis, & punire, sunt diuersa.*
2. *Consilium alicuius si quis requirere teneatur potest præscribi consuetudine, vt illud requirere non teneatur.*
3. *Consuetudo, vt possit canonice præscribi, quot requirantur.*
4. *Consuetudinem allegans tenetur eam probare.*
5. *Consiliũ si quis de iure requirere teneatur, si non requirat an valeat actus.*

C A P. III.

1 NOn est. † No.j.aliud esse iquirere de delictis & aliud punire,cũ hic ponãtur, vt diuersa,vt l. si dem.C. de codic.quod inducit Do. vt habens commissionem inquirendi non videatur habuisse puniendi,facit j. de nffi. vica.c.a. cum in diuersis de vno in alterum non fiat illatio,vt in c.auditis,de præscr.& in l.si ma-

2 ritus.C.de do.inter vi.& vxo. † Scđò tene menti & ita allegat qđ astrictus in aliquo actu ad requirẽdum ꝯsilium alterius,põt ꝯsuetudine,vel pręscriptione sibi quęrere ,vt illud requirere minime teneatur,& procedit ille tex.in casu econtra.s. qđ in casibus in quib. capitulum teneretur requirere consilium prælati talis requisitio consilij eodem modo possit prælcribi per capitulum contra prælatum, vel epm̃,vt tenet Host.in c. ea noscit. ꝫ.de his quæ fi.a præla.vt refert,& sequitur Ioã.An.hic,& facit c.irrefragabili. §.excessus.de offic.ordi. Et sicut potest eps̃ pręscribere & sibi per consuetudinem quærere, vt nõ teneatur requirere consilium capituli,vt hic dr̃,ita & consensum,vt tenet Host.in d.c.ea noscitur,per illum tex.& sequitur Ioan. An.hic qui tex.loquitur etiam in religiosis,& loquitur in collationib. præsentationib.& institutionib.beneficiorum,sed tex. hic loquitur in correctionib.inquisitionib.& causarum agitationib. Quid autem sit in alienationib.vel concessionib. rerum ecclesię.videmus ꝙ non valeret consuetudo,vel pręscriptio,ꝙ prælatus possit sine consilio,vel consensu capituli,quia talis consuetudo esset onerosa ecclesijs.ꝫ.e.tit.c.j. & videtur expressim in cle.si vna.de re.eccle.& ibi per glo. in ver. consentiente.& ita tenet Imo.in d.c.ea noscitur,de quo ibi per eum in fi.In gl.j.in fi.& procedit iste tex.etiam in arduis negocijs, vt tenet gl.no. in ver.præsentiam.in c.degradatio,circa prin.j.de pę. & sequitur Io.And.hic dicens,ꝙ eps̃ prætextu consuetudinis potest destituere abbatem sine consensu capituli, & idem tenet in c. gra-

3 ue.ꝫ.de præb.† In glo.in ver.canonicè,in fi.no.ex glo.duo quę requiruntur ad hoc,vt cõsuetudo dicatur canonicè pręscripta, scilicet bona fides,vt in regu. poss. flor.j.eo.li. Scđò requiritur titulus,de quo tamen Io.An.remittit se ad no.in c.fi.ꝫ. de ꝯsue. super vlti.glo.in suppletione quę inci. dixit Host.& per ibi no. tenet hic Io. An. quod in consuetudine non requiratur titulus & ita in effectu sequitur Domi. vt hic per eum, & plures alias

a differentias inter [a] cõsuetudinem & præscriptionem, vide per Io.An.& alios Doct.in d.c.fi.imò tenet Archid.in c.j.j. de præscrip. in consuetudine non esse necesse probare vel allegare titulum etiam si sit contra ius cõmune,sed sufficit vsus cum præscriptione.Tertiò requirit ꝙ ꝯsuetudo sit præscripta,vt est tex. hic.imò vbicunq; fit mentio de ꝯsuetudine in dubio debet sp intelligi ꝙ sit rationabilis & pręscripta,vt est tex. sin.in c.cum vna.ꝫ.de elec. & facit.c. cum de beneficio.j. de pręben.de quo dicetur in c.proxi.in 3.glo.& quę consuetudo dicatur rationabilis,vel non,relinquitur arbitrio iudicis,secundum glo.no.in ver.rationabilia,in c.j.ꝫ de consti.eo.li.Et in casu huius text.vt dicatur legitime pręscripta requiritur ꝙ sit seruata per 40. annos per c.de quarta.ꝫ.de præsen.secundum Archi.& Io.An.in alijs vero casibus an sufficiat ꝙ sit seruata per decem ann. glo. 3.j.c.proxi.tenet ꝙ sic,de quo ibi dicetur.Quarto requiritur sm̃ Archid. ꝙ episcopus eo animo faciat vt intendat sibi quærere hoc ius in futurum,pro quo glo.quę inci. hoc modo in c.abbate.ꝫ.de ver.signi.& no.j.d.li.in.consuetudo.& per Inno.in c.bonę.el secondo.ꝫ.de postula.pręlato.& in c.dilectus.ꝫ. de capel. mona. & si de tali animo dubitaretur standum esset iuramento episcopi,vt per gl.in c.pręsentiũ.ꝫ.de testi.& Insti.de actio. §. alię. secundum Bal. hic. Quinto requiritur protestatio sicut requiritur in seruitute,vel libertate pręscribenda, per not.per glo.quæ incip. ad hoc in d.c.abbate.secundum Arc. & Io. An. ꝙ intelligit hic Imo. quando est talis actus ex quo nõ apparet aliter de voluntate habentis ptãtem inducendi consuetudinẽ aũs sine protestatione sufficeret per no.in d.c.bonę.& in c. ecclesia.ꝫ.de cã pos.& proprietatis. Sexto requiritur patientia & scientia illius contra quem inducitur consuetudo , vt l. quotiens.ff. de serui. & sufficeret patientia singulorũ de caplo singulariter,non autem collegialiter secũdum Bal. hic de quo in d.c.bonę.cetera ad materiam consuetudinis vide per Io. And.

4 & Doct. in d.c.fi. In gl.in ver.allegat in fi.no. ex glo. ꝙ omnis ille qui all.consuetudinem debet eam probare,pro quo tex.in c.cum dilectus.ꝫ.eo.ti.Consuetudo enim est facti & non præsumitur nisi probetur,vt in c.j.ꝫ.de consti.eo.li.Et idẽ dicimus in præscriptione quia qui illam allegat eam probare debet,vt in c.j.j.de pręscrip.& c.veniens.& c. auditis.eo.tit. In gl.in ver. excessib.in fi.vide hic per Arch.ponentem hic primò,an ordinarius inquirat non pręcedente fama,de quo in c.2.j.de accus. in c.j.ꝫ.vt eccle.benefi.& in c.j.ꝫ.de offi.ord.& in c. qualiter.ꝫ. de accu. Scđò an processus inquisitionis sit ordinarius,de quo in c.dilecto.in prin.j.de senten.excom. & in d.c. qualiter. in §. debet. Tertio,an in correctione procedat præscriptio. & cõcludit,ꝙ nõ,vt a nullo corrigatur ab alio quàm a suo prælato, hoc

5 potest præscribi,vt in c.irrefragabili.ꝫ.de offi.ord.† In glo.fi.in fi.not.j.ex glo.ꝙ si in aliquo actu de iure requiritur consilium alicuius tũc si omittatur ipso iure nõ valebit talis actus,de quo in c.j.j.ne sede vacante.& in c.cum in veteri.ꝫ.de ele.& in c.cũ olim.ꝫ.de arbi. & per Bar.in l.j.§.si plures.ff.de exercito. Scđò no.ex glo. ꝙ regulariter de iure cõi quicquid gerit episcopus sine consilio capituli est nullum,de quo tamen per Doct. in c.j. hic alleg.& c.quanto.& c.ea noscitur.ꝫ.de his quæ fiunt a prælа.& per dominos de Rota in deci.464.quæ incipit,Item quod confessio.& per Inno.in c.edoceri.ꝫ. de rescrip.

A D D I T I O.

a Nic.Sup.Consuetudinem.Adde an consuetudo possit præscribi. vide Abb.in c.j.in j.col.de consue.in antiquis.Card.in c.fi.eo.tit.Doct. in c.cum de beneficio,de præben. lib.6.
V. G. Adde quanto tempore præscribatur consuetudo percipiendi decimas Ruy.consi.64.nu. 17.lib.5.

S V M M A R I V M.

1. *Consuetudo potest inducere nouam formam in prouisione beneficiorum, & prebendarum.*
2. *Canonici eiusdem ecclesiæ habent inter se prærogatiuam commodi seu vtilitatis.*
3. *Optio præbendarum potest fieri per alium cum mandato speciali, vel secuta ratihabitione.*
4. *Mandatum Papæ non tollit alteri ius quęsitum ratione consuetudinis.*
5. *Consuetudinis si fiat mentio in iure,de quo pręscriptione ipsius consuetudinis intelligi debeat.*
6. *Consuetudo optandi præbendas dicitur rationabilis & approbata a iure.*
7. *Quid si talis consuetudo det optionem præsentibus tantum an absentes existentes in seruitio ecclesiæ,vel Papę possint optare.*
8. *Canonicus antiquior an possit optare minorem pręhendam forte ex aliqua causa.*
9. *Impetratio facta contra consuetudinem ecclesiæ, an valeat si de ea non fiat mentio.*

C A P. IIII.

CVm in tua. Primo ponit diffinitio casus dubij. Secũdo exceptio ibi,in præbendis.Tertiò prouisio ibi,ne autem.† No.& ita al-

1 legatur , quod consuetudo potest in ecclesia inducere nouam formam in prouisione beneficiorum & præbendarum,& valet talis consuetudo.ideo determinat Rota in deci. 316.quę incipit,Item si in ecclesia,quod valet consuetudo ꝙ re-

ceptus

ceptus non possit optare maiores præbendas sed minores tan-
tum, vnde si in ecclesia nõ est certus numerus canonicorum,
sed præbendatum, valet consuetudo, vt receptus vltra nume-
rum possit optare solũ minorem præbendam secundũ Rotam
ibi, & in deci. seq. tenet Rota qđ valet ꝯsuetudo, qđ qui optat
minorem præbendam possit postea optare maiorem cum va-
2 cabit.† Secundo not. qđ inter canonicos eiusdem ecclesiæ est
dare prærogatiuam commodi sicut & prærogatiuã honoris &
3 reuerẽtiæ, de quo in c. statuimus. ś. de maio. & obe.† Tertiò no.
ꝙ optio potest fieri per alium, quod intelligit Archi. nisi cũ spe
ciali mandato, vel secuta ratihabitione, imò sufficeret manda-
tum cum libera, vel ſm formam c. qui ad agendum. j. de procu.
ſm Io. And. de quo plenius no. in c. accedens. ś. de præbẽ. Et an
4 optio possit fieri per excõicatum, dicetur. j.† Vltimò no. ꝙ per
mandatum Papæ non tollitur ius alteri quæsitum vigore con-
suetudinis, ideo si Papa mandat beneficia conferri, intelligitur
seruata consuetudine ecclesię, cum in dubio Papa nõ videatur
tollere ꝯsuetudinem ecclesiæ, vel alterius loci, vt hic, & in c. j. ś.
de consti. eo. lib. & idem in statutis, vt in c. ꝯstitutus. ś. de rescri.
& j. in glo. 3. nec velle præiudicare iuri alterius, vt hic, & in c. q̃-
uis. ś. de rescrip. eo. lib. Si tamen in rescripto, de quo hic, sit ap-
posita clausula, non obstantibus statutis, vel consuetudinib. ec
clesiæ contrarijs quibuscunq;, an per talem clausulam genera
lem tollatur consuetudo optandi, de qua hic, in tex. vide sing.
per Rotam in deci. 300. quæ incipit, Item si mandatur. quæ vide
tur determinare, ꝙ non, de quo tamen pro & ꝯtra, vide ibi ple
ne per Rot. & quod no. in c. cum aliquibus, & in c. si propter. ś.
de rescri. eo. lib. & per Do. j. §. prox. in 2. col. Rota ibi concludit,
ꝙ si mandatur prouideri de maiori præbenda, in certa ecclesia,
in qua maiores & minores prębendę existant, non ob. statutis,
& consuetudinibus &c. & prętertim illis quib. cauet quod nul
lus possit habere maiorem, nisi prius habeat minorem, & isto
casu tollitur consuetudo optãdi, ex quo expressè mandat pro-
uideri de maiori præbenda, & quia aliàs gratia esset nulla, cum
aliam quam maiorem habere non possit, vt in c. cũ de non. ś.
de præben. Secus si mandatur prouideri de præbenda simplici
ter, cum clausula non obstante &c. quia tunc non tollitur con-
suetudo optandi, quia gratia potest habere effectum in alia nõ
optata, & sic fit differentia, an in ecclesia sit gradus præbenda-
rum, & debet fieri ascensus nedum per optionem, sed etiã per
collationem nouam, vel assignationem nouam capituli, & tũc
procedat primum dictum, secus si non est gradus prębendarũ,
sed omnes præbendæ appellantur, licèt vna sit melior altera,
sed ad illam meliorem venitur tantum per optionem ratione
consuetudinis, tunc tali consuetudini per tales clausulas non
derogatur, quia gratia impetrantis in non optatis suum potest
5 sortiri effectum, de quo tamen vide ibi plenè per Rotam. † In
glo. 3. in prin. no. sing. ex glo. dno. Primò q̃ si in iure fiat simpli
citer mentio de ꝯsuetudine, non intelligitur necessariò de con
suetudine præscripta per 40. annos, sed potest intelligi, etiã de
non præscripta. In contrarium facit c. Cumana. ś. de elec. & c.
cum de beneficio, j. de prębend. vbi verbum, consuetudo, simpli
citer prolatum, semper intelligi debet de præscripta. Quare ex
dictis Io. An. & Domi. hic potest sic concludi, quod aut fit men
tio de consuetudine in materia ambitiosa, & stricta, & debet
in dubio intelligi præscripta per 40. annos, & ita procedat d. c.
Cumana, & d. c. cum de beneficio, ſm vnũ intellectum. Et idẽ
si consuetudo esset contra ius commune, vt in d. c. cum de be-
neficio, ſm alium intellectum, & facit quod no. Io. An. in reg.
nemo potest, in mercurialibus. ad fi. qõnis Si verò consuetudo
non est contra ius commune, sed præter, & materia nõ est am-
bitiosa, & stricta, & tunc non intelligitur de præscripta per 40.
annos, sed sufficiant 10. anni, & ita procedat tex. & glo. hic, qđ
tamen limita primò, nisi vltra verbum consuetudinis addatur
aliquod verbum, denotãs præscriptionem, sicut esset verbum
antiqua, quia tunc intelligitur de præscripta per 40. annos. ſm
gl. in ver. de nouo. & in ver. antiqua, in c. generali. j. de elect. eo.
lib. vide tamen glo. in l. de quib. ff. de legi. Scđò limita, nisi con
suetudo procedat in materia, quæ est contra ius priuatum ali-
cuius, quia tunc intelligitur de præscripta per 40. an. ſm no. in
c. cum eccłia, de cã pos. & ita procedat, ſm aliũ intellm, d. c. Cu
mana, & hæc ꝓcedũt de iure canonico: sed quid de iure ciuili
a patebit. j. Scđò no. ex gl. qđ ꝯsuetudo quę est rõnabilis [a] & non
est cõtra ius sufficit, ꝙ sit seruata per 10. annos etiam de iure ca
nonico, & idem voluit gl. in c. vt litigantes. j. de offi. ordi. & Ar-
chi. 11. dist. consuetudinis, & hoc procedit in consuetudine. Cõ
suetudo quæ non est contra iura sufficit quod sit seruata per 10.
annos, & ideo ꝯsuetudo optandi inducitr per 10. an. vide de hoc
plene per Rotam in deci. 458. sed si quis fundaret se in præscri-
ptione tunc requireretur spatium 40. an. vt in c. de quarta. ś. de
præscrip. ſm Docto. hic, & domi. Anto. in d. c. fi. ś. de consuetu.
Super quo articulo ex dictis Doct. ibi sic conclude, qđ aut lo-
quimur de iure cano. & tunc an & quando cõsuetudo debeat
esse seruata per 40. annos, vel sufficiãt 10. dic, vt ś. proxime est
dictum. & adde vnam limitationem do. Ant. in d. c. fi. dicentis
quia in consuetudine contra ius requiritur spatium 40. anno.
nisi procedat ex actibus illius, qui potest iura tollere, quia tunc
satis apparet de consensu per 10. annos. vnde infert ꝙ si agatur
de consuetudine inducenda in curia, cum ibi sit pręsens Papa
qui potest legẽ tollere, qđ inducetur consuetudo spatio 10. an.
qđ dictũ procedit qñ ageretur ex consuetudine inducenda ex
actibus gestis per Papam, secus si ex actibus aliorum quia tũc
non vr̃ ꝙ debeat præsumi adesse tacitus consensus Papæ nisi
sit legitimè præscripta spatio 40. an. per tex. & glo. in d. c. fi. ſm
Imol. ibi in 6. col. Aut loquimur de iure ciuili. & indistinctè suf
ficit ꝙ consuetudo sit seruata per 10. an. etiam si sit contra ius,
vt in l. diuturna. ff. de ll. & in tit. & in l. j. C. quæ sit lon. consue.
qđ tamen limita nisi consuetudo versetur circa reseruata prin
cipi, quia tunc requirit̃ præscriptio tanti temporis in cuius cõ-
trarium non sit memoria, vt in c. super quibusdam. j. de verb. si
gnifi. secundum Imo. in d. c. fi. in 5. col. dicentẽ post Io. And. &
d. Ant. ꝙ tempus prędictum in consuetudine incipit a primo
actu qui sit taliter ꝙ trãsit verisimiliter in notitiam populi vel
maioris partis, vt ibi per eum dicentem ꝙ tempora de quibus
ś. indistinctè procedunt non habita differentia an cõsuetudo
fiat inter pñtes vel absentes: nec etiam debet distingui, an id su
per quo versatur cõsuetudo habeat causam continuã, vel qua-
si, vt tunc sufficiat longum tempus, aliàs non per l. seruitutes.
ff. de seruitutib. quia id procedit in præscriptione, sed in con-
suetudine, dic indistinctè, vt ś. ſm Imo. ibi. Sed queritur quid si
canonici in casu huius c. per longum tempus non fuerunt vsi
hac consuetudine optandi, an dicatur talis cõsuetudo sublata
vel interrupta. Ioan. An. qđ non, cum vti sit in eorum volunta
te, vt hic in tex. vnde competit eis per viam facultatis, facit qđ
in simili no. Io. An. in c. vt priuilegia. ś. de priui. in fi. vltimę gl.
ſm Io. An. hic. ex quo dicto sin. infertur, vt in his quę sunt facul
tatis non solum competentis de iure cõmuni, sed etiam ex pri
uilegio, vel cõsuetudine non perdatur tale ius per non vsum,
& ꝙ tali facultati non præscribatur, de quo per Doct. in l. licèt.
C. de iure delibe. & in l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. an. &
ibi per glo. & per Bar. in l. pignori. ff. de vsucap. & pro dicto Io.
And. facit glo. pen. in cle. j. de foro compet. Si tamen talis vsus
non fuisset inductus propter contradictionem alterius partis
impugnantis illam consuetudinem, tunc secus esset, cum tol-
leretur illa prima consuetudo per contrariam desuetudinem
obseruatam tanto tempore quantum erat necessè ad inducen
dum consuetudinem secundum Innoc. in c. accedentibus. ś. de
priui. & per glo. in ver. post. in d. c. cum de beneficio, ſm Dom.
ponentem hic, qñ priuilegium perdatur per non vsum de quo
b in l. 3. ff. de nundinis, & quando consuetudo [b] tollatur per ꝯtra-
riam desuetudinem, de quo per Ioã. An. in d. c. vt priuilegia. &
in c. Ioan. ś. de cler. coniu. & hic per Do. & facit glo. in l. nemo.
6 §. temporales. ff de regu. iur. † In ead. glo. ibi innititur rationi.
no. ex gl. iuncto tex. ꝙ consuetudo optandi prębendas dicitur
rationabilis & a iure approbata. Non ob. c. 3. ś. de insti. vbi be-
neficia debent haberi per institutionem canonicam, & sic nõ
per optionem, quia certè non dicitur fieri mutatio quando is
qui est de ecclesia manens in ea mutat prębendam, vel domũ,
q̃ totũ noie ecclesię tenet̃ ſm Arch. & Io. An. dicentẽ, ꝙ qñ fit
optio nõ dr̃ fieri noua collatio, sed optãs ĩhęret collationi sibi
factę de antiqua p̃benda, & cõsuetudine, & sic sine collatione,
vel titulo dimittit antiquam, & optatam recipit, secũdum Io.
And. Et ex hac ratione concludit Rota in deci. 195. quæ incipit,
c Item qđ acceptatio, ꝙ etiam valeat optio facta [b] per excõmu-
nicatum in casu istius c. cum optio non sit noua collatio, vt ś.
& idẽ tenet hic Domin. in fi. huius c. Item ex prædicta ratione
tenuit etiam hic Io. An. ꝙ optio locũ habeat in præbendis va-
cantibus per permutationem. Non ob. cle. j. de rerum permu.
quia

ADDITIONES.

a V. G. Rationabilis. Quoniam consuetudo irrationabilis nullo tempore præ-
scribitur. Ruy. consi. 115. nu. 12. lib. 4.
b V. G. Quando consuetudo variabilis & non vniformis firmata per 10. an. per
contrarium vsum populi interrumpatur, Cor. consi. 259. visa, litera h. lib. 2.
b Nic. Sup. Facta per excommunicatum. Adde Rot. deci. 5. in tit. de concess. præ-
ben. inci. quòd acceptatio, in nouis.

quia ibi irritatur collatio, non optio. de quo tamen Io. And. remurit se ad no. per eum in addi. Spec. super rub. de rerum permu. vbi videtur tenere contrarium, & vt non sit locus optioni & ita sequit̃ hic Io. de Lig. & Pau. in d. cle. j. & Fede. in tractatu permu. in q. 28. Et idẽ vr̃ tenere Fed. in suo cõsi. lix. Sed Do. hic sequit̃ primã opi. Io. An. vt locus sit optioni, quia d. cle. j. non tollit particulares consuetudines ecclesiæ. arg. c. j. ꝫ. de consti. eo. lib. & quia in optante non fit noua collatio, vt. ꝫ. de quo hic plene per Domi. & hanc partem sequitur hic Pet. de Anc. Sed plenius vide per Imo. in c. fi. de rerum permu. in 20. col. reducẽtem opi. ad concor. post Lap. ꝙ aut permutatio fit ob vtilitatẽ permutantium, & babeat locum optio, ex quo talia permutatio videtur ambitiosa, & restringenda. Si verò permutatio fiat propter vtilitatem ecclesiarum, tũc non habeat locum optio, ex quo tunc permutatio est fauorabilis, & amplianda. In ead. glo. in fi. nota ex glo. ꝙ statuum & consuetudo æquiparantur, de quo in c. j. hic allega. In glo. in ver. antiquiores, in princi. no. glo. & vide in d. c. statuimus.

7 † In ea. glo. ibi, vel aliam æquitatẽ, puta quia dat hanc optionem Doctorib. vel filijs Regum, & Principum ſm Io. And. & vide j. in gl. in ver. cum vacaut. Quid autem si consuetudo dat optionem præsentib. tm̃, an absentes existentes in seruitio ecclesiæ, vel Papæ possint tũc optare. Archi. hic, ꝙ non, quia consuetudo est stricti iuris, & nõ debet extendi. facit l. j. C. de eman. lib. & idem tenet Ioã. de Lig. hic. Sed Io. An. hic contra, quia tales absentes habẽtur de iure pro præsentibus, vt in c. ad audientiam, & c. cum dilectus. ꝫ. de cle. non resi. quia licèt consuetudo, & statutum non debeat extendi ad casum fictum, vt no. in l. 2. §. hæc verba. ff. de neg. gest. tamen ex quo ista consuetudo non est contra ius, vt ꝫ. in gl. debet extendi de casu vero ad fictum, sicut ex illia arguitur a contrario sensu per no. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure, quia talis ęquiparano repetitur facta de iure cõi, vt in d. c. cum dilectus, & ita ẽt tenuit Io. An. in reg. pro possessore. j. eo. li. secus si consuetudo esset contra ius, quia tũc non fieret extensio ad casum fictum, vt in c. susceptum, & ibi per glo. ꝫ. de rescrip. eo. lib. & no. in c. cum in tua. ꝫ. de decimis, ſm Imo. & Do. Et tene menti sing. ex dcõ Io. An. hic, ꝙ ficta pręsentia, de qua in d. c. ad audientiã. operatur non solum in turibus competentibus ipsis præsentib. de iure cõi, sed etiam ex consuetudine, vel statuto, & boc quando quia habeẽ pro præsente de iure cõi, secus si ex priuilegio, quia debet intelligi pro præsente, quo ad illa, quæ sunt de iure communi præsentibus concessa, non quo ad illa, quæ sunt contra ius, licèt concessa reperiantur quod est notandum ſm Pet. de Ancha. hic, in fi.

8 † In glo. in ver. meliores, in fi. idem Pet. de Ancha. per l. Sabinus. ff. de in diem adiect. & idem tenet Rota in deci. 227. quæ incipit, Item valet. quod intelligit hic Do. quãdo consuetudo simpliciter disponit ꝙ possit optari præbenda, secus si specificè disponit ꝙ possint optari maiores præbendæ, tunc non poterunt optari minores, quia consuetudo non debet extendi ad id, quod non seruatum, vel præscriptum & possessum, vt in c. auditis. ꝫ. de præscrip. & facit d. l. j. non ob. quod consuetudo, quando non est contra ius possit extendi per no. in c. fi. ꝫ. de offi. arch. quia illud non procederet quo ad diuersa, & ita tenet glo. j. proxi.

9 † In glo. in ver. de iure. no. singu. ex glo. quod etiam si in rescriptis fiat mentio de iure, potest etiam intelligi de consuetudine, quia consuetudo est ius, &c. facit c. j. ꝫ. vt lite pen. vnde si allegatur aliquid factum contra formam iuris, verificatur etiam de statuto, Bal. in l. j. C. de confes. in 18. col. hinc etiam est, quod si aliquis in suo libello, dicit rem ad se de iure pertinere intelligitur intentasse etiam ius statuti, vel consuetudinis ſm Bal. in l. j. in fi. prin. ff. de edendo. & all. pro hoc, d. Inno. in c. certificari, de sepul. pro quo etiam facit, quia si partes renunciant omnibus exceptionibus iuris, venit tunc consuetudo, vel statutum, ſm Bal. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quia cau. Sed Ang. contra in l. si pater. C. quando mul. tutelę offic. quia appellatione [a] iuris, debet in dubio intelligi de iure cõmuni. pro quo gl. sing. in c. j. ꝫ. de transac. & facit tex. & gl. Insti. de iure naturali. §. 2. ideo Io. An. in addi. Spe. in titu. de arb. §. excipitur, in ver. item ꝙ corruptus. tenuit quod per cõpromissum factum, vt pronuncietur de iure non poterit pronunciari, ſm statuta, uel consuetudines illius loci, licèt d. Ant. in hoc teneat ꝯrium in c. Quintauallis. ꝫ. de iureiur. & idem do. Nic. in rubr. ꝫ. de ꝯsue. per Doct. in c. Quintauallis. de quo articulo vide plenius dicta in rub. j. de reg. iur. in fi. Ange. in disputatione sua quę incipit, Romanus in rub. de arbi. qđ ad ius cõe. An si renũcio omnibus priuilegijs intelligatur de priuilegijs iuris cõmunis, an vero statutorum. Bal. in l. sed & si quis. §. quęsitũ. ff. si quis cau. co. 7. Sr testator retulit se ad ius, an intelligatur tã de iure communi quam statutario. Bar. in l. quicunque, circa medium. in versi. sed pone statutum.

10 † In glo. in ver. nõ fuerit. in fi. nec ob. d. c. constitutus. vbi impetratio facta contra consuetudinem ecclesiæ non valet si de ea non sit mentio. nam illud procedit in consuetudine respectu numeri ſcđm Pet. de Anchar. vel ibi infringeretur consuetudo si fieret prouisio, hic autem non infringitur, ideo valet impetratio non facta mentione de consuetudine ſcđm Imo. & Do. hic in fi. dicentem per hoc notabiliter limitari d. c. ꝯstitutus. vt tunc in rescripto debeat fieri mẽtio de ꝯsuetudine vel statuto ecclesiæ qñ nõ posset ꝓuideri impetrari quin infringat̃ statutũ, vel ꝯsuetudo ecclesiæ, alias secus, vt hic dr̃ quod no. & vide de boc per Fede. in suo cõsi. 59.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Appel. iuris. Adde glo. in c. Cumana. de elec. & in §. sed quotiens. Insti. de iu. natu. & per An. in sua disputatione, inci. duo litigantes.
V. G. Iuris appellatione venit ius scriptum & non scriptum. Soz. consi. prosequendo. ver. non obstat lib. j.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus nomine aliquando comprehenditur præbenda, & canonicatus simul.*
2 *Fructus grossi præbendæ defuncti in curia an optari possint.*
3 *Optio an habeat locum in præbendis specialiter reseruatis & collatis per Papam.*

1 In prębendis. † No. primo ſm Do. ꝙ appellatione præbendę, cõprehenditur aliquando canonicatus & præbenda simul facit c. j. ꝫ. eo. qđ inducit vt si impetratur præbenda vacatura, sufficiat etiã quo ad hoc vt obtineat etiam canonicatum secundum eum.

2 † Secundo nota de

a hac dictione apud, [a] quę ponitur pro in, vt patet in c. statutum in prin. j. de prębẽ. ſm Archi. & Io. An.

3 † No. primo, ꝙ licet iste tex. loquatur in pręb endis, tamen habebit locũ etiam in grossis fructibus illius canonici in curia defuncti, vt optari non possint etiam si dicti fructus redirent ad capitulum, vt tenet Rota in deci. 296. quæ incipit, Item sicut.

4 † Scđo no. de hoc verbo, ordinatur, quod importat totalem prouisionem, & sic beneficij collationem, facit c. 2. ꝫ. de conces. præben. & gl. 2. in c. post electionem, eo. titu. quod inducit hic Do. ad impetrantes beneficium spectans ad ordinationem alicuius, vt includat illud qđ spectat ad collationem, sicut etiam posset includere alios modos prouisionis beneficiorum, de quo in c. cum in illis. §. j. j. de præben.

5 † In glo. in ver. ordinatur ibi, intra mensem. nam post mẽsem haberet locum optio in præbendis, vel alijs beneficijs vacantibus in curia, vt dicit glo. hic, & tenet Lap. in sua alle. 82. de quo tamen bic per Do. in fi. istius. §.

6 † In ea. gl. in fi. Quid autem in prębendis specialiter reseruatis, & collatis per Papam, an babeat locum optio. Archi. hic, quod non, per no. in c. vt nostrum, ꝫ. de appel. Et idem tener hic Io. An. ſm quem ideo dixit Archi. de reseruatis, & collatis, quia aliàs hoc dictum esset contra tex. ꝫ. in prin. Nam quando Papa scribit super pręb enda vacatura, semper illam reseruat, & tamẽ babet locum optio, vt ꝫ. in prin. c. super quo Lap. hic sic cõcludit ꝙ aut reseruatio fit generaliter, vt quia nõ est facta ob fauorem singularem alicuius, tunc siue prouideat siue mandet prouideri tanq̃ sibi reseruata non est locus optioni, & rõ est ſm Io. de Lig. quia reseruãdo derogat oĩb. iurib. & statutis, & tollit omnem ptãtem cõferendi, & sic tollit iura, quæ dant potestatem optandi. Si verò reseruatio fit specialiter, tunc aut fit motu proprio, maximè cum cła gñali non obstante, & idem quia non habebit locũ optio. Aut reseruatio fit ad petitionem alterius, & tunc siue conferat siue mandet conferri, locus est optioni nisi de ipsa cõsuetudine faciat expressam mentionem, vt bic, & in c. quamuis. & c. si propter. ꝫ. de rescri. eo. lib. j. de pręben. cum in ecclesia. & ratio est secũdum Io. de Lig. quia tũc talis gratia procedit de radice ambitionis, vt in c. quamuis. j. de pręben. & ita transit bic Do. de quo etiã vide per Lap. in d. alle. in 3. col. Quid autem sit in prædictis deuolutis ad sedem apłicam per negligentiam inferiorũ tenet hic Archi. qđ sit locus optioni. Ex quo tales Papa cõfert iure ordinario, vt in cle. si de beneficio de pręben. qđ intelligit hæc Do. quando valens optare ignorauit vacationem quia 20. dies de quibus. j. §. proxi. currunt a die scientię secundum glo. ibi, alias si babuit notitiam tunc post 20. dies optare non posset, vt ibi. Ex his infertur, ꝙ dilatio 20. dierum habeat locũ etiã vbi non est expectans apostolicus vel executor.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Dictione apud. Adde quod ista dictio aliquando ponitur pro coram, vt in l. de iure. ff. ad muni. l. fi. ff. de offi. præfec. vig. & in l. penes te. ff. de ver. si.
V. G. Adde de huiusmodi dictione Bar. in l. si quis in tantam, col. j. ver. opp. vbi etiam Alexan. in apost. C. vnde vi.

Ne

a **Ne autem.** No. text. ibi duntaxat.[c] per quem infertur ſm Io. An. ꝙ ſi in eccleſia eſſet ſtatutũ vel conſuetudo vt daretur maius tempus optare volentibus, tunc non fieret derogatio illi tpi niſi eo caſu quo eſſet ibi expectãs apoſtolicus quo caſu in eo tantum procedit iſta dilatio 20. dierum, quod intelligit hic Do. niſi conſuetudo ſit inducta & præſcripta poſt iſtum text. tunc etiam expectans apoſtolicus non poſſet ante illud tempus conferre, quia hic non tollitur niſi cõſuetudo quæ tunc erat non futura conſuetudo. facit glo. in ver. coſuetudo, in cle. ſtatutum. de elec. & quod no. in c. j. ꝫ. de conſti. e. li. In ſtatuto vero indiſtinctè procedit dictũ Io. An. quia inferiores non poſſunt facere ſtatuta contra ius, vt in cle. ne Romani, de elec. In gl. in ver. 20. dies. in fi. & licèt iſtud tempus ſit vtile a prin. tamen in progreſſu erit continuum, & fiet computatio de momento ad momentum, ſm Archi. de quo in ele. j. in fi. de conce. præben. & ibi no. quando dicatur habuiſſe notitiã ſm Io. And. ſentientem quod etiam in iſto caſu ſufficiat illa ficta ſcientia, ſed Lap. hic tenet quod in caſu requirat vera ſcientia, & ita videtur velle glo. ibi, ſm Dom. In gl. in ver. duntaxat. in prin. no. ex glo. quod vbi plurib. ſimul datur vna dilatio certorum dierum, talis dilatio nõ intelligitur diſtributiua, ſed collectiua, vt ſimul omnibus data intelligatur, & vide per glo. in rub. C. de ſucceſ. edicto. & in d. ele. j. & quod no. in l. fi. C. qui admit. In ea. glo. in fi. no. ꝙ licèt in c. vt commiſſa. j. de elec. eo. lib. dicatur, ꝙ licèt conſtet actum intra terminũ legalem fieri non poſſe, tñ ante finẽ termini nõ poſſit fieri executio. illud procedit, niſi de hoc ꝯſtet per expreſſam voluntatẽ illius in cuius fauorem fuit data dilatio, vt vult gl. fin. hic, ſm Bal. de quo in l. cũ ſtipu. ſim mihi a Proculo. de ver. obli. & in d. c. vt cõmiſſa. nam finita cauſa dilationis finitur dilatio. l. a filia. ff. ad Trebel.

ADDITIO.

c Nic. Sup. Duntaxat. Adde de iſta dictione c. ex pœnitentibus. 50. d. iſt Archi. in c ſtatutum. in §. in nullo. de reſcrip. lib. 6. & in l. nemo. C. qui teſt. fa. poſ.
V.G. Adde de iſta dictione Bar. in l. j. in prin. ff. ſi q. Iud. nõ obtẽ. & ibi per Alex.

De postulatione prælatorum. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Electio & poſtulatio, licet non poſſit fieri hoc modo, eligo poſtulandum &c. patronus tamen poteſt dicere, eligo præſentandum.*
2 *Actus incertus admittitur in principio quãdo datur probabilis dubitatio.*
3 *Via vna quando eligitur in incompatibilibus, altera præcluditur ipſo iure.*
4 *Electionis verbum late ſumptum multa includit.*
5 *Conſtitutio antiqui iuris declaratoria quando trahatur ad præterita pendentia.*
6 *Clauſula vt melius de iure fieri poterit, quando releuet vel non.*
7 *Clauſula in fine poſita, an & quando referatur ad omnes præcedentes.*

CAP. I.

1 **PErpetuò.** † Nota j. ſm Io. An. ꝙ licèt electio, vel poſtulatio non poſſit fieri modo hic expreſſo, patronus tamen bene poſſet dicere eligo præſentãdum per no. in c. fi. ꝫ. de iure patro. cum talis ſit potius quædam præelectio quàm propriè electio. facit cle. 2. in fi. de iure patr. ſm Io. An. quod no. in c. 2. ꝫ. de iure patro. Scdõ no. ibi ſub ea forma &c. ꝙ clauſula quod actus valeat omni meliori modo & iure quo fieri poteſt, non validat actum geſtum non ſeruata forma, de quo j. in glo. & vide quod
2 no. Bar. in l. 3. ff. de teſta. mili. & in l. j. §. ſi quis ita. de ver. ob. † Tertiò no. ibi, niſi fortè. ꝙ quando in aliquo actu datur probabilis dubitatio admittitur a principio actus incertus, cum probabilis dubitatio excuſet. facit quod habetur in l. j. §. j. ff. quorũ leg. vbi ratione probabilis dubij admittitur libellus alternatiuus, ſicut hic admittitur petitio incerta in origine, debet tamẽ certificari antequam perficiatur quo ad eius executionem quod eſt generaliter verum, ſm Bal. in l. j. §. ſi quis argentum. ff. depo
3 ſi. & no. in c. 2. ꝫ. de ordi. cog. & j. tit. proxi. in c. vt quis duas. † Vltimo no. quod vbi eligitur vna via ex compatibilibus, præcluditur via ad alterã ipſo iure, & ſine ope exceptionis, quia iſta dictio, penitus, de qua in tex. importat ipſo iure, vel ſine ope exceptionis, ſm Io. An. quod tene menti de ſignificatione huius
a dictionis,[a] penitus, de quo no. in c. Romana. in fi. j. de ſen. excõ. & in c. querimoniam. de iure patro. & in c. grauẽ. in ſi. ꝫ. de pœnis. In glo. 3. in prin. nota differentiam inter electionem, & poſtulationem, & an in poſtulatione requirat forma c. quia propter. ꝫ. de elect. Io. An. in c. publicato. ꝫ. de elec. tenet ꝙ non, ſed ſufficit ſola concordia poſtulantium. & ita eſt tenendum poſt factum, licèt Inno. in c. in cauſis. ꝫ. de elec. tenuerit contrarium ſm Imo. Eſt tamen poſtulatio pronuncianda pro vno ſicut electio, & ſufficit ꝙ pronũcietur in populo, & ita ſeruatur ſm Archi. & Io. An. In ea. gl. ibi, non conſentit. differt etiam in alio, quia poſtulans vr̃ fateri defectum eſſe in poſtulatum, vt ſ. e. tit. per totum. ſed qui eligit videtur præſuppoſuiſſe in electo nullum eſſe defectum, ideo ex talibus formis reperitur eſſe contrarietas ſm Domi. In glo. in ver. vera poſtulatio. in fi. No. ex glo. diffinitionem poſtulationis, & electionis, de quo hic per Ioã.
4 An. dicentem, † ꝙ verbum, electionis, latè ſumptum multa in-
5 cludit, vt hic per eum. † In gl. in ver. de cætero. no. quod licet cõ-
1 Electus. † Tene menti primo ibi, in re. q electo quæritur ius ex electione, etiam ante consensum ipsius electi. facit c. religi. §. j. j. eo. quod inducit Do. si post electionem talis ecclesia impetraretur et ante cõsensum electi, quòd non valeat impetratio non facta mentione de electione, cum Papa non intendat tollere ius tertij, vt in c. q̃uis. s. de rescrip. eo. lib. Nam sola electio facit prælatum, & quærit ius electo. & per confirmationẽ nil noui iuris quæritũ, sed solum exercitium iuris per electionem quæsiti, vt per glos. 63. distin. quanto. & 7. q. 2. c. dilectissimi. in fi. & per Archi. 23. distin. c. 1. & j. eod. si eum. & per Imo. & Ioan. An. in c. ex parte. s. de arbi. super gl. in ver. inhibere. voluit tñ glo. sing. in ver. collatio. & in cle. j. in prin. vt li. penden. q ecclesia dicitur vacare & duret prima vacatio vsque ad confirmationẽ, vt hic in tex. in prin. quæ tñ per confirmationẽ desinit. s. de transla. præla. c. 1. & 2. vnde si electus in præpositum non confirmatus moritur in curia, nõ dicetur vacare præpositura in curia, dato q super ipsa electione vel cõfirmatione in curia litigetur, ut dicit glo. ibi per tex. in d. cle. j. de quo per Arc. j. e. si electio. Et quid sit in officijs temporalibus, an quæratur ius ex sola electione, vide no. per Bar. in l. absenti.
2 ff. de dona. & per Pet. de Anch. s. c. proxi. in princ. † Secundò tene menti ibi, nequaq̃ obtinere, q vbi in actu requiratur licentia alterius, debet talis licentia esse expressè obtenta. Ideo dicit hic Io. An. q si superior petita hac licentia taceat, & sic non expressè deneget: tñ hoc non sufficit, ex quo expressè non cõceditur: est enim dare medium inter denegationem & cõcessionẽ, vt in reg. is qui tacet. j. eo. lib. vnde dicebat idem Io. An. in c. si abbatem. j. eo. in prin. q vbicunque requiritur licẽtia superioris vel alterius, nunq̃ sufficeret illius tacitus consensus, quia regulariter licentia dẽt esse expressè obtẽta, vt hic dicitur nec sufficeret petere, nisi in casibus no. in c. licet. s. de regular.
3 & ibi per Io. An. † In glo. in ver. mensem. in prin. vnde dies illa præsentationis computatur. non ob. c. pia. j. de excep. quia ibi exprimitur q illa dies termini non computetur, sm Io. An. sentientem notabiliter q in dubio semper dies termini compu-
a retur in termino [a] & fiat computatio de momento ad momẽtum, nisi in casibus expressis in iure, quod no. ad d. capitu. pia, & ad d. l. j. ff. si quis cau. Et vide per Barto. in l. cum bissextus. ff. de uerbo. signifi. Licèt regulariter dictio, a, de qua hic in tex. ponatur exclusiuè, ut per Ioan. An. in c. statutum. j. de præ-
4 ben. † In ea. glo. in fi. idem Ioan. Mo. & Archi. & Bald. & Imo. in l. de diuisione. ff. sol. mat. & prædicta possunt procedere, qñ exprimitur a quo tpe incipiat mensis, sicut hic dicitur: aliàs verò vbi non exprimitur, accipietur mensis pro duodecima parte anni, vt in c. licet, hic alleg. sm Pau. hic, & ita transit hic Do. Sed Pet. in c. sacro. s. de sen. excõ. prout refert Io. An. hic, tenuit q tunc mensis debeat intelligi 30. dierum, per c. de illicita. 24. q. 3. & ita accipitur, sm cõem vsum loquendi. & ita vr hic sequi Bal. & in l. eos. §. fin. aũt. C. de appe. & in auth. qui semel. C. quõ & qñ iudex. & ibi per gl. in fi. per l. fi. §. si autem. C. de iure delibe. & ita vr intelligere glo. in l. vbi lex ff. de regu. iur. & sic sit conclusio, q nisi ex lege, vel statuto, vel alia demonstratione aliud appareat, mensis intelligatur 30. dierum. & ita tenet Bar. in l. cum bissextus. ff. de verb. sign. de quo etiam per eum & gl. in l. 2. ff. de diuer. & tempo. præscri. Et ita accipitur, sm cõem vsum loquendi, a quo non est recedendum in cõtibus, vt in c. ex literis, el 1. s. de spon. & in statutis, ut per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. circa finem. Et in rescrip. ut per glo. no. in c. nonnulli. s. de rescrip. Et in priuilegijs, vt per glo. in c. q a circa. s. de priui. Et in ultimis voluntatibus, ut per Bar. in l. libro-
b rum. §. quod tñ Cassius. ff. de leg. 3. & ibi per Bar. De [b] anno verò dicas, q est 365. dierum, vt in l. cum hæres. §. Stichus. ff. de statu libe. & per glo. in c. si propter. s. de rescrip. eod. lib. & ibi de anno bissextili. et in c. quæsiuit. s. de verbo. signi. & in d. l. cum bissextus. et uide per Bar. in l. libellorum ff. de accu. & p Bart. & Imo. in l. diuortio. §. item si messes. ff. sol. mat. an, ubi fit mentio de anno debeat intelligi de emergenti, an verò de naturali; qui de iure debet sumi ab incarnatione, sm glos. in Auth. vt præponatur nomen Imperator. Licèt Rota in deci. 48. quæ in-
c cip. Item q annus, teneat, q in curia Romana annus [c] computetur a natiuitate. De die verò dicas, q emergens & naturalis est 24. horarum. Artificialis verò crescit & decrescit, ut per glo. & Bar. in l. 2. ff. de uerbo. signifi. & in l. more Romano. ff. de ferijs. & no. in c. consuluit. s. de offi. dele. In glo. in ver. distulerit.
5 † in fi. idem Archi. & Io. An. & no. q impeditus nõ dicitur differre, nec ei currit tpˢ, etiam si imponatur pœna priuationis ipso iure per lapsum temporis: quod est notandum pro executoribus testamentorum, de quo hic per Do. & vide quod no. in c. statutum. j. de præben.

ADDITIONES.

a V.G. Quando dies termini computetur in termino, & quando non, uide latè per Fely. in c. placuit, col. 1. de præscri.

b Nic. Sup. De anno uerò. Adde Ioan. An & An. de But in c. licet. de supp. negli. præla. l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. & in l. cum heres. in §. Stichus. ff. de fideicom. & in l. fi. ff. de diuer & tempo. præscri.

V.G. Adde tradita per Pet. de Vozol. in trac. Prat. no. in 3. par nume. 32. q habetur in lib. xij. trac. fol. 253.

c Nic. Sup. Annus computetur a natiuitate. Adde glo. in cle. j. de sum. tri. glo. in rub. C. de iud. lib. 2. Bar. in l. libellorum. in §. si accusator. ff. de accu.

S V M M A R I V M.

1 *Confirmatio debet peti post consensum electi.*
2 *Tempus trium mensium datum electo ad petendum confirmationem, an possit prolongari uel breuiari per iudicem.*
3 *Et an si electus fuit impeditus, ut non possit petere confirmationem, quid iuris.*
4 *Eo ipso, hæc dictio, item statim, mox, omnino, funditus, ipso facto, quid hæ dictiones significent usque ad finem c.*

1 Cæterum. † No. primo, q anteq̃ petatur confirmatio, debet præcedere consensus electi. & per quæ verba debeat electus consentire, uide 8. q. j. in scripturis, & põt confirmatio peti per ipsum electum sine uitio ambitionis,

2 nis, vt hic pro quo glo. in c. cupientes. in princ. j. eo. † In glo. in ver. menses, in fi. an aūt tp̄s hic statutum possit elongari vel abbreuiari per iudicē? Ioan. An. in regula indultum. j. eod. lib. tenuit q non: quod intelligit Lapus, nisi subsistente iusta causa, & causæ cognitio interuenerit, & eo casu quo tale tp̄s abbreuiaret, tunc per lapsum tpis nō esset priuans ipso iure, sed bene
3 possit priuari, per no. j. eo. in c. licet canon. † In glo. in uer. peterc, ibi, vitatur hæc pęna. secus si electos uel ipse electus solū peteret electionem pronunciari ca nonicā, & non peteret cōfirmationē electionis, sm Io. An. & Imo. Dom. licet Lap. hic s. de quo hic per Dom. In ea. glo. ibi, per procuratorem. quid autem si electus fuit impeditus, & confirmationē non petijt, nec per se, nec per procuratorem, an sit priuatus? Lap. hic, q sic, si confirmatio erat petenda a Papa, vt in c. cupientes. §. cæterum. j. eo. secus in alijs, quia ex quo causa est ardua, non tenetur constituere procuratorē, vt io c. querelam. s. de procura. vnde iustū impedimentū excusat eum a pęna, etiam si non constituit procuratorē. facit gl. in ver. distulit. s. §. proxi. In ea. glo. in fi. no. primo ex glo. q ratihabitio habet locum in cōtractibus, in delictis, & in iudicijs, etiam in casibus vbi requiritur speciale mādatum, sicut est ad petendum confirmationē, vt in c. cum dilecta. s. de relen p. & facit glo. in c. nonnulli. eo. ti. Secundo no. ex gl. q in omni casu ratihabitio debet fieri intra illud tp̄s, intra qd̄ actus posset agi. & idem voluit glo. s. eo. in c. ut circa. in ver. adhærētes. vide per Rotam in deci. 434. aliàs. 420. quæ incip. item si impetrans. In glo. in ver. iusto. in fi. idem si sit longa distantia su-
4 perioris, sm Io. An. † In glo. fi. ibi, latę sniæ, idem Io. Mo. & Ar
a chi. & sic tene menti, q ista dictio, eo ipso, etiam [a] si apponat
b verbo futuri tēporis, importat canonē latæ sniæ. & idē de [b] ver
c bo, statim, vel mox. [c] pro quo glo. in ver. ionodetur in c. 2. j. de
d hęreticis. Et idem de verbo, [d] omnino, vt per glo. in l. j. §. si pe-
e cuniam. ff. de posi. Et idem de verbo, [e] protinus, ut no. in c. in q-
f busdam. j. de penis. & idem de verbo, [f] funditus, vt per glo. in
g l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. Et idem de verbo, ipso [g] facto, vel ipso iure, vt per glo. io c. 1. s. de rescrip. eo. lib. & ibi no. De quibus vide per Docto. in c. si diligeno. s. de foro compe. & per Bar. in l. Imperator. ff. de iure fis. & in l. cum lex. ff. de fideiusso. In ea. glo. ibi, in postulatione. idem Archi. & uide in d. c. cupientes. §. denique, secus in prouisione uel collatione, quia illius non petitur confirmatio, vt in c. si tibi absenti. j. de præb. sm Io. And. In eadem glo. ibi, fuit nullum. tene menti, q confirmatio non conualescit electionem nullam, & idem voluit glo. in uer. irritum. in c. 1. s. de postula. præla. eo. lib. An confirmatio valider electionem nullam. uide per Imo. in c. quod sicut. in fi. s. eo. in c. ecclesia. 2. col. 5. Archid. in c. si cui. In ea. glo. ibi, peccat detinendo episcopatum. uide m̄ per Inno. & Ioan. And. in d. c. q sicut. s. eod. In ea. glo. in fi. uide plene per Domi. in c. si cui. j. eo. & ibi per Archi. & per Inno. & Doc. in d. c. q sicut. & per Bar. in l. j. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. & p Bal. in l. nominationes. C. de appel. & in l. ex placito. C. de rer. pmut.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Eo ipso. Adde Arch. in c cum qui, de pręben. lib. 6. idem Arch. in c. 1. de sepul. eo. li. Bar. in l. si C. de sac. sanc. eccle.

b Nic. Sup. De uerbo, statim. Adde Bar. in l. j. in §. qui præsens. ff. de uerbo. obliga. Adde de hac dictione, statim, Soz. in l. diuortio. nu. 14. ff solu matri.

c Nic. Sup. Mox. Adde l. tutores. C. de admi. tuto. glo. in c. propter. de elec. Bar. in l. j. ff. si cer. peta.
V. G. Isto uerbo nu. 2 uide Ias. in § rursus. nu. 17. Insti. de act. & Cor. cōsi. 161. in hac litera glo. lib. 3.

d Nic. Sup. De uerbo, omnino. Adde glo. in l j in §. si ff. de po. glo in cle. j. de vi. & ho. cle. & glo in c. & si Christus. de iureiu.
V. G. Omnino. Quid significet Ruy. consi. 133. nu. 22. lib. 5.

e Nic. Sup. De uerbo, protinus. Adde glo. in l. si stipulatus fuit. ff. de uerb. obl.
V. G. Protinus. i. sine interuallo Alex. in l. j. §. qui præsens in fine de uerb. obli. & in l. j. iud. sol.

f Nic. Sup. De uerbo, funditus. Adde Bar. in trac. de tyrannide. in 6. q.
V. G Funditus Bar. in trac. de tyrania q. 7. de ipso uerbo facit mentionem.

g Nic. Sup. Ipso facto. Adde glo. in c. cum contingit. de sentē. excom. c. cum super. de off. deleg. c. estimant. xj. q 3.
V. G. No. q ipso facto, & ipso iure, idē sunt. Bar. & Ale. in l. j. ff. de his q no. infa.

SVMMARIVM.

1 *Pęna imposita pro delicto, an incurratur, si quis aliquid attentauerit, non tamen perfecit delictum.*
2 *Veniens contra pracepta legis positiue, peccat mortaliter.*
3 *Electus & positus in sacculo secundum morem Italiæ, si postea commisit delictum, & postea fuit de sacculo extractus, an poterit tale officium consequi.*

CAP. VII.

1 Perpetuò † Nota primò hunc tex. per quem refert hic Ioan. An. se determinasse qd̄ vbi in pęna imponitur ipso iure pro delicto, nō incurrit quis pęnam, licèt cogitauerit, & aliquid attentauerit, sed non perfecit delictum: etiam si per ipsum nō stetit. de quo per Io. An. in reg. in pęnis. j. eo. lib. quā regulā refert Bal. in l. si quis nō dicam rapere. C. de epi. & cler. adducens tū
2 in cōtriū l. j. §. prohibet. ff. de post. de quo p cū in l. 3. C. de ser. fug. & per Bar. in l. qui ea mente. ff. de fur. † Vltimò not. ex tex. qd̄ veniens contra pręcepta legis positiuę, peccat mortaliter, etiā
3 si pęna temporalis imponatur. facit c. vt cōmisso. j. eo. † In glo. io ver. præstiterint, io prin. no. glo. ad c. publicato, hic alleg. & inducitur hæc glo. cum tex. hic per Pet. de Ancha. ad q. de illo, qui sm morē Italiæ fuit nominatus in scrutinio ad aliquod officium temporale, & positus in sacculo, q si antequā extrahaē, cōmisit aliquod delictum, propter qd̄ debet priuari omnibus officijs, tunc si postea fuit de sacculo extractus, non poterit tale officium cōsequi, ex quo superuenit inhabilitas ante publicationē electioois. de quo hic per Domi. & per Bal. in l. si ascriptum. C. de app. & per Bar. in l. rescripto. in prin. ff. de mune. & hono. In glo. in ver priuaotur. in fi. vide per Inno. & Hosti. s. eo. in c. dudum, el j. & hic plene per Domi. & quod not. in c. interdilectos. s. de excef. præla. & per gl. in c. si quādo in fi. j. e.

SVMMARIVM.

1 *Consentiens electioni uel eligens non potest eam impugnare, Et ex causa superueniens potest quis uenire contra factum suum. nu. 2. 3.*

CAP. VIII.

1 NVlli. † No. primò, qd̄ licèt approbans personam iudicis vel testis possit inpugnare sententiā vel eius dictum, vt in c. pręsentiam. s. de testi. tamē ipse eligens vel electioni consentiens illam impugnare nō potest obijciendo in personam vel formam. de quo
2 hic per Io. An. † No. q ex causa superuenienti potest quis venire contra factum proprium: quia de iure futuro non videē cogitatum: similiter nec de iure qd̄ quis ignorat se habere, vt l. qui contemptoribus. & l. cum Aquil. ff. de transac. & s. de iureiur.
3 quem ad. & ibi in glo. plures concordantiæ. † Vltimò no. q licet regulariter. non possit quis reprobare quod semel approbauir, vt in reg. quod semel. j. eo. li. fallit tamen nisi ex noua cā, vel ex antiqua ignorata, quo casu potest quis venire cōtra proprium factum, quod procedit etiam si interuenisset iuramentū, vt per Inno. in c. cum inter P. s. de renuo. Quod inducit hic Pet. de Ancha. vt ex noua causa possit quis offendere, nec dicatur rumpere pacem, de quo per Io. And. in reg. frustra. j. eo. lib. & per Bar. in l. si seruum. ff. de uer. oblig. & in l. licitaoo. §. quòd illicitè. ff. de publicanis, Et no. hunc tex. ad dicta in c. ut circa. in glo. per proprium. iurm. s. eod. Io glo. in uer. celebrato, in fi. quia consensus subsequens non auget numerum, sm Ioā. An. In glo. in uer. impugnare, in fi. uide no. in c. cum uen. s. de excep. & per Bart. io l. post legatum. ff. de his quib. ut indig. & in c. cum olim, s. de censibus. per Inno.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta duplo maioris capituli, præsumitur melior q̄ facta a minori.*
2 *Exceptio si prohibetur opponi a lege, non uidetur prohiberi de exceptione nullitatis.*
3 *Electio an teneat, si aliquis eligentium est excommunicatus.*

CAP. IX.

1 SI quando. † No. primo, q si electio fiat a duplo maioris partis capituli, præsumitur melior quam facta a minori parte, ideo non admittitur probatio in cōtrium, prout hic dicitur. & plene vide in c. ecclesia, el 2. & c. in Genesi, & ibi per Innocē. s. eod. & dicitur pars duplo maior, illa, quæ bis tantum excedit, sm Ioan. An. & facit glo. in uer. intelligo, in c. indemnitatibus. j. eod. sufficit ergo, q sint duæ partes: vnde non requiritur necessario, q sit duplo maior pars. & ita etiam tenet gl. in uer.
2 duplo. in c. scriptum. s. eod. † Vltimo no. ex tex. q licet per legē vel statutum prohibeatur, q non possit opponi aliqua exceptio, tū non intelligitur de exceptione nullitatis, sm Dom. de quo per Bar. in l. j. § j. ff. quod vi aut clam. & in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & uide aliàs glo. singu. in cle. 1. de seque. pos. In gl. in uerb. opponendi, in fi. si ergo opponatur ante, tunc deberet fieri collatio, sicut fit etiam qñ scrutinium est cōcors, ut in c. quia propter. & in c. cum post. s. eo. sm Archi. & Ioan. An. dicentem hunc tex. non habere locum, si fierent plures electiones diuerso tpe, sed tm̄ qñ eodem tpe, & eodem contextu, de quo in c. auditis. s. eod. Nec etiam habet locum in vnica electione facta tm̄ a duplo, quia tertia pars, quæ non eligit, posset tunc opponere indistinctè, ex quo temerè nō fecit. de quo hic
3 per Dom. † In glo. fi. in fi. de quo ibi per Ioan. An. & hic per Archi. & Dom. concludentem, gl. procedere qñ excōicatio fuisset ita occulta, q nō esset nota toto capitulo uel maiori parti.

aliàs

aliàs secus esset, quia talis electus de gremio per cõionem est excõicatus minori,& sic nõ potuit eligi,vt in c.fi.ſ.de cle. excom. secus si electio sit facta de extraneo cum protestatione, ꝗ ipsi eligentes non intendunt eligere cum ipso excommunicato vel voces ipsius in numero computare,vt in c.cum super. ſ.de offi.deleg.& hic per Dom.& per Doc.in c.illa.ſ.eo.

SVMMARIVM.

1 *Causæ electionum episcoporum, & superiorum,censentur esse de maioribus causis.*
2 *Appellatio friuola,an debeat admitti,si caueatur, quamlibet appellationem admitti debere.*
3 *Dignitas nomen,quid comprehendat.nu.4.5.*
6 *Appellari non potest vna vice in certo casu &c.*
7 *Iudicium finitur per sententiam.*
8 *Appellationi,si est præsentata,an possit renunciari.*

CAP. X.

1 QVamuis. † No.primo, & ita allegatur ꝗ causæ electionum eporum,& superiorum, censentur esse de maioribus causis, & solus Papa de his cognoscit, vt hic, & in c.maiores. ſ. de baptismo.& ibi vide & plenè per Hostien.& Io.An.in c.fi.ſ.de cri
2 mi.falsi.†Secundo no.ibi,quaslibet, iuncta glo.ꝗ vbi cauetur, appellationẽ quamlibet admitti, intelligitur ẽt de friuola: & istud operatur dictio vniuersalis,quaslibet,ſm Do.licet in con
3 trarium facit glo.in l.j.C.de fi.instru.†Tertio no.ibi, dignitati-
a bus,ꝗ in gñali significatione, appellatione ᵃ dignitatũ, includunt epales & maiores,de quo ſ.eo.auaritiæ.& io c.2.j.de præ
4 bendis.†Vltimo no.ꝗ licèt iudex assignet terminum partibus ad comparendũ corã superiore, ex hoc nõ dr̃ iudex se de cã intromittere, quod facit, primo vt episcopus possit assignare terminũ exempto,vt se repræsentet corã superiore.Secũdo facit quod non dicatur propter hoc iudex se intromittere de cã, licèt in principio iudicij assignet terminũ ad comparendũ super causã, quod non vr̃ vetum, cum tunc perpetuetur iurisdictio,vt in c.gratum.& c.relatũ.ſ.de offic.deleg.& inducitur litis pendentia,vt in cle.2.vt lite pen.& tex.hic loquitur in man
5 dante cõparere coram superiore,non coram se.†In glo.in ver. quamlibet, in fi.ꝗ aũt indistinctè causæ electionũ eporum nõ sint de maioribus, patet,quia illas cõfirmant Archiepi,Patriarchę,& Legati de latere,vt in c.si abbatem.j.e.ſm Io.An.requiritur ergo,ꝗ sit appellarũ expressa legitima causa,prout hic di
6 citur.†In glo.in ver.in scriptis,in fi.& sic est hic casus specialis, in quo a diffinitiua non potest aliquo modo appellari viua vo
7 ce. † In glo.in ver.probabili,ibi,ꝯrium.idem Arch.& Ioã. Mo. per tex.hic.ibi,in iudicio, ꝗ iudicium finitur per sñiam, vt l.j. ff.de re iudi.ex quo dicto infertur,primo ſm Do.ꝗ si detur certa forma appellationis interponendæ in iudicio,non habet locum in appellatione a diffinitiua. Secundo infertur ſm Bal.ꝗ lata sñia diffinitiua non dicitur postea iudicium, & sic executio sñię non dicitur iudicium,sed certè etiã in exceptione sñię dr̃ iudicium,vt no.in c.suscitata.ſ.de in integ.resti. & per Bart. in l.litibus.C.de agri.& censi.lib.xj.In ea.glo.in fi.idem Dom. hic cũ iste tex. loquatur de omni appellatione, quæ potest interponi ab electione.In glo.in uer.legitima,ibi,differt &c.intellige etiam si illa causa non sit vera,ſm Arch. pro quo glo.4. in c.si post q.j.eo.ſm Ioan.An.Do.hic ꝯ & non bene:nam licet ad victoriam requiratur,ꝗ causa sit vera, tñ quo ad hoc vt causa deuoluatur ad Papam,sufficit, ꝗ causa sit legitima,vt hic,de quo in c.vt debitus.ſ.de appel.Io ea.glo.in fi.idem Ioan.Mon. & Archidi.ex quo nota,qñ dicatur appellatio frustratoria, de quo in cle.si ante.de do.& contu.si tñ appelletur, non seruata ista forma,& iudex deferret,talis appellatio deuoluetur ad curiam,ſm no.per Archid.in c.1.j.de appel.& tenet Rota in deci.
8 385.quæ incip.item si appelletur. † In glo.in ver.partibus, in fi. est ergo speciale in maioribus, vt vtraque parte consentiente, & non possit renunciari si appellatio est præsentata.In alijs vero ad euitationem penæ.c.1.ſ.eo.potest renunciari appellationi, per c.interposita.ſ. de appella.intellige vtraque parte consentiente, quia inuito appellato non posset appellans renunciare,etiam in causis mere temporalibus, quando res nõ esset integra,ſm Innocen.& Ioan.An.in c.ex parte.ſ.de rescrip. Et an renuncians appellationi uideatur in dubio renunciare tam instantiæ quàm causæ.In glo.in uer.prauitate, in fi.uide hic p Archi.& Dom.& per Docto.in c.dilectus, hic alleg. In glo.in ver.ad peremptorium,in fi.sed Archidia.hic contra.Quare Ioan.And.concludit, ut hæc glos. procedat quò ad penam c. cupientes.j.eod.sed quo ad processum in curia fiendum,non obstante absentia partis,procedat opi.Archi.In glo.fi.in fi.& tunc ad Papam spectabit cognitio,& cõfirmatio vt in d.c. cupiẽtes.

ADDITIO.

a Nic.Sup.Appellatione dignitatum. Adde Do.in c.quia pontificali dignitate, in primo no.de offi.deleg.lib.6.
V G.Adde, ꝗ appellatione dignitatis in materia odiosa non uenit episcopatus.Panor.in c.cum in nostris, col.2 de concess.preben. uide Fel. in Rub. de maio.& obe.col.5.

SVMMARIVM.

1 *Scientia probatur per examen.*
2 *Deficiens in probatione vnius excluditur a prosecutione omnium aliarũ exceptionum in casu certo.*
3 *Allegans qualitatem extrinsecam,quæ non prouenit a natura, tenetur illam probare.*

CAP. XI.

1 SI forte. † No.primo, ibi, alias promouendo,ꝗ cum iste tex. generaliter loquatur, locum habet in promouendo, etiam per viam collationis vel prouisionis,& in confirmato promouẽ
2 do per viam consecrationis.†Secundo no.ibi,examini,ꝗ scientia & alia qualitas intrinseca probatur per examen, de quo j.
3 † Vltimo no.casum,in quo deficiens a probatione vnius excluditur a prosecutione omniũ aliarũ exceptionũ, & est speciale hic.Quid autem sit in alijs casibus,uide per glo. in uer. probare. in c.vt circa.ſ.eo.& in l.3.§.eisdem.ff.de testibus. & j.in glo. & c.1.ſ.eo.tit.& lib.super verbo,defecerit, & procedit iste tex. siue sit appellatum siue non,ſm Ioan.An.In glo.in uer.dignitatem,in fi.idem Archi.& Io.An.quia penalis constitutio non debet extendi,ut j.eodem.c.statutum. licèt iudex bene faciat si in examinatione,ẽt in illis seruet hunc ordinem,ſm Io.An.ex quo dicto infertur ſm Domi. ꝗ penalis constitutio ex identitate rationis seruanda sit in alijs casibus q̃ expressis, non tñ quò ad penam,vt etiam voluit idem Ioan.And.in c.dispendia.§.j.ſ. de rescrip.in glo.mag.& uide per glo.in uer.Italiæ in c.1.j.de tẽpo.ord.& j.c.proximo.In glo.in uer.euidentem,ibi, repellitur. idem Arch.per c.1.3.q.9.& ibi per glo.in summa.& in §. fina.in fi.& in d.§.eisdem.In ea.glo.ibi,punietur. scilicet pena,de qua hic in fi.ſm Arch.& dicit hic Imo.quod in practica seruaretur opi.huius glo.& uide quod no.in c.1.ſ.eo.titu.super glo.in uer. defecerit.In eadem glo.in fi.idem Arch.& no.gl.per quam dicit hic Domi.ꝗ licet lex uel statutum repellat quem a probando, si tñ sua probatio recipiatur per iudicem ex illa probatione debet sequi sñia.facit cle.constitutionem,in fi.j.eo.tit.& tenuit Inno.in c.cum Bertoldus.ſ.de re iudi.& uide Bar.in l.9. C. de probatio.In glo.in uer.scientiæ,ibi,nisi probetur.no. ex gl. ꝗ allegans qualitatem personę extrinsecam, quæ prouenit ex accidenti,& non a natura, tenetur illam probare, de quo per Bar.in l.si verò.§.qui pro rei quali.ff.qui satisda.cogan. et in l.si prius.ff.de no.ope.nunci.et dicit hic Ioan. An.ꝗ si opponatur, ꝗ electus non sit legitimus,ꝗ opponens debet probare,debet tamen attẽdi,an sit in quasi possessione legitimationis uel nõ, quia illa quasi posses.transfert onus probandi, ut in c. lator.ſ. qui filij sint legi.de quo hic per Do.et plene per Ioan.An.in regu.infamibus.j.e.li.Et dicit hic Do.post Lap.ꝗ licèt electus,citatus peremptoriè, ut in certo termino subijciat se examini, sit contumax,non tñ propter hoc probatur defectus euidens, et si post terminũ uelit examinari audiendus est,ſm Domi.ponentem ẽt an defectus uel qualitas personę possit probari per testes,et per procuratorem in absentia examinãdi.et refert Rotam in deci.270.quæ incip.Item si mandatur,concludentem,ꝗ sic,sed examinatio non fit in ꝯdictorio iudicio, sed ex officio superioris,an sit dignus uel non, facit dictum Innocen.in c.licet.ſ.de transla.præla.in glo.fi.tex.in cle.Romani.de iureiurã. Sed si examinatio fit in ꝯdictorio iudicio, tunc, si persona est graduata in aliqua facultate, et poterit probari idoneitas etiã per testes uel instrumenta,argu.eorum,quę hic no. et ſ.eo. cũ olim.et in cle.j.de off.deleg.Si uerò persona non est graduata, tunc,licèt super alijs qualitatibus possit fieri examinatio,et ꝓ-
a batio in eius absentia, non tñ literatura, ᵃ cum probetur per examinationẽ ipsius personæ,ut hic in tex.vnde per alias probationes in eius absentia fieri non potest,ſm Rotã ibi, et Do. hic,et ſm prædicta deberet intelligi dictum Bal.in l.2.C.de his qui ueniam ætatis impe.dicentis ibi esse tex. singu.ꝗ qñ uenit examinanda qualitas personæ,non possit fieri in illius absentia,

ADDITIO.

a Nic.Sup.Literatura.Adde glo.in cle.Roma.de iureiuran. glo.in c.nullus, el j. 24 de car.in cle.2.de magi.Abb.in c.constitutis.in 1.no.de ap.

tia, etiam per procuratorem cum specialissimo mandaro, sed intellige vt s.per Rotam. dubium tñ facit, quia cum admittatur testis deponens de peritia, sm no.in l.j. ff. de ven.inspici.& s.de proba.proposuisti. vbi credendum est peritis in arte sua. facit c.significasti.s.de homici.videretur, q etiam de literatura & peritia literarũ possit fieri examinatio per testes in eius absentia, cum hoc cadat in sensum & iudicium testis periti in illa arte. Hinc est quòd Doctor est idoneus testis super peritia sui scholaris, vt l.nemini.C.de adun.diuer. iudi. & est glo. singu.12.q.j. omnis ętas.dicens, magistrum perhibere testimoniũ de vita & doctrina discipuli sui.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia appellatione, an ueniant loca pia & monasteria.*
2 *Metus consanguineorũ dicitur iustus metus, sicut metus qui infertur filio.*
3 *Persona ecclesiastica nõ ueniunt appellatione clericorũ in materia pęnali.*
4 *Regressus an detur contra illum, cuius contemplatione aliquis inquietat.*
5 *Faciens per alium, per se facere uidetur, etiam in materia pęnali.*
6 *Constitutio si sit pęnalis, debet largo modo interpretari in fauorem ecclesia, & clericorum.*

C A P. XII.

1 SCiant. † No.primo, ibi, vel alia pia loca, q ap-
2 pellatione ecclesiarũ non ueniunt monasteria.nec alia pia loca, nisi exprimantur, de quo per glo.in ver.monasteriorũ. in c.2.j. de sup. negli.
a prela. † Secundo tene menti, ibi, vel consanguineos. & ita allegatur, q nõ solum metus qui infertur filio, dicitur esse iustus metus patri vel eõ, vt l.isti quidem. ff. quod me. cau. sed ẽt metus consanguineorũ dr̃ iustus metus, vt hic.& ita tenet Io.Mo. & Rota in deci.461.vbi uide.ex quo infertur, q sicut per statuta laicorum non potest imponi pęna & grauamen clericis, vt s.de consti.c.ecclesia. ita nec eorum consanguineis, qñ fieret odio ipsorum clericorũ, cum metus consanguineorũ dicat iustus metus clericorũ, ut hic dr̃.facit, quod no.in c. quanto.s.de priuile.& per Bar.in l.j.§.quæ honorandæ.ff. quarum rerũ act. non datur.& in l.de pupillo.§.si quis ipsi pretori.ff. de no.ope. nun.& in l. Seius & Augerius. ff.ad l.falci.& quod no. in cle.1.
b de immuni.eccle.Et vsque[b] ad quem gradum dicantur cõsanguinei, no.per glo.in l.si fęmina. C. ad Turpilia.& in c.postremo.s.de appel.Et dixit singu.Bar.in l. cum quidam.§.quod dr̃, el j.ff.de acqui.heredi.q appellatione consanguineorũ ueniũt cõiuncti ex parte patris tñ, de propria significatione, nisi sm cõem vsum loquendi aliud appareret in loco, & idem tenet Imo.ibi, quod no.pro statutis. vnde ẽt dicebat notabiliter Ioã. An.hic, q de propria significatione, appellatione ↄsanguineorũ, non includuntur affines. vnde ista constitutio pęnalis illos nõ includit: quod ẽt est notandũ pro statutis, in quibus uerba debent intelligi verè, & propriè, vt in cle.quod circa.j. eo. & in c.in nostra.s de iniurijs.& in l.3.§.hæc uerba.de nego.gest. Vltimo no.ibi, spoliando, quia exponitur pro auferendo, vastando, inuadendo, surripiendo, vel fraudando, quæ omnia includuntur sub hoc verbo, spoliationis, sm Archi. & Io. An. quod est notandum ad statuta & libellos, in quibus fieret mentio de
3 isto uerbo, expoliatio, sm Do. † In glo. in uer. ecclesiasticis in fi.no.ex glo.iuncto tex. q appellatione clericorum, in materia pęnali, non ueniunt personæ ecclesiasticæ, nisi exprimat, nec ẽt uenirent monachi, ut j.c.proxi.& uide in c. si quis suadente. 17.q.4.& in rub.s.ne cle.uel mona.& in c.monachi.s. de sentẽ.
4 excõ.† In glo.in uer.consanguineis, in fi.no.glo. Et alibi quæritur, an ego habeam regressum ↄ illum, cuius contemplatione ego inquietor? tex.in l.nam & seruus.ff.de nego.gest. facit q sic.vbi dicit Bar.q si quis esset captus pro represalijs, quibus Titius dedit causam, potero agere ↄ Titium, sm Bar.ibi, sed hic clerici, cuius odio grauantur isti consanguinei, non dederunt causam hic inimicitię: vnde secus esset in eis. facit l.penul.in prin. ff.solu mat. & quod no.in l.exceptionem. ff.de fideius.& ad hanc glo.facit l.eum qui.in fi. ff.de iniurijs. & per Bart. in l.
5 qui seruo.ff de furtis, & hic per Pet.de Ancha.in prin.† In glo. in uer.alios, ibi, adulterum.tene menti ex glo.q etiam in pęnalibus, qui per alium facit ipse facere vr̃, & punitur mandans sicut faciens: tñ fallit in adulterio, & in alijs, quæ per alium fieri non possunt.& idem tenet glo.in l.j.§.deiecisse.ff.de vi & vi arma.sm Bar.ibi.intelligit, q interpretatiuè mandans fieri adulterium, dicatur ipse facere, de quo ibi per eum, & in l.non solum.§.si mandato. ff.de iniurijs.& in l.hæc uerba. ff. de adulte. & per Cy.in l.fi.C.ad Macedon.& quod no.in c.mulieres.s.de senten.excom.an mandans dicatur verè & propriè facere, &c. In ea.glo.ibi, mandatarius. intellige si sciuit qualitatem facti, de quo hic: secus si ignorauerit, cum tunc in contemptum huius constitutionis nõ fecerit, sm Ioan.An.sed dubium facit qđ no.in c.si uerò, el 2.s.de senten.excom.& per Inn.in c. sicut dignum.s.de homici.& per glo.in l.3.in prin.ff. quod quisque iu-
6 ris.& in l.si in tem.ff.de rei uen. † In ea.glo.in fi.idem Archid. & uide no.per Lap.in sua allega.8.et dicit hic Io.An.idem esse in conferente & postulante. Et ex hac glo.singu. tene menti, q licèt constitutio sit pęnalis, tñ si continet fauorem ecclesiarum uel clericorum, debet largo modo interpretari, & extendi ad casum non expressum ex identitate rõnis, & ita limitat c.statutum.j.e.& reg.in pęnis.j.eo.lib.& glo. in uer. dignitatẽ. s.c.proxi. Et idem esset si constitutio contineret fauorem animæ uel fidei, ut dixit singu.Io.An.in c.pen.s.qui fi.sint legi.& in c.2.s.de diuor.immo dixit nota.Bar.in auth.sacramenta puberũ. C.si aduer.uen. hóc procedere quantuncunque lex sit correctiua, ut fiat extensio ex identitate rationis in fauorem aĩæ: quod no.ad glo.in uer.Italiæ.in c.1.j.de tempo.ordi. & per Doctō.in c.2.de simonia. Item no.q qñ cõstitutio pro parte est fauorabilis & pro parte odiosa, tunc attẽditur id, super quo principaliter intendit prouidere, an dicatur fauorabilis uel non.& sic caput fauorabile extenditur, pro quo glo.in l. qui excep.ff. de condi.indebiti.& in l.ueniam.C.de in ius uocan.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Appellatione ecclesiarum.Adde glo.in c.grandi.de supp.negli.prælato An.in c.certificari.de sepul.
V.G. Adde, q ecclesię parochiales non ueniunt ecclesiarum parochialium appellatione, si sunt collegiatæ. Ruy.consi.121.nume.6 lib.3.& consi. 100. nume.23.eo.lib.3.

b Nico.Supe.Vsque ad quem gradum.Adde Doc.in cap.non debet. de consanguini.& affini.
V.G.Nota, q consanguineorum appellatione masculi, non fœminæ ueniunt. Cor.consi.15.de duabus.litera a.lib.2.& consi.74. de duobus. litera t.lib.1.

S V M M A R I V M.

1 *Constitutio emanans contra uniuersos, an includat singulos de uniuersitate comprehensos.*
2 *Ecclesia si uacat, an illi de capitulo perdant portionem prouentuũ ecclesię.*
3 *Fructuum appellatione quid comprehendatur.*
4 *Costos rerum si illas perdi permiserat, an teneatur.*
5 *Masculinum quando concipiat fœmininum.*
6 *Nouum quando aliquid dicatur.*
7 *Pęna imponatur non seruantibus canones.*
8 *Consuetudinis longęua vel inueteratę, si fiat mentio, intelligitur de legitimè prascripta per 40.annos.*
9 *Custos rei, qui tenetur ad custodiam est obligatus non solum ex facto suo, sed etiam suorum administratorum.*
10 *Redditum appellatione quid ueniat.*

C A P. XIII.

1 GEnerali. In tex ibi, & singulos.no.ar. q constitutio emanans ↄ uniuersos nõ includit singulos de vniuersitate cõprehẽsos, de quo p Io.And.in c.nimis.s.de excel.pl.In tex.ibi, seu, ex-
a ponit p, id est, sm Arc.ex quo no.q dicto, seu, posita inter diuersa.idẽ tñ importãtia, exponit pro, id est, pro quo glo.fi.in c. bonę, el j.s.de postu.præla.In text.ibi, ecclesiarũ.no. q in materia pęnali, appellatione ecclesiarum nõ veniunt monasteria vel alia pia loca nisi exprimatur vel ecõtra. facit s.c. proximo.
b In tex.ibi, clericos.no. quod appellatione[b] clericorum in materia pęnali non includuntur monachi, vel aliæ personæ ecclesiasticæ, de quo in c. si quis suadente. 17. quæstio.4. & in c. monachi.s. de senten. excom. & in rub. s. ne cleri. vel mona.
2 † No.primò, ibi, percipere. quia intelligit Archi.& Io.An. etiã in victu & vestitu. ex quo infertur a contrario sensu, q tẽpore vacationis ecclesiæ, illi de capitulo vel collegio non perdant portionem prouentuum ecclesiæ, dummodo aliter se non reddant indignos: fallit tamen in casu c.vbi periculum.s.e. ti.& li. Et licet tex. hic loquatur in bonis ecclesiarum vacantium, & Archi. teneat idem etiam in non vacantibus, tamen Ioan.An. tenet in hoc contra dicens, q quò ad pęnam huius constitutionis duo sunt necessaria. Primò, q de nouo ius vsurpent, Scđò, quòd illius virtute bona ecclesiarum vacãtium occupẽt, & altero deficiente habent locum antiqua iura.s. de foro compet.
3 cum sit.& c.conquestus.† Secundo no.ibi, nõ pertinent ad fructus

ADDITIONES.

a Nic.Sup Dicto seu.Adde glo.& Doc in c.bonæ, el j.de postul.præla.c.ego Ludo.63 dist.Card.in cle.j.in §.porrò.de sum.tri.Bar.in l.si ita. ff.de au. & ar.le.
V.G.Adde Aret.Insti.de excep.in Rub.col.1.Soc.in consi.63.in causa.uersi. capiendo lib.1.& consi.150.considerata.in prin.lib.2.

b Nic.Sup.Appellatione clericorum.Adde Ioan.An.in addi. Spe titu. de rescri. præsenta.in §.ratione formę.Doc.in c.cum non ab homine.de iud.

ctos. quod appellatione fructuum vel prouentum non includunt omnia prouenientia ex bonis ecclesiæ: quod inducit hic Domi. ad statuta vel priuilegia, de quo in c. si propter. s. de rescrip. e. lib. & no. in cle. statutum. j. eo. † Vlnmò no. in fi. quod habens custodiam rerū tenetur de suo reficere, si ipsas res labi permittit facit c. j. s. de offi. custodis, & ibi no. an obligatus ad custodiam teneatur de leui vel leuissima culpa, de quo in c. grauis s. de deposito, & in c. j. s. de custodia eucharistiæ. Vnde infert Ioā. An. ex hoc tex. quod habens custodiam ecclesiæ vacantis tenetur facere inuentarium de omnibus inuētis post mortem prælati & illa custodire. facit 12. q. 2. charitatem. & per Host. in summa huius tit. §. quid iuris. & idem videtur de hospitalarijs, vt in cle. quia contingit. de religio. do. & tenet hic Io. de Fan. & alle. Io. Butri. in l. nulli. C. de epis. & cleri. & per Bal. in l. orphanotrophos. C. e. ti. De prælatis vero, & rectoribus ecclesiarum, vide glos. 12. q. 2. sint manifesta. tenentē, quod a prin. tenentur facere inuētariū. & idem tenuit Specu. in ti. de instru. edi. §. dicto. ver. prælatus quoque. de quo etiā per gl. in ver. ratinnē. in c. qualiter. el 2. s. de accusa. & vide in d. c. charitatem. 28. distin. de Siracusanæ. † In gl. a. in fi. tene menti glos. ordi. quę semper allegatur, quā sit quod masculinum [a] concipiat fęmininum, de qua materia vide per Spec. in ti. de disputa. & alleg. §. post hæc. & per Hostien. in c. Raynaldus. s. de test. & per Imo. in cle. j. j. eo. & per Archi. in d. c. si quis suadente. & per glo. in c. 1. in prin. s. eo. titu. & lib. & per Bar. in l. j. ff. de ver. signi. & per Cy. & Bal. in l. quicunque. C. de ser. fugi. Et adde vnum no. dictum Bal. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthu. dicentis, quod [b] in cōtractibus nunq̄ masculinum concipit fęmininū, & alleg. ad hoc Archid. in d. c. si quis suadente. vnde si pater stipulatur emphyteusim pro se & filijs suis, non includuntur fęminæ, vt vī tenet e Io. de Imo. in c. potuit. in fi. de locato. de quo etiam per Bal. in l. liberti libertęq́;. C. de ope. libertorum. † In glo. in ver. de nouo. no. ex glo. quādo aliquid dicatur nouū, & vide in c. quid per nouale. s. de verbo. signi. Sed hic in tex. sumitur nouum prout dicit glo. hic, in fi. intellige si non fiat fides de titulo, aliàs haberet locum quod dicit hic glo. in prin. sm Io. An. per c. 1. j. de præscrip. dependet tñ hoc ab illo, an in consuetudine requiratur titulus, de quo in c. 3. s. de consue. e. lib. In glo. in uer. occupantes, in fi. no. ex glo. drīam inter occupare, rapere, & inuadere, quod induxit hic Do. ad statuta, & de verbo, spoliare, vide s. c. proxi. In glo. in ver. procurans in fi. no. ex gl. quā quis dicatur procurare aliquod factū. In glo. in versi. opponunt in fi. & ibi per glo. & si vocant milites ad defensionē ēt mors inde proueniens non imputatur, sm Archi. & Ioan. An. per no. per Inno. in c. olim, el 3. s. de restitu. spolia. † In glo. in versi. inhibemus in fi. tene menti glo. ordi. ponentem quæ pęna imponatur nō seruantibus canones vel cōstitutiones, & an peccent mortaliter, de quo articulo per Pau. in cle. j. de ętate, & quali. cuius dicta refert hic Do. & uide per do. Anto. & alios Doc. in c. nam concupiscentia, & in ca. 1. s. de constit. & in c. 2. de maio. & obe. & vide tex. in c. perpetuę. s. eo. titu. & lib. & in e. vt commissa. j. e. & per do. Nic. in c. 2. s. de ap. in 2. colum. In glo. in uer. fundatione in fi. no. gl. quę procedit, sm Io. An. si tpe dotanonis vel fundationis imponit hoc onus, cum postea non posset etiam tpe traditionis. facit glo. in l. j. §. accedit. C. de rei vxo. ac. † In glo. in uer. antiqua in prin. & quantum tps requiratur, uide s. in glo. in uer. de nouo, & no. ex glo. Primo quod, si fit mentio de antiqua consuetudine, vel de longęua, vel inueterata, vel his similia, semper intelligitur, quod sit legitimè præscripta per 40 annos. & idem voluit glo. s. in versi. de nouo. de quo est dictum in c. fi. s. de consue. eo. lib. & uide glo. in l. de quibus. ff. de legibus. Secundo no. ex glo. iuncto tex. quod ius patronatus ecclesiæ potest acquiri [c] ex præscriptione, vel ex consuetudine, non solum in ecclesijs sed etiam in hospitalibus, uel alijs pijs locis, de quo in c. nobis. s. de iure patro. & per Ioan. An. in reg. quod alicui. j. eo. li. & per Rotam in deci. 228. & per Fede. in consi. 228. & per Doc. in c. quorundam. de electione. In glo. in ver. huiusmodi in fi. dic quod de iure cōi, ad illum spectat custodia ecclesiæ uacantis, ad quem spectat institutio, sm glo. no. in c. cum vos. s. de offi. ord. † In glo. in ver. ministros in fi. no. iuncto tex. & ita alle. quod qui tenetur ad custodiam est obligatus non solum ex facto suo, sed etiam suorum administratorū, sicut dicitur de officialibus, vt teneantur de facto suę familię. de quo per Bart. in l. j. §. penul. & fi. ff. de publicanis. ideo ex hia determinat Rota in deci. 278. quæ incipit, item si vicarius, quod episcopus vel alius prælatus tenetur ex delicto vicarij, vel officialis delinquentis in officio sibi commisso. † In glo. in uer. redditus, in prin. no. ex glo. quid veniat appellatione redditūum, & quid appellatione fructuū, quod est notandū pro statutis, sm Dom. & uide quod no. in l. diuortio. §. si uir. ff. solu. matr. In ea glo. in fi. idem Archid. loquens tamen de habentibus simplicē custodiam: secus si haberent ius percipiendi fructus ecclesiæ vacantis, quia tunc faceret suos, & non debent reseruari futuro successori, vt sentit hic Io. An. de quo hodie plenè in extrauag. Io. 22. quæ incipit, Suscepti. & in c. si ppter. s. de rescri. e. li.

ADDITIONES.

a Nic Sup. Masculinum concipit fœmininum. Adde Bar. in l. j. ff. de uer. sig. Bart. in l. si ita scriptum. ff. de le. 2. & Bal. in l. ancillę. C. de fur.
V. G. Masculinum quando concipiat fœmininum. Ruy. consi. 22. nu. 14. lib. 3.

b Nic. Sup. In contractibus nunquam. Adde Anto. de But. in c. in quibusdam. de pœ. Ang. in l. tres fratres. ff. de pac. Do. in l. quod dicitur. ff. de uer. obli.
V. G. Adde quod non concipit fœmininum ratione contrarietatis, Ruy. consi. 103. nu. 7. lib. 3. in statutis contrà iuris communis dispen. Ruy. consi. 15. num. 9. lib. 3. & uide consi. 3. nu. 2. lib. 3. Item in odiosis. consi. 130. nu. 14. lib. 2. & quando fœmininum non concipiat. Ruy. consi. 141. nu. 11. & 12. lib. 3.

c Nic. Sup. Acquiri ex pręscriptione. Abbas in c. querelam. de præscrip. Abb. in disputatione incip. Augerius.

SVMMARIVM.

1. *Idoneitas quæ requiratur in eo, qui vult promoueri ad regimen parochialis ecclesiæ.*
2. *Superfluum non dicitur, quod inuenitur prius statutum, si declaretur postea apertius.*
3. *Constitutio noua, an trahatur ad pendentia.*
4. *Episcopus an possit dispensare in promotione fienda ante annum.*
5. *Episcopus an possit dispensare contra statutum suum.*
6. *Constituti in ordinibus minoribus tantum, an possint assumi ad beneficia curata.*

CAP. XIIII.

1 LIcet canon. No. primo, quę idoneitas requiratur in promouendo ad regimen parochialis ecclesię, scilicet quod sit idoneus sciētia, moribus, & ætate. & aduerte, quod dicta idoneitas requiritur a principio, scilicet cum regimen ecclesiæ suscipit, aliàs esset nulla promotio vel impetratio, vt in c. si eo tempore. s. de rescrip. eo. lib. De defectu verò sacrorum ordinum a principio, verum vitiet promotionē, si postea debito tpe conferantur, dic vt j. in glo. & vide glo. no. in c. si pro clericis. j. e. li. in gl. a. Secundo no. ibi, attigerit, quod sufficit attigisse 25. annum, vt possit quis promoueri ad ecclesiam parochialē, & aliàs censetur quis ipso iure inhabilis, quod procedit ēt si haberet ordinem presbyteratus ante dictā ætatē, vt no. in c. ei cui. j. de pbē. Quę sit drīa inter beneficium curatum, & ecclesiā parochialē, vide per glo. in cle. 2. de offi. vica. & vide tex. in c. dudum, el 2. s. eo. & per Doct. in c. cū in illis. j. de præben. & ibi dicta in prin. & per Rotam in decis. 449. quæ incipit, item fuit dubitatū vtrū prępositura. Et per Spec. in titu. de leg. §. videndum est, ver. sed quæritur quòd. & per glo. in ver. non imminet, in ca. 1. j. de ęta. & quali. & per Arch. in c. 1. j. de fil. presby. † In glo. 2. ibi, clarius. no. quòd non dicitur superfluum illud, quod inuenitur prius statutum, si postea clarius exprimatur. quod no. ad tex. s. in pęmio huius lib. & ad positiones, & articulos, sm Dom. In gl. in ver. parochialis ibi, non habet locum. Archi. & Io. de Lig. hic tenent cōtrium. Sed Io. Mo. & Domi. hic sequuntur hanc glo. cū tex. hic loquatur per verba denotātia actum. s. regimen vel curam gregis: vnde non sufficit habitus. facit quod no. Pau. in cle. j. de offi. vica. vide tñ per do. Nic. in d. c. de multa, in fi. s. de præben. Quò ad difficultatem de ecclesia curata habitu, sed non actu, Ge. hic, quòd in dubio sufficit, quòd qualitas sit in habitu, licèt non actu, vt hic per eum col. 5. in prin. idem Imo. in d. c. de multa. col. 20. referens Ioan. Cald. d. Pe. & d. Flo. hic tenere idē Inno. ibi. Quid in ecclesia parochiali, quæ non habet parochianos. Pet. de Anch. hic refert opi. & nullam firmat, & dicit, cogita quæ sit verior. & uide hic plene per Do. qui facit magnam distinctionem, & tenet, quòd in dubio, alio nō apparente, sufficit, quòd in habitu, licèt nō actu. vide per do. Nic. in c. de multa. in fi. de præben. & gl. in uer. collegiatas. j. in c. statutum. Pau. in cle. j. de offi. vica. sequitur glo. hic. d. Flo. ibi in 21. q. tenet contrariū, uide Gemi. in c. deliberatione, in fi. de offi. leg. In glo. in uer. attigerit in fi. vide quod no. in cle. ne in agro. §. cæterum. de statu mona. † In glo. in uer. de cętero, in fi. tene menti hanc gl. an noua constitutio trahatur ad pendentia. & licet Iac. de Bel. in auth. hic alleg. tenuerit cōtrium, tñ Ioan. An. tenet sm glo. hic, & cōclude, sm Do. quòd si constitutio disponit super actu non habente nisi vnicam partē, & si disponit super ipso actu, & non extenditur nisi ad actum iam creatum, ut in c. fi. s. de cōsti. Sed si disponit super executione ipsius actus, tunc extenditur ad executionem, quæ est de futuro, licèt actus fuerit de pręterito, vt voluit glo. no. in uer. in posterum, in cle. vt hi qui. de ętate & quali. in cle. 2. de vita & hone. cle. Sed ipsa constitutio

disponit

dispomit super actu habente diuersas partes, tunc si partes illius actus sunt totale de præterito, nec habent cõnexitatẽ cũ illis, quæ sunt fiendæ de futuro, tunc constitutio noua non extẽditur ad illas de præterito, sed ad illas de futuro, vt tenet gl. hic & in cle. dispendiosam, in fi. de iudi. Sed si partes, quæ sunt de futuro habent connexitatẽ cum illis, quę sunt de præterito, & tunc si non possunt expedire sine illis actibus, qui sunt de præterito, & constitutio ad talia non extenditur: aliàs secus, vt voluit glo. no. in cle. j. in princ. de test. & uide de his per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & no. ꝫ. in c. 1. de postu. præla. e. lib. & ibi dicta. Et uide plene per Domi. in c. penul. in fi. j. de offi. leg. in 6. & per Bar. & Bal. in l. sancimus. C. de sacrosan. eccle.
4 & per Lap. in alle. 87. in ulti. col. † In glo. in vet. carere ibi, solum super residentia. ergo in alijs hic expressis secus, vt in c. nõne. ꝫ. de præsump. Ex quo infertur primo, ꝙ super promotione fiẽda j. annum, non dispenset eps prorogando, cum sit speciale in
a casu c. cum ex eo. hic alleg. Secundo infertur, ꝙ eps [a] nõ dispẽset super ætate in promouendo ad ecclesiam curatam, qd̃ intelligit hic Arch. nisi rõne magnæ vtilitatis, uel necessitatis ecclesiæ, sed ꝯrium indistinctè seruatur, ſm Ioã. An. & Domi. hic. & vide glo. ordi. in ver. vel ętate, in c. cupientes. §. denique. j. e. quis dispenset super ętate quò ad promotionẽ aliorum beneficiorũ. Sed an possit eps dispensare super ętate quò ad promotionẽ & susceptionẽ sacrorũ ordinũ, vide per glos. in cle. fi. de ęta. & qual. in fi. vbi tenuit, ꝙ non. & idem Pau. ibi. Sed an possit eps dispensare contra suum statutum vel particularẽ cõsuetudinem ecclesiæ. Arch. hic ꝙ non, per no. per Innocen. in c. dilectus. ꝫ. de tempo. ordi. Sed Io. An. hic ꝯ: quod procedit qñ ex tali consuetudine vel statuto non esset alteri ius quæsitum, tũc enim posset eps dispensare, prout etiam tenet d. Anto. & Imo. in c. quæ in ecclesiarũ, in fi. ꝫ. de consti. aliàs si transiret in priuilegium subditi vel ꝯtum, procederet opi. Archid. & ita sequi-
5 tur hic Lapus & Do. † Tu aduerte, quia de statuto episcopi, an possit contra eum dispensare, no. per Archid. in c. 2. §. statuto. ꝫ. de consti. & ibi, an statutum epi liget ipsum epm, & plene per Io. An. in reg. cui licet. j. eo. lib. & per d. Anto. & alios Doc. in c. at si clerici. ꝫ. de iud. Quantum au[t] ad particularem consuetudinẽ ecclesiæ, no. per Ioan. An. in reg. ꝙ oẽs. 2. c. lib. & vide p eum in c. 1. j. de fil. presby. eo. lib. & per Inno. in c. fi. ꝫ. de cleri. non re-
6 siden. & in c. cum ad monasterium. ꝫ. de statu mona. † In ea. gl. in fi. idem tenet glo. in vet. subdiaconatus. in c. cum ex eo. j. e. & in ca. 2. j. de insti. in j. glos. & in c. si pro clericis. j. de præbendis. in ver. prouidere. Super quo articulo, si quæratur, an constituti in minoribus ordinibus tñ possint assumi ad bñficia curata sine dispensatione, aduerte ad quatuor casus. Et primo, vt p viam præsentationis fiendę per patronos, possit sine dispensatione assumi, vt in d. c. 2. idem & secundo, si per viam impetrationis, vel per literas Papæ, etiam si in ipsis literis nõ fieret mẽtio de defectu ordinum, vt est tex. & glo. in d. c. si pro clericis, qui procedit, vt tenuit Lapus ibi, etiam si per literas Papę mãdetur prouideri de dignitate curata & collegiata, vt valeãt literæ, non facta mentione de defectu ordinũ, de quo dic, vt ibi p Lapum, & Do. Tertius verò casus, qñ annomeretur quis p uiã collationis, & dic idem ut possit, ut d. c. cum ex eo, ſm Imol. in c. dudum, el j. ꝫ. eo. Quartus casus est, si assumitur quis per uiam electionis. & in hoc aduerte, quia aliquando quæritur in beneficijs curatis sine dignitate, & tunc Archi. in d. c. si pro clericis. & in d. c. cum ex eo. tenet ꝙ possit de iure communi, sine dispẽsatione. & idem Io. Mona. in c. cupientes. in §. pen. j. eo. & hanc opi. tenet Pau. in cle. j. de offi. vica. & Ioan. de Ligna. & Ioan. de Fanni. & Lapus in d. cap. si pro clericis. Et idem Ioan. Cald. & Do. Floria in c. dudum, el j. ꝫ. eo. & Pet. de Ancha. in d. cle. j. & idem Domi. Ant. & d. Floria. ibi. et idem Domi. hic. Sed glossę ꝫ. tenent indistinctè contrarium, & ꝙ nullo casu possit de iure communi per viam electionis. & idẽ tenet Io. An. & hanc opi. tenet do. Ant. & Imo. in d. c. dudum. & idem tenet hic, & in d. cle. j. cum in materia correctiua non debet fieri extensio etiã per identitatem vel maioritatem rationis, per no. glo. in auth. quas actio. C. de sacrosan. eccle. Sed certe opi. contraria videt̃ esse magis communis, vt patet ex pręcedentibus. Aliquando quæritur de beneficijs curatis cũ dignitate. & tunc tenuit Lapus in d. c. si. pro clericis, qd̃ possit eligi de iure communi constitutus in minoribus tantum, etiam si dignitas sit collegiata. Sed ista opinio communiter reprobatur, vt ad dignitatem curatam de iure communi non possit eligi, nisi constitutus in sacris, per tex. in d. c. dudũ. qui de dignitate loquitur. & ita tutius est tenere secundum Do. Floria. in d. cle. j. prout etiam tenet ibi Pau. & Ioan. de Imo. & ita etiam tenet Imo. & Domi. hic.

Quid autem sit quando beneficia curata etiam simplicia requirerent sacrum ordinẽ ex cõsuetudine vel statuto ecclesię, vide per Lap. & Domi. in c. si. pro clericis.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Episcopus non dispensat. Adde Spe. ti. de dispensatione in §. nunc. de episcoporum. Inno. no. & Ant. de But. in c. dilectus. de tempo. ordi. Do. in c. at si cler. in §. de adulterijs. de iu.

V.G. Adde, ꝙ eps non dispensat cum corrupta, ut eligatur in abbatissam. Car. in clem. 2. §. statuimus. q. 11. de sta. mo. An autem possit unam ecclesiam suæ diœcesis in totum eximere? Dec. consi. 114. per totum, ubi ample.

SVMMARIVM.

1 *Pœna quando apponitur facto negatiuo, non requiritur alia admonitio, & quando illud procedat, uide.*
2 *Gratia an expiret per mortem concedentis.*
3 *Dispensatio fieri non potest, nisi iusta causa subsistente.*
4 *Mora non potest purgari post executionem factam atare.*
5 *Dispensare quis possit super non residendo.*

Is etiam. Nota primo ibi, assumetur. quòd cum iste tex. generaliter loquatur, generaliter locũ habet, siue quis fuerit assumptus per collationẽ, siue per prouisionẽ, vel præsentationẽ, uel electionem ad ecclesiã parochialem, & ita sequitur hic Do. & ita etiam tex. in c. cum in cunctis. ꝫ. e.
1 generaliter loquitur. † Secundo no. ibi, nulla. quòd qñ facto negatiuo apponitur pęna, non requiritur alia admonitio: quod procedit qñ apponitur tempus, aliàs secus esset, per Inno. in c. extirpandæ §. quia uerò. ꝫ. de præben. ſm Ioã. An. & ita sequitur hic Do. & Pet. de Ancha. licèt Arch. aliud velit, de quo per Docto. in d. §. quia uerò, pro quo facit auth. hoc amplius. C. de fideicom. & c. nos quidem. ꝫ. de testa. vbi facto negatiuo apponitur terminus, & tñ requiritur admonitio, licèt d. Flo. in d. §. quia verò, teneat ꝯ Inno. ibi, et uide per Bart. in l. suus quoque. ff. de
2 hęre. insti. et per glo. et Bal. in l. 1. C. de his quib. ut indig. † Tertio no. ibi, gratia. quòd dispensatio appellatur gratia. Ex quo infertur primo, ꝙ non expiret per mortem concedentis, ſm Archi. et Io. An. et facit c. si super gratia. j. de offi. dele. et qd̃ no. j. c. proxi. et in c. cum ex eo. et ita tenuit Fede. de Sen. in suo consi. 79. uide per glo. et Doc. in c. pe. ꝫ. de ele. non resi. Scd̃o infert, ꝙ superior non possit cogi ad dispensandũ, de quo per gl. in c. exigunt. j. q. 7. si tñ dispensatio est debita, appellatur ius, eo quia executiua iustitiæ, sed si est permissa et non debita, tũc dr̃ grã, ſm Arch. et Io. An. et qñ dispensatio esset debita, quia subsisteret iusta causa, ut per glo. 50. dist. ut constitueretur. et c. dño sancto, tunc peccat eps uel alius superior eam denegando, ſm gl.
3 ibi, et Archi. hic. † Vltimo no. ꝙ dispensatio fieri non põt, nisi subsistente iusta causa, de quo hic plene per Arch. et per Inno. in c. cum ad monasteriũ. ꝫ. de statu mona. et in c. de multa. ꝫ. de præben. et si fiat dispensatio, non subsistente iusta causa, nõ valeret in foro iudiciali, ſm Arch. hic, nec ẽt in foro conscientię, ẽt si fieret per Papam, ut uoluit glo. sing. in c. non est. ꝫ. de voto. Et quæ sit iusta causa, et quę requirantur in dispensatione, hic per Archi. et Io. An. Et uide notabiliter per Fede. in suo consi. 200. et p Rot. in deci. 262. q̃ incipit, Itẽ in religioso. Et dicit hic Archi. quòd si eps uel alius prælatus dispensat in casu non permisso et licito, et sic sine iusta causa, est deponendus si super hoc fuerit accusatus, ut habetur j. distio. qui in aliquo. et in c. 1. in fi. et per glo. 45. dist. omnis qui. in glo. sed qualiter, uer. solutio. Quid si est dispensatũ cũ patiẽte defectũ ætatis, ut obtineat ecclesiã curatam, an tunc iste incurrat pęna priuationis si non est promotus ad ordines? uide Ioan. An. in c. cum ex eo, tenentem j. eo. quòd excusatur, quia est iuste impeditus ratione defectus ætatis. In glo. in uer. personaliter, in fi. idem Archid. vnde in casu d. c. extirpandę. poterit seruire per uicarium, sed in alia ecclesia parochiali non annexa secus, quia eius rector tenetur personaliter residere, et seruire, et non per uicarium, ut hic, et in c. cõquerente. ꝫ. de ele. non resi. ſm Io. An. de quo etiã no. in c. ex parte, el 2. eo. ti. & per Lap. in sua alle. 6. & per Doc. in cle. j. de offi. vica. Et qualiter intelligatur ꝙ debent personaliter residere, hic per Archi. & per Io. An. in d. c. ex parte. Quid autem in eo, qui dispẽsatiuè habet duas ecclesias parochiales an possit in altera deseruire per vicarium, & an intelligatur dispensatum super non residentia: vide per glo. & Io. An. in c. nõ potest. j. de pręben. In glo. in ver. annum, in princ. vide not. q. Io. An. in reg. imputari. j. eo. li. vbi quęrit quid si diaconus promotus ad ecclesiã parochialem, qui vltimo die Septembris habuit possessionẽ pacificam, & negligit vsque ad alia quatuor tempora sequẽtis Septembris promoueri ad sacerdotium, & in sabbato quatuor temporum illius mensis non potuit ordinari ex aliquo impedimento, an finito illo mense, & anno sit

ipso

ipso iure priuatus per hunc tex. & tenet quod non, nisi impedimentum procedat sua culpa. tamen tenebitur quam primum potens se facere promoueri, secundum Io. An. ibi. & vide in simili per Archi. in d.c. cum ea eo. In ea glo. in fi. no. glo. a quo tẽpore currat iste annus, & dicit hic Archi. & Io. An. quod dicitur cõmissum regimen ecclesiæ, quãdo esset facta cõfirmatio, & decreta administratio, & possessio beneficij adepta, vt in c. commissa. j. e. aliàs si prædicta non interuenirent nõ diceretur cõmissum regimen, sed cõmittendũ. & sic non curreret tempus, sm Ioã.

4 An. † In glo. in ver. priuatus ibi, mora. nota, quod post executionẽ
a factam a iure, non potest mora purgari,[a] de quo plene no. in l. insulam. ff. de ver. oblig. & in c. commissa. j. eo. In ead. glo. ibi, per istum. idem Ioan. Mo. & no. quòd per impositionem pœnæ a lege noua, non intelligitur recessum a pęna l. antiquę, de quo per Bar. in l. j. ff. vi. bo. rap. In ea. glo. in fi. no. ex glo. an & qualiter quis possit cogi ad ordines suscipiẽdos. & vide in cle.

5 ne in agro. §. antepenul. de statu mo. † In glo. in ver. ordinariua ibi Hostien. idem Ioã. Mo. & procedit in inferiore ab episcopo, habente potestatẽ destituendi a beneficio, cum talis possit ad residentiã citare, & non cõparentẽ, punire, sm Inno. & Ioã. An. in c. qualiter. s. de cleri. non residen. facit glo. a. in c. ordinarij. j. de offi. ordi. Sed si inferior non habet potestatẽ destituendi, tunc eius dispensatio valet, sed potest episcopus eam reuocare, sm Ioan. An. de quo per eum in c. cum omnes. de consti. in glo. a. & in c. a. s. de instit. & per Inno. in c. fi. s. de postu. præla. & per Specu. in titu. a. §. sunt quoque. in fi. Et hæc distinctio procedit in dispensatione super residentia tm: sed de dispensatione super non residentia simul cum ordine, & tunc inferior ab episcopo facere non potest, cum talis ordinem conferre non valeat, vt in c. cum nullus. j. de tẽpo. ordi. sm Domi. Sed an possit episcopus ex legitima cã dispensare super nõ residentia cũ illo, cui per Papam est collatum beneficium cũ consueta clausula de residentia, in eo facienda? Archi. & Ioan. An. hic, quod sic, per no. in c. cum ordinem. s. de rescrip. Et dicunt idem esse de clausula apposita, vt promoueatur ad ordinem, per quam clausulam non intelligitur sublata potestas dispensandi, vt in d. c. cum ex eo. vnde concluditur, quod per tales clausulas non intelligitur sublata potestas dispensandi ipsorum ordinariorum, sm Ioan. An. de quo per eum in reg. generi. j. eo. li. & in c. non potest. j. de præben. Ex quibus singulariter infertur, quòd omnes clausulæ, quæ sunt sm ius appositæ in rescriptis apostolicis, recipiunt oẽs interpretationes & limitationes, etiam quò ad potestatem dispensandi, quas recipit ius de illis disponens, sm Do. & vide quod no. in c. s. s. de rescrip. In ea. glo. in fi. vide glo. in ver. in scholis. in c. fi. s. de rescrip. eo. lib.

ADDITIO.

a Celsus. Non potest mora purgari. Adde Panor. c. licet num. 2. & ibi, quod notatur in spo. ad eum in ver. executio a iure. de sup. neg. præla. Alex. omnino in l. si insulam, cha. de. de uer. ob. & Pau. de Ca. consi. 31.
V.G. Adde, quod moræ purgatio admittitur de canonica æquitate, nisi ubi adest dies, & pęna in conuentionalibus. Ruy. consi. 133. nu. 5. lib. 1. & consi. 119. nume. 12. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Nemo, hoc verbum negatiuum quid comprehendat.*
2 *Commenda parochialis ecclesiæ requirit non tantum idoneitatem personæ, sed etiam utilitatem euidentem. Quid in commenda aliorum beneficiorum, nume. 3.*
4 *Commendatarij ecclesiarum non dicuntur prælati. Et an faciant fructus suos. nume. 5.*
6 *Commendatarius an possit conferre ecclesiam spectantem ad collationem suę ecclesiæ commendatæ.*
7 *Impetratio facta de beneficio commendato, non valet si non fiat mentio de commenda.*
8 *Commenda non potest fieri in aliqua ecclesia sine dispensatione, cum quaelibet ecclesia debeat habere suum prælatum.*
9 *Commenda non expirat per mortem commendantis.*
10 *Idoneitas an maior requiratur in commendatario quàm in eo cui confertur ecclesia in titulum.*
11 *Legatus an possit dare beneficia suæ prouinciæ in commendam. Et an expiret per mortem eius. nu. 12.*
13 *Episcopus si contulit beneficium, & legatus eodem die dedit in commendã quis istorum præferitur.*
14 *Commendatarius an possit exercere omnia iura spectantia in ecclesia ratione iurisdictionis, puta conferre beneficia, excommunicare &c.*

CAP. XV.

1 NEmo. † No. primo ibi, nemo. quia comprehenditur etiam legatus, & si sit Cardinalis. & hoc propter illud vniuersale negatiuũ, nemo, quod importat, ac si diceret, nullus. facit 19. distin. c. 1. uer. sed responsum, sm Arch. & Ioan. An. ex quo tene menti, quod vbi repentur prohibitio præcedente termino vniuersali, puta, nemo, vel nullus, tũc talis prohibitio oẽs astringit, & Legatos de latere, & potest esse ratio, quia ista constitutio est edita in concilio, contrà quod legatus de latere dispensare non potest, sm glo. in c. pe. s. de fil. presby. & facit quod no. in c. fi. j. de hæreticis. & in c. cum dilec. s. de electione. Nullus ergo inferior a Papa potest commendare ecclesiam parochialẽ cõtra dispositionem huius tex. & cõmenda esset ipso iure nulla, de quo infra. Secundo no. ibi, sacerdotio. quòd duo copulatiuè requiruntur tempore cõcessionis in hac commenda. Primo ętas legitima. & sic non per dispensationẽ, vt in l. fi. C. de his qui veniam ętatis impe. sm Arch. Secundo requiritur ordo sacerdotalis: vnde requiritur maior idoneitas in cõmendatario, quàm si concederet in titulum, vt hic in glo. Tertio no. ibi, nisi vnam. quod sicut nõ potest quis in titulum habere duas ecclesias curatas, vt s. de præben. c. de multa. ita nec in cõmendã, nec potest super hoc di-
a spensari per inferiorẽ a Papa, vt hic dr. † Quarto no. ibi, euidẽti, quod non solum requiritur idoneitas personæ in cõmenda parochialis, sed & euidens vtilitas uel necessitas ecclesiæ, vt in casu c. 1. s. de feudis. & in casu c. officij. s. eo. Quando aũt litigaretur de electione vel confirmatione, tunc non cõmendatur verè, tunc enim imponitur custos, vel economus, cuius officium durat vsque quo ecclesia fuerit ordinata, & si sex menses excedat, vt s. de offi. ordi. cum vos, sm Ioan. An. Et intantum debet cõmenda fieri intuitu ecclesiæ, & non intuitu personæ, qa aliter facta, ipso iure non valeret, ut hic in fi. tex. sm Archi. & Ioã. An. dicentes etiam per hunc tex. in fi. & per ea, quæ no. in c. auditis. s. eo. quod cum cõmenda facta cõ formam huius tex. sit nulla, poterunt immediate patroni præsentare, & electos eligere, ut
3 in reg. non pręstat. j. eo. sm Archi. & Ioan. An. † In glo. in uer. parochialem, in fi. alia ergo beneficia poterunt perpetuò ad tẽpus, uel ad beneplacitum commendari, nec exigitur ordo sacerdotalis, vt no. 21. q. j. qui plures, secundũ Domi. hic in fi. huius glo. & facit c. si constiterit. s. de accusatio. Est ergo speciale in ecclesijs parochialibus simplicibus. Quid autẽ in parochialibus collegiatis? cõcludit hic Arch. quod episcopus possit cõmendare. & in his iste tex. locum non habeat, ut in c. statutũ. j. eo. ut sic iura antiqua, scilicet dudum, el 2. s. eo. & d. c. si constiterit. & 21. q. j. qui plures, remaneant incorrecta, ar. l. pręcipim⁹. C. de appella. sed legatus de latere tales cõmendare nõ posset, vt in c. pen. j. de offi. leg. sic nec facere potest cõmendationem prębendarũ, habentiũ onus annexum, sm no. in c. significatũ. s. de pręben. Et ita finaliter vr̃ hic residere Ioan. An. cum hic requiratur, quod sit in sacerdotio: sed in collegiatis non arctatur quis ad sacerdotium, ut d. c. statutum. ergo tex. hic in illis locum nõ habet. & ita sequitur hic Domi. & Imo. licet Pet. de Anch. hic
4 teneat cõtrium. In gl. in uer. ętate, in fi. idem sequunt Doc. † In gl. in uer. cõmendare ibi, an sit pręlatus. tene menti ex glo. quod cõmendatarij ecclesiarũ non dicuntur p̃lati, nec ueniunt appellatione prælatorũ. qđ est notan. pro constitutionibus uel priuilegijs loquentibus de p̃latis, sm Do. & idem uoluit gl. in c. q. plures, hic alle. et Archi. hic, et Inno. in c. si cõstiterit. s. de accu. In ea. gl. ibi, cũ debito modo sit. & idẽ Arc. & Do. hic q. refert Rotam in decis 41. idẽ tenere. & dr̃ titulus commendę canonicus quò ad hoc, ut interim ecclesia non dicatur vacare, & interim non currat ordinarijs tps lateranensis cõcilij. in c. 2. de cõcess. p̃b. & si aliquis impetraret talem ecclesiã, non facta mentione de cõmenda, non teneret impetratio, ut in c. cum nostris. & c. literas. s. de cõcess. p̃b. sm Arch. hic, de quo j. in glo. & isto mõ cõmenda dr̃ tribuere ius, ut dicit glo. j. & hoc respectu quo ad hunc casum, cõmenda habet quandã attinentiã, uel affinitatẽ cũ prælatura, per quã ecclesia non dr̃ uacare, in qua habetur titulus cõmendę, & est mirabile cũ non habeat p̃latum, & tamẽ non uacat, sm Ioan. An. non tñ ex cõmenda dr̃ quæri ius in ipsa ecclesia, cũ isti non dicantur p̃lati, sed procuratores, & non habent ius in ecclesia, ut s. per glo. & tenet hic Arch. & Inn. in d. c. si constiterit. dicens tñ, quod dr̃ legitimus administrator, & liberiorẽ administrationẽ habet, q̃ procurator, ar. 7. q. 2. pastoralis. & 61. di. obitum. & c. sequenti. Et ex his notabiliter inferuntur aliqua notanda dicta. Et primo, quod si ecclesia vacans p mortẽ prælati, cõcedatur in cõmendã, finita cõmenda, dicetur ecclesia uacare per mortẽ, sm Do. quia cõmenda non facit com-
a mendatariũ prælatum,[a] ut s. in glo. ideo durat antiqua uacatio quandiu

ADDITIO.

a Nic. Sup. Commendatarium prælatum. Adde cap. relatio. 21. q. j. & per Ludo. Ro. consi. 350. incip. in casu propositę consultationis.

quandiu sit prouisum ecclesiæ de vero prælato, vt dicit glo. in verbo, collatio. in cle. j. vt li. pen. Secundo infertur, ꝙ si beneficiũ cõmendatũ vacabat in curia, ꝙ eodem modo finita cõmenda dicetur vacasse in curia, vt in d. cle. j. s̃m Do. Sed Lap. tenebat hic ↄ̃trium, quia cõmendatarius habet titulum canonicũ, vt s̃. facit cle. quia regulares. de sup. neg. præla. vbi per mortem ipsius ministri, positi in ipso beneficio, qui potest reuocari ad libitum, dr̃ vacare beneficiũ. Sed Do. tenet hic ↄ̃trium, quia iura loquentia de beneficijs vacantibus in curia, loquuntur qñ moritur ille, qui habet titulum prælaturæ, vt patet in c. præsenti. §. j. j̃. de p̃ben. Sed nullũ beneficiũ põt dici suum, nisi habeat titulũ prælationis, vt in c. si tibi absenti. j̃. de præben. & facit dicta cle. j. in prin. ibi, super bñficio sibi collato. vnde cũ cõmendatarius non sit prælatus, vt in glo. ergo per ipsius mortẽ non vacabit in curia. Nec ob. dicta cle. quia regulares. ibi loquitur de veris prælatis, licèt sint remouibiles ad nutũ. ideo beneficiũ dr̃ vacare per eorũ mortẽ, sed cõmendatarius non est verus p̃latus, vt s̃. s̃m Do. Et hanc partẽ sequitur Imo. in c. fi. s̃. de rer. permu. in 8. col. Ex quo sequitur, ꝙ per mortẽ cõmendatarij non dicatur vacare beneficiũ.

5 † In ea. glo. ibi, fructus suos. no. ex glo. ꝙ cõmendatarij ecclesiarũ non faciunt fructus suos.[a] & idem tenet Arch. & alij Doct. hic per no. in d. c. qui plures. cũ dicantur habere custodiam tñ, & ita refert hic Do. Rotam tenere in deci. 343. quia cõmenda non tribuit ius in beneficio, nec facit prælatum, sed procuratorẽ cum legitima administratione. & ẽt tenet Inno. in d. c. si constiterit. & ita est tenendũ, licèt Io. Mona. hic aliud velit, & non bene: immo ẽt quantumcunq; haberet quis ecclesiã cõmendatã in specie, vt perciperet temporalia ad sustentationẽ sui, tñ tenetur conseruare ecclesiam in suo statu, & facere deseruire per numerũ clericorũ consuetũ & hospitalitatẽ tenere. Et solũ tũc posset percipere superfluos redditus, deductis oĩbus alijs oneribus ipsius ecclesiæ, argu. c. de monachis. s̃. de p̃ben. quod inducit ibi d. Nic. contra domino Cardinales & alios habentes ecclesias cõmendatas. Nam si qñ concedatur alicui eligi pleno iure,[b] etiam quo ad tẽporalia, solum põt ille percipere superfluos redditus, deductis oneribus ipsi ecclesiæ incumbentibus, nec põt immutare solitũ statum ecclesiæ, vt in d. c. de monachis. & in c. pastoralis. s̃. de priuilegijs. & ibi per Inno. & Doct. Fortius hoc procedit in habentibus ecclesias cõmendatas simpliciter, vel ẽt si habeant in specie a Papa, vt tẽporalia inde percipiãt ad sustentationẽ sui. vnde ex his patet ꝙ cõmenda non facit quem prælatũ, sed procuratorẽ. vide per do. Pe. in sua canonica in 4. c. canonicę parochialis, in fi. vbi tenet ꝙ cõmendatarius ecclesiæ parochialis, si percipit quartam de relictis factis alteri ecclesię, ꝙ illam quartam facit suam propriã. vide ibi. Et ex his infertur ad q. si Papa reseruauit sibi beneficium vacaturũ, deinde vacat, & Papa illud commẽdat alteri ad tempus, an dicatur finita reseruatio, sicut si verè contulisset? Rota prout hic refert Do. in dec. 344. tenet quòd non, quia commenda non dat ius in beneficio, nec cõmendatarius facit fructus suos, nec est prælatus, nec habet ius perpetuũ, sed t̃pale, vt patet hic in glo. & ita fuit obtentum per maiorem partẽ ipsorũ, vt dicit Rota ibi & sequitur hic Dom. Sed quid si fiat cõmenda ad tempus incertum, puta si dicatur donec assecutus fuerit possessionẽ ep̃atus, cum iam erat facta prouisio? Rota in d. deci. tenet, ꝙ tunc expiret reseruatio, cũ videatur perpetua dispositio, propter dubium euentum conditionis, q̃ potest non existere, arg. c. fi. s̃. de rescrip. eo. li. & l. sufficit. ff. de condi. indebiti, s̃m Rotam ibi, quod intelligit hic Domi. quando Papa reseruasset beneficium suæ prouisioni, cum verbum prouisionis, includit omnem modum, per quem ecclesiæ prouidetur, s̃m glo. in cle. fi. eo. titu. secus si Papa reseruasset collationi suæ, quia cum collatio præsupponat concessionem beneficij, quæ tribuat ius in re, & faciat beneficiũ esse illius cui cõfertur, vt in d. c. si obi. tunc per talem cõmendam non expiraret reseruatio, s̃m Do. Sed quid si commenda fiat per Papam de beneficio spectante ad collationem inferioris, an finita cõmenda redeat potestas conferendi ad ordinarium? glo. in c. inter dilectos, in fi. s̃. de exces. prę la. facit quòd sic. de quo ibi per Innocen. & Ioan. An. In ead. glo. ibi, & gubernandum. ex hoc concludit hic Archid. quòd commendatarius habeat ius præsentandi clericum ordinandũ ad titulum ecclesiæ, quando ecclesia indiget. argu. c. postulasti. s̃. de iure patro. quod procedit secundũ Imo. & Domi quando hoc facit nomine ecclesiæ, cũ præsentare est colligere fructus iuris patronatus, ut in c. consultationibus. s̃. de iure patrona. & ibi per Innocen. sed iste potest fructus colligere, & in vtilitatem ecclesiæ conuertere, ergo & prę sentare potent. facit quod no. per Inno. & Host. in c. examinata. s̃. de iudi. vbi tenet ꝙ ẽt sequester poterit pręsentare.

6 † Sed dubitatur an cõmendatarius possit conferre beneficia spectantia ad collationẽ ecclesię cõmendatę? & vr̃ ꝙ sic, cũ sit legitimus administrator, & habeat liberiorem administrationem, q̃ procurator, s̃m Inno. in d. c. si constiterit. In contrarium facit, quia cõmendatarius dicitur solum habere gubernationem & custodiam fructuum, & non dicitur pręlatus, nec habere ius in ecclesia. ergo beneficia conferre nõ põt cum talis potestas requirat specialissimũ mandatũ, nec trãsit sub quacunque generali concessione vt in c. cum in generali. s̃. de off. vica. De coadiutore verò tenuit Archi. & Ioan. Mona. in c. vnico, j̃. de cle. ęgrot. quòd non possit conferre beneficia, ex quo ei prohibetur quęlibet alienatio, de quo tamen ibi plene no. per Doc. io fi. ergo idem dicendum videtur in cõmendatario, vt s̃. licet in contrarium faciat, quod habetur in c. cum olim. s̃. de maio. & obe. vbi dicitur, ꝙ collatio beneficiorum inter fructus cõputatur. ergo vr̃ ꝙ possit cõferre. sed certe cũ requiratur speciale mandatũ non vr̃, ꝙ habeat tale ius cõferendi, sicut dicitur in generali vicario, habente potestatẽ in tẽporalibus & spiritualibus ecclesię, & in fructib. & alijs, & tñ ↄferre bñficia non põt, vt in d. c. cũ in generali. cogita tñ, & uide in c. is cui. j̃. eo.

7 † In ea. glo. ibi, cum nostris. & in c. literas. vbi no. ꝙ impetratio facta de bñficio cõmẽdato, nõ valet, nõ factã mẽtione de cõmenda, s̃m Archidi. nec sufficeret si in literis diceretur, amoto quolibet illicito de tẽpore. sed Io. An. in hoc cõtra in d. c. cũ nostris. sed certe verba illius clausulę nõ ↄcludũt sufficientẽ mensionẽ, quia dicũt detẽtorẽ, sed iste nõ est detentor nec illicitus, sed habet titulũ canonicum, vt s̃. in glo. secundũ Domi. In ea. gl. ibi, si autẽ fuerint cõtumaces. Sed quid si nõ fuerunt citati, an poterũt eligere, vel patroni pręsentare, nõ cassata prius cõmenda? Io. An. hic ꝙ nõ. & idem tenuit in d. c. dudũ. dicens, ꝙ ẽt si ep̃s fraudulenter fecerit hanc cõmendam, & sine iusta cã, tñ debet prius cassari. arg. c. auditis. & c. bonę, el a. s̃. e. & idẽ tenet Inn. in d. c. si ↄstiterit. Sed certè si ↄmenda est facta fraudulẽter, & sine legitima cã, vr̃, ꝙ ẽt illa non cassata possint illi, ad quos spectat eligere, cõferre, vel præsentare. arg. tex. hic in fi. & per reg. non præstat. j̃. e. lib. & ita videtur hic residere Arch. & sequitur hic Lap. Pet. de Ancha. & Domi. dicentes secus esse in permutationibus beneficiorum factis, non vocato patrono, maximè & laico, quia sunt nullæ, etiam si permutatio sit facta bona fide. poterit tamen quilibet ipsorum permutãtium, ex quo nõ fuerunt in culpa, etiam inuitis patronis, ad suum beneficium reuerti, si patroni permutationi se opponunt. argu. c. si beneficia. j̃. de præben. secus si fuerunt in culpa, quia sciebãt ecclesias habere patronum, nam poterunt tunc patroni, ẽt tali permutatione nõ cassata, aliũ præsentare, s̃m Doct. hic, sed de hoc vide per gl. & Doc. in c. j. j̃. de rerum permu. & ibi dixi. & vide ẽt per Rotã in dec. 307. quæ incipit, Item qđ permutatio, & per Imo. in c. fi. s̃. de rerum permu. & in dictis locis videtur ↄ̃triari dictis hic. In ea. glo. ibi, dic ꝙ non. idem Io. An. & idem ẽt Pau. & Domi. qui vltra ẽt dicunt, ꝙ si ep̃s fecit ↄmendam de ecclesia non curata, etiam post sex menses reuocare non poterit, nisi cesset causa ob quam facta fuerit. Sed aduerte quia si cõmenda est facta ad tempus, ꝙ possit reuocari finito tempore, est text. in d. c. si constiterit. Sed si est facta simpliciter, tunc glo. in d. c. qui plures. tenet contra glo. hic, quòd possit reuocari. & idem Innoc. in d. c. dudum. post prin. & idem videtur tenere Io. An. in d. c. si constiterit. & gl. ibi, ideo cogita. quia, cùm sit speciale in beneficijs, quæ dant in verum titulum, vt non possint reuocari, vt in c. j. j̃. de capel. mona. quia sunt perpetua, ergo in ↄ̃triũ est in istis. cõmendis. In ea. gl. in fi. idem Arch. cum custodia ecclesiarum vacãtium spectet ad ordinarium, vt s̃. de insti. cum venissent. In plebi-

ADDITIONES.

a Celsus. Non faciunt fructus suos. Adde Alex. consi. 77. vol. 5. & ratio potest esse, quia non dicitur verus dominus beneficij, cum commenda non dicatur titulus, cum titulus sit perfectus, vt no. Ioan. An. c. dilectus. infra de dila. in nouel. & Bald. in l. ex verbo, C. de fideic. liber. Imo dicitur commendatarius nudus minister, uel custos. no. Ang. plene consi. 35. incip. quidam nobilis, & Alexan. in l. Lucius. ff. de po.

b Nic. Sup. Pleno iure. Adde quæ dicatur ecclesia pleno iure subiecta. Vide tex. iuncta glo. fi. in c. quoniam. de priui. glo in c. cum inter nos. de reg. iur. glo. j. in c. conquestus. de fo. compe. & ibi Doc. in uer. pleno iure. in c. abbates. de priui. lib. 6. & ibi Doc. glo. in uer pleno iure, in c. cum & plantare. de priuile. & ibi Abb. in c. querelam. in 2. col. de cle. Abb. in c. auditis. in 4. no. de præscr. Abb. in c. de monachis, in 3 col. de præben. Abb. in c. in Lateran. in 2 col. eo. ti. Anto. de But. consi. 19. incip. quia hic agitur, in 2. col. Raph. consi. 187. incip. dominus bõ Signorus de la Schala, tunc dominus Veronæ, & Vincentiæ &c. V. G. Adde de ista clausula, pleno iure, Ruy. consi. 164. in 3. lib. 2.

plebibus verò, & alijs maioribus ecclesijs, secus est, vt in c. in plebibus. 63. dist. & per gl. in c. cum vos. hic alle. & no. ex hac glo. fm Domi. q licet ad Papā sit deuoluta collatio, tñ poterit epūs in illa ecclesia ponere commendatariū. & refert Fedet. de Senis idem tenere in suo tractatu permutationum. Sed hoc procederet in commenda quę tribuit simplicē custodiā, & curam fructuum sine libera administratione, quā pōt facere epūs donec prouidant ecclesię, p no. s. in tex. & in d. c. cū vos. vbi dr, q talis commenda nō tollit vacationem vel ius ɔferendi: secus in commenda, ex qua confert ius, & quæ vacationem tollit, quã non vr, q si est deuoluta collatio ad superiorē, possit epūs illam

8 facere. & ita vr hic fuisse de mente Io. An. s. & gl. hic. †In gl. in versi. necessitate, in prin. vnde dicebat Hosti. in d. c. dudum. & Inno. in d. c. si constiterit. q cum de iure quælibet ecclesia debeat habere suum prælatum, vt in c. cum non ignotes. de præben. quòd in omni ecclesia non dicitur posse fieri commenda sine dispensatione, per quam ex causa ius relaxatur. 1. q. 7. dispensatio. & causę cognitione interueniente, fieri debet. & idē tenet hic Archidi. & ex prædictis infertur q de iure communi nullus prælatus inferior ab episcopo possit dare ecclesiam in commendam, quæ tribuat titulum: & ratio est, quia prælatus inferior ab episcopo dispensare nō potest, nisi solum in casib. expressis in iure, vt dixit singulariter Inn. in c. a. s. de eo qui furtiuè. sed in commenda fienda requiritur dispensatio, vt s. pro quo facit et rō, nam de iure communi prouisio ecclesiarum spectat ad epm. 16. q. 7. oēs basilicę. & s. eo. sciant. in gl. & j. eo. q̃q̃. in gl. pe. Alij vero inferiores si habent potestatem conferendi, est de iure speciali, ex consuetudine, vel priuilegio. & ista dēnt strictè intelligi. si ergo in priuilegio non continet, q possit cōmendare, vel hoc nō est præscriptū, certe eis nō cōpetit. arg. c. auditis. de præscri. & no. in simili s. c. proxi. in glo. pe. & j. eo. cū ex eo. in glo. licèt igitur, & in cle. 1. de rerū permu. & sic sequit quod de iure cōi, cessante priuilegio, vel cōsuetudine, inferior ab epo commendare non potest in titulum, fm Io. de S. Georgio hic, & ita et sequit hic Do. qui ex prædictis infert, q licèt capitulum ex negligentia episcopi conferre possit, vt in c. 2. s. de conces. præbē. vel etiā ex delicto, vt in c. cum in cunctis. s. eod. tamen non poterit commendare, per no. in d. cap. cum vos. & in cap. cum in tua. & in cap. ex parte. s. de decimis. Postea verò vr sentire ɔtrium, dum dicit, q durante commenda nō currit tempus Lateranensis concilij illis, ad quos spectat collatio, vel pōtatio: vnde vr sentire, q quilibet ordinarius, ad quem spectat collatio, possit commendare, & ei non currat tps. In gl. fi. ibi, vel distingue. tene indistinctè, quod dicit glo. s. quia standū est huic rigori, vt non possit vltra commendari, fm Ioan. And.

9 †In ea. gl. in fi. tene menti ex gl. q commenda [a] nō expirat per

a mortē cōmēdantis. & idē sequunt, hic Doc. qd vr intelligēdū, fm no. in c. si gratiose. s. de rescrip. eod. lib. Extra gl. quærit, primò an clericus alterius diœcesis possit recipere, & acceptare hanc cōmendam sine licentia proprij epi. Io. And. hic, q sic. & in d. c. dudum. dicens tñ, q ad mandatum sui prælati cogetur illam

10 dimittere. & idem tenet Inn. in d. c. si constiterit. †Secundò quæritur, an sit gñaliter verum, q eadem idoneitas, seu maior requiratur in commendatario, sicut si conferatur in titulum. & dic, q sic in commenda ecclesiæ parochialis, vt hic, & s. p glos. in ver. sacerdotio. & idem vr in alijs ecclesijs. vnde non vr, q regulari possit commendari beneficium seculare, quia, cum commenda sit titulus canonicus, vt s. in glo. non vr, q possit fieri in habili, vt in c. super eo. s. de regularib. Et idem si ecclesia esset consueta conferri regulari, non vr, q possit commendari seculari, per no. in c. cum de bñficio. j. de præb. Et gñaliter posset dubitari, an defectus ætatis impediat, q non possit fieri commenda, sicut impediret, q non posset fieri vera collatio vel institutio. Et idē posset et dubitari, an ptās commendandi reguletur a ptāte conferendi. & vr in prædictis vtroq; casu, q sic. arg. c. cū singula. §. prohibemus. j. de pb. vbi bñficia consueta regi p monachos vnius monasterij, non possunt commitri per inferiorē a Papa monachis alterius monasterij. & loqnit ibi quibuscunque ecclesijs vel administrationib. Et idem vr velle hic Archi. in prin. dicens. q sicut legatus de latere non potest conferre ecclesias collegiatas, vt j. de offi. leg. c. pen. ita nec poterit cōmendare. & idem tenet s. Io. And. ex quibus vr q potestas commen

11 dandi reguleť a potestate conferendi. †Tertio quęrit. an legatus possit dare bñficia suæ prouinciæ in commendam: & dic, q sic, scilicet illa, q̃ conferre pōt, vt in c. 1. j. de offi. lega. Cum legatus

b in prouincia ɔcurrat [b] cū quolibet ordinario collatore, vt in d. c. 1. & ibi p gl. in fi. & ita est de mēte Arch. & Io. And. s. dum solum excludunt legatum, vt non possit commendare collegiatas vel pbendas, & alias ecclesias. de quib. in d. c. pe. In alijs er-

12 go poterit. †Quartò quęritur, an commenda facta per legatum expiret per mortem eius, vel finito eius officio. glo. hic in fi. dicit q non, dum vult, q commenda non expiret per mortē commendantis. de quo tamen dic vt nota. in c. præsenti. j. de offi. le-

13 ga. †Quintò quęrit, quid si eodem die episcopus contulit bñficium & legatus eodem die commendauit illud alteri, quis ex istis sit præferendus. & dic, q ille, qui fuit prior in tpe, si de hoc apparet, vt per gl. in d. c. 1. in fi. & no. in c. duob. s. de rescri. eo. li. Sed si de prioritate non apparet, an sit tunc præferendus, qui prius habuit possessionem, sicut dr in c. si a sede. j. de præb. An verò præferatur ille, cui est facta collatio, tanq̃ habens verum titulum & potentius ius. Commenda enim vr esse remedium extraordinarium & subsidiarium, vt est dictum s. in glo. in ver. necessitate. ergo vr, q debeat præferri remedium ordinarium, fm oo. per glo. in l. etiam. C. si tutor, vel cura. inter. & in regula factum legitimè. j. eo. lib. & ibi per Dy. Sed quod debeat præferri commendatarius, facit, q commenda tollat vacationem, & ius conferendi, & tribuat canonicum titulum, vt s. in gl. & no. in d. c. cum vos. cogita, & videreť, q debeat præferri, habens verum titulum collationis, tanq̃ hñs gratiam pinguiorem & ple-

14 niorem, vt d. c. si duobus. †Sextò & vltimò quærit, an commendatarius possit exercere omnia iura competentia ecclesiæ, rōne iurisdōnis, puta conferre bñficia, de quo est dictum s. Et an possit excommunicare. pro quo facit, qd no. in c. cum contingat. s. de foro compe. & ibi per Io. And. super gl. a. an scilicet sola possessio tribuat potestatem excommunicandi, de quo per Domi. in c. vt circa. s. eo. Et an possit commendatarius fm formam iuris alienare res ecclesiæ, stante necessitate vel vtilitate ecclesiæ. de quo hic per Archi. in fi. qui adducit aliquas rōnes pro & contra, & nihil determinat: vnde super his omnib. esset bene cogitandum, quia, vt dicit hic Io. And. materia commendæ non est per textus bene clara, & per Doct. etiam non reperitur bene declarata, vt patet ex prædictis. & vide ad hoc in d. c. is cui. & in c. pen. & fi. j. de sup. neg. præla.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Commenda non expirat. Adde Rotam decis. 345. in antiquis, & per Fede. de Sen. in tractatu permutationum. q. 15.

b Nic. Supe. Concurrat cum quolibet ordinario. Adde tex. & gl. in c. 2. de offi. ord. lib 6 & per Doc. in c igitur. 23 q. 2.

V. G. Legatus, q possit facere constitutiones in prouincia, Cor. consi. 121 videtur, litera C. lib. 3. Nisi in reseruatis vel prohibitis. Alex. consi. 16. Vbi multa adducit, lib. 4.

SVMMARIVM.

1. *Comparere quando quis tenetur personaliter, & non per procuratorem.*
2. *Vacationis verbum simpliciter prolatum cōprehendit omnē modū vacādi*
3. *Fraudare non videtur qui fraudando fraudem excludit.*
4. *Iura loquentia de electione extenduntur ad collationem & prouisionem in his quæ possunt adaptari.*
5. *Notitia indubitata alicuius qualiter probetur.*
6. *Verba legis vel statuti debent intelligi secūdum vulgarem modū loquendi.*
7. *Præuenire quando quis possit terminum sibi statutum.*

CAP. XVI.

CVpientes. No. 1. ibi, regulares. casum, in quo regulares ęquiparant cathedralibus, & vide in c. pe. j. de of. le. Scdò no. ibi, immediata subiectio. duos casus, in quib. negotiū electionis dēt agitari in curia. & vide s. eo. in c. q̃uis. & in cle. cām. eo. titu.

1 Vltimò nota ibi, personaliter. casum in quo teneť quis personaliter cōparere & nō p pcuratorē: & sic pōt Papa cōpellere ad comparendū personalr. De inferiorib verò dic, vt in c. 1. j. de iu-

2 dicijs. & p Bal. in l. 1. ff. de procurato. †In glo. in ver. vacationib. idem Io. Mo. & Archid. ex quo nota, q verbum, vacatio simplr prolatum, comprehendit oēm modū vacationis, et in materia pœnali: qd no. ad c. susceptum. s. de rescri. eo. lib. In glo in ver. periculosis. in fi. no. ex gl. q tunc cessante cā cessat dispositio, qū cā est finalis: alias secus. qd no. ad c. cum cessante. s. de app. & vide in c. post translationem hic alle. & p gl. & Bar. in l. 2. ff.

3 donatio. †In glo. in ver. [a] malignantium. in fi. tene menti singu-

a lariter hanc gl. vt procedat etiam in foro conscientiæ, p quo facit, quia non vr fraudem facere, qui fraudādo fraudem excludit, vt l. cum pater. §. Titio. ff. de leg. 2. fm Io. And. facit etiam qd dixit notabiliter Inn. in c. cum olim. s. de resti. spo. dicens, q si tu habes rem meam, quam recuperare non possum, vel pper tuam potentiam, vel fraudem, vel quia deficiunt mihi pbationes, vel aliter, q tunc licèt in foro conscientię cū furari, vel alio quocun.

ADDITIO.

a Nico. Supe. Malignantium. Adde de materia istius in glo. Ioan. de Imo. in l. is qui. ff. de verbo. oblig.

quocūq; & secreto modo secuperare. Et per ratione͂ huius gl. infert Pe.de Ancha.ꝙ si tu mutuasti mihi 10.præsentibus testibus,quæ postea restitui sine testib.& deinde a me repetis & velis stare meo sacramento,ꝙ potero iurare non fuisse mutuatū, ex quo habeo ius in principali.de quo tamen dic, vt hic ꝑ eū, & Do.& vide per Archi.in c.nullus.hic alle.& per glo.in c. a.j. de confes.vide notabilites per d.Anto.in c.per tuas.in fi. ī. qui
4 fi ij sint legiti.†In glo.in ver.moderatione,in fi.no. pro habentibus potestatem moderandi statuta, vt possint pœnam apponere.In gl.in ver.electi.in prin.no.ex gl.ſm Domi.ꝙ iura ē͂t pęnalia loquentia in electione, extenduntur ad collationem & prouisione͂ in his,quę possunt adaptari. pro quo gl. in c.si post quam.j.eo.Et habet etiam locum iste tex.si appelletur ab interlocutoria iudicialiter lata in cā confirmationis,ſm Arch.& Io. And.In ea.glo in fi.idem Io.Mona.& Archi. & procedit quando ecclesia esset accessoria ipsi hospitali,vt per gl.in cle.per literas.de præben.& facit cle.quia contingit. de religiosis dom. Sed si pręsit quis ecclesiæ regulari principaliter,& hospitali accessoriè,& tunc habet locum iste tex.ſm Domi. notantem ex gl.quòd ē͂t sub verbo,ecclesiarum regularium,non comprehe͂duntur hospitalia,ē͂t religiosorum,in materia pęnali:licèt Lap. hic ɔ̄,per no.per Io.And.in c.admonet.super ver.personis.ī. de senū.& in c.a.in ver.ecclesia.ī.de restu.in integ. In glos. in ver. regularium,in fi.idem Io.Mo.& Archi.per quæ gl. in cle. vt hi qui.de ęta.& quali.& in cle.1.de præbe͂.nec ē͂t locum habet in his,qui non præsunt alicui ecclesiæ, sed ordini, vt in Generali ordinis minorum,vel similium , cum per illorum mortem ecclesia non vacet,ſm Dominicum. In glos.in ver. subiectio,ibi, ſm Garsi.idem Io.Mo.& Archi.& Imo.licet aliud velit hic Io. And.& Pau.de quo in c.si postquam,& c. si abbatem. j. eod.In ead.glos.ibi, non expresse. & hoc tutius est tenere,saluo quod hr̄ in d.c.quamuis.in fi.esto ꝙ Io.Mo.& Arch.aliud teneant,vt refert Do.notans ex hac glo.ꝙ iura pœnalia loquentia in appellatione,non habent locum in causa quæ transfertur per viā relationis,vel aduocationis,seu remissionis : quod no. pro sta-
5 tutis.†In glo.in ver.notitiam,in fi.idem Io.Mona.& Archi. & no.ex glos.qualiter probetur certa,& indubitata notitia alicuius.pro quo gl.in ver.notitiam.in cle.causam.eo.ti.& quod no. in c.cum contingat.ī.de rescrip.& glo.in l.Titio vsusfructus. ff. de condi.& demon.& tex.in l.pater decedens.ff. de administr. tuto.In glo.in ver.ex tunc. in fi.pꝛima solutio videtur bona, si verbum,absq; fraude,iungatur præcedentibus,ſm Ioā.de Fan. quasi velit,ꝙ si ante mensem elapsum nō arripiat iter , incipiat currere tempus arbitrarium finito me͂se: aliàs ex tunc incipiat
6 currere.& ita tenet hic Imo.†In glo.in versi.quomodo ibi, vulgares dietas. tene menti primò, ꝙ verba legis vel statuti , licèt sint composita a peritis , tamen debent intelligi ſm vulgarem
a & communem vsum loquendi, ª & secundum consuetudine͂ loci,& non secundum modum legalem,secundum Pet. de Ancha.facit gl.in c.nonnulli.ī.de rescri.& per Bas.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.facit glo.in l.2.in prin.ff.de ori. in. & in l.3. ff.de sesta. tute. & quod no. in c. ex literis,el t.de sponsa.& per Bal.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de condi.& demon.Secundò no.ex glo.ꝙ constitutio loquens de dietis,debet intelligi de vulgaribus,si de hoc apparet:alias debet intelligi de lega-
7 libus,qn̄ ibi aliter se non habet consuetudo.†In ead.glo.ibi,in tempore,qd̄ iudex debet arbitrari.tene menti sing.ex glos. an ille, qui venit vel facit ante tempus debeat lucrari residuum te͂pus dilationis,quod præuenit, & an & quando possit quis præuenire terminum:hic per Do.& vide per Bart. in l.a filia.§.aliū no.ff.ad Trebel.quando sit,ꝙ finita causa dilationis , intelligatur etiam finita ipsa dilatio.& vide per gl. in ver. absumpserit. in clem.1.de vi.& hone.cle.& per Bar.in l.cum qui ante Kalendas.de ver ob.& vide in cle.2.de app.& per d.Anto.in c.significante.de appel.& per Bat.in d.§.alumno.& in l.2.ff.de re iud. & vide bonum tex.in c.oblatæ.ī.de appella.& per Innoc.in c. ex ratione.cod.titu.In ea.glos.in fi.no.ꝙ vbicunque iudex habet arbitrari dietas,vel secundum vulgares vel legales,semper debent dari aliqui dies ad quiescendum,inspecta qualitate personarum & temporis:quod est no. pro ambassiatorib. & alijs
8 similibus.†In gl.in ver.contingentibus.in fi. idem Ioan. Mon. & Archidia. Et noto primo ex glo. quòd obligatus ad comparendum instructus & ad producendum instrumenta,intelligitur de his quæ habere pōt. Alia verò poterunt produci in alio termino secundum Bald. Secundò no.ex glo.quòd qui tenetur comparere instructus , intelligitur super iam deductis in iudicio:non autem in his quæ possent de nouo deduci : quod facit ad no.in c.Nicolau.ī.de appella.

ADDITIO.

a Cellos. Loquendi. Adde quis dicatur communis , & vulgaris vsus loquendi Lanfran.de Ora.c.quoniam contra falsam.§.testium depositiones.nu. 103. versi quæritur vltra,& qd ibi no.in apo.in ver.cōis vsus loquendi. de proba. V.G. Adde,ꝙ communis vsus loquendi,debet probari. Goz.cons.31.Et cuiter. agendo,nu.11.& Dec.in c.1 de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum excusat a contumacia , & qui allegat impedimentum illud probare debet .*
Et impeditus debet mittere procuratorem, licèt excusetur a comparitione personali. nu.2.
3 *Mora an possit purgari quando pœna imponitur ipso iure.*
4 *Procedi vbi potest non obstante contumacia partium, an tunc circonducatur citatio.*
5 *Impeditus facere actum in certo termino, non excusatur , nisi protestetur quòd per eum non stat.*
6 *Probatio plena vbi a iure requiritur,debet fieri probatio legitima.*
7 *Impedimentum aliter probari debet quam per iuramentum.*
8 *Tempus a iure limitatum,an possit per iudice͂ prolongari, vel abbreuiari.*
9 *Impeditus ne possit constituere procuratorem,an excusetur .*
10 *Vt præmittitur,hæc verba quid significent.*

1 Quod si per viginti. †No. primò ibi, ꝑposita. ꝙ licet iusta cā & impedimentū excuset a contumacia, tn̄ non sufficit esse impeditum, nisi impedimentū allegeē & probetur.facit c.a. querelam. ī. de procurato.& c.si iustus metus.ī.de appellatio.& vide tex.notabi.in l.qui commeatus. ff.de re militari.vbi non sufficit allegasse impedime͂tum vel probare,nisi etiam probetur, ꝙ nisi fuisset impedime͂tum , quis comparuisset vel aliud simile fecisset,
a de quo ē͂s per Bar.in l.quæsitum.ff. de re iudica.† Secundò nota ibi,per procuratorem. ꝙ licet ꝑ ꝑ iustum impedimentū quis excusetur a personali comparitione, tenetur tn̄ mittere procuratorem instructum:nec sufficeret hoc casu mittere nuncium ad se excusandum,ſm Bal.& vide quod no.in d.c.querelam.& per Bar.plene in l.2.ff.de diuer.& tempo.præscri. Cessante vero postea impedime͂to tene͂ personaliter comparere, quia ę̄ntantum excusatus quis rōne impedimenti,q̄tum durat impedimentum & non vltra,vt hic dr̄.& vide in c.eo.j.de sent.excom. Vltimò no. ibi,pęna.ꝙ qn̄ constitutio ex certa cā repellit quem
3 a potestate probandi,dr̄ pęnalis,ſm Domi.†In glo.in ver.expectati,in fine. tene menti, & ita allegatur, ꝙ qn̄ pœna imponie͂ ipso iure,non potest mora purgari post terminum, siue terminus sit certus,siue incertus,sed ex arbitrio iudicis veniat declarandus.vide in l.qui ob rem.ff.de condi.indebi. & idem voluit gl.in ver.priuatus.in c.licèt can.ī.co. & vide in c. vt commissa. j.co.& per Bar.in l.in insulam.ff.de ver.obli. Secundò tene menti ex glo. ꝙ prohibitus ab appellando, vr̄ prohibitus a potestate
4 purgandi moram, vt hic per Do.†In glo.in ver.opponentes,in fi.no ex gl.iuncto tex.ꝙ vbi potest procedi non obstante contumacia partium, tunc non circunducitur citatio ob contumaciam vtriusque partis: imo punitur reus non comparens tanq̄ contumax,licèt actor fuerit etiam contumax.quod no.ad c.cōsuluit.ī.de offi.deleg.& ad l.post edictum.ff.de iudicijs.In glo. in ver.comparere.ibi,cognoscendum est.idem Ioan.Mona.& Archi.& no.ex glo. ꝙ si ex aliqua dispositione post terminum quis non debet audiri,ex eo quia non seruauit certas solennitates,tamen admittitur si velit probare, quòd causa sua nō erat talis,quæ includeretur sub illa dispositione, secundum Domi. & sic admittitur quis post terminum ad probādum illud, quo probato,minus non arctabat,secundum Bald. et vide alias per Bart.in l.1.§.1.ff.quod vi aut clam. Secundò no.ex gl.quòd si statutum arctat quem ad personaliter comparendum intra terminum ,non excluditur quin etiam post terminum possit mittere procuratorem ad se excusandum quod comparere non tenebatur. In ead.glo.in fi.idem Archidia.et Ioan.Mona.no. primò ex glo. quòd in causa electionum potest procedi non obstantibus ferijs,de quo etiam per glo.in ver.feriarum. in clem. sæpe.de verbo.significa. Secundò nota ex glo. quòd in dilationibus assignatis a iure computantur tam dies feriati q̄ non feriati,de quo per Innoc.in c.vltra tertiam.ī. de testibus. et idem est in dilationibus datis a iudice,vt in l.siue pars. C. de dilatio. Tertiò tene menti ex glos. quòd si a iure datur terminus ad faciendum id, quod fieri non potest die feriata , et vltra dies termini sit feriata,quòd non excusatur.posito ꝙ in aliam die͂ proximam non feriatam illud fiat,quia non debuit quis se arctare, de quo no.in clem.2.de appel.et per Bart.in l.2.ff. si quis cautio ni.et per Bart.in auth.ei qui.C.de tempo. appel. et per Bald. in l.2.C.eodem titu.In glo.in ver.petere,in fine.idem Ioan.Mon. et Archidi. et tene menti singulariter, et semper allegatur hęc

glo.vt

4 fi. no. gl. & ita alle. validum [b] esse arg. ex ordine literæ. illi ergo religiosi sunt præferendi in processionibus, in sessionibus & in alijs, qui primò fuerunt approbati, & confirmati, sm Domi. In gl. in ver. mendicantium, in fi. secus tñ esset si mẽdicans desijsset esse de ordine mendicantium, [c] vt quia transisset ad ordinem monachorum, quia tunc posset assumi ad regimẽ ecclesię parochialis, & valeret electio ẽt facta in discordia, sicut de alijs religiosis non mendicantibus, vt not. cle. vt professores. ẽ. de reg. Dubium tñ facit quod dicit gl. hic, & gl. pen. j. & vide ꝑ Fede. in suo consi. 156. In gl. in ver. in discordia, in fi. hoc est determinatum in cle. quod circa. j. eo. & sic inspicitur initium, an electio dicatur facta in concordia vel in discordia, sm Io. And. & patet ex tex. hic ibi, facta &c. In glo. in ver. quaslibet. ibi, primum teneo. & ita approbat curia. & ita est hodie tenẽdum indistinctè, vt in cle. 1. j. eo. sm Io. An. & sequitur hic Pe. de Anch. & Imo. non solum si electio sit facta de eo in alio monasterio etiam eiusdem ordinis, sed ẽt si in eodem & proprio monasterio, & hoc propter verbum, quaslibet, hic in tex. & ita sequitur hic Domi. licet Io. Mona. & Pau. aliud velit. & Oldr. in suo cõsil. 102. Et concludit etiam hic Domi. ꝙ si religiosus sit pręsentatus ad ecclesiam parochialem a minori parte patronorum nõ valebit pręsentatio, cùm in ea locum habeat iste tex. qui etiam locum habet in prouisione, quæ includit in se etiam præsentationem, sm glo. in cle. fi. j. eod. quod procedit in præsentatione spectante vt ad collegium: secus si vt ad singulos, quia tũc sufficeret maior pars comparatione minorum, sm Io. And. in c. 3. ẽ. de iure patrona. & non habet tunc locum iste tex. vt hic per
5 Domi. †In glo. in ver. prælatorum, in fi. ideo posset eligi in abbatem, vt no. 10. q. 1. c. probationes, sm Io. And. & not. ex glo. ꝙ etiam in materia pœnali appellatione religiosorum venit religiosus, etiã promotus ad ecclesiam parochialem: intellige qñ profertur per verba vniuersalia, vt quicunque religiosus, vel cuiuscunque conditionis, vt sentit glos. hic, & in cle. 1. de deci. aliàs non comprehenderetur quando causa dispositionis, in qua profertur respiceret loca religiosorũ, vt voluit Pau. in clemen. 2. de re. eccle. & ibi per glos. sed si constitutio respicit personas ipsorum religiosorum: & tunc si per transitum ad secularem ecclesiam cessat causa constitutionis & non includuntur. & ita procedit glo. in cleni. 2. j. de testa. & in cle. religiosis. de procu. secus si non cesset causa ipsius constitutionis, & ita procedat glos. hic, & ẽ. in ver. mendicantium. in fi. & ibi plenè
6 per Domi. & per Docto. ẽ. in rub. de reg. †Vlti. quarto, quia glo. hic in ver. mendicantium, dicit, ꝙ religiosus de ordine mendicantium effectus episcopus, non desinit esse de ordine mendicantium, & nihil alleg. dicas prout in simili dr̃ de monacho, ꝙ sicut monachus factus episcopus non penitus absoluitur a regula monachali, cùm nõ absoluatur ab habitu, quia debet portare habitum: nec a continentia nec a voto paupertatis. vnde nihil agere potest sibi ipsi. Sed bene absoluitur ab ipsa regula quò ad ieiunia inducta ab ipsa regula, sed non quò ad ieiunia inducta ab ecclesia, nec a vigilijs inductis ab ecclesia, vt dicit gl. 16. q. 1. de mona. Absoluitur ẽt vt possit comedere carnes, vt voluit gl. ibi, nisi posset abstinere a carnibus sine scandalo, sm gl. de consecra. dist. 5. carnem. Absoluitur etiam ab officio monachali si sit factus episcopus ecclesiæ sęcularis, cum tunc regere debet ecclesiam, sm officium sęcularium clericorum, sm gl. in cle. de celebra. missa. Absoluitur ẽt a primo monasterio in hoc, quia illud, quod sibi q̃rebat, quęrit nunc ecclesię, ad quam est translatus. 18. q. 1. statutum, sm Imolam in c. penulti. de vita & honesta. clericorum.

ADDITIONES.

a Nico. Supe. Oculus potest. Adde Barb. in c. super quæstionum. in §. intendopus, in 2. col. de offi. dele. idem Barb. in c. 1. in 25. col. de offi. ordi.
b Nico. Supe. Validum. Adde quid de ordine scripturæ, vide per Bal. in 1. constitutione C. in §. quibus. Bal. in l. conuenticulam. C. de epis. & cle. Bar. Capo. consi. 13. inci. stante quodam decreto. inter consilia criminalia.
c V. G. Nota, quod fratres mendicantes, siue de ordine mendicantium, dici non possunt, qui possident bona immobilia, Pe. de Anch. consi. 109.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio non iuuat in certo casu.*
2 *Eligere quis tenetur vnam de duabus electionibus in eadem ecclesia factis & postquam elegerit vnam non potest transire ad aliam.*
Adde numero 3.

CAP. XXV.

VT quis duas. Nota primò argum. ꝙ appellatione electionis in eccła, venit ẽt electio principalis prælaturæ ipsius ecclesiæ. sic ẽ. eo. in c. quam sit. in prin. & per gl. in ver. in
1 eisdem. in cle. vt hi qui. de æta. & quali. & in cle. 1. de præb. †Secundò nota casum, in quo protestatio non iuuat, & ratio est fauor ecclesiarum, ne in incerto quis vagetur cum detrimento tertij: secus tamen esset in casu c. constitutus. ẽ. de in integrum restitutione. & in c. abbate. j. de re iudica. & per Innocentium in c. dilecto. ẽ. de appella. & hic per Ioan. And. & per Doctores
2 in c. cum M. ẽ. de constitu. †Tertio no. quòd cogitur quis eligere vnam de duabus electionibus in eadem ecclesia factis, & facta electione de vna, ad aliam redire non potest: quod procedit agendo, puta si petatur confirmatio: secus si excipiendo. & ita procedat glos. nota. in c. inter dilectos. §. cęterum, in versi. ꝙ meum. ẽ. de fide instrum. secundùm Lap. & Domini. & no. in regu. nullus pluribus. j. eod. lib. & vide Lapum notabi. in sua alleg. 8. vbi concludit, quòd dispositio istius text. locum habet in præsentationibus patronorum: & in præsentatis ab eo. quod
3 no. †Vltimò no. ibi, profiteri. quòd eligens vnam viam de incõpassibilibus, non solùm videtur alteri renunciare, & præcluditur sibi via ad alteram ipso iure, vt in c. 1. ẽ. de postu. præla. eod. lib. sed etiam videtur confiteri sibi ius ex illa non competere, vt hic dicitur: facit quod not. per Bartolum in l. Clodius. ff. de acquir. hæred. & per Baldum in l. si te. C. de ingenu. & ma. Et dicit hic Archid. quòd si inter duos sit quæstio de electione, & superior vni adiudicet ecclesiam, ex hoc videtur illius electionem confirmare, & alteram impognare. de quo nota. in d. cap. quam sit. §. cęterum. & per Innocen. in c. cum Bertoldus. supra de re iudicata. In glos. in ver. ex vna in fi. quod procedit quando agitur de nouo iure quærendo: secus si de iam quæsito, vt in l. contra maiores. C. de inoffic. testamento. secundum Ioan. Andr. Et ex hoc concludit hic Pau. Lapus, & Domi. quem posse petere possessionem beneficij virtute duplicis collationis, etiam a diuersis factam, de quo hic per Dom. & vide plenè per Doctores in cap. post electionem. hic allega. & per Lapum in sua allega. 123. aliàs 90. incipiente, In christi nomine circa finem. In glos. in versic. eligere, in fine. uide per Dyn. in dicta reg. nullus pluribus. & per Ioan. Andr. in cap. non solum. infra de appella. in versic. ante omnia. & per Baldum, & Angel. in l. 1. C. de furtis.

SVMMARIVM.

1 *Electus potest non acceptare electionem de se factam, sed an peccet mortaliter eam recusando.*
2 *Pœna vt euitetur, sufficeret facere actum, licet de iure nõ sortiatur effectum.*
3 *Tempus ad eligendum a quo tempore currat.*
4 *Occultum dicitur, quando, facta diligenti inquisitione, non potuit haberi notitia.*

Si electio

CAP. XXVI.

1 SI electio. †No. 1. q electus potest non acceptare electionem de se factã: peccat tñ mortaliter recusando, si putat se idoneum ad illam prælaturam, sm glos. 8. q. 1. in scripturis. intellige qñ
2 alius deesset, sm Io. And. hic. †Secundò no. ibi, eligendo. q sufficit facere actum, licet de iure non sortiatur effectum ad euitandum pœnam, quæ imponitñ ratione negligentiæ: intellige tñ dummodo actus non fuerit nullus ex culpa, vt hic probatur a ɔtrio sensu. & vide no. ĩ. eo. in c. quamquam. facit quod no. Bar. in l. quidam cum filium. ff. de ver. obl. & in l. seruus. & in l. continuus. §. cum quis. eod. ti. Et haberet locum iste tex. in officijs temporalibus, qñ electionarij eligentes officialem, poterũt iterato eligere, si primò electus renunciat, pro quo etiã text. in l. hęc conditio. §. 1. ff. de condi. & dem. vbi si prima electio fuit inualida, põt fieri secũda. ad idem ẽt quod not. in l. filio. §. 1. eo. tit. & ibi bonus text. & ita tenuit Cy. in l. post aditam. C. de impu.
3 & alijs substi. †Vlti. no. ibi, morte. q tempus ad eligendum cur-
a rit a die mortis prælati. & sic facit, q electio [a] fieri possit ẽt antequã corpus plati defuncti tradatñ sepulturæ, sm Archi. de quo in c. bonæ, el 2. ĩ. eo. & ibi concludunt Doc q licèt honestũ sit, q prius sepeliatur, si tñ ante fiat electio, valet & tenet. vide ibi p Imo. in pc. no. & in gl. 2. In gl. in ver. renunciat, in fi. facit cle. constitutionem. §. insuper. in fi. & c. 2. ĩ. de renun. sm Io. And. tenentem se cum hac gl. & intellige q renunciatio fiat in manibus eligentium, quia tunc teneret ẽt si non interuenerit licentia superioris, & ẽt teneret in præiudicium renunciantis. Nec obst. c. admonet. ĩ. de renun. quia p solam electioonem non dr̃ bñficium suum, & dr̃ vacare ante confirmationem, sm gl. not. in cle. 1. vt li. penden. & istud voluit gl. hic Io. Mo. & Archi. pro quo ẽt tex. hic loquens de renunciatione post ɔsensum electi, & nulla fit mentio de licentia superioris. & ita sequitñ hic Dñi. licet Imo. aliter loquatñ. & ita ẽt tenet Rota in decis. 269. quæ incip. item si aliquis. vbi ẽt tenet, q præsentatus a patronis possit ante institutionem renunciare in manibus patronorum. & habet postea locum dispositio istius tex. in dictis patronis. qđ no.
4 †In gl. in ver. occultum. ibi, & ideo dicit de occulto &c. vide p Inn. in c. cum nostris. ĩ. de conces. pręb. & quod no. in d. c. quãquã. & in c. perpetuæ. ĩ. eo. Et dr̃ occultũ qñ facta debita inquisitione nõ potuit haberi notitia de tali defectu. facit quod not. in c. nulli. ĩ. eo. In ea. gl. in fi. intellige si fiat restitutio aduersus sententiam priuatiuam ptãtis, alias si fieret restitutio aduersus lapsum tpis, & tunc non intelliguntur restituti, nisi ad illud tẽpus, qđ amiserunt, vt hic in gl. fi. sm Io. And. In gl. in vers. integrũ. ibi, statutum. vñ iste tex. locum habet in terminis d. c. statutum in electione vel collatione ipsorũ beneficiorũ vacãtiũ in curia, sm Io. And. hic, & in addi. Spe. in ti. de actio. & peti. §. sup petitionibus. in fi. ɔcludens sine dubio, hanc gloã procedere in primo casu huius c. s. qñ electus vel ille cui Papa contulit, post ɔsensum renunciat vel moritur in curia: secus si extra curiã renunciaret vel moritur ẽt ante adeptam possessionem, quia tũc nõ procederet gl. hic, cũ inducatñ noua vacatio, per no. in c. tramissam. ĩ. eo. & in c. 2. ĩ. de transla. pla. & in cle. 1. vt lite pẽdẽ. in ver. neutro. & in ver. si verò aliter, sm Io. An. ibi dicentẽ, q quartus casus hic positus ad collationem Papę, adaptari nõ põt: licèt si collatio facta p Papã nõ valeret isto quarto casu, & Papa ipsam cassaret, bñ spectaret collatio ad Papã, siue vacet ex prima, siue ex secunda, sm Io. An. ibi. ex cuius dictis hr̃ qñ iste tex. loquens in electione locũ habeat in collatione Papæ. Et hẽt locũ iste tex. in collationib. inferiorum, maximè post ɔsensum, quia sequens renũciatio, mors, vel irritatio nouã vacationẽ inducit, sm Io. An. hic dicentẽ hr̃e locũ in pñtationibus patronorũ, quò ad quadrimestre, vel semestre tps. de quo in c. 1. ĩ. de iure pat. & ita tenet Rota in d. decis. 269. intellige in tribus casibus hic positis in tex. quia in quarto casu qñ pp occultum vitium cassatñ electio, procederet iste tex. in patrono clerico: sed in laico procederet ẽt pñtando indignũ scienter, & posset aliũ pñtare, vt p gl. & Io. An. in c. cũ vos. ĩ. de offic. ordi. intellige si pñtat aliũ intra ips quadrimestre, aliàs pñtare non posset, vt hic per Do. tenentem, hunc tex. hr̃e locum in postulatione, vt hic per eum. & Io. An. & in d. c. 2. In ea. gl. in fi. de executore verò dato a Papa si cõfert indigno, an habeat locum iste tex. vide p Dñi. in c. inter dilectos. ĩ. de exces. pla. Qñ verò esset negligens, dic vt no. in clem. si de beneficio. de præben. In glos. in vers. aliam, tene menti glos. ordi. ponentem tempora, quæ dantur pro expeditionibus ecclesiarum vacantium: & quod tempus petendæ consecrationis est trium mensium, de quo per glo. & Doc. in c. cum in cunctis. supra de elect. & per Lap. in sua alleg. 35.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Electio. Adde Card. Zaba. in c. 1 quia propter. in 7. no. de ele. in antiquis. Bal. in l. genero ff. de his qui notan. infa.

V. G. Nota, quòd electio tempore mortis fienda de persona incerta non valet ante facta. Ruy. consi. 24 nu. 2 lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus an potest eligi ad prælaturam extra suum monasterium.*
2 *Conuentuum appellatione venit congregatio regularium.*
3 *Licentia vbi requiritur debet esse obtenta.*
4 *Prælatus solus an potest dare licentiam vt transeat ad aliam religionem.*

CAP. XXVII.

SI religiosus. Nota. 1. & ita alleg. q regularis non dr̃ hr̃e proprium arbitriũ, seu nolle vel velle, sed totum est repositum in arbitrio eius prælati, qui vice Dei supra eius caput positus est: ideo monachus magis dẽt obedire & magis astringi abbati q̃ episcopo loci, sm gl. 11. q. 3. qui resistit. iõ est q nullam prælaturã, vel bñficium acceptari põt. sine licentia talis prælati, vt hic dr̃, ẽt si esset epãtus, vt. 16. q. 1. c. 1. & in c. cum olim, el 2. ĩ. de priuile. nec ad prædicta sufficeret licentia epi, vt 58. dist. c. 1. & 2. & per glo. 16. q. 1. in summa. & c. doctos. imo dixit gl. sing. 18. q. 2. quam sit. q etiam ad Papatum transire non posset sine li-
1 centia abbatis. †Secundò no. q religiosus potest eligi ad prelaturam, & dignitatem extra suum monasterium, de quo in cap. quorundam. ĩ. eo. & in cle. 1. eo. tit. non tñ posset promoueri ad beneficium simplex sęculare, vt in c. super eo. ĩ. de reg. nec potest episcopus dispensare cum regulari promoto ad ecclesiam parochialem, vt cum illa possit obtinere beneficium simplex, vt tenet Io. And. in regu. quæ a iure. ĩ. eod. lib. & inde, quod no. in cle. quia regulares. de suppe. negligen. prælat. Tertiò no. ibi, valeat. q non omnis superior potest dare hanc licentiam, sed ille tantum, cuius imperio se subiecit per profes. non ergo poterit eps, vt in d. c. 1. sed immediatus superior, vt abbas, vel prior, sm Archi. in c. 2. ĩ. de testa. & vide per Paul. in cle. fi. ĩ. de ele. & no. in c. licet. ĩ. de reg. Quartò no. ibi, suam, iuncta glo. a contrario sensu, q in proprio monasterio potest consentire sine alterius licentia. & ita tenuit Inno. in c. 1. ĩ. de postu. præla. sm Ar-
2 chi. & Io. And. hic. †Vlti. no. q appellatione [a] conuentuum ve-
a nit etiam congregatio regularium. de quo in c. causam quæ. ĩ. de rescriptis. In glo. in ver. suam, in fi. si tñ vacante sede in monasterio illius, monachus religatur ad aliud monasterium, poterit tunc eps dare licẽtiam cum consensu ɔuentus, sm Archi.
3 in d. c. quam sit. & sequitur hic Ioã. And. & Dñi. †In glo. in ver. obtenta in prin. regulariter verò vbicunque requiritur licẽtia, debet esse obtenta, nisi in casibus a iure contrarium reperitur, vt tenet Io. An. in c. licèt, hic alleg. & in reg. cum stat. ĩ. eo. li. Et adde, q sicut religiosus non potest consentire electioni, licentia non obtenta, & ita nec potest dissentire, quia velle vel nolle non habet, vt hic in tex. Et per hanc rationem Feder. in suo consi. 99. tenuit q religiosus deputatus ad eligendum vel præsentandum, hoc facere non possit sine licentia sui prælati, cũ non possit esse procurator, aduocatus, iudex, executor, arbiter, nec eligere sibi sepulturam, vt ibi per eum, & no. in c. fin. ĩ. de testamen. & in c. fin. ĩ. de sepultu. Quid autem si religiosus electus ad prælaturam alterius ecclesiæ, consensit de licentia prelati, & fuit confirmatus, an si postea eligatñ ad aliud beneficiũ, possit consentire, alia non obtenta licentia. Lap. hic, q sic, ex quo fuit absolutus a licentia abbatis: licet secus sit in casu d. c. quorundam. vbi durat causa & ratio prohibitionis sm Dñi. cogita tñ & vide ibi dicta. Et an etiam requiratur licentia epi hic per Archi. & Ioã. And. tenentem, q si eligatur ad ecclesiam extra diœcesim requiritur consensus epi in ipso transitu, sed vt possit consentire sufficit licentia abbatis: de quo ẽt per Inn. & Io. And. in c. post transla. ĩ. de renun. in princ. & in c. admonet. in gl. 2. & in c. si abbatem. ĩ. eo. & vide per Lap. in sua allega. 62. In ea. gl. ibi, dicunt quidam, prout est Host. in d. c. nullus. & Io. Mon. & Archi. in d. c. quam sit. & Io. And. hic, de quo tñ per Io. And. & alios Doct. in d. c. nullus. & hic per Imo. & Dñi. cõcludentem, q si constat, abbatem habere iustam causam denegandi, vt quia monachus est multum vtilis sibi, & parum vtilis ad ecclesiam, ad quam eligitur, tunc inferior a Papa non compellit abbatem, nec per se dabit hanc licentiam: aut constat, quòd non habet iustam causam delegandi, vt quia non est sibi multũ necessarius, qa est æquè idoneus in monasterio, & tũc si ecclesiæ,

ADDITIO.

a Nic. Supe. Appellatione. Adde an veniat ecclesia secularis collegiata, adde Docto. in c. causam de rescri. Doc in c cum contingat de transl. Docto. in c. nisi. de pręb. Doc. in c. cum ecclesia Sutrina, de cau. pos. & proprie. Io. And. in c. nob. s. de iure patro. idem Io. And. in c postulasti. eo. tit.

clesiæ, ad quam eligitur est vtilis, vt quia illa habet parochiam & ipse est bonus prędicator, & tūc inferior a Papa poterit cōpellere abbatē, & illo negligente ipē cum suo capitulo licentiā dare poterit. ar. corū quę no. gl. in c. cōstitutus. ꝫ. de reli. do. & i c. sicut vnire. ꝫ. de exce. pla. & ita vr̄ tenere Pe. de Anch. Si vero respectu dictæ ecclesiæ non subsit iusta causa, vt quia repetiat plures æquè idoneos, & tunc inferior a Papa poterit cōpellere, sed nō poterit licentiā dare, cū solus Papa possit. & ita procedat dictū Io. An. & Lap. Si verò sit dubiū, an subsit iusta causa vel nō ex parte dictæ ecclesię, & tunc inferior a Papa poterit adiri, vt compellatur abbas, quia non debet denegare nisi iustā causam habeat, vt hic in glo. Sed nō poterit dare hāc licentiā, cū solus Papa possit, vt hic per eos. Sed certe videtur ꝙ ista q. sit superflua & sine dubio, quia si superior nolit cōsentire, electus est ipso facto priuatus omni iure, quod sibi ex electione cōpetebat, & statim pōt ad aliā electionē ꝓcedi, vt ꝑ gl. in ver. obtinere & in ver. facultatē in d. c. quā sit. ita ꝙ cōpulsio esset superflua. Et ad prędicta vide ꝑ gl. no. 2. q. 7. cū pastoris. tenentē. epm posse sibi eligere monachū pro suo cubiculario & retinere etiā inuito abbate. & ita sequit hic Imo. & Domi.

4 † In gl. in ver. sint varia. in fi. facit qđ not. in c. ad apostolicā. & in c. licèt. ꝫ. de reg. Et ibi an solus ꝑlatus possit licētiare religiosū vt trāseat ad aliā religionē & recipere ad ꝓfessionē sine licētia capituli, de quo etiā in c. fi. ꝫ. de reg. & vide ꝑ Rotam in dec. 262. quæ inci. iuē in religioso. & ibi an valeat præsentatio facta per laicum patronum de monacho ad ecclesiam parochialē.

SVMMARIVM.

1 *Episcopalis dignitas venit appellatione dignitatis.*
2 *Guardiani fratrum minorum, & priores mendicantium dicuntur habere prælaturam, & dignitatem.*
3 *Scriptura an requiratur ad esse professionis.*

C A P. XXVIII.

1 a NVllus. † Nota. j. ibi, dignitatem quòd appellatione [a] dignitatis venit etiam episcopalis. de quo in cle. plerisque. eo. ti. & in c. 2. ꝫ. de præben. & potest ecclesia cathedralis esse regularis vel secularis, vt hic dicitur in fine.

2 b † In glo. in ver. prælaturam. in fi. no. ex glo. ꝙ guardiani [b] fratrum minorum, & priores mendicantium dicuntur habere prælaturam, & dignitatē. & sic vr̄ ꝙ possint esse delegati sedis apostolicę, ſm Domi. de quo in c. statutum in prin. ꝫ. de rescrip. e. lib. & in cle. 1. e. ti. Sed an constitutus in minoribus tantū possit eligi in abbatem: & an debet esse sacerdos, vel sufficiat ꝙ sit professus expresè, licèt in nullo ordine constitutus, vide per gl. in c. tuam. in fi. ꝫ. de ætate & qual. & dicta in c. licet canō, post princ. ꝫ. e. & no. in c. ex eo. & in c. cum ex eo. j. eo. In glo. in ver. eligatur. in fine, alias si nō esset expresse professus, esset postulandus, vt hic in tex. a contrario sensu ſm Arc. dicentem, ꝙ postulatio & dispensatio posset fieri ab episcopo, qñ esset euidens vtilitas vel necessitas ecclesiæ etiam cum non professo, etiam tacite per no. per Inno. in c. officij. ꝫ. eo. & per Ioan. An. in d. c. tuam. Sed Ioan. hic tenet, ꝙ non professus tacitè debet postulari a Papa, per not. in c. indemnitatibus ꝫ. eo. & in cle. j. eo. tit. in gl. in ver. eligatur, & idem tenet in addi. Specu. in titu. de lega. in tractatu dispensationum. in §. consequenter. in prin. per tex. in d. cle. j. in prin. Nā ibi prohibetur assumi, qui est diuersæ professionis vel habitus, sicut est nouitius: ergo inferior a Papa non dispensat secundum Innocen. & Domi. etiam si esset legatus de latere, vt tenet Imol. in d. cap. officij. sed cum tacite professo bene posset episcopus dispensare, vt talis possit assumi ad prælaturam sui ordinis, subsistente vtilitate ipsius monasterij, per nota. in d. c. officij. & in d. cle. j.

5 c † In glo. in ver. expresè in fi. nō tamen de necessitate requiritur [c] scriptura ad esse professionis, vt sentit ista glo. & in c. rursus. qui cl. vel. mo. & in c. vidua. licet glos. dixerit contrarium & male. 28. q. j. omnes feminæ. In gl. in ver. irritum, in fi. sed an ex noua cōsuetudine possit induci contrarium. & videtur quod non, propter decretum hic appositū in fi. tex. Sed Imol. & Domi. hic in fi. tenent contrarium. per no. in c. fi. ꝫ. de consuetu & in l. j. C. quæ sit longa consue. & vide in c. ex eo, quod. infra eo. & ibi dicta in fi. In glos. fi. in fi. no. ex gl. quod episcopus etiam secularis dicitur immediatè præesse monachis. Abbas tñ & prior debet imponere regulares disciplinas, & nō episcopus: sed episcopus punire debet illa q̄ maiorē exigunt animaduersionē, ſm Gof. & Io. An. de quo. in c. quāto. ꝫ. de offi. ordi. Quid autē si monachus fiat episcopus postea renunciat vel deponatur, an remaneat canonicus ecclesię cathedralis, dic, ꝙ non, vt no. 16. q. vlt. in noua. & in clemē. j. eo. tit. de quo hic per Pet. de Anc. & per Doc. in c. cum ad monasterium. de sta. mona. & in cle. in plerisque. de elec. & cle. j. de statu reg. & in cle. j. de regu. & per Fede. in suo consilio. 5.

ADDITIONES.

a Nico. Su. Appellatione. Adde Domi. i c. qa pōtificali dignitate. i j. no. offi. dele.
b Nico. Su. Guardiani. Adde Felin. in c. cum olim. in prin. de maio. & obed.
c Nico Su. Requiritur. Adde gl in c. omnes feminę. 27. quæſt. j. tamen ista gl. reprobatur a Doct. in c. j. de regula. li. 6.

C A P. XXIX.

CVm expediat. Tene mēti hoc principiū, & ita all. & cōcor. l. j. C. de inoffi. do. & vide gl. no. in c. cupientes. §. si ꝑ viginti. in ver. petere, ꝫ eo. fauore tñ aiæ vel ecclesiæ fit extensio legis, & in correctiuis, vt dictū fuit in gl. not. & in c. sciāt. ꝫ. eo. In gl. in ver. inquisitis. in fi. & debet seruari diligēter forma compromissi, intantum ꝙ si nulla pars perueniat ad maiorem partem capituli, non poterit eligi ille, cui postea accederent tot voces quod faciant maiorem partem, cum talis accessus non prosit. de quo hic plene per Ioan. An. & concludit etiā hic Do. ꝙ si compromissatij dati ſm formā huius c. inquisitis vocibus illorū de capitulo consentientiū in vnum, & non scrutata voce illius, illum eligunt, non valebit electio, quia nō seruata forma, ex quo eius vox non fuit scrutata: licet Rota in deci. 388. vt refert hic Do. sentiat ɔ̄triū In glo. in ver. capituli. ibi, si cui. cum quo c. text. debet iungi ista deci. ſm Ioā. An. dicentem non valere compromissum factum in vnū, ita ꝙ eligat alterum de tribus, quem tales tres de capitulo nominabūt, nec valebit electio secuta, vt hic per Domi. In gl. in ver. cōcilium, in fi. idē Io. An. & Domi. hic: licet Archi. & Lap. teneant ꝙ sit forma de per se per text. hic. Et no. ex gl. ꝙ forma istius tex. dicit̄ forma compromissi ꝙ facit, vt si maior pars capituli cōpromittat in A. vt eligat exquisitis vocibus singulorum, & minor pars compromittat in B. simpliciter ex tali forma non valet electio, ſm Io. An. quia per viā compromissi non potest procedi, nisi omnes cōsentiant, vt no. in d. c. quia propter. & ibi per gl. in ver. vice omnium. intellige si fiat compromissum simpliciter: secus si cum forma, vt voces singulorum perscrutentur, cū non præiudicet alijs, poterit per maiorem partem sic cōpromitti alijs contradicentibus; & valeret electio facta ex tali cōpromisso, dummodo dignus eligatur, ſm Lap. ex quo habetur notabilis limitatio ad gl. in d. c. quia propter, ſm Domini. vt hic per eū.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum in eundo, videtur concessum in redeundo.*
2 *Clausula, nō obstantibus quibuscunque statutis, consuetudinibus, vel priuilegijs, an deroget, si talia sint iurata, si non fiat specialis mentio.*
3 *Impetrare volens contra statuta iurata, an incidat in periurium.*

C A P. XXX.

CVm non deceat. Tene mēti istud principiū, & ita alle. & procedit, siue sit officium publicum, siue priuatū, ſm Io. An. de quo in c. inter dilectos. §. porro. ꝫ. de fi. instr. & in l. si quis ex signatorib. ff. quē ad. te. ape. Secundo no. ibi,

1 redeundo. ꝙ † priuilegium concessum in eundo [a] videtur con-
a cessum etiam in stando, & redeundo. de quo in c. statutum. ꝫ. de rescrip. eo. li. & per Bart. in l. vnimur. ff. de sepul. viola. & ibi de saluo conductu. Vlti. no. ꝙ statutum, priuilegium, vel consuetudo loquens de absentibus, non includit absentes, qui ex iuris fictione pro præsentibus habentur. facit c. ad audientiā. ꝫ. de cler. nō resid. licet regulr dicat̄ ꝙ statutū nō trahitur ad casum fictum, vt l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. ge. & est dictum in c. fi. ꝫ. de consue. eo. li. In gl. in ver. residendo, in fin. patet ergo ꝙ tex. hic locum habet, non solū si recipiunt fructus beneficiorū qñ residēt ex priuilegio ɔcesso ipsi ecclesiæ scilicet & ex priui-

2 legio ɔcesso ꝑsonæ, ſm gl. & Doc. sequūtur. † In gl. in fi. ibi, nō
b credo. [b] tene mēti sing. ex glo. ꝙ ꝑ generalē clausulā, nō obstātibus quibuscūq; statutis, ɔsuetudinibus, vel priuilegijs, nunq̄ iurat.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. In eundo. Adde ꝙ idem habet locum in saluo conducto, vt est tex. in c. ego N. de iure in ver. eundo, & redeundo. & ibi Abb. & Ioan. de Imo. & Abb in c. 2. de treu. & pa. & Ioan. de Imo. & Abb. in c. quia diuersitatem in j. vol. de concessione præbē. Bar. in l. j. ff. ad le. Iu. maie. Bar. in l. prætor. C. de his, qui ad ecc. confu.

b Nic. Sup. Non credo. Adde vt per Alex. de Imo. consi. 27. inci. viso libello producto. in vi. col. in j. vol. idem Alexan consi. 125 inci. visis & consideratis statutis de quibus supra. in eo. volu. idem Alexan. consi. 102. inci. cum statutum dirigat prohibitionem. in 4 vo.

Vin G. Adde Afflic. in Decis. Neap. 5. & Deci. 221. nu. 13. Doc. in c. constitutus col. 3. de resc. Bert. consi. 167. Visis instrumentis, li. 10. & consi. 23. de donatione li. 3. & Boer. in suo trac. de Vit. iur. nu. 36.

intelligitur derogatum, qñ talia essent iurata, nisi fiat specialis mentio de iuro, dato ꝙ apponeret̃ dictio, quibuslibet, vel quibuscunque, vel quomodolibet. de quibus hic in tex. facit c. cũ aliquibus hic alleg. & fortius procederet hęc glo. qñ fuisset iuratum expresse id, quod continet̃ in statuto, ſm Io. An. de quo per eum in c. 1. ſ. de his quæ fi. a maio. parte. ſuper ver. iuramento. & in c. 1. j. de fi. pſby. ſup gl. quia non. Et ꝓcedit ista glo. siue dicta clausula apponatur in iure, siue in rescriptis, siue in priuilegijs, ſm Docto. hic. Quid si statuta vel priuilegia sunt iurata simpliciter, & non est iuratum expresse id, quod in statuto, vel priuilegio continatur. tunc dic, ꝙ si dicta clausula, non obstante, apponitur in iure, vt est hic, & sufficit tolli statuta, etiam iurata, cum aliter de iuro non fiat mentio. & isto casu non procedit glo. hic ſm Lap. & Pau. per no. per Ioã. Andr. in c. sicut ait. ſ. de hęreti. & in c. super specula. de magi. & in c. 1. j. de cõcess. ꝑben. & ꝑ Pau. in cle. vt professores. de reg. & per no. in c. 1. ſ. de consti. eo. li. & ita sequitur hic Dñi. Sed si dicta clã, non obstante, apponatur in alijs dispositionibus, vt in priuilegijs, vel rescriptis, tunc procedat glos. hic ſm Lap. & Dñi. Sed certe vr̃ ꝙ omni casu, ẽt si non fuerit expresse, & separatim iuratum seruare contenta in statuto, & ẽt si dicta clausula opponatur in iure, vel ab homine, vr̃ semper ꝙ locum habeat hæc glo. per c. 1. ſ. de consue. eod. lib. & j. eo. c. quia sępe. & ita indistinctè Imo. hic sequit̃ hanc gl. quia non vr̃ de mente reuocantis, ꝙ reuocent̃ statuta iurata, nisi aliter de iuramento exprimat̃, vt no. in simili in cle. dudum. de sepul. in fi. & ita ẽt vr̃ tenere Rota in dec. 294. quæ inci. & item licet quis, ibi etiam concludit, ꝙ si rescriptum vel priuilegium concedatur proprio motu, non est necesse, ꝙ fiat mentio de statutis iuratis, nec habeat et locum ista gl. ꝑ no. in c. venientes. ſ. de iureiu. & ita vr̃ tenere do. Anto. in c. constitutus. de rescrip. de quo ibi plenè per Imo. & per alios Doct. in c. 1. ſ. de his quę fi. a ma. par. Nã Imo. tenet contrarium in d. c. constitutus. quia licet motus proprius tollat subreptionem, tñ non tollit defectum intentionis, quæ in dubium non vr̃ esse in derogando statutis iuratis, si hoc non exprimit. & vide ꝑ Lap.

3 in sua allega. 9. & 13. † Si quis vult impetrare ꝯ statuta iurata, an impetrando incidat in periurium, vel teneatur prius petere absolutionem a iuramento. vide per Rotã in dicta deci. 294. Quid si quis impetrauit cum clã, non obstantibus statutis, vel cõsuetudinibus ecclesiæ & tempore quo recipit̃, iurat seruare statuta, & consuetudines ecclesiæ, an videatur sibi præiudicare, & renunciare illi clæ. vide per Ioã. And. in reg. inspicimus. in 6. tenentem, ꝙ non, quia iurm̃ intelligit̃ in alijs q̃ in cõtẽtis in suo rescripto. Quid si est reuocatum, statutũ iuratũ, an intelligatur sub eo iurm̃ tanq̃ accessorium. Io. An. ꝙ sic, in c. 1. ſ. de his q̃ fi. a ma. par. & non intelligunt̃ statuẽtes, vel venientes ꝯ incurrere periuriũ. de quo plenè ꝑ Imo. in ca. constitutus. ſ. de rescri. in 6. & 7. col. in c. dilecto. ſ. de præb. circa me. & per do. Nic. in d. c. 1. in 2. col. & per do. Floria. in cle. 1. de reg. in 3. q. & ibi an cõtrauenjendo dicantur tollere statutum. An sit dña qñ est iuratũ expresse seruare oia & singula contenta in statutis, an tunc sublato statuto intelligatur sublatum iurm̃, per Io. An. & Doc. in d. c. 1. & per Imo. in d. c. constitutus. In ea. gl. in fi. tene menti hanc gl. ad q. de damnum passo, an teneatur contribuere cum alijs personis de vniuersitate, quę tenentur ad emendationem damni. & facit, ꝙ sic. & idem tenuit Spe. in tit. de censi. §. 2. ver. quid si damnum. & Io. And. hic vide. quod in simili no. per Docto. in l. ab omnibus. ff. de leg. 1. & in c. 2. ſ. de immu. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Obiectus exceptionis pœnalis non potest tolli, vel emendari, si ius est parti quæsitum.*

2 *Dilatio data quando est communis vtrique parti, an vna pars possit renunciare dilationi.*

CAP. XXXI.

1 AB eo. †No. 1. ꝙ obiectus exceptionis pęnalis, vel eius qualitas non potest tolli, vel emendari, qñ parti est ius quæsitũ. & ita alleg. hũc tex. Bal. in l. 1. C. de plus peti. Non ergo põt quis reuocare factũ proprium, qñ aduersario est ius quæsitum. facit ele. cõstitutionẽ. §. pe. co. tit. & l. si post mortẽ. in fi. & ibi ꝑ Bar. ff. de adop. Ex quo infert̃ primò, ꝙ postq̃ quis produxit articulos, & positiones, non possit retrahere inuita parte. & vide ꝑ Bal. in rubr.

2 C. de iis vo. † Scd̃ò infert̃, ꝙ ex quo dilatio data reo cẽsetur cõis actori, vel ẽ, vt l. prætendæ. C. de tẽp. in integr. resti. ꝙ vnus non possit renunciare dilationi in ꝑiudicium alterius, cui est ius quæsitum. facit gl. 2. in c. 1. ſ. de rescri. eo. lib. & per Bald. in l. amicissimos. in fi. ff. de excus. tuto. Et qñ quis possit pœnitere ad euitationem pęnę legalis, vel conuentionalis, vide glo. ord. in c. si diligenti. ſ. de fo. compe. In gl. in ver. vel eius qualitas nõ ob. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. quia ibi ideo põt detrahi illa qualitas, quia prodest ipsi reo cõuento: sed hic noceret, quia si non probatur defectus personæ, vel sciæ, repellitur opponens a prosecutione omnium, vt in c. si forte. ſ. eo. ſm Ioan. And. In gl. fi. in fi. idem Io. Mo. & Archi. ꝙ limitat hic Lap. nisi opponens in opponendo apposuerit clãm, saluo iure addẽdi, & minuendi, pñte illo ꝯ quem opponit̃, & non ꝯdicente, quia tunc poterit reuocari, ẽt inuita parte, vt hic per eũ. Sed in ꝯriũ facit gl. in c. inter dilectos. ſ. de fide instru. dicens, ꝙ talis protestatio nihil operatur: concludit hic Imo. illud procedere, qñ talis protestatio fit ex parte agentis: secus si ex parte excipientis vel opponentis, quia tunc prodest, vt in terminis huius c.

SVMMARIVM.

1 *Eligere vt quis possit in ecclesijs regularib. sufficit ꝙ sit tacitè professus.*

2 *Pupillus maior septennio dicitur habilis ad canonicatum.*

3 *Malitia non supplet ætatem in matrimonio spirituali, licèt secus in matrimonio carnali.*

4 *Nouitij an possint admitti ad electionem cum professis.*

5 *Laicus potest esse religiosus professus.*

CAP. XXXII.

1 EX eo quod. † Not. c. ibi tacitè. ꝙ ad hoc vt possit quis eligere in ecclesijs regularib. sufficit ꝙ sit tacitè professus: Sed vt possit eligi requirit̃ ꝙ sit expresse professus, vt ſ. cod. c. nullus. Secundò no. ibi, conuersi laici. ꝙ habendo respectũ ad clericos regulares, conuersi veniunt appellatione laicorũ: sed habendo respectũ ad clericos seculares ipsi conuersi nõ includunt appellatione laicorum de quo in c. duo sunt genera. 12. q. 1. & in c. 2. ſ. de fo. compe. In gl. 2. in fi. no. gl. de quo dicet in c. 1.

2 j. de tẽp. ordi. & no. ꝑ gl. in ver. eligat. in cle. 1. j. eo. † In gl. in ver. tua. in fi. patet ergo ex tex. & gl. ꝙ maior septennio, licet pupillus, dr̃ habilis ad canonicatum, ẽt ecclesię cathedralis. & ita tenuit gl. in ver. canonijs. in c. statuimus in princ. & in c. si eo tpe. ſ. de rescri. eo. li. & Io. And. & cõiter Doc. & ibi. & d. Flo. & Imo. in c. sup inordinata. ſ. de pb. licet Host. ibi cũ quo trãsit d. Ant. & d. Pe. tenuerit, ꝙ debeat esse maior. 14. an. & idẽ tenuit Arch. in d. c. si eo tpe. & non bñ, quia in ꝯrium est tex. hic: licet tñ maior septennio possit esse canonicus ẽt in ecclesia cathedrali, tñ talis pupillus non habet vocẽ in capitulo, vt hic imo hodie est necesse ꝙ excedat 18. annũ vt in cle. vt hi qui, circa fin. de ætate, & quali. & per gl. in ver. in 18. in cle. fi. eo. tit. quia est necesse ꝙ sit in sacris, vt ibi patet. & licet pueri possint recipi in monasterio, & ad canonicatũ ecclesiæ regularis, tñ non obligant̃, nisi

3 post 18 annũ vt in c. 1. j. de reg. † In glo. 3. in fi. no. ꝙ in matrimo-

a nio spirituali malitia [a] nõ supplet ętatẽ: secus in matrimonio carnali, vt in c. fi. ſ. de despõ. impu. Et idẽ in spõsalibus, vt ꝑ gl. in c. spõsam. ſ. de spõsa. Quid aũt sit in testamentis & in alijs ꝑ Io. An. in d. c. fi. In gl. in ver. suffragium, in fi. de hac q. hic ꝑ & ꝯ ꝑ Io. And. concludentẽ tñ, epm debere eligere idoneiorẽ. ar. cle. 2. de iure patro. & ꝙ honestius modus esset, vt pupillus pręsentet tutore autore, vt in c. fi. j. de iudi. De iure autem, nedum dignior, sed ęquè idoneus pñtatus a pupillo maiore septẽnio, deberet pferri præsentato ꝑ tutorem. facit ca. decernimus. hic alle. & d. c. fi. imo tenuit hic Pau. ꝙ omni casu pręualeat pñtatio facta a pupillo. cũ tutor non possit administrare spiritualia vel eis annexa, ſm Archi. in d. c. decernimus. & ita sequitur hic Domi. de quo articulo plenius q̃ alibi, vide ꝑ Fede. in suo ꝯsi. 97. q. i sit ꝙ pupillus præsentare possit: licet ergo pupillus non possit eligere, tñ poterit pñtare, cum aliud sit facere iure proprio q̃ iure collegij, vt ꝑ gl. mag in fi. in c. bñficium. j. de regu. Et ad prædicta vide per Rotam in deci. 421. q̃ incipit. Item fuit dubitatum vtrũ valeat, tenentẽ ꝙ si concurrat maritus & vxor in pñtando tõne iuris patronatus ꝙ dẽt pręferri pñtatus a marito. Quid aũt si pñtatio spectat ad collegiũ, & in eo admittunt̃ pupilli ad pñtandũ, an voces illorũ cõputent̃ in numero. & dic ꝙ sic, per no. per Archi. in d. c. decernimus. & c. si plures. & per Inn. in c. 2. ſ. de no. ope. nun. & in c. ꝯstitutus. ſ. de ele. & ibi per Io. An. quia sicut pupillus iure suo singulari pñtat, & valet pñtatio, vt ſ. ita valebit vox pupilli, qñ gratiosè admittitur a tota vniuersitate: secus si vna pars tñ admitteret, quia tũc nõ ꝑiudicaret vox pupilli alijs ꝯdicentib. ſm Lapũ & Do. dicentes hæc vera in pñtatione, sed in electione ꝑlati nõ valeret, & si admitteret̃ de ꝯsensu illorũ de collegio, quia sicut pupillus nõ põt ꝯhere mrĩmoniũ carnale, vt ſ. in gl. ita nec spũale. ꝑ qđ tex. in d. cle.

ADDITIO.

a Vinc. G. Adde, ꝙ Malitia supplet ętatem & operatur, ꝙ pupillus iuramẽto ligetur. Hero. q. 135. nu. 21. & nu. 6.

4 cle. vt hi qui. & ibi gl. in ver. ꝯcedať iuncta cle. fi. eo. tit. †In gl. in ver. tacitè, in fi. de gřa tñ poſſent nouitij admitti ad eligendum cũ profeſſis: & eorũ voces valerent, cũ & in extraneum poſſit electio committi. ſ. eo. cãm. ſm Arch. & Io. And. qđ intellige ſi nouitij ſint ꝯſtituti in ordine ſacro, vt in d. cle. vt hi qui. & ad ṕdicta facit qđ no. Hoſt. ſ. de ſtatu mona. in c. ea q̃. in fi. tenẽs ex cõſuetudine, vel priuilegio, ſeu pacto in fundatione appoſito, clericos ſeculares poſſe hr̃e vocẽ in capitulo regulari, & in electione abbatis, ſm Io. An. & vide ꝑ gl. in c. nobis. ſ. de iu. pa. de quo. j. in fi. In gl. in ver. cũ clericis. in fi. vide ꝑ gl. 3. in d. cle. vt hi qui, & cle. ꝑ lr̃as. de præb. & dicit hic Io. An. ꝙ hæc gl. procedit, qñ caput regularis eccleſię põt eſſe laicus, vt quia inſtitutio ibi non eſt principaliter ad diuinorũ celebrationẽ, ſed ad aliũ actũ piũ, puta in ſubſidiũ terrę ſanctæ, vel redẽptionẽ captiuorum, vel hoſpitalitatẽ: ſed ſi inſtitutio eſt ibi ad diuinorũ celebrationẽ, & ꝑlatus dẽt eſſe ſacerdos, vt c. 1. ſ. de ęta. & quali. tunc laici nõ participant ius capituli. & vide ꝑ Io. And. in c. 2. ſ. de æta. & 5 quali. in ver. ꝑ laicos. †In gl. fi. in prin. pro declaratione ꝯclude, primò ꝙ laicus põt eſſe religioſus, hoc eſt profeſſus alicuius religionis, vt in c. tuam. ſ. de æta. & quali. vñ ad eſſe monachatus nõ requirit aliquis ordo ſacer, vel alius, ſed purus laicus poteſt eſſe profeſſus: & ex quo monachus vel fratres ſiot profeſſi, admittunt ad eligendũ, licet nõ ſiot in aliquo ordine, vt ſ. in gl. in ver. hi q. & ver. ꝯuerſi. & 21. q. 1. gñaliter. Sed hodie dẽnt eẽ conſtituti in ordine ſacro, vt in d. cle. vt hi qui. in prin. Scđò ꝯclude
a ꝙ laicus, licet poſſit eſſe monachus, tñ nõ põt eſſe canonicus, quia ius canoniæ nõ cadit in laicũ, vt in c. 2. ſ. de inſti. & ꝑ gl. in c. cũ M. ſ. de cõſti. ſed eſt neceſſe ꝙ ſaltẽ ſit in minorib. licet nõ ſit in ſacris, vt in d. c. 2. vbi dicit Io. And. ꝑ illum tex. ꝙ canonici pñt eſſe in eccleſia licet nõ ſint in ſacris, ſed ſufficit & eſt neceſſe ꝙ ſint in minorib. adeò ꝙ ẽt conuerſus laicus nõ eſſet capax iuris canonicalis, ſm Ion. & Io. An. ibi: & tales canonici in eccleſijs ſecularib. ſtatim habẽt vocẽ in capitolo, ſed in regularib. dẽnt eſſe tacitè vel expreſsè profeſſi, vt hic. ſed hodie oẽs tã monachi q̃ canonici regulares, vel ſeculares dẽnt eẽ in ſacris, quò ad hoc vt habeãt vocẽ in caplo, vt d. cle. vt hi qui. in princi.
b Tertiò ꝯclude ꝙ cõuerſi non hñt ius eligẽdi,[b] nec vocẽ in capi
c tulo,[c] vt hic in tex. & gl. Et loquiť de cõuerſis q̃ ſunt in monaſterijs, qui quãuis ſunt tacitè vel expreſsè profeſſi, tñ nõ ſunt in clericos tonſurati. & iſti non debent in monaſterio cũ fratrib. eiuſdẽ conuentus, electionib. intereſſe. & ꝑ hoc corrigiť ſnĩa Inn. & Hoſt. in d. c. 2. ſm Archi dicentẽ. ſecus eſſe in hoſpitalarijs, vt j. de arbitris. cum olim. & facit qđ no. in c. Indemnitatibus. §. pe. j. eo. & in d. cle. ꝑ lr̃as. & ſ. in gl. Quartò conclude, ꝙ ẽt in eccleſijs ſecularib. tales conuerſi & oblati nõ hñt vocem in capitulo. quia nõ vñr ex hoc continentiã voluiſſe vel proprijs renũtiaſſe, vt no. 17. q. 2. vt lex. & iõ non debent cum clericis eccleſiarũ ſuarũ electionib. intereſſe: quicquid dicat Inn. in c. cũ M. ſ. de conſti. vñ curia Romana tenet, ꝙ ſoli canonici faciunt capitulum, & iſti cũ prælato faciunt vnũ corpus, ſm Archid. & Io. An. referentes Inn. tenere in c. 1. ſ. de cele. miſſarũ, ꝙ laici dicunť tẽplarij, hoſpitalarij, ciſtercienſes, & fratres mi. qui non ſunt clerici. Quintò conclude, ꝙ clerici ṕbendati in eccleſia q̃ nõ habẽt ibi canonicatũ nõ habẽt vocem in electionib. & actibus capitularib. ſm Inn. & Io. An. in d. c. 2. Sextò conclude, ꝙ tales oẽ ꝓfeſſi vel conuerſi & oblati vocem non habẽt, nõ ſolũ in electione prælati, ſed ẽt ſyndicũ faciendi in eccleſia ꝑ cõuẽtũ, cũ ẽt in his locũ habeat iſte tex. ſm Io. An. & ſic in alijs actibus capitularib. & iſta eſt ten. ꝑ hũc tex. licet Spe. in tit. de ſyndico. ver. q d de cõuerſis, tenuent ꝯtrarium, ſm Lapum hic. In ea. gl. in fi. tene menti gl. ꝙ tam in eccleſijs ſecularib. q̃ regularib. conuerſi laici pñt ex cõſuetudine vel præſcriptione acquirere ſibi ius eligẽdi & ius hñdi vocẽ in capitulo. & ita ſequũtur hic Doc. & in d. c. 2. ꝓ quo ẽt facit, qđ no. Hoſt. in d. c. ea q̃. ꝙ clerici ſeculares pñt ex conſuetudine ſibi quærere ius eligendi prælatum in eccleſijs regularib. vt ſ. eſt dictum. Ad idem ẽt facit c. cũ eccleſia. ſ. de cau. poſ. quia licẽt de iure ad clericos ſpectaret electio, tamen poſſunt religioſi ex conſuetudine cum illis eligere, vt in d. c. cum eccleſia. ita ergo econtra, vt hic dicitur, ſecundum Domi. & vide in ſimili quod no. in c. nullus. ſ. eo. quæ oĩa tene mẽti, & ad materiã cle. 1. e. tit. & in c. 2. in fi. j. de priuilegijs.

ADDITIONES.

a Nico. Supe. Non poteſt eſſe canonicus. Adde tex. in c. in eccleſijs. de inſti. & per Card. Alex. in c. placuit. circa fi. 3. col. 32. diſt.
b Nico. Supe. Non habent ius eligendi. Adde glo. vlti. & ibi Card. in ca. in eccleſia. de inſti.
c Nic. Supe. Nec vocem in cap. Adde Abb. in c. & ſi tempus. de iureiur.
Vinc. G. Adde Fely. in c. non dubium. de ſenten. excom. in fin. & in ca. cauſam colum. 4. de præſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Geſta per iudicem a quo, poſt appellationem etiam extraiudicialem, ſunt nulla.*
2 *Citatus a iudice, ſiue a iure, debet comparere & ſtare donec actus expediatur, aliàs erit contumax.*
3 *Conſtitutio pœnalis extenditur ad caſum ſub mente legis comprahenſum.*

CAP. XXXIII.

1 SI poſtquam. †No. ꝙ geſta per iudicem a quo poſt appellationẽ & extra iudicialẽ ex cã ꝓbabili interpoſita, ſunt nulla, licet non ſint geſta ꝯ appellationẽ. qđ facit ꝯ Inno. in c. cũ nobis. ſ. eo. tit. tenentẽ, ꝙ geſta poſt appellationẽ extraiudicialem non reuocanť, niſi ſint geſta poſt, & ꝯ appellationẽ. de quo hic in 4. & 5. gl. & vide per Inn. in c. dilecto. ſ. de app. & plenè per Rom. in deci. 344. quæ incipit, Itẽ licet in cã beneficiali. Secundò no. ibi, ſine licentia. a ꝯtrario ſenſu, ꝙ cum licentia recedere poſſet: imo, ſubſiſtente iuſta cã, poſſit ſine licentia re
2 cedere, vt hic per Io. Imo. & Archi. †Tertiò no. ꝙ ſicut citatus a iudice vt compareat intra certum terminum, debet comparere & ſtare donec actus expediať, & ſi illicentiatus recedit dr̃ ꝯtumax, vt in l. properandum. C. de iu. & in c. 1. ſ. de iudi. ita & citatus a iure, vt hic dr̃. Vltimò no. ibi, prouiſione. & tene menti iuncto tex. ibi, eligendi. ꝙ ſuperior, ad quem deuoluitur poteſtas eligendi ꝑꝑ negligentiã inferioris, poterit prouidere vnico actu per viam prouiſionis vel collationis, ſm Io. An. & ſic ꝑ hunc tex. eſt hodie hoc deciſum. de quo erant opiniones in c. ne pro defectu. ſ. eo. & in c. vt circa. ſ. eo. ti. & li. in gl. 2. In glo. 2. in fi. idem Arch. & Io. An. dicens, ꝙ id qđ hic dr̃ in tex. de regula, fallit in duobus caſibus, de quibus in ca. indemnitatibus. in §. ſanè. & §. cæterum. & habet locum iſte tex. quo ad regulares in appellatione, interpoſita ẽt a poſtulatione. In glo. in verſ. ſedem, in fi. idem Archi. & tene menti gl. de quo dr̃ j. eod. in c. ſi abbatem. In gl. in ver. potuit. in fi. & procedit, ſiue talis appellatio ſit extraiudicialis, vt hic in tex. ſiue iudicialis ante ſniam, vt no. in c. ſolet. j. de ſent. excõ. ſm Io. And. dicentem, ꝙ appellatio, vt reddat confirmationem nullam, debet eſſe interpoſita ex cauſa probabili, ẽt ab eo, cuius intereſt, & qui poſſit ſua voluntate illud intereſſe in iudicium deducere: alias confirmatio valeret, vt ſ. eo. cum inter R. ſm Archi. Item debet appellatio eſſe intimata parti, vt in cle. cãm. j. eo. ſm Io. And. dicentẽ, ꝙ ſi talis confirmatio fieret per illum, qui poſſet confirmare autoritate apoſtolica, tunc iſte text. loquens de ordinario locum
3 non haberet, ſed ſtandũ eſſet iuri antiquo, vt hic per eum. †In glo. in ver. mente. ibi, non extendiť. facit c. cupientes. & c. licet canon. ſ. eo. iuncta clem. fi. de offi. vi. & quod no. in c. 1. j. de tẽp. ordi. & per Archi. de pœ. diſtin. 1. pœnæ. & tene menti ex gloſ. iuncto tex. ꝙ cõſtitutio ẽt pœnalis extendiť ad caſum ſub mente legis vel ſtatuti comprehenſum, nec dr̃ tunc propriè extendi. de quo hic plenè ꝑ Imo. & Domi. et dicẽ in d. c. 1. vbi eſt gl. ordi. In ea. glo. in fi. idem Archi. et Domi. notant hanc gloſ. ad præcepta facta per iudices, ne quis recedat de palatio vel ciuitate. In gl. pe. ibi, vt hic patet. no. ex glo. ꝙ qñ duo reperiuntur a iure ęqualitate parificata ẽt in pœnalibus, ſtatutum in vno extenditur ad aliud, imo ẽt in correctiuis, vt per gl. vo. in l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. intellige qñ rõ eſſet cõis in vtroque caſu, vt dicit gl. hic. et in cle. 1. in verſ. ſacerdotium. de officio vica. alias aliud eſſet, ſm glo. in c. præſenti. j. de ſent. excom. Quando verò illa duo non reperirentur communiter parificata ſed in certis caſibus, tunc ſtatutum in vno non extenderetur ad aliud, vt ꝑ gl. in regula odia. j. eod. lib. et in c. conſtitutionem. j. de regu. In ea. gl. in fi. quòd procedit non ſolum ſi prouiſio fiat ex iure deuoluto per negligentiam, ſed etiam ſi ꝑꝑ delictum. et idem ſi fiat prouiſio ex iure proprio, vt in c. 2. ſ. de reſti. in integ. vel ex delegata poteſtate, cum in his caſibus locum habeat iſta lex. ſm Io. And. et tene menti ex hac gl. limitationem ad gloſ. no. in clem. 1. in ver. collatio. vt lite penden. dicens, ꝙ collatio tollit vacationem, quia illud verum, niſi fuerit appellatum: nam pendente appellatione beneficium collatum dicitur vacare, ſecundum glo. hic. et ita ſequuntur Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia vniuerſalis indiget viris literatis, & non porcis.*
2 *Epiſcopus debet diſpenſare ad ſtudium cum perſona habili, & voluntaria ad ſtudium.*
3 *Inferiores prælati an poſſint diſpenſare in caſu c. cum ex eo. de electio.*
4 *Diſpenſatio in caſu c. cũ ex eo. de electio. an expiret per mortẽ diſpenſantis.*
5 *Epiſcopus ſi diſpenſauit cum rectore parochialis eccleſiæ vt poſſit ſtudere per ſeptennium, an elapſo ſeptennio talis diſpenſatus habeat annum integrum ad ſe promouendum ad ordines.*

Cum

CAP. XXXIIII.

1 CVm ex eo. †No. i. q vniuersalis ecclesia dr, quò ad sui regimē, indigere viris literatis, & non porcis & asinis terrans, sm Io. Mo. & Io. An. & alias dr sustinere dispendium & iacturam. facit c. nihil. s. eod. Ex quo singulariter inferē, sm Domi. q pecunia, quæ expenditur rōne studij literarum, dr conuerti in vtilitatem ecclesiæ. facit tex. j. ibi, fructu. & præter hoc dr in c. 1. s. de magistris. q ecclesia cathedralis dēt prouidere de beneficio, magistro, qui pauperes clericos & alios gratis doceat. & de monacho vel canonico regulari, qui est in studio de licentia superioris, an possit pro expensis studij obligare bona mo-

2 nasterij, per gl. & Docto. in c. ex parte. s. de accu. † Secundò no. ibi, possint. quia concludit hic Archi. & Ioā. And. q si persona est habilis & voluntaria ad studium, episcopus debet ex debito dispensare, cùm subsit cā hic expressa: & posset ad hoc cogi per superiorem, per no. 1. q. 7. exigunt. & de iure patr. nullus. Si tamen dispensaretur cum persona inhabili, non valeret dispēsatio, & haberet tunc locum pœna d. c. licet canon. de quo ibi vide plenè dicta, & hic per Io. And. & Domi. Et licèt dispensatio illius c. loquatur in principali rectore, tñ & locum haberet in perpetuo vicario ecclesiæ parochialis, sm Io. And. de quo in cle. 1. de offi. vica. in 6. gl. Tertiò nota ibi, intra prędictum annū, quia talis annus currit a tempore sibi commissi regiminis. & sic est necesse q intra dictum tempus, quo sine dispensatione fieri debebat sacerdos, fiat subdiaconus, sm Io. And. & Domi. Si aūt fuisset quis iustè impeditus, vt non potuerit intra annū promoueri ad subdiaconatum, excusatur, vt hic in fi. tex. sm Arch. Non ob. tex. hic in ver. omnino. quia exponitur, idest, nō obstante aliqua dispensatione, sm Io. And. & Domi. Ex quo tenemeri, q verbū, omnino, excludit dispensationē, licet nō excludat iustum impedimentū. Quartò no. ibi, ab eis. & tene mēti, q in ecclesijs, vicarij sunt deputandi per epōs & superiores: non aūt per inferiores. qd facit, vt inferiores prælati ecclesiarum, vel ipsi rectores nō possint ponere in eorum ecclesijs parochialibus vicarium ēt temporalem ad longum tempus: secus si ad modicum, puta ad tres septimanas ex iusta cā. de quo hic per Io. And. & no. in c. extirpandæ. §. qui verò. s. de præb. & in cle. 1. de offi. vica. & per glo. in d. c. licèt canon. in fi. & p Lapum in sua alleg. 5. Quinto not. ibi, ecclesiarum prouentib. q vicario temporali est assignanda de redditibus ecclesiæ congrua & sufficiens portio. qd facit, sm Domi. vt mortuo prælato, successor teneatur soluere vicario salarium, ex quo id est debitum de bonis ecclesiæ. & ita tenent Doct. in c. ad hæc. s. de offi. vica. & in d. §. qui verò. Vltimò no. q sicut finita cā priuilegij censetur priuilegium reuocatum, l. Titia. §. vsuras. de lega. 2. & 25. q. 2. ita nos, ita finita cā dispensationis reponitur quis in iure communi. Et prorogatio termini censetur facta cum suis qualitatibus, & pœna repetita censet. quod facit ad no. in c. pe.

6 st ibi dictum est. †In glo. j. in uer. habita, in fi. cōclude ex dictis Doctorū, an renuncians beneficiū repetere posset? nam qñq; renūciat per seipsum, & tunc regulariter repetere nō p̄t. 6. q. j. q̄ sit periculosum. quod limita, primo nisi quis renūciet calore iracundię, quia posset statim reuocare: secus si aliquantulū perseuerasset, ut in l. quicquid calore. ff. de reg. iur. & 2. q. 2. §. notandum. & l. diuortiū. ff. de diuor. & ita uidet hic residere Io. And. qd̄ intelligit Lapus, nisi renunciatio sit recepta a superiore, cū tunc pęnitere nō posset, ex quo res nō est integra, ut no. in reg. qd̄ semel. & in regula, mutare. j. eo. lib. & hoc nisi superior ipse ꝯsentiret, ut no. per Io. An. in c. licèt. j. de procu. & qd̄ no. in c. quidam. §. de renun. Sed dicit hic Pe. de Ancha. ꝙ etiam de cōsensu superioris non reuiuisceret antiquus titulus iam extinctus per renūciationem, licet aliud sit si ipsa renunciatio non sit recepta a superiore, per no. in c. transmissa. & c. qd̄ in dubijs §. e. vt hic per eum. Imo. tamen hic ꝯcludit, ꝙ ēt si interueniret admissio superioris, ex quo in ꝯtinenti eū pęnitet, reuocare poterit, ne lubricū linguę incōsultè noceat. ad hoc l. famosi. C. ad l. Iul. maie. & gl. in c. fi. j. de iureiu. & intellige vt §. ꝑ Io. An. Qñq; & scd̄ò qs renunciat ꝑ nūciū vel ꝑ ꝓcuratorē: & tūc an possit reuocare mādatū vel reuocare renūciationē, plenè not. in cle. vnica. de renū. Qñq; & tertiò qs renūciat ꝑ suas litteras missas Papæ, & si fuerūt p̄sentatæ & admissæ v3 renūciatio, & pnīa locū nō hēt. ff. de ac. & obli. l. nō figura. nec posset qs post dictā renūciationē retinere beneficiū vel fructus percipere. de quo tñ hic plene per Io. An. qui vr̄ velle, ꝙ attendat tp̄s renūciationis, vt vsq; ad illud tempus possit retinere beneficiū, & fructus percipere, & non vltra. licèt Pe. de Anc. hic teneat ꝙ attendatur tempus, quo admissa fuit renunciatio. argu. l. si socius. §. si absenti. ff. pro socio. Et idē si ali' noīe superioris renūciationē reciperet, quia tunc ratihabitio superioris retrotraheretur. ar. l. si ego. ff. de neg. gest. Sed gl. ibi vult, ꝙ quò ad proprietatē vel fructus nō trahat retrò, nisi renūciās voluerit perdere possessionē. Si verò lr̄ę nō sunt adhuc p̄sentatę, tūc poterit renuncians eas reuocare anteq̄ pręsentent. ar. c. veniens. §. e. ti. & j. de procu. c. fi. & bn̄ficiū retinere absq; noua institutione, q̄a renūciās nō ꝑdit proprietatem anteq̄ lr̄æ præsentent, esto ꝙ dicat renunciasse corā honestis viris, vt per Inno. in c. qd̄ in dubijs. §. eo. vnde sufficit patientia prælati, qui illam reuocare poterat. ar. l. voluntate. ff. quibus mo. pignus. Et hoc nisi renuncians abiecisset a se possessionē, cū tunc ipsam perderet, nec posset eā reuocare, vt no. in d. c. q̄ periculosum. nec posset agere pro illa possessione si alius eā occupasset, vt in l. j. ff. pro derelicto. sm Archi. & Io. An. de quo per eū in d. c. qd̄ in dubijs. & de materia ple-
b nius vide in d. cle. j. & dic per Domi. In glo. fi. ibi, si quis ep̄s.[b] facit l. filiæ meæ. ff. solu. mat. & ibi per Bal. & l. si a filia. ff. de diuor. sm Io. An. ponentem post Archi. de impetrante a Papa vt recipiatur in canonicum Bononiensem, cūm sit paratus alijs suis beneficijs renunciare, an tunc debeat præcedere renunciatio, quam fiat collatio præbendæ? de quo hic per eos.

ADDITIONES.

a Graui infirmitate. Adde quæ dicatur grauior infirmitas, nota. in c. querelam. de procura. c. placuit. 18. distin. Bal. in l. quęsitum. de re iudi. & Rot. in deci. 556. incip. senes. Inno.

b V, G Renunciatio episcopatus admitti non debet etiam spontanea, nisi ex iustis causis. Ruy. consi. 121 nu 13. lib. 4.

De supplenda negli. prela. *Rub.*

SVMMARIVM.

1. *Archiepiscopus potest mittere edictum per totam suam prouinciam in casibus pertinentibus ad suam iurisdictionem.*
2. *Edictum quod est nullum potest reuocari, quando de facto processit.*
3. *Archiepiscopus non supplet negligentiam suffraganeorum, uel defectum, etiam si sint impediti ratione delicti, nisi in certis casibus.*
4. *Episcopi in quibus casibus possint dispensare contra canones.*

C A P. I.

1 ROmana. † No. primo, archiepiscopũ posse mittere edictum per totã suã prouinciam in casibus ad suam iurisdictionẽ pertinentibus, de quo in c.1.j.de pęnis. Secundo no. ibi, audiendas & terminãdas, ꝙ si alicui cõmittitur audientia alicuius causæ, non videatur cõmissa diffinitio & terminatio, nisi hoc sit expressum. de quo arg. in c. super qõnium. ʒ. de offi. deleg. & in l. a diuo Pio. ff. de re iudi. & per Inno. notabiliter in c. de hoc. ʒ. de offic. Archi.

2 †Tertio no. ibi, reuocamus. ꝙ illud, quod est nullũ, vt erat hoc edictum, potest reuocari, quando de facto processit: sicut enim de facto processit, ita potest de facto reuocari, ſm glos. no. in l. minor. ff. de euic. & per Bal. in l. hi qui ad ciuitatẽ. C. de appel. Si ergo præceptum factum a iudice continet notoriam iniustitiam, vt hic erat, reuocatur per superiorẽ absque alia citatione ipsius iudicis præcipientis. pro quo ẽt facit, qđ dicit notabiliter Inn. in c. querelã. ʒ. de elec. & Bald. in l. si pacto quo pęnam. C. de pac. in prio. licèt aliàs ẽt in notorijs requiratͬ citatio, vt ꝑ glo. & Doc. in c. ad nostram. el 3. ʒ. de iureiuran. Et an snĩa interlocutoria ipsius iudicis possit reuocari nõ citata parte? tex. hic facit ꝙ sic, qñ continet notoriã iniustitiam. de quo per Doct. in c. cum cessante. ʒ. de appel. & per Inno. in c. sacro. ʒ. de sen. exc.

3 † Vltimo tene menti vnam regulam, & ita alleg. ꝙ archiepiscopus non supplet defectum suffraganeorũ ẽt impeditorũ rõne delicti, nisi tñ in casibus expssis in iure. qđ facit ad no. in cle. in plerisq;. de ele. In glo. in ver. culpis. ibi, propter negligentiã. no. ex glo. ꝙ propter negligentiã epĩ deuoluitur iurisdõ ad archiepm. & idem tenet Hosti. hic. & facit qđ no. in c. pastoralis in glo. a. & in c. irrefragabili. in 4. glo. ʒ. de offi. ordi. & rõ quare aliud sit in neglgẽtia q̃ in excõicatione est, qa negligens peccat in iurisdõnem: ideo ad proximũ superiorẽ deuoluit. & hęc opi. probatur in immediato superiore ſm Do. facit d. c. irrefragabili. §. exces. licèt Arch. teneat hic ꝯ hanc glo. eo quia non reperitur iure cautũ. sed certe satis probatur in c. cum simus. 9. q. 3. & in c. ex frequentib. ʒ. de institut. & in c. Romana. §. ꝙ si de aliquibus. j. de censibus. de quo ibi plene no. in d. cle. in plerisque. & in d. c. pastoralis. Et dicit Hosti. & Ioã. An. ꝙ si eps tertio requisitus, vt dr̃ in c. 1. ʒ. eod. non procedit, vel prima vice denegat expresse, poterit cognoscere metropolitanus, vt in d. c. duo simul. ʒ. de offi. ord. consuluit tñ ꝙ archieps remittat subditũ ad suffraganeũ, statuens sibi terminũ cõpetentem, in quo subdito iustitiam faciat: quo elapso si non fecerit, poterit ipse facere, vt in c. quanto. & c. ad reprimendũ. & d. §. excessus. ʒ. de offi. ordi. & vt eps monitioẽ negare non possit, fiat de præsentatione literarum, coram testibus, publicum instrm, ſm Io. An. In ead. glo. ibi, quanq̃. vide ibi per Ioã. An. in glo. quidergo in fi. Sed quid tunc fiet de causis spectantibus ad suffraganeos, ipsis existentibus excõicatis, ex quo tunc metropolitanus non cognoscit. concludit Host. ꝙ adeundus sit Papa vel legatus si est in ꝓuincia. facit qđ no. j. de offi. vica. c. 1. in 4. gl. In ea. gl. ibi, non sic dependet. no. ex gl. iuncto tex. ꝙ si a snĩa prælati subditi epĩ debet appellari ad epm, licèt eps sit excõicatus, non poterit ad archiepm appellari, ex quo nõ datur iurisdõnis dependentia: secus si appelletur a snĩa delegati epĩ ꝑ recusationẽ, cũ tunc appellari possit ad archiepm, omisso medio, vt no. in c. si quis cõtra. ʒ. de fo. compe. & hic per Domi.

4 † In glo. in ver. ꝓcessum in fi. vide hic per Io. An. in quibus casibus epĩ dispensare possint contra canones, de quo plenius per Inno. in c. dilectus. ʒ. de tẽpo. ordi. & per Doct. in c. at si clerici. ʒ. de iud. In gl'n. fi. in fi. & c. de causis. & sic pęna erit arbitraria, & poterit infligi per archiepiscopum, vt hic per Ioan. And. ponentem, an pęna arbitraria dicatur pęna canonica, vel econtra.

SVMMARIVM.

1. *Barones & Comites qualiter differunt.*
2. *Regna transferuntur per successionem, non per electionem.*
3. *Primogenitus filius Regis obtinet locum patris.*
4. *Coadiutor episcopi debet habere generalem & liberam administrationẽ.*
5. *Vicem Regi gerenti debet adhiberi idem honor, sicut Regi.*
6. *Mandatum factum uniuersitati, an comprehendat singulos.*
7. *Femina an succedat in regnum.*
8. *Ecclesiarum appellatione, an ueniant monasteria, uel econtra.*
9. *Subditi tenentur pugnare pro domino.*

C A P. II.

1 GRandi. † Nota primò iuncto suprascripto, esse drĩam inter Comites & barones, & appellatione vnius, alterum non cõuinci. de quo per glo. in ver. marchio. in c. fundamenta. de elec. & in cle. vnica. in ver. regũ. de baptismo.

a † Secũdo no. ibi, iure Regni succederet. & tene menti primo, ꝙ Regna [a] transferuntur per successionẽ, & non per electionẽ. qđ procedit ſm Archi. hic & Domi. de ꝯsuetudine, sed de iure deberent trãsferri per electionẽ, sicut dr̃ in c. Imperatore. & in c. venerabilẽ. ʒ. de elect. & ita tenuit gl. 8. q. j. Moyses. sed de ꝯsuetudine nõ seruatur: imò filij Regũ debent succedere in Regno, vt est tex. hic, & j. in fi. & ita tenuit gl. 6. q. j. deniq;. in fi. idẽ Arch. ibi. intñ ꝙ determinat hic

b notabiliter Inno. & Io. An. ꝙ nõ posset Rex [b] in vita sua priuare filiũ primogenitũ iure Regni, dando illud secundogenito, vel posteriori, vel alteri donando, nisi subsistente legitima cã: nec ẽt hoc posset facere Papa sine legitima cã, vt est tex. in d. c. licet. dato ꝙ ex legitima cã Papa vel alius superior Regni hoc facere possit, ſm Io. And. ibi & hic. & est speciale in Regnis & dignitatibus secularibus, vt succedatͬ per filios ordine geniture, vt d. c. licèt. & c. imperialẽ. §. pręterea. de ꝓhi. feu. alie. vbi dr̃, ꝙ Regna Ducatus Marchionatus & Comitatus nõ diuidunͬ. qđ ius est inductũ in fauorẽ imperij, vt principatus, qui sub ipso sunt, integri permaneãt. arg. c. maiorib. ʒ. de ꝑben. ſm Ioan.

c ibi. Quæ aũt sint iura [c] primogeniture, & in quo ꝯsistat, vide ꝑ gl. 7. q. j. quã sit. Et quis dicatur primogenitus, vide in c. 3. & ca. Ioseph. ʒ. de uerb. sig. Tertio no. ex tex. ꝙ deficientibus filijs Regis legitimis, eius frater succedit in Regno iure Regio.

3 †Quarto no. a ꝯrio sensu, ꝙ filius Regis primogenitus obtinet locum patris, & excludit fratrẽ ipsius Regis secundogenitũ in successione Regni. ad idẽ d. c. licet. pro quo ẽt facit, quia filius primogeniti repręsentat personã patris sui in successione ascendentiũ. Insti. de hære. q̃ ab intesta. §. cũ filius. de quo per Old. in suo ꝯsi l. 222. sed Imo. hic refert fuisse cõsultum ꝯrium per l. 4. C. de bo. maternis. vbi Cy. & Bal. hoc tenent. & idẽ tenuit Bar. in authẽ. post fratres. C. de legi. hæredi. & refert Imo. hic idẽ tenens per plures rõnes ut hic per eũ. Sed posset dici, ꝙ ista opinio ꝓcedat, qñ ex ꝯsuetudine, priuilegio, uel concessione ipsius Regni, ita esset statutũ, ut sentit Bal. in l. cũ antiquiorib. C. de iure deli. vbi plenè examinat hanc q. vel posset ꝓcedere dicta opi. qñ filius primogenitus mortuus non acquisiuerat iam Regnũ: quia tunc si moritur ipse Rex, superstite nepote ex filio primogenito ꝑmortuo, & superstite filio secundogenito, tunc ꝑferatͬ filius secundogenitus nepoti. & ita vr̃ sentire Bal. in l. liberti libertęq;. C. de ope. li. aũs si filius primogenitus fuit adeptus Regnũ, & postea decedat, tunc eius filius & sic nepos sine dubio ꝑferatͬ patruo, vt est tex. hic, & in d. c. licet. ʒ. de voto. vbi plenè de hoc art. & per Old. in d. cõsi.

4 †Quarto no. ibi, gñalem & liberã. ꝙ coadiutor [d] dr̃ habere gñalem & liberam administrationem, ſm Io. An. & facit qđ no. in c. is cui. ʒ. de elec. eo. lib. vnde poterit administrare nõ solum ea, quæ sunt patrimonij, sed ea quæ sunt iurisdõnis, ut hic dr̃, sicut dr̃ in tutore dato ipsi Regi. De curatore aũt dixit Bar. in l. quidã cõsulebat. ff. de iudi. ꝙ nõ poterit exercere ea, quæ sunt iurisdõnis, cum illa administrare possit ipse Rex factus adultus. Sed Imo. hic cõcludit, ꝙ ipse minor, ex quo succedit in regno iure ꝓprio, poterit administrare oĩa, quæ alius posset adultus, ſm no. in l. si curatorem habẽs C. de in integ. restitu. de quo etiam per Oldra. in suo consilio 48.

5 †Quinto no. ibi, honorẽ. ꝙ gerenti uices Regis, uel alterius, dẽt adhiberi idẽ honor, sicut Regi, uel illi cuius uices gerit. qđ no. ꝓ uicerectore, de quo per Bar. in l. filius. ff. de leg. & per Bal. in auth. habita. C. ne filius pro patre. & uide in l. 2. C. de of. eius q vicem alterius gerit. Et propter hoc dicitur hic, ꝙ iuramẽtum

de non

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Regna transferuntur. Adde Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure.
V. G. Regnum Apuliæ est feudum ecclesiæ Romanæ, & non transfertur iure successionis, sed ex successione dominica. scribit Tho. Gram. in sua Decis. prima. nume. 31.

b Nic. Sup. Rex in uita sua priuare. Adde diffusè per Ant. Corsetum in sua repe. ibius.
V. G Adde ꝙ Primogenitus Regis dicitur qui natus est post dignitatem regalem, patri quæsitam. Felin c. prudentiam. col. 2. de offi. deleg.

c Nic. Sup. Sint iura primogenituræ. Adde glo. in §. his itaque. 19. q. j. Io. An. in addi. Spec. super rub. de feu.

d Coadiutor. Adde c. 1. & fin. & utrobique per Doc. de cle. ęgro lib. 6.

de non obediendo alteri, quàm Regi, interpretatur, nisi etiam
6 sit alius qui gerat vices Regis. facit l. Augustæ. ff. de leg. 2. † Sextò no. ibi, vniuersaliter &c. ꝙ mandatū factum vniuersitati non comprehendit singulos, vel econtra, nisi aliud exprimatur, de quo per Io. An. in c. nimis. el j. in fi. de excel. prela. Vltimo no. ꝙ coadiutor debet habere expensas pro se & suis. de quo in c. j. j. de cleri. ægro. De tutore autem & curatore, an debeant habere expensas vel salarium? vide qđ no. in l. idem quę. §. nō oīa. ff. mandati. & in l. a tutoribus. §. principalibus. ff. de admi. tuto. In glo. io ver. Regis. ibi, dic ꝙ &c. idē in duce comite & similibus iurisdictionem habentibus, ſm Innoc. & Io. And. & sic no. ꝙ sęculares personę propter negligentiam priuari vel deponi non debent a dignitatib. sęcularib. ex successione prouenientibus, sed debet dari tūc coadiutor, & ex alijs causis de quib. hic in tex. puta si nesciūt suū Regnū defendere vel in eo iustitiam & pacem seruare, maximè religiosis & pijs personis, vel ēt si nescirent deperdita recuperare, ſm Inno. dicentē, ꝙ alijs priuatis personis non daī coadiutor, vel curator, nisi sint furiosi, vel prodigi, vt C. de curatore furio. per totum. Item no. ex glo. ꝙ clerici, & alij p̄lati ecclīatū bene remouenē a suis bn̄ficijs propter negligentiā. facit c. ea quæ. ī. de offi. archi. de quo articulo hic plene per Domi. & per gl. & Doc. in c. cum ad monasteriū. & in c. ea quę. s. de statu mona. & per glo. no. 12. q. 2. sæpe sit. In ea. glo. ibi, per ecclesiam, cum superiorem non habet: not. glo. fortius ergo potuit ecclesia, deficiente alio superiore, dare coadiutorem ad petitionem aliorum, quorū interest. argu. c. per ven. ī. qui filij sint legiti. ſm Inno. & Io. An. sicut fuit luc. Nam cū Regnū Hispaniæ & Portugalliæ subsint Imperatori, vt no. 11. q. j. quicunq;. & §. hoc si quis, & Imperium tunc vacaret, Papa dedit coadiutorem. Nam vacāte imperio Papa succedit in administratione, vt in c. licet ex suscepto. ī. de fo. compe. & ibi plene de hoc per Doct. aliàs Papa hoc facere non potuisset, vt hic plene per Imo. In gl. in ver. fratrē in fi. & sic in dubio illa ꝑsona, quæ sperat successionem, dicit̄ suspecta, nisi ex circunstantijs illa suspitio tollatur, secundum glo. In glo. in ver. legitimo in prin. intellige etiā si per Papam esset legitimatus. & in dubio intelligitur legitimare sine pręiudicio tertij. ar. c. quamuis. ī. de rescrip. eo. lib. de quo plene in d. c. per vene. & per Doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & hic per
7 Imo. † In gl. in ver. iure regni. in prin. dic de hoc, vt est s. dictū. & an fœmina succedat in regno? cōcludit Imo. ꝙ non. etiam si regnum esset datum in feudum, nisi aliud esset de consuetudine, vel in ipsa cōcessione expressum, sicut patet in regno Apu-
a lię,ᵃ qđ est feudū ecclię, vt j. de re iud. c. ap̄licę. i quo fęminę succedūt: aīs secus esset, vt in c. j. §. hoc aūt notandū, ꝙ feudū dare pn̄t. & no. in c. dilectū. ī. de arb. & 27. q. 2. c. scripsit. & in c. ex parte. B. ī. de fo. ꝯp. In gl. ī ver. liberā ibi, valet donatio. & hoc ꝓcipuè in curatorib. Regum, cū Regum proprium sit donare. de quo vide in l. eum in plures. §. pen. ff. de administ. tuto. secus si ex donatione sequeretur enorme præiudicium, vt in c. intelle
8 cto, hic alleg. secundū Ioā. An. † In glo. in ver. monasteriorum
b in fi. conclude secundum Do. an appellatione ᵇ ecclesiarū veniant monasteria, vel econtra? Nam si materia in qua proferūtur, est proportionabilis alteri ipsorum tantū: & tunc id tantū comprehenditur, cui proportionatur: & tunc posset comprehēdi etiam ecclesia sęcularis appellatione monasteriorum, vt 16. q. vlt. nemini. & ibi per glo. in clem. Sic ecōtra appellatione ecclesię comprehendūtur monasteria tantū, secundū subiectā materiam, vt in c. quamo. ī. de censibus. Si verò subiecta materia potest æqualiter esse proportionabilis vtrique, tunc si profertur in materia larga, appellatione ecclesiarum venirēt monasteria. & ita procedant iura hic in glo. alleg. secus si materia esset odiosa, vt tenet Ioan. An. in c. Ioan. ī. de regularibus. nec venirent tunc appellatione monasteriorum, ecclesiæ seculares, secundum glo. in d. cle. j. quia propriè sumendo monasterium non includit ecclesiam sæcularem, secundum Archi. 10. q. 2. c. j. Et econtra appellatione ecclesiarum non venirent monasteria & ita posset intelligi iste text. & in c. sciant. & c. generalis. ī. de cle. eo. lib. de quo hic per Io. An. & vide etiam no-
9 tabiliter per eum in c. 2. ī. de resti. in inte. † In glo. in ver. violētos, in fi. no. ex glo. quando sit ꝙ subditi teneātur pugnare pro domino. & vide no. in l. hostes. ff. de captiuis. & in c. olim. il primo, ī. de restitut. spolia. In glo. fi. in princip. & ita tenuit Ioan. An. per hunc tex. in c. consuluit. ī. de cle. ægro. & etiam in d. c. j. j. de cle. ægro. & per Bar. in l. quęsitū, cū sequenti. ff. de tutelis.

ADDITIONES.

a Nic. Sup Apolia, quod est feudum ecclesiæ. Adde c. monasterijs. 19. q. 3. Card. Zaba. in c. cum vniuersis in fi. 4. oppo. de ele.

V.G. Dixi supra in c. grandi.

b Nic. Sup. Appellatione ecclesiarum. Adde Io. An. in c. certificari. de sepul.
V.G. Adde qualiter cognoscatur ab oratorio ecclesiæ. Dec. consi. 148. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum quam potestatem habet ecclesia vacante.*
2 *Episcopum capientes qua pœna puniantur.*
3 *Vicarij officium expirat, si episcopus capiatur ab infidelibus, ac si vacaret per mortem episcopi.*

CAP. II.

1 SI episcopus. † No. primò, ꝙ capitulum pōt bona ecclīæ vacātis, vel quasi, quo ad tēporalia & spiritualia administrare: vnde poterit visitare, & procurationes recipere secūdū Archi. hic. & idem tenet Io. Mona. j. c. proxi. de quo per glo. ordi. in ver. capituli. in cle. j. de hæreti. & plenè de his dicetur in c. j. j. de maio. & obe. Vltimò no. arg. ꝙ non incurrat prælatus priuationem ecclesiæ, si ab ea se absentat ex cā necessaria. prælatus ergo expulsus vel bannitus a laicis non perdit dignitatē. facit qđ no. in cle. j. de foro compe. & in c. 2. ī. de arb. & ī. de iniurijs. c. olim. & per Inno. notabiliter in c. 2. de no. ope. nun. dicētes ꝙ clerici expulsi ratione partialitatis vel alterius metus tyranni, vel aliter, non perdunt titulum beneficij, nec eorum iura. & dicit ibi do. Ant. ꝙ patroni sic expulsi non perdunt iu-
2 ra patronatus. † In glo. 2. in fi. idem si sit captus ab hostibus fidelibus vel a piratis seu latronibus, secundum Doc. & qua pęna puniantur capientes episcopum, no. in cle. capientes. de pęnis. In glo. in ver. sed capitulum. in prin. non tamen extenderetur hoc ad alios casus non expressos: puta si archidiacono vel alij de capitulo cōpeteret iurisdictio episcopalis, sede vacante quia tunc non haberet locū, si sedes quasi vacaret. arg. c. porrò.
3 ī. de priuile. de quo hic per Domi. † In ea. glo. in fi. vide per gl. in c. susceptum. ī. de rescrip. eo. lib. Et no. ex gl. arg. ꝙ officium vicarij expiret per captiuitatem episcopi ab infidelibus sicut per mortem naturalem episcopi. facit glo. in cle. fi. de procu. In gl. in ver. in spiritualib. in fi. vide quod no. j. c. proxi. In glo. in ver. debebit. in fi. idem Archi. & Io. An. In gl. fi. in fi. ipse autem episcopus captus non posset vicarium ꝯstituere, qn̄ esset captus a paganis, vel etiam a fidelib. cum idem sit si bellum est iustum, alias secus esset, vt hic per Do. & no. in l. hostes. ff. de captiuis.

SVMMARIVM.

1 *Papa ordinat visitatorem ecclesiæ cathedralis vacātis, nisi archiepiscopus propter negligentiam, vel dolosam capituli administrationem deputet cum causę cognitione. & nu. 2.*
3 *Legatus potest tantum in sua prouincia, quantum archiepiscopus, cum prouincia habeat maius imperium.*

CAP. IIII.

1 ECclesiæ. † Solus Papa deputat visitatorem ecclesiæ cathedrali vacāti, nisi archiepiscopus propter negligentiam, vel dolosam capituli administrationem cum causæ cognitione deputet, & visitator ecclesię vacantis ab inferiore a Papa deputatus spiritualia & temporalia administrat, excepta beneficiorū collatione ad episcopum pertinente. h. d. Et secunda pars ibi, hu-
2 iusmodi. † No. j. duo copulatiuè requiri ad hoc, vt visitator possit dari per archiepiscopum. s. negligentia, vel mala administratio capituli in spiritualib. & temporalib. vnde non sufficeret si in altero tantum adesset, ſm Io. An. cuius dictum de iure procedit. arg. c. j. ī. eod. cum archiepiscopus non se intromittat, nisi in casibus expressis in iure. De æquitate tamen sufficeret alterum, puta si male administrat in spiritualibus tantum, vel in temporalibus tantum, secundum Imo. & Domi. Secundò nota a contrario sensu, quòd in ecclesijs inferioribus a cathedrali vacātibus potest dari visitator ab alio quàm a Papa, ſm Io. An. quod intelligit Lap. in nō collegiatis, quia in collegiatis secus, ex quo administratio competit capitulo in spiritualib. & temporalibus, arg. tex. hic, & ī. c. proximo. intellige nisi capitulum male vel negligenter administret, cum tunc episcopus vocato capitulo & cognito de hoc, dare poterit. arg. tex. hic. & facit ꝙ no. in c. cupientes. §. ad hęc. & in c. quia sæpe. ī. de electio. eod. lib. & in c. cum vos. ī. de offi. ordi. ſm Lap. & vide per Io. An. in c. vnico. ī. vt ecclesia. beneficia. in glo. hic vult. ver. & hæc vera. & in c. ea quæ. ī. de statu mona. Tertiò nota, ꝙ ad archiepiscopū
a transfertur potestas dandi visitatorem,ᵃ eo ipso ꝙ capitulū negligen-

ADDITIO.

a V.G. Visitator datus a Papa & datus ab inferiore, in quibus differant. Fely in c. dilectus. col. 2. de rescri.

gligenter, vel malè administrat. & dicit Ioan. An. ꝙ licèt honestium sit facere monitionem, tamen non est necesse, cum sufficiat vocatio, de qua hic in tex. nec prodesset capitulo si pœniteret, per no. in c. licet canon. ꝭ. de elec. eodem lib. de quo hic per Domi. Vltimò no. ꝙ administrator datus ab archiepiscopo ecclesiæ vacanti censetur habere legitimam administrationem, eo ipso, ꝙ est datus, licèt hic aliter nō exprimatur. facit ꝭ. c. proximo, licèt aliud sit in procuratore, vt j. de procu. qui generaliter. sm Ioan. An. non tamen quilibet habens legitimam administrationem in temporalibus & spiritualibus potest conferre beneficia, sed ille demum qui est deputatus a Papa & talis administrator dicitur habere ampliorem administrationē quàm deputatus ab alio inferiore. In glo. 2. in fi. si tamen prælatus sit inutilis propter infirmitatem, vel senectutem, tunc non est remouendus, sed dādus coadiutor, vt in c. 2. & c. ex parte. ꝭ. de cle. ęgro. Et idem in abbate inutili, vel alijs prælatis propter infirmitatem vel senectutem. Et sm Archi. & Io. And. hic & in c. fi. de cleri. ægrotan. In gl. in ver. visitator. in fi. ideo visitator viuere debet de bonis ecclesiæ, sm Io. And. per c. 2. ꝭ. eo. & no. 61. di. obitum. In glos. in ver. præmissa, in fi. vide no. in c. prouida. ꝭ. de elec. eo. lib. & per glo. in ver. inhibentes in cle. j. de iure pat. In glo. in ver. episcopi, in fi. no. ꝙ visitator datus ab inferiore a Papa potest vnà cum capitulo conferre beneficia spectātia ad collationem episcopi & capituli simul. & sic in illis gerit vicē

3 episcopi. †In glo. in ver. ab alio in prin. idem in legato de latere, qui in sua prouincia potest idem, quod archiepiscopus, cū in prouincia maius habeat imperium, vt ꝭ. de ele. c. si abbatem, vnde legatus de latere talem administrationem dare potest, secundum Ioan. And. intellige sm Lap. ꝙ per talem administrationem non detur titulus impediens electionem, vt hic in tex. ibi, ecclesiæ vacanti. & sic non tollitur vacatio. & ita expressè tenet hic Ioan. And. dicens, ꝙ talis administrator poterit eligi, licèt in eligendo vocē non habeat, quia talis administrator nō habet plus iuris quàm inuenitur in iure expressum. arg. 18. q. 2. hoc tātum, sm Do. Sed si diceretur ꝙ per dationem talis administratoris tolleretur vacatio prout tenuit Compost. in c. cum nobis olim. ꝭ. de elect. tunc legatus de latere talē dare non posset, sm Lap. & Domi. & vide quod no. in d. c. si abbatem. In ea. gl. in fi. & ratio est quare capitulum dare potest, quia habet iurisditionem ordinariam a iure communi, vt per glo. in c. 2. ꝭ. ne præla. vices suas. sm Ioan. And. In glo. fi. in fi. vnde potest visitator datus a Papa dare licentiam clerico transeundi ad aliam ecclesiam, per no. in c. is cui. ꝭ. de elec. eo. lib. sed non posset datus ab alio, quàm a Papa, per no. 21. dis. fraternit. item. vbi idem ēt dr̄ in capitulo vacāte sede, cum sit quædam alienatio, nec ad hoc sufficeret ꝯsensus metropolitani cum clericis, sm Io. And. de capitulo verò vel visitatore ab eo dato, vide quod no. de maio. & obe. cum olim. in glo. 2. & in d. c. si abbatem.

De temporibus ordinandorum. *Rub.*

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatio, apostasia, & irregularitas, horum trium quodlibet inhabilitat ad susceptionem ordinum.*
2 *Literis episcopi quando credatur, vel in quibus casibus.*
3 *Suspensionis appellatione in dubio intelligitur de suspensione ordinum.*
4 *Pœnitentiarij Papæ non possunt dispensare in casibus ipsi Papæ reseruatis, sine ipsius speciali licentia.*
5 *Constitutio pœnalis extenditur ad alium casum quando esset eadem ratio vel similitudo, ac hoc pone limitationes hic valde singulares, quas vide. nu. 6. 7. 8. 9 10.*
11 *Ordines minores an veniant appellatione sacrorum ordinum.*

C A P. I.

1 SAepe contingit. †No. in princ. tria quorum quodlibet inhabilitat ad susceptionem ordinum. s. excōmunicatio, apostasia, & irregularitas. ex quo infertur esse differentiam inter apostasiam, excommunicationem, & irregularitatem. & ex vno non infertur in alterum. vnde quilibet apostata, vel excōmunicatus non est irregularis, nec quilibet apostata est excommunicatus, vt hic, in glo. & per Ioan. And. in c. Ioannes. ꝭ. de regularib. per Innoc. in c. intelleximus. ꝭ. de æta. & quali. Secundo no. ibi notitia. ꝙ in propria patria præsumitur notitia, & scientia qualitatis personę eius, qui est de eadem patria. facit clemen. j. ad fi. de conces. præben. & quod not. in c. si postquàm. ꝭ. de electio. eo. lib. & vide in c. quanto. & c. quosdam. ꝭ. de præsumpt. Tertiò no. ibi Italiæ, quia secundum hoc comprænenditur Sardinia, & Sicilia, vt in l. Insulæ. ff. de iudi.

2 secundum Ioan. And. † Quartò no. ibi, literas. quòd in hoc creditur literis [a] episcopi. facit c. vt circa. ꝭ. de elec. eo. lib. & c. post cessionem. ꝭ. de proba. qđ procedit etiam si deferatur per illū, in cuius fauorem scribuntur. facit l. eum qui. §. si epistolam. ff. de furtis. vbi de mandato iudicis potest quis esse nuncius, etiā in causa sua. Si tamē aliquis veniens de longinquo cum literis negetur esse illum de quo in literis sit mentio, tunc assertioni eius creditur, & sic præsumitur esse ille, de quo instrumentum cantat, vt dixit singulariter Cy. & Bal. in l. si qua per calumniā C. de episco. & cle. qđ singulariter tene menti. & vide qđ not. in c. j. j. de verb. significatio. & in clemen. j. de procura. Quinto nota, ibi rationabilem. ꝙ in literis commēdatitijs ad ordines debet esse expressa rationabilis cā, ex qua proprius episcopus non ordinat, & tales litteræ sine rationabili causa, non excusant a pœna, nec episcopum ordinantem, nec suscipientem or-

3 dines, sm Pau. & Domi. † Sextò nota ibi, suspensos. iuncto tex. j. c. proxi. ꝙ in dubio appellatione suspensionis intelligitur de suspensione ordinum. de quo per gl. ord. in ver. suspensi. in cle. cupientes. de pœnis. & inquantum hic dicitur de pœnitentia cō digna, intellige de ea, de qua habetur j. c. proxi. secūdum Arch.

4 & Io. And. vt hic per Domi. † Vltimò nota ibi, licentia speciali. ꝙ pœnitentiarij Papæ non possunt absoluere, vel dispensare in casibus ipsi Papæ reseruatis sine speciali licentia ipsius Papæ, de quo per Io. And. & Doct. in c. ex multa. ꝭ. de voto. & in c. clerici. ꝭ. de cleri. excom. minist. Creditur tamen literis pœnitentiarij in pertinentibus ad eius officium, vt hic dicitur, secūdum Domi. In glo. in ver. excommunicationis, in princ. idem de excommunicato minori, vt sic ordinari non possit, cum illa separet a perceptione sacramentorum, vt in c. illud. & c. fi. s. de cle. excom. sm Pau. & Domi. In glo. in ver. episcoporum in fi. intellige, si illi præsbyteri haberent iurisdictionem quasi episcopalem, vt d. c. abbates. in fi. de quo in d. c. cum contingat, secundum Ioan. And. sed Pau. contra, quia cōferre ordines non procedit a iurisdictione, sed ab ordine. vnde licèt nō haberent presbyteri talem iurisdictionem, possent conferre psalmistatum habentib. tales literas. Si verò haberent talem iurisdictionem, tunc ēt sine litteris possent ordinare. intellige personas subiectas, alias secus. In glo. in ver. Italiæ, in fi. idem Archi. Io. Mo. & Ioan. And. dicens, quod ratio assignata hic per glo. in fi. procedit curia existente citra montes, alias si vltra montes, quod esse posset quandoque sm diuinam inspirationem, licèt non secundum diuinam institutionē, quia Roma dicitur esse propria sedes, vt 24. q. j. rogamus. & in c. fundamenta. ꝭ. de elect. eo. lib. & in c. per venera. ꝭ. qui filij sint legi. tunc cessaret ratio gl. sed haberet locum alia ratio, quia ideo fuit ita dispositum contra Italicos, quia plus in Italia hoc frequētabaī, vnde simpliciter procedit, quod hic dicit glo. sm Ioan. Mo. dicentem, ꝙ licèt ista cōstitutio locum habeat ēt in Vltramontanis non fugitiuo, cum causa hic expressa in tex. sit impulsiua, & nō finalis, tamen nō haberet locum in eo, qui esset medius. s. in montibus, qui nec Vltramontanus, nec Citramontanus propriè dici potest, quia ista constitutio est localis & pœnalis, sm Io. And. pro quo facit sm Lap. qđ idem no. in d. c. quorundam. §. j. & in c. indēnitatib. §. si qua. ꝭ. de elec. sm Domi. notantē ex his, ꝙ pœnalis ꝯstitutio loquens de certo genere personarum habitantium in certis locis nō includit habitantes circa ꝯfinia dictorū locorum, vt hic per eum. & vide per Bald. in l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff.

5 de excu. tuto. † Et aduerte, quia allegat hæc gl. ꝙ pœnalis ꝯstitutio extendit ad aliū casum, qñ esset eadē ratio, & oīmoda similitudo: nec dicitur propria illa extensio, vt dicit gl. not. hic. Sed Ioan. An. in reg. odia. j. c. lib. videtur tenere contrariū, vt etiam quando esset eadem ratio, & omnimoda similitudo, non fiat extensio: & idem tenuit d. Ant. in c. fi. ꝭ. de cōsue. vbi dicit hanc glo. non procedere per no. in regu. quæ a iure. j. c. li. & in c. cōstitutionem. j. de reg. vt hic plene per Do. ꝯcludentem, ꝙ constitutio pœnalia non extenditur ad alium casum, etiam si esset eadem ratio & omnimoda similitudo. & facit c. statutum. ꝭ. de elec. e. lib. Qđ tamen limita, primo, nisi in correlatiuis, puta si casus ad quem sit extensio habet se correlatiuè ad casum exp̄ssum, vt i c. 2. & ibi gl. ꝭ. de locato, & in l. fi. C. de indi. viduita. & ibi per Bar. & Bal. & per glo. in ver. de veteri. in c. cupientes. §. pe. ꝭ. de ele. & in c. 2. ver. reus. j. de confes. & per Bar. in l. liberorum. ff. de infa. Intellige quando esset eadem ratio alias nō fieret extensio, vt no. in l. curatorem. C. de interdic. ma. Itē intellige,

A D D I T I O.

a V. G. Literis episcopi attestantibus contulisse ordines alicui, credendum est. Thom. Gram. Decis. 61. nu. 1.

intellige, nisi lex separatim imponeret suã poenã, vt j.c. proxi. §.j. Item intellige, prout not. Barto. in l. omnia priuilegia. C. do 6 de episco. & cleri. † Secũdò limita nisi essent casus æquiparati in iure antiquo: quia tunc noua cõstitutio etiam pęnalis loquẽs in vno, extenditur ad reliquum in materia in qua est æquiparatio, secundũ glo. & Bat. in l. qđ verò. ff. de ll. & in l. si quis seruo. C. de furtis. & vide glo. in l. licendum. ff. qui satisda. cog. & in Auth. de trië. & semis. in §. omnibus, & in auth. sed nouo iure. C. de adul. secundum Do qđ procedit etiam si in dispositione antiqua esset dictio taxatiua, vt in l. ob æs & ibi per gl. C. de prædi. minorũ. & in l. ita pudor. C. de adulterijs. in materia autẽ vbi esset diuersa ratio non fieret extensio, sm glo. in ver. declaramus. in c.j. ne cle. vel mo. & vide per glo. & quod ibi no. in c. constitutionem. j. de regula. Tertiò limita, nisi verba cõstitutionis ex lata significatione vocabuli trahi possint ad casum, in quo concurrit paritas rationis, cùm tunc fiat extensio, puta si statutum permittit occidere bannitum, cum trahatur etiam ad vulnerantem, vt in l. illud. ff. ad l. Aquil. sm Domi. Ant. in c. fi. š. de consue. & facit l. in fin. & ibi per Bal. in l. fi. ff. de lib. & post. Et idem si statutum excluderet filiam a successione, quia extẽditur & ad neptem, vt sic includatur, in qua est maior ratio, & quodammodo filia dici potest, vt in l. liberorum. ff. de ver. sign. & per Bal. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. & vide per Io. And. in c.j. in ver. canonijs. & in c. fi. super glo. š. de ele. eo. li. facit glo. in ver. gregibus. in cle. j. de decimis. & in c. quia periculosum. ver. de episcopis š. de sen. excom. & per glo. j. c. proxi. 7 & in cle. fi. in ver. prouisioni. de ele. & ibi per Pau. † Quartò limita, nisi in fauorem animæ, quo casu etiam in correctiuis, & in pęnalib. a paritate rationis fieret extensio ad alium casum, sm Bar. in auth. sacramenta pub. C. si aduersus ven. facit gl. in ver. apostolicæ. in l. omnes. C. de ferijs. Et prædicta vera, nisi cõstõ esset pęnalis, & correctiua simul, quia tunc etiam fauore animæ non fieret extensio, vt vr̃ velle glo. in ver. eisdẽ. in cle. vt hi qui. de æta. & qua. de quo tñ hic per Do. dicentem ad illam glo. posse rñderi, ꝗ licèt fiat extensio ex lata significatione, vt ibi, tamen non fit ex laussima. Quintò limita, nisi constitutio pęnalis cõtineat fauorem ecclesiarum, vel quia tunc deberet largo modo interpretari & extendi ad alium casum, etiam ex idẽtitate rationis, sm glo. no. in c. sciant. š. de ele. eo. lib. & ibi est dictum. & facit quod no. Io. An. in c. pen. qui filij sint legit. Sextò limita, nisi in ipsa cõstitutione exprimatur ratio expressa, cum tunc fieret extensio ad omnia sub ipsa ratione comprehensa, sm glo. no. in ver. eligatur. in cle. j. de elec. & per Bal. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. & intellige, vt est dictum in c. constitutio. š. de elec. eo. lib. & ibi per glo. Septimò limita, nisi duo habeant se gradatim, puta si est determinatum certũ tps ordini subdiaconatus, & certum tẽpus ordini diaconatus, nã facta mutatione in vno ex gradibus, videtur facta in alio, secundum glo. in cle. generalem. de æta. & qua. & facit quod no. per Doc. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. & in l. a. de leg. j. Octauò limita, nisi in habentib. se, vt præambula ad certum actum, vt electio, postulatio, præsentatio, & collatio, quæ tendunt ad finem prouidendi ecclesiæ vacanti, cum tunc ex identitate rationis dispositũ in vno extendatur ad alterum, sm glo. fi. in c. j. de postu. præla. & in d. c. quam sit. & in d. c. sciant. & per Pau. in cle. j. 8 de elec. † Nonò limita, nisi duo sic se habeant, ꝙ vnum cõmensuratur ad instar alterius, vt est publica honestas, vel affinitas, quæ cõmensuratur ad instar graduum in consanguinitate, vnde correctis gradibus in consanguinitate, corrigũtur etiam in affinitate, licèt de ea non fiat mentio, sm glo. in c. non debet. š. de consangui. & affini. & facit glo. in c. quamuis. j. de offi. ordi. & in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Decimò limita, nisi alicui casus reperiantur a iure parificati, vt est electio, postulatio, prouisio, & præsentatio, quia tunc statutum in vno, extenditur ad reliquum, sm glo. in ver. postquam. in c. si postquam. š. de elec. eo. lib. & in cle. j. in ver. sacerdotium. de offi. vica. & in Auth. de non eligen. secũdo nub. §. j. ver. quia verò. Et intellige qñ esset eadem ratio, alis secus esset, vt voluit gl. in c. præsenti. j. de sen. excõ. Sed si casus reperiũtur parificati, sed non communiter, tunc non fieret extẽsio in casu non parificato de vno ad reliquum, vt per glo. in ver. non obstante. in c. dudum. el a. š. de elec. & in c. licet canon. in ver. parochialis. š. de ele. li. & in d. c. constitutionem & ita procedat glo. in ver. vacuamus. in c.j. qđ me. cau. Vndecimò limita, nisi cõstitutio disponat sup certo actu, qui si postea talis actus reiteratur plures & subsit eadẽ ratio, fit extensio, secundum gl. in ver. aliam. in c. si electio. š. de ele. eo. li. Duodecimò limita, nisi fieret extẽsio ad casum, sine quo cõstitutio nullum sortiretur iuris effectum, vt in l. a. ff. de iurisd. om. iudi. & in c. præterea. š. de offi. deleg. & per Bat. in l. non dubium. C. de leg. & facit c. qm. j. de sentẽ. ea. com. Decimotertiò limita, quando constitutio loquitur in certo casu in singulari, vt si quis produxerit falsum testem, cũ tunc extendatur ad producentes plures, & econtra, vt ff. de iurisdi. om. iudi. l. si quis id qđ. §. fi. & in c. si compromissarius. š. de ele. eo. li. in gl. ŝ. ibi no. Decimoquartò limita, nisi casus qui extenditur comprehendatur sub expresso secundum cõem vsum loquendi, licet non ex propria significatione vocabuli, vt in l. librorum. §. q tamen 9 Cassius. ff. de leg. j. & ibi per Bat. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & no. in d. c. si postquam. † Decimoquintò limita, nisi noua constitutio sit interpretans, cum extendatur etiam ad extremum sub lege interpretata comprehensum, secundũ gl. in c. qui contra certam. š. de elec. eo. lib. & in cle. statutum. in ver. consuetudinem. de elec. & per Ioan. An. in c. dispendia. de rescrip. eo. lib. Decimosextò limita, nisi fiat extẽsio ad subrogatum loco illius, de quo loquitur ipsa constitutio. Ideo est ꝙ constitutio loquens de vicario episcopi locum habet in vicario capituli vacante sede quando subesset eadem ratio secundum glo. in ver. episcopi. in cle. a. de rescrip. Decimoseptimò limita, nisi casus esset expressus gratia exempli, cum tunc non restringatur dispositio, vt no. in c. si Papa. j. de priuile. secus si dispositio loquatur dispositiuè. & ita procedit glo. sequens hic secundũ Domi. & voluit Imo. in d. cle. j. & Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. Decimooctauò limita nisi, si non fieret extensio, absurdum de facili esse posset elusoria, vt est tex. iuncta glo. in c. a. š. de vsuris. & facit c. si ciuitas. j. de sen. excom. Decimonono limita, nisi si non fieret extensio, resultaret absurdum, vt in l. scire. §. oportet. ff. de excusa. tuto. & no. in d. c. si postquam. & in cle. si. de rescri. & per Bal. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. Vigesimò limita, nisi in constitutione sit apposita clausula, vt proce-10 datur de similib. ad similia, vt voluit Bal. in l. 3. C. de legib. † Vigesimoprimò limita, quando constitutio non esset merè pęnalis, sed solum respectu expensarum, vel nullitatis processus, cũ tunc fiat extensio ex identitate rationis, vt per glo. in ver. pręsidentes. in cle. j. de rescrip. & hoc nisi constitutio esset non solum pęnalis, sed exorbitans, vt no. Io. And. in d. c. dispendia. de quib. oib. & plenius per Imo. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr. In glo. in ver. clericum. in fi. vt Archi. & Io. Mo. per c. fi. j. eo. vbi circa minores ordines est inducta certa pęna. & facit j. c. proxi. Sed non obstat d. c. fi. quia loquitur tantum de prima tonsura, sm Io. An. tenentem secum hac glo. vt etiam in laico ordinan do locum habeat iste tex. & fortius in promoto in vno ex minoribus, sm Pau. & Domi. dicentem, hũc tex. habere locum in 11 Vltramontano ordinante si sit eps Italiæ. † Et no. ex hac glo. ꝙ a appellatione[a] sacrorum ordinum, veniunt etiam minores, de quo per glo. in c. fi. de æta. & quali. & per Io. An. in c. j. š. de filijs presby. Ex quo infertur, ꝙ constitutio pęnalis extendit de stricta significatione ad latam, quando est eadem ratio, vt š. est dictum. In glo. in ver. existit ibi, credo. & ita sequitur hic Imo. an te factum. sed postfactum dicit tenendam esse opi. contrariam quam tenuit Ioan. Mona. & Archi. licèt secundum Domi. omni casu de iure sit verior eorum opi. vt hic per eum.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Appellatione sacrorũ ordinũ. Adde c. infames. 6 q. j. c. nullus. 27 q. j.

SVMMARIVM.

1 *Licentia data ab episcopo clerico, vt ordinari possit ab alio episcopo, debet constare per literas episcopi concedentis.*
2 *Actus debet fieri canonicè, licèt alicui detur licentia illum actum libere exercere.*
3 *Ignorantia, an & quando probetur per iuramentum.*
4 *Scholaris an possit ordinari ab episcopo vbi studet, si non sit de eius diœcesi.*
5 *Pęna si imponitur per annum, ille annus debet esse continuus.*
6 *Taliter, hac dictio restringit dispensationem, in qua proferitur ad expressa tantum, & non ad alia.*
7 *Episcopi appellatione potest comprehendi archiepiscopus.*

CAP. II.

1 Os qui. † Nota primo ibi, licentia: quia de hac licentia constare debet per literas cõcludentes, vel per instrumẽtum publicum, vel per testes, vt in c. vt circa. š. de elec. eo. lib. de quatum literarum forma, vide Spe. in titu. de cle. peregri. in termini tñ c. š. proximi requiruntur literæ patentes. vnde non sufficit probare per testes, vt per glo. š. c. ptmai. secundum Io. An. Secundo no. ibi, clericis. quia secus esset in laicis, secundum Ioã. An. vnde nõ possent laici recipere ordines a vicinis episcopis, etiã si eorũ episcopi sint suspensi, esto ꝙ aliud sit in clericis. & hoc pro-

propter maius periculũ. Tertiò no. ibi, vicinis episcopis, quia istis ex vi connexionis videtur data licentia ordinandi, eoipso ꝙ clericis datur licentia recipiendi, secundum Ioan. An d. Sed pro & contra facit qđ no. in reg. cum quid. j. eo. lib. & in c. fi. j. de sen. excom. in glo. fi. 2 † Vltimò no. ꝙ licet alicui detur libera potestas exercendi actum, quo casu potest actus tunc fieri sine alterius licentia, vt est tex. hic, & voluit gl. no. in ver. libere. in cle. dudum. de sepultu. tamen ipse actus fieri debet canonicè, & secundũ formam attributam a iure illi actui. facit c. causam quę. ꝫ. de rescrip. & clarè probatur hic in tex. In glo. in ver. sciẽter. in prin. no. ex. glos. ꝙ vbi quis astringitur ad notitiam facti alieni, ibi in dubio sp præsumit scientia. idẽ voluit glo. in c. innotuit. hic alle. cũ pana sint scire, & scire debere, vt in l. qđ te. ff. si cer. peta. In ea. glo. ibi iuramentum. qđ procedit quãdo de nullius præiudicio agitur: alias ignorantia nõ probaretur per iuramentum, vt patet ex notatis in c. ex insinuatione. ꝫ. de pro cu. & no. in c. vidua. ꝫ. de reg. & in cle. constitutionem. in gl. magna de elec. & in regula præsumitur. j. eo. lib. & plene per Rotam in deci. 442. quę incip. item extra Rotã. 3 † Et aduerte, quia vult glo. hic, ꝙ ignorantia [a] probetur per iuramentum, nõ solum quando est verisimilis, sed etiam si contra ipsam præsumatur: quod procederet quando ius vltra nõ determinat, licèt pręsumatur contra ignorantem: secus si super ea aliquid determinat, quia non sufficeret iuramentum, vt nota. in d. c. vidua. & vide dicta in c. vt circa. in fi. hic allegato. Io ea. gl. in fi. & dicit Archi. ꝙ si episcopus ordinans probabiliter ignorat esse clericum alienum non incurrit pęnam: & idem si fuit deceptus, secundum Io. An. de quo etiam per eum in c. ad hoc. ꝫ. de offic. archi In glo. in ver. affectata. in fi. facit l. admonendi. ff. de iureiur. fm Io. And. dicentem hoc maximè procedere quando vult probare ignorãtiam affectatam, cum illa sint cõpatibilia, ignorasse, & ignorantiam affectasse, quod dictum procedit quo ad probationem scientiæ, nisi in casu d. l. admonendi, de quo hic per Domi. notantem ex dicto huius glo. & Io. And. ampliationem ad l. admonendi, vt habeat locũ in quolibet iuramento a iudice delato, non a parte, etiam si non deferatur in supplemẽtum semiplenę probationis. 4 † In glo. in ver. figmento. in princi. quod est falsum, quia licèt aliàs si sit suus iudex ratione delicti, vel contractus, tamen scholaris in eius dięcesi non dicitur habere domicilium, vnde nõ potest ibi ordinari, quod est verum, nisi suam ciuitatem & episcopum perdidisset. 71. dist. clericos, fm Io. An. Quid autem si [b] per 10. annos stetisset in illo loco, no. in c. ꝙ clericis. ꝫ. de fo. compe. in l. 2. C. de incolis. lib. 10. & in cle. j. de priuile. In ea. gl. ibi, beneficium contulit. i. in fraudem, de qua præmisit, aliàs iste tex. esset contrarius j. c. proxi. & tenementi glo. quando confertur beneficium, & recipitur in familiarem ad hunc finem, vt ordines possint ꝯferri, quia est in fraudem, & habet locum pęna huius tex. In glo. in ver. ordinare. in fi. vbi prohibetur quis ordinare laicum alterius dięcesis. & ita sequuntur Doct. non tamen per hoc ordinans, hanc pęnam incurrit, quæ habet locum in ordinante clericum, vt hic in tex. & sic nun in prima tonsura. & ita procedat quod dicit hic Imo. tenens contra hanc glo. In gl. in ver. ordinum in fi. idem videtur tenere Io. An. per finem huius c. & quia iste tex. generaliter loquitur. Sed Io. Mo. & Arch. contra vt tantum suspendatur a collatione ordinum collatorum. & ita sequitur hic Do. & videtur tenere hic Pe. de Anch. & facit gl. 4. 37. dist. qui in ecclesiasticis, 5 † vt sic puniatur in eo, in quo hic per Domi. † In gl. in ver. per annum in prin. no. ex gl. ꝙ vbi pęna imponitur per annum, intelligitur de continuo. quod facit ad no. in cle. j. de rest. in integ. & in c. prouida. hic alleg. quia in dubio omne tempus debet intelligi ꝙ sit continuum, vt dixit glo. singu. in rub. ff. de diuersis & temp. præscri. Si tamen durante prima suspensione iterato ordinaret, tunc incipit statim currere secũdus annus, vt no. in c. cum in cunctis. ꝫ. de elec. in fi. & in cle. cum sit, de magistris. In ea. glo. in fi. & ita sequitur Domi. & quando sit ꝙ per legem nouam intelligatur recessum ab antiqua, hic per Imo. & in c. felicis. j. de pœnis. In glo. in ver. statuit. in fi. idem Io. Mo. & Io. An. in d. c. quod translationem. Nec ob. c. j. j. de re iudi. quia suspensus, de quo hic, est suspensus a iure quo ad se, non quo ad alios, & sic non incurrit irregularitatem si celebrat, vt in c. fi. ꝫ. de cleri. excom. Ex quo infertur, primò, ꝙ ordinatus ante legitimam ætatem, licèt celebrare non debeat, si tamẽ celebrat, non incurrit irregularitatem, cum hoc nõ inueniatur expressum, vt j. de sentẽ. excom. is qui. Scđò infertur, ꝙ suspensus suspensione, de qua hic, non incurrat irregularitatem ꝯferendo ordines, vt per Spec. in ti. 2. §. iuxta. ver. ꝙ si quis. non tantũ tribuit talis suspẽsus ordinãdo executionem ordinum, vt no. 9. q. 1. in summa. & c. ordinationes, licèt imprimatur character ordinis. Vnde ordinatus a tali suspenso bene ꝯficeret corpus Christi, si celebrat, vt per glo. in c. 2. ꝫ. de cle. excom. Nec talis celebrando irregularitatem incurrit, quod & locum habet in consecrato cõtra formam c. prouida. ꝫ. de elec. eo. lib. vt ibi no. de quo hic per Do. & vide ꝫ. c. proxi. In ea. glo. in fi. sentit glo. ꝙ solus Papa dispenset cum ordinato ab alieno episcopo, quod intelligit Arch. quãdo ordinatus non recepisset executionem, etiam si litteras habuisset ab episcopo, aliàs bene potest proprius episcopus dispensare, vt in c. Lugdunensi. 10. q. 2. & idem in casu c. fi. ꝫ. de ordin. ab episcopo. de quo plene per Ioan. And. in d. c. quod translationem. & vide per glo. in ver. spe. ꝫ. c. proxi. 6 † In glo. in ver. taliter. in prin. nota de hac dictione, taliter. quæ dispositionem, in qua profertur, restringit ad expressa tantum, & non ad alia. & sic vult glo. ꝙ non liceat clericis assumere ordines ab alieno episcopo, si proprius epŝ sit suspensus ex alia cã, quã hic expressa. In glo. in ver. manifeste. in fi. nec debent vicini episcopi ordinare, si de licentia non constat aliter, quam per assertionem clericorum ordinandorum, secundum Io. An. In glo. in ver. vicinis. in fi. & licèt in casu hic expresso possit recurri ad vicinos episcopos, non tamen poterit ad archiepiscopum vicinũ, cùm 7 hoc nõ inueniatur expressum, secundum Io. An. † Sed Do. hic contra, quia appellatione [c] episcopi potest conpræhendi archiepiscopus, vt not. per glo. in c. quia periculosum. j. de senten. excom. quod dictum procedere posset in archiepiscopo respectu suæ dięcesis: alias secus. de quo j. c. proximo.

ADDITIONES.

a Nic. Sup Ignorantia probetur per iuramentum. Adde glo. in c. in lectum 34. q. j. glo. in l secus. ff. de accusa. & ibi Bar. Arch. in c. in primis. 2. q. j. Doc. in c. accedens. de crimi fal.

V G Probatur etiam ignorantia per coniecturas, vt in c. præsumitur. de regu. iur. in 6. Alex. in l. si cui § iisdem de accusa.

b Nic. Sup. Si per 10. annos. Adde glo. & Bar. in l. quintum ff. de leg. 3. Bar. in l. hæres absens. in § j. ff. de iudi. Bal. in l. j. C vbi de cri. agi op.

c Nic. Sup. Appellatione episcopi, Adde c. j. 6. q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium quis non censetur semper habere in loco beneficij.*

2 *Priores, & ipsi religiosi, alijque fratres non exempti subsunt dięcesano vbi moram trahunt.*

3 *Subditus quis propriè dicatur.*

4 *Domicilium qualiter quis possit habere in pluribus locis.*

5 *Valde, hæc dictio est ampliatiua.*

CAP. III.

CVm nullus. Not. primò, ꝙ quò ad potestatẽ ordinandi dicitur quis habere tres superiores, vt hic in tex. Ex quo infertur, illum posse dici esse de aliquo loco, qui est natus in illo, vel habet ibi domicilium, vel beneficium: vnde appellatione ciuium veniũt illi qui sunt de ciuitate, altero de tribus modis prædictis. de quo per glo. in ver. eiusdem, & in ver. vnam dietam. in c. statuimus. §. cum vero. ꝫ. de rescrip. eo. lib. & per Bar. in l. j. ff. ad munici. Et qui dicanẽ ciues originarij, vide no. per Bal. in l. si non speciali. C. de testa. & quod no. in c. fundamenta. §. ꝙ si secus. ꝫ. de elec. eo. lib. 1 † Scđò no. ibi, seu habet. ar. ꝙ quis non 2 censeatur semper habere domicilium [a] in loco beneficij, cum hic ponantur, vt diuersa habere beneficium, & habere domicilium. de quo in d. c. statutum. & per Inno. in c. ex ore. de priuil. & in c. ex parte. B. & c. postulasti ꝫ. de fo. compe. Tertiò no. ibi, inferiores prælati. ꝙ nullus inferior prælatus ab episcopo. ex iure prælationis dare potest licentiam suscipiendi ordines a quocunq; episcopo. & sic abbas non potest dare licẽtiam monacho, vt a quocunq; episcopo recipiat ordines. Nam collatio ordinum & talis licentia est de iure epõrum, vt no. in c. aqua. ꝫ. de ꝯsecratio. eccle. Alij ergo prælati inferiores hoc non possunt. Quartò no. ibi, cum ad hoc, ꝙ in generali commissione facta vicario episcopi non venit potestas dandi licentiã ordinandi clericos. & sic in hoc requiritur speciale mandatum. vel ꝙ episcopus sit in remotis partibus, requirĩt tamen ꝙ vicarius sit etiam in spũalibus. Quintò no. ibi, capitulum. ꝙ sede vacante capitulum dat literas ad ordines. & sic succedit in potestate exercẽdi spũalia, etiam in his, quæ requirũt speciale mandatũ episcopo viuente.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Domicilium in loco beneficij. Adde Car. Zab. in c. dilectus. el 2. in j. q. de rescrip.

V. G. Adde, quid domicilium in vno loco, habitationem verò nõ in alio, quis habere potest Ruy. cons. 18. nu. j. lib. 5. non tamen quæritur domicilium per simplicem habitationem, nisi sit diuturna, vel habeat causam, aut actum significatiuum assumpti domicilij.

a viuente.† Vlti.nota, ꝙ priores & ipsi religiosi & alij fratres nõ
exempti dicuntur subesse diœcesano vbi moram trahunt etiã
si inde non sint oriundi quò ad potestatem recipiẽdi ordines,
etiam sacros. Priores ergo etiam temporales & eorũ socij dũ
morantur in ipsis prioratib. debent recipere ordines ab epõ il
lius loci, licèt enim prioratus subsit monasterio alterius diœce
sis, nõ tamen eximitur ab ordinario loci vbi situs est ipse prio-
ratus, vt in c.j.& a.š.de reli.domi. Et ex his infertur ꝙ religiosi
dicãtur sortiri forum, & domicilium habere in loco vbi morã
trahunt, & dicantur ciues ciuitatis vbi est monasterium, vt te-
nuit Bar.in d.l.j.de quo hic per Domi.& per Doc.in c.dilectus
filius l.š.de rescriptis. & in c. significauit. š. de paroch. In glo.
in ver.ordinarie, in fi.& eodem mõ nõ debet episcopus admit
tere clericum alterius diœcesis ad celebrationem diuinorum
sine literis dimissorijs. de quo in c.j.& fi.de cleri.peregr. & ibi
per Inno.an abbas possit clericum extraneum in suis capellis
3 instituere si habet litteras dimissorias sui episcopi. † In glo. in
ver.hoc casu, in fine sentit glo. ꝙ ratione contractus, vel delicti
quis efficiatur subditus, propriè tamen subditus solum dicitur
ratione domicilij, vt voluit glo.sing.in ver.subditos, in cle.j.de
fo.compe. In gl.in ver.episcopus.in fi.imò nec archiepiscopus
iure metropolitano dare posset hanc licentiam ordinandi, ar.
tex.hic loquentis de diœcesi, sm Io.An.de quo per eum in c.ad
extirpandas.š.de filijs presby. In glo.in ver.oriundus.in fi.tex.
hic ponderat locum originis ipsius ordinandi. Quid autem de
origine paterna si fuerit aliunde? & videtur, ꝙ etiam origo pa-
tris sibi sufficiat, vt in l.assumptio.§.j.ff. ad municip. & post fa-
ctum dicit Io.An. ꝙ haberet excusatum ordinãtem & ordina-
tum, sed ante factum, tenet ꝙ intelligat de propria origine. De
origine verò, aut euitandum non est, vt no. in simili per Io.An.
in c.2.j.de sepulturis.in glo.a.& vide per eum in c.fi.š.de paro-
chijs.in j.glo.& per Spec.in tit.de compe.iudic. aditio.§.j. ver.
43.& per Hosti.in summa de foro compe.§.2.ver.item ratione
originis, & hic per Io.An.& Dom. In gl.in ver.ecclesiasticũ.in
prin.& idem esset de beneficio temporali, puta dato magistro
ratione lecturæ, vt in c. quia nulli.š.de magistris. & facit quod
no.in c.Ioannes.š.de cle.coniug. Oportet ergo, ꝙ habeat be-
neficium in titulum siue perpetuò siue ad tempus, vt in priori
bus claustralibus, & alijs regularib. vt š.in §.h.& in cle. quia re
gulares.de supplen.negli.prælа.imò etiam & in sæcularib. pro-
cedere posset, qñ eis beneficium ad tempus concedi posset, vt
no.in c.si constitesit.š.de accu. sm Domi. Non tamen videtur,
ꝙ sufficiat habere beneficium in commendam, quia est neces
se ꝙ habeatur in titulum, vt š. Et commenda non est proprius
titulus, sm no.in c.nemo.š.de ele.eo.lib. Et quid quando ratio-
ne plurium beneficiorum quis est subiectus plurib. epis, vide
per Inno.in d.c.j.& in c.cum iam dudum.š.de præben. Et scias
ꝙ ratione beneficij poterit quis ordinari ab epõ, cuius diœcesis
est beneficium, etiam si sit tale beneficium, propter quod non
eximatur a iurisdictione primi epi, vt quia non requirat residẽ
tiam, cũ tex.hic simpliciter loquatur de beneficio, sm Io.And.
& Domi. de quo per Inno.in d.c.j. In ea.glo.in fi.videtur ergo,
ꝙ si beneficium haberet certos ordines annexos, puta subdia
conatum, ꝙ prętextu talis beneficij possit ordinare, vel literas
dare, etiam ad alios ordines. & ita videtur tenere hic glo. & se
quitur hic Domi.& facit etiam glo.in ver.ordines. Et dicit hic
Ioã.And.per tex.hic ibi, in cuius diœcesi. ꝙ eps in cuius diœcesi
est beneficiũ, poterit ordinare, vel literas dare, etiam si tale be-
neficium sit subiectum alteri epõ, quod intelligit Imo. nisi sit
subiectum alteri epõ quò ad iura episcopalia, quia tunc ille epi
scopus esset, qui haberet dare hanc licẽtiam, per no.per Io.An.
in c.cum ex eo.š.de ele.eo.lib.& ita transit hic Domi. Et limi-
ta omnia supradicta procedere, nisi beneficium conferatur in
fraudem, vt per glo.š.c.proxi.in ver.figmentum.in fi.& ibi dicta.
Et adde ꝙ non posset eps recipiens aliquem in suum familiarẽ
illum ordinare vel dare litteras ad ordines, & intellige nisi cõ-
ferat sibi beneficium, cuius prætextu tunc bene posset, sm Do
mi.intellige nisi hoc fiat in fraudem, vt per gl.š.c.proxi.in ver.
4 figmento.† In glo.in ver.domicilium.in fi.intellige, nisi hoc fa
ciat animo acquirendi ibi domicilium, hoc exprimendo, quod
potest quis tunc hora vel momento acquirere, vt in l.ciues.C.
de incolis.lib.10.Item intellige, nisi quis habitauerit ibi per de
cẽnium, vt in l.j.C.de incolis.de qua materia per Io.An.in d.c.
significauit.& per Bar.in l.assumptio.§.j.ff.ad municip. & in l.
prædia. ff.de fun.instru. In glo. in ver.in eadem. in fi.si tamen
Papa prouideat in curia alicui de epatu, vel abbatia, vel alio be
neficio inferiores a Papa, & ordinarij poterũt eidem ordines
conferre, licèt consecrare vel benedicere non possint, per no.
in c.vt nostrum.š.de appel.& in c.inter cætera.š.de præben. sm
Io.An. Sed Arch.cõtra etiam quò ad ordines.& facit quod no.
per Spe.in tit. de lega.§.nunc ostendendum.ver.54.vbi dicit, ꝙ
solus Papa ordinat promotos a se vel a prædecessore, & ita de
consuetudine seruatur, & ideo communiter impetrantur lite
ræ per ipsos prouisos a Papa, vt ab alijs ordinentur, sm Io. An.
& ita transit hic Pe.de Anch.& opi.Arch. posset procedere qñ
ordinaretur quis respectu beneficij in curia obtenti, sed respe-
ctu alterius beneficij, vel causæ, posset procedere opi.Io.An.&
hoc.nisi Papa conferret beneficium patienti defectum in ordi
nibus, cum tunc illorum collationem videtur ad se aduocare,
per no.per Inno.in d.c.vt nostrũ.& d.c.inter cætera. & ita tran
5 sit hic Domi.† In glo.in ver.temporis, in fi.no.glo.quam hic se-
quitur Io.An.& Doct.& no.de dictione, valde, quæ est amplia
tiua. In gl.in ver.indultum, in fi.no.glo.& ita sequuntur Doct.
In glo.in ver.religiosi.in prin.sentit gl. ꝙ religiosi, etiam exem
pti, possint ordinari a diœcesanis locorũ, in quib.obtinẽt prio-
ratus, & residentiam faciunt, dummodo prioratus ipsi nõ sint
exempti, quia tunc & eorum personæ viderentur exemptæ, vt
in c.per exemptionem.j.de priuile.& nihil posset tunc per or-
dinarios attentari in eos: aliàs puniretur, vt in c. frater.16.q.j.&
idem tenet hic Archi.& sic non possunt tunc religiosi exẽpti,
moram habentes in ecclesijs exemptis, per diœcesanos ordina
ri, vt hic in fi.tex.a contrario sensu, nisi de licentia Papę. Abba
tes verò & prælati exempti bene poterunt dare litteras cõmen
datitias ad ordines suis clericis, si ita sint exempti, ꝙ in eorum
clericos diœcesanus iurisdictionem non habeat, sm Inn. in c.j.
vel in rub.š.de cleri.pere.licèt Ioã.And.hic dicat hoc rarissimè
concedi.& facit quod no.Inno.in c.cum in distribuendis.š.eo.
Et sic ex prædictis videtur Io.And.hic velle, ꝙ solus Papa dare
possit licentiam exemptis.& facit tex.š.in fi. Sed contrariũ no.
Io.An.18.q.2.abbatibus.dicens, ꝙ licet abbas sit exemptus, ta-
men debet petere episcopalia ab episcopo loci, nisi malitiosè
episcopus deneget.& ita sequitur Host.vt no.Io.An.in c.cano
nica.š.de sen.excom.& in reg.quod ob gratiam j.eo.li. & in c.
religioso.j.de sen.excom.& facit 17.q.j.interdicimus.& de præ
scri.veniens. Quare concludit Lap. ꝙ in iurisdictionalib.cõten
tiosis, & pęnalibus, non possit diœcesanus sine licẽtia Papæ de
exemptis, etiam consentientibus, iudicare, nisi in casibus ex-
pressis in iure, & ita procedat quod no.Ioan. And.in reg.scien
ti.j.eo.lib. Sed in voluntaria iurisdictione, vt est ordinatio, con-
secratio, absolutio in casibus reseruatis episcopo, & dispensa-
tio, & his similia poterũt exempti adire diœcesanos, imò etiam
non diœcesanos, in ipsos iurisdictionem prorogando. arg.c.fi.
š.de pęniten.secundum Lap.& ita transit hic Pet.de Anchara.
quod intelligit Domi.in his, quæ respiciũt factum subiectum
iurisdictioni diœcesani, vt si velit exemptus absolui a delicto
commisso in loco nõ exempto, secus si in loco exempto, quia
tunc non posset.& ita procedat glo. in clemen. penul. in fi.de
sen.excom. Ex quo delictũ, seu illud factum non erat subiectũ
eius iurisdictioni.& de his vide dicta in c.2.in j.glo.j.de pęnitẽ.
In ea.gl.in fi.& per hanc rationẽ tenet hic Lap.& Pe.de Anc.
ꝙ nouitius infra annum probationis poterit ordinari ab epi-
scopo in cuius diœcesi est in probatione positus, quia nõ refert
an persona cui ordines conferuntur debeat perpetuò morari
vel non in loco. Sufficit enim, ꝙ possit ibi perpetuò morã tra-
hẽre, vt sic tanquam de perpetuo iudicetur, vt not.in c.fi.š. de
rescrip.eod.lib. prout hic in tex.& glo.est expressum.

SVMMARIVM.

1 *Infanti, illiterato, coniugato, vel extraneo, non est conferenda tonsura clericalis.*

Limitat hoc ibidem nu. 2.

3 *Hominis appellatione intelligitur in dubio de laico.*

C A P. IIII.

1 NVllus. † Illiterato, infanti, seu coniugato, vel ex
traneo clericalis tonsura regulariter con
ferenda non est. h.d. Et primò ponitur prohibitio.
Secundò pęna. ibi, qui verò. No.j. optimum arg. se-
cundum Do. ꝙ per solam receptionem ordinum factam in re-
ligione quis non dicatur profiteri. Sed certe hoc dictum non
bene probatur hic cùm imperfectio ætatis, de qua hic, habeat
2 impedire professionẽ, vt in c.j.de reg. † Secũdò no. ꝙ illiteratis
prima tonsura vel alius ordo conferri non debet: quod intellige
primò, nisi intrent religionem, vt hic, & per glo.16.q.j.legi. Se-
cundo intellige, illiterato penitus.34.dist.præcipimus. & 35.di.
c.j. Si tamen talibus conferatur ordo, bene imprimitur chara-
cter, vt no.36.di.c.j.& per Io.An.& Inno.in c.cum in cunctis.š.
de electio. Episcopi tamen dispensare non possunt cum peni-
tus

tus illiterato, vt fiat clericus, vt dixit Innoc. in c. dilectus. ȝ. eod. tit. Nec etiam teneret collatio beneficij facta talibus personis vt per Inno. & Io. An. in c. cum nostris. ȝ. de conces. præben. In glo. 1. in fine vide no. ȝ. in c. j. in glo. in ver. episcoporum. In gl. 3 3. in principio. vide nota. in c. 2. ȝ. de regularibus. † In gl. in ver. hominis, in prin. no. ex gl. secundum Domi. ꝙ appellatione hominis, debet in dubio intelligi de laico, & nō de clerico: intellige tamen secundum subiectam materiam. & vide not. in fili ȝ. in proxi. c. grandi. In ea. glo. in fi. intellige, nisi laicus transtulerit possessionem ibi, vt no. ȝ. c. prox. secundum Io. An. Posset etiam laicus ordinari ad titulum beneficij ad quod postulatur, secundum Ioan. And. in c. fi. ȝ. de postula. præla. & hoc nisi fieret in fraudem. vt ȝ. eo. tit. c. cos. secundum Domini. In glos. in a ver. tōsurā. in fi. & ibi per Io. An. an psalmistatus [a] sit ordo, & an a sacerdote conferri possit. & p glo. in ver. episcoporū. ȝ. eo. c. j. In glo. fi. in fi. poterit tamen talis suspensus dare literas cōmendatioas ad ordines, ad instar episcopi confirmati nōdum consecrati, secundum Ioannem Andręam.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Psalmistatus. Adde glo. in c. Abbates. de priui. Doct. in c. cum contingat. de æta. & quali. Car. Zab. in c. cum non ab homine. de iudi.

De ætate, & qualit. & ordine præficiēdorū. Rub.

SVMMARIVM.

1. *Dispensatio dicitur esse voluntatis quò ad superiorem, non necessitatis.*
2. *Dignitas non habet de necessitate annexam curam animarum.*
3. *Argumentum a contrario sensu, licèt sit fortissimum in iure, tamen locum obtinet vbi in iure inuenitur contrarium.*
4. *Ratio reddi non potest de his, quæ sunt iustitiæ positiuæ.*
5. *Dispensatio facta cum minore quò ad beneficium, an intelligatur dispensatū quò ad administrationem temporalium bonorum dicti beneficij?*
6. *Ordinis defectus an vitiet electionem ad dignitatē vel personatum sine cura: & an sit necessaria dispensatio?*

CAP. I.

1 PErmittimus. † No. j. ibi, permittimus. ꝙ quò ad superiorē dispēsatio dr̄ eē volūtatis, & nō necessitatis. de quo dictū fuit in c. cū ex ore. & c. licet canō. ȝ. de ele. eo. lib. & per glos. in c. miror. 50. dist. Secundò no. ibi, compleuerint. quòd annus debet esse 2 completus, [a] vnde nō sufficeret in dispensationibus annus cœptus, de quo per glos. in clem. fi. j. eo. tit. & no. in c. cum in cunctis. ȝ. elec. & in c. ad nostrā. ȝ. de reg. & ibi per glo. quid sit quò ad ingressum religionis & professionem. de qua etiam hic in 2 glo. † Tertiò no. ibi, quibus animarum cura nō imminet. ꝙ ad esse dignitatis non est de necessitate ꝙ insit cura, quia potest esse sine cura animarum. & ita est tenendum, quicquid aliter dicatur in c. j. ȝ. de consue. eo. lib. de quo etiam no. in c. de multa. ȝ. de præben. & in c. cum in illis. j. de præben. Vlti. no. ꝙ habens liberam potestatem dispensandi super certa ætate, & sic super vno defectu, non potest concurrente alio defectu, dispensare. In dispensationibus ergo fit stricta interpretatio, vt super vno defectu concessa non extendatur ad alium, dato ꝙ libera facul 3 tas dispensandi fuerit concessa. sic j. tit. proxi. c. j. & 2. † In glo. 2. ibi, in iure contrarium. tene menti glo. ordi. & semper alle. ꝙ licèt ar. a contrario sensu sit fortissimum in iure, vt in c. cum apostolica, hic alle. tamen nunquam locum habet quando in iure contrarium reperitur expressum, sicut etiam locum nō habet quando resultaret absonus intellectus, vt in l. 2. C. de condi. insert. & vide per glo. in c. publicato. ȝ. de ele. & in l. conuenticulam. C. de epi. & cle. & ibi per Bal. ponentem an & quando ar. b a contrario sensu habeat locum [b] in statutis. & adde glo. j. in c. quanto. de vsur. & in cle. j. in ver. facere. eo. tit. ꝙ ar. a contrario sensu nunquam locum habet in materia pęnali, quādo si sumeretur inciderent statuentes in pęnam, ideo si statutum dicit ꝙ nullus possit recipere pro vsura vltra duos solidos in mēse, nō potest sumi arg. a contrario sensu, ꝙ a duob. solidis infra recipi & promitti possit. & ita etiam sequitur do. An. in d. c. quāto. & Bal. in auth. ad hæc. circa prin. C. de vsu. & in l. Gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posthu. & ibi per Imo. idem dicentem. In e. gl. in fi. idem Arch. & Io. An. cum de iure cōi minor 25. an. nō possit promoueri ad personatus, vel dignitates, etiam nō curatas, vt in d. c. cum in cunctis. §. inferiora. licèt aliud tenuerit Innoc. in c. præterea. hic alle. & non bene, vt hic per Arch. & Io. And. vnde intelligit hic Domi. & Pe. de Ancha. ꝙ ista sit noua prouisio quòad dispensationē permissam episcopo contra illud iur cōe, vt hic per eum. In gl. in ver. epi in fi. vide no. in d. c. licet canon. In glo. pen. & quod dixit sing. Inno. in c. fi. ȝ. de eo qui fur. or. su. dicens ꝙ inferiores prælati ab epis nunquàm possunt dispensare, etiam in casib. in quib. a iure reperiē permissa dispensatio, nisi de eis fiat specialis mentio, licèt ipsis epis semper intelligatur permissa dictis casib. nisi Papa sibi specialiter reser- 4 uauerit, vt dixit idem Inno. in c. dilectus. ȝ. de temp. ord. † In gl. in ver. compleuerint. in fi. no. gl. ꝙ in his quæ sunt de positiua iustitia non potest reddi ratio. & idem voluit glo. in l. j. hic all. in §. pueritiam. In glo. in ver. non imminet. in prin. aduerte primò, ꝙ in prioratibus cōuentualib. eps dispensare non posset ad minorem 25. an. super defectu ætatis, quia ratione collegij intelligunē curati, cùm prior habeat forum pęnitētialem in personas collegij. de offi. ordi. c. quanto. ita dicit d. Flo. in cle. ne in agro. §. cæterum. de sta. re. Scd̄ò aduerte ꝙ epi non possunt dispensare cum habente 20. an. vt possint obtinere dignitatē, vel personatum etiam sine cura si habeat sacrum ordinem annexum, vt no. in c. si cui. j. de præben. in gl. pen. licèt bene possint dispensare, vt obtineant dignitatem, vel personatum, non curatum, licèt tali dignitati, vel personatui esset annexa ecclesia curata, vt consuluit Lap. vt ipse refert in c. super eod. j. de præben. per istum tex. iuncto tex. ibi. & facit extrauagans execrabilis Io. 22. in §. quantum autem. sm Domi. Item aduerte, quia Archi. hic intelligit hunc tex. quando eps dispensat propter prærogatiuam meritorum, secus si propter necessitatem, vel vtilitatem ecclesiæ, quia tūc poterit episcopus dispensare cū maiore 14. an. etiam in curatis. ar. a contrario sensu in c. indecorum. ȝ. eo. titu. & idem tenet Arch. in d. c. licet canon. vbi refert idem tenere Hostien. in c. cum dilecti. hic alleg. in glo. licèt fateatur Hostien. ꝙ curia Romana teneat cōtrarium prout etiam tenet Io. Mo. in c. cupiētes. in §. deniqȝ. ȝ. e. & ita residet hic Io. An. vt sic quæcunqȝ cā subsit, episcopus dispensare non possit super ętate ad beneficium curatum, vel dignitatem, vel personatum quibus imminet cura, quia absurdum esset ꝙ eps ↄ̄ tam solemne ↄcilium d. c. cū in cunctis, valeat dispensare, vt ȝ. e. c. dilectus. & ita residet hic Pe. de Anch. & Domini. Sed pro opi. Archid. facit, quia subsistente vtilitate vel necessitate ecclesiæ permittitē epo dispensatio ↄ̄ ↄciliū gnāle, vt 1. q. 7. tali. & c. exigūt. & no. in c. exposuisti. ȝ. de præbē. & per Rotam in deci. 264. quæ inci. itē in religioso. Non ob. text. hic quia licet in nō curatis permittat episcopum dispensare libera voluntate, vt patet ibi, liberè, non tamen prohibet dispensationem, quę fieret in curatis ex causa necessaria, quia illa non diceretur liberè fieri. argu. l. rem lega. ff. de adimen. leg. Sed dicas, ꝙ ex quo iste tex. dicit, permittimus, datur intelligi ꝙ per prius hoc erat prohibitū. arg. c. 5 fi. ȝ. de pęn. & c. permittimus. de sen. excom. † Et adde, ꝙ licet cum minore sit in beneficio dispēsatum non tamen intelligitur dispensatum in administratione temporalium bonorum dicti beneficij, nisi expresse appareat de alia voluntate dispensantis. de quo tamen per Io. An. in c. ex ratione. ȝ. eo. & in c. de multa. ȝ. de pręben. & vide per Io. An. in c. dudum. el j. ȝ. de ele. & per Spe. in ti. de leg. §. fi. In glo. fi. in prin. vide conclusionē quā posuit Io. An. in c. fraternitatis, hic. all. s. ꝙ promouēs sciat defectum promoti. & hoc facit cum causæ cognitione. an sit dispensatio facienda, vel non, tunc dispensare videtur, posito ꝙ non exprimat verbum, dispenso, ad hoc ȝ. de appella. ad audientiā. Si verò non præmissa dicta causæ cognitione promoueat, dispensare non intelligitur, imo punitur vt 51. dist. qui in alio. secundum Domi. quod forte procederet, nisi permittatur libera dispēsatio, prout hic erat. facit quod no. in c. licèt episco 6 pus. j. de pręben. † In ea. glo. in fi. videtur residere glo. cum opi. Hostien. ꝙ defectus ordinis vitiet electionem ad dignitatem vel personatum sine cura, & ꝙ sit necessaria episcopi dispensatio. Sed Archi. tenet se cum alia opi. de qua hic in gl. ꝙ non sit necessaria dispensatio, & ꝙ de iure cōi tales eligi possint. quare dicit Io. An. hoc ęquum esse, distinguere inter personatus requirentes sacros ordines, de quibus ȝ. eo. tit. c. j. & procedat vltima opi. glo. hic. & eos qui non requirunt, vt est cācellaria, custodia primiceriatus, & cantoria, per no. 60. di. c. j. & per ipsum Ioan.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Completus. Adde glo. in cle. fi. de æta. & quali. Doct. in c. cum vicesimum de offi. dele.

V. G. Annus inceptus quāndo habeatur pro completo. Pet. de Vbal. in tract. par. no. diuis. 6. nu. 6. quod habetur in lib. 12. trac. fol. 207.

b Nic. Sup. Habeat locum. Adde Bar. in l. omnes populi. in 6. q. princ. ff. de iusti. & iu. Bal. in auth. ad hoc. C. de vsur.

V. G. Adde de isto arg. a contrario sensu, tradita per Laur. de Pino in tract. de mal. exclus. sēm. in 2. par. nu. 56. quod habetur in lib. 12. trac. fol. 85. nu. 56.

Io. An. in c. auditis. ꝭ. de elec. vt sic de iure cõmuni ad illa eligi possit. & ita procedat prima opi. gl. fi. hic. & ita transit hic Pet. de Anchara. & Domi. de quo in d. c. cum ex eo. & in d. c. licèt canon. & per gl. in d. c. cupientes. §. denique. in versi. vel ętate. & quod not. in d. c. si clericis. j. de præben.

De filijs presbyterorum *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1. *Illegitimitas non imprimit notam delicti, sed alieno delicto laborat.*
2. *Papa solus dispensat cum illigitimè natis, vt possint promoueri ad sacros ordines.*
3. *Dispensatio super illegitimitate dicitur esse exorbitans a iure communi.*
4. *Dispensationes debent strictè interpretari tanquam odiosa.*
5. *Dispensatio si fiat cum bannito, quod non obstante banno possit venire ad ciuitatem, intelligitur pro vna vice.*
6. *Episcopus super quo beneficio potest dispensare cum illegitimo. & numero. 7.*
8. *Episcopus an possit dispensare cum illigitimo ad beneficium, quod requirit sacrum ordinem?*
9. *Papa si dispensat cum aliquo aliquam ecclesiam, an obstet sibi statutum illius ecclesiæ si sit contrarium dispensationi obtentæ? Adde ad idem nu. 10.*
11. *Illegitimus effectus religiosus, an dicatur dispensatus ad ordines, curam, vel prælationem?*
12. *Episcopus non potest facere statutum per quod legitimentur illegitimi, licèt possit cum eis dispensare in minoribus ordinibus.*
13. *Dispensatus si non fuit consecutus primum beneficium, quid iuris?*
14. *Dispensatus super illegitimitate, an possit duo beneficia retinere?*

CAP. I.

1 IS qui. † Nota primò, quod ex illegitimitate nõ imprimitur nota delicti, sed defectus tantum, & alieno vitio, & delicto laborant. C. de natu. libe. l. legem. Secũdò no. quod dispẽsatio super vno impedimẽto nõ operat circa aliud. subsistentibus ergo pluribus impedimentis, per remotionem vnius nõ sequitur remotio alterius. ꝭ. de vsu pal. c. ex tuatũ. & ꝭ. tit. proximo. c. j. † Tertiò no. ibi, sedis aplicæ. & ita all. quod solus Papa dispensat[a] cũ illegitimo, vt possit promoueri ad sacros ordines, vel ad beneficia curata: subsistẽte tamẽ causa necessaria episcopus dispẽsare poterit. arg. j. 47. exigũt. & c. tali. & no. ꝭ. de elec. c. licet canon. secundum Archi. referẽtem alios tenere contrarium. quod esset durum tenere, secundũ eum, & Io. An. sed Ioã. de Fan. & Domi. dicunt, quod licèt hoc sit durum, tamen est verum per hunc tex. qui indistinctè prohibet, episcopos dispensare in curatis vel ad maiores ordines. &
3 facit quod no. ꝭ. eo. ti. c. fi. & ꝭ. tit. proxi. c. j. & ibi est dictũ. † Quartò no. ibi, exorbitantem. quod rescriptum continens dispensationẽ super illegitimitate dicitur esse exorbitãs a iure communi & strictè intelligendum. dispensatio ergo super inhabilitate personæ tanquam odiosa est strictè intelligenda. facit c. quamuis in beneficijs. j. de pręben. quod induxit hic Archi. vt si sit dispensatum cũ ineligibili, tamen erit postulandus non eligendus, de quo hic per eum. & Ioan. An. & per Inno. Ioan. An. & alios Doct. in c. licèt. ꝭ. de transla. pręla. & hic per Domi. Quid autẽ si Papa dispensauit cum illegitimo, vt possit habere quamcunque dignitatem vsque ad cardinalatum, an intelligatur dispẽsatum, vt possit obtinere cardinalatum? & per prædictas rationes dicendũ est quod non: quia in materia ista restringibili dictio,
b vsque,[b] debet accipi exclusiuè, & quia ad cardinalatum cõtra Papa nunquam dispensat cũ illegitimis, licèt possit, secundum dominum Nico. in c. dilectus. de concess. pręben. & simile etiã dicebat Bal. in l. eam quam. C. de fideicõ. quod legitimatus seu dispẽsatus a Papa vel ab Imperatore vt promoueri possit ad quãlibet dignitatem, non intelligitur quò ad dignitatem Regiam.
4 † Vlt. tene meno, & ita all. quod dispensationes, vt odiosæ, debent strictè intelligi. de quo atti. vide plene not. in c. fi. ꝭ. de simo. Ideo dicitur hic quod dispensatio vt odiosa & exorbitans non includit, nisi primum actum sequentem post dispensationem. & facit c. non potest. j. de pręben. & quod no. in c. quod dilectio. ꝭ. de consan. & affi. & ideo si Papa dispẽsat cum subdiacono vt possit matrimonium contrahere, & hoc cõtemplatione certæ mulieris, quod tunc non poterit contrahere, nisi cum illa, non cũ
5 alia. pro quo facit tex. no. in l. matrimonij. ff. de rit. nupt. † Item facit iste tex. vt si dispensetur cum bannito, vel fiat sibi saluus conductus veniendi ad ciuitatem non obstante banno, vt debeat intelligi pro vna vice tm̃. de quo j. in glo. fi. & vide in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. & in d. c. non potest. Quid autem si sunt cõcessæ proprio motu, vide per Io. An. in c. cum in cunctis. §. j. in ver. libera. ꝭ. de ele. & vide de hoc dicta. j. In gl. 2. in fi. idem Io. Mo. & Archi. licèt in contrarium faciat ꝭ. eo. tit. c. fi. vbi Papa non de facili dispensat cũ natis ex religioso adultero vel incestu, nisi religionem ingrediantur, secundum Io. An. & licèt Papa & alij inferiores debeãt in istis se reddere difficiles ad dispensandum, si tamen dispensant, locũ habet quod dicit glo. hic, nec ex hoc prohibetur in istis, prout tenet glo. hic, secundum Pet. de Ancha. Imo. & Dom. dicentem quod potestas dispensandi concessa vni, cuius effectus, non in ipsum, sed in tertium deriuatur, debet latè interpretari, vt no. Io. An. in c. fi. j. de ver. signi. super gl. facit tamen glo. hic, quod non valeant litteræ dispensationis, nisi sit facta mentio de qualitatib. & circũstantijs illegitimitatis, ex quo Papa facilius dispẽsat cum naturalibus, quàm cum spurijs, vel incestuosis, cum quibus magis difficilem se reddit, vt hic in gl. & facit ꝭ. de rescrip. postulastũ. de quo per Doct. in c. per venerabilem. qui fil. sint legi. & in d. c. fi. In glo. in ver. episcopi. in fi. requiritur tamen consensus capituli, secundum Arch. de quo per glo. in c. cum ex eo. ꝭ. de elec. eo. lib. Et an capitulũ, vacante sede, possit dispensare? dicit Ioan. An. quod egeret declaratione, de quo j. de maio. & obe. c. j. & per glo. in ver. capituli. in fi. in cle. j. de hęre.
6 † In glo. in ver. beneficium, in fi. no. ex glo. primò, quod eps dispensare non potest cum illegitimo quò ad dignitatem, vel personatum sine cura. Si verò esset aliqua prælatio vel rectoria, quæ non cadit in nomen dignitatis vel personatus, poterit tũc eps dispensare, secundum Archi. & ita videtur hic residere Io. An. & Pe. de Ancha. adducens no. per Fede. in suo consi. 125. & ita etiam sequitus hic Imo. & Domi. quia concessio facta episcopo hic de dispensando sit latè interpretanda, vt patet. ꝭ. in glo. 2. licèt aliud sit in dispensatione alicui concessa ad interpretationem, vt in d. c. quis. Secũdò no. ex glo. quod potest episcopus dispensare cum illegitimo in beneficio simplici. Sed an dispensare possit in canonicatu ecclesiæ cathedralis? Archi. hic, quod sic, ex quo expresè prohibitum non reperitur. facit quod no. Inno. in c. venientes. ꝭ. eo. tit. & per Hostien. in summa huius titu. ad fi. & ita videtur hic residere Io. An. Lap. Pe. de Anch. & Old. in suo consi. 213. & Do. hic dicens, hoc satis probari hic in tex. permittente dispensationem epo in beneficijs quib. cura nõ imminet ex sua propria institutione, vt est in dicto canonicatu, licet eidẽ esset annexa ecclesia parochialis, quia natura præbendæ, vel beneficij propter talem annexionem non mutatur, vt in c. super eo. j. de præbend. licèt secus esset quando sic ad inuicem vnirentur, quod vna ab alia non penderet, secundum no. in c. j. ne se. vacan. secundum Pet. de Anch. & pro hac parte facit quod est dictum ꝭ. in gl. 2. Sed Io. Mo. hic tenet contra Arch. & ita videtur tenere Rota in deci. 136. quę inci. item voluerunt, vt sic in canonicatum ecclesiæ cathedralis episcopus dispensare non possit. Sed certè non videtur, quòd Rota teneat præcisè opi. Ioan. Mona. sed dicit quod dispensatio facta per episcopum iuxta formam huius c. non extenditur ad canonicatum ecclesiæ cathedralis, sed non reprobat quod episcopus expresè dispensare non possit. & vide per Ioan. An. in addi. Spe.
7 super hoc titu. in fi. & hic plene per Domi. † In glo. in ver. tale. in prin. hanc opi. tenet Io. And. ꝭ. eo. titu. & c. pen. & Spec. in titu. 2. §. nunc de eporũ. in fi. & Io. Mona. hic, & ita sequitur hic Domini. per no. in c. ad extirpandas. ꝭ. eod. licèt Archi. 56. dist. in glo. summę sequatur contrarium tenẽdo opi. Host. sed ipse Host. fatetur, curiã non approbare: immo tenere, quod episcopus nõ possit dispensare, nõ solum cum illegitimo, sed etiam cum legitimo in beneficio paterno. In ea. gl. ibi, c. super eo. sed per illum tex. Archi. hic tenet contrarium. & idẽ sequitur hic Lapus cum tale beneficium non dr̃. Non ob. tex. hic, cum loquatur in habente beneficium, cui imminet cura, ad quod quis intitulatur: sed quando cura est annexa, quis non intitulatur in annexo, sed in principali, vt no. per glos. in c. si eo tempore. ꝭ. de rescrip. eod. lib. & intellige quando cura est annexa principaliter: secus si foret annexa æquè principaliter, quia tunc in isto dispensare non posset episcopus, secundum Lap. vt est dictũ ꝭ. in gl. præceden. & ꝭ. ti. proxi. c. j. super gl. in ver. nõ imminet.

In

ADDITIONES.

a Celsus. Dispensat. Adde quòd Archi. c. quam fit. 1 2. q. 2. sensus est tenere cõtrarium & male, per ea quæ no. Car. in cle attendentes. §. statuimus. q. j. de sta. mo. & Fely. in c. meminimus. col. 2. ver. quæstionum quid. de accu.

b Nic. Sup. Dictio, vsque. Adde Io. An. in c. j. de ord. ab epi. Arch in c. de illa. 33. dist. Arch. in c. si gratiose. de rescrip. lib. 6 Bart. in l. patronus. §. Sempronio. ff. de lega. 3.

Vic. God. De ista dictione, vsque. Vide pleno per Soz. in consi. 25. Franc. syndicus. ver. quare assumo, cum vers. seq. lib. j.

8 † In c.gl.in fi.idē Arc.& Io.Mo. qđ intellige primò qñ bñficiū principalr & directe requirit sacrū ordinē: als si nō pricipalr sed ↄsequutiuè, vt pp necessitatē vel vtilitatē eccliē, vt i c. q̃ris. ḡ. de æta. & quali. tūc secus esset, fm Io.Mo. & Io.An. Scđò intellige, quando beneficiū requirit sacrū ordinē tempore receptionis vel collationis: secus si post, quia in tali beneficio eps dispensabit & ordinem ille recipiet in proximis temporibus ab eo, qui dispēsare possit, vel ab ipso beneficio remouebitur. per no.in c.commissa. ḡ. de ele.eo.li.& in regu. imputari. j. eo.li. in q.& in c.ei cui. j. de preben. super j. glo. secundum, Lap. & ita transit hic Pe.de.Ancha. Sed hoc dictum non procedit fm Imol. quia qui promouetur ad beneficia, debet esse habilis tēpore impetrationis, vel promotionis, saltem habito respectu personæ ad ea quæ sibi incumbūt ratione beneficij, vt in c.dudum. el j. ḡ. de ele.& in c.si pro clericis. j. de præben. & ita sequitur hic Domi. dicens post Ioan.Mona.& Ioan.And. q̄ si in ecclesia est statutum iuratum, q̄ illegitimus non admittatr & confirmatum per Papam, q̄ eps tūc cum illegitimo dispensare nō poterit in tali ecclesia, quia licèt episcopus possit dispensare cū illegitimo ↄ̄ ius cōe. prout hic dr̄ in tex. tamen non conceditur dispensatio ↄ̄ statutum vel consuetudinem ecclesia, vt no.in c. cum consuetudinis. ḡ. de consue. quando statuta sunt iurata, vel confirmata, quia propter iuramentum vel confirmationē mutant naturam suam, vt in c.j.& 2. ḡ. de confirma. vti. vel inuti. & in c.debitores.& c.cum contingat ḡ. de iureiuran.& facit gl.in c.cum non deceat.in fi. ḡ. de ele.eo.lib. & procedunt prædicta, etiam si statuta ↄtinerent idem, q̄ ius cōe. Nam licèt aliàs sicut episcopus dispensat contra ius cōmune, ita & dispensare possit ↄ̄ statutum, idem quod ius cōe continens, fm no. in c.j. ḡ. de consti. eo.lib.& ibi per glo.in ver.cum sint. tamen fallit si statutum est iuratum vel cōfirmatum, quo casu mutat naturā suam, vt ḡ. & ita sequitur hic Io.Mo.& Io.An.Pe.de Ancha.& Domi. Sed quando statutum non esset confirmatum vel iuratum, tūc posset episcopus dispensare, cum dispensare possit contra proprium statutum. per no.in c.licet canon. ḡ. de ele. e.lib. fm Inno. & Domi.& hoc sine dubio procedit quādo tale statutum esset conforme iuri cōi. Sed quando esset contra, vel præter, cogita, quia Pe.de Anch.hic sentit q̄ non possit etiam tunc statuta vel consuetudines ecclesiæ immutare. per no.in d.c. cum consue-

9 tudinis. vide de hoc plene no.in d.c.licet canon. † Sed quæritur in ecclesia cathedrali est tale statutum vel consuetudo, impetrauit quis a Papa in tali ecclesia cum dispensatione, q̄ licèt sit filius sacerdotis, possit consequi beneficium in ecclesia cathedrali, an tali impetranti obstet tale statutum vel cōsuetudo? & videtur q̄ non: quia de statuto vel priuilegio, continente idem qđ ius comune, non expedit fieri mētionem in impetratione, vt no.glo.& Inno.in c.j. ḡ. de rescr.& non præsumit tunc ignorantia in Papa, vt no.in d.c.j. concludit tamen hic Io.An. q̄ aut in literis apponunt clausulæ speciales, quæ tollunt obstantia & tunc statutum non obstat. Sed si apponuntur clausulæ generales, secus: quia licet Papa tollat statutum, tamen nō tollit iuramentum vel confirmationem statuti, quæ precesserunt confirmationem, vt. ḡ. de rescr.c.cōstitutus. Nam clausulæ non obstantium comunes & generales positæ in literis Papæ non iustificant personam impetrantem sed formam literarum impetratarum tantum, fm Ioan.An.& facit quod no.in c.ei cui j. de præben. super prima glo.& ita sequuntur hic Doct. imò etiam tenet do Anto.& sequitur Imo.in c.j. ḡ. de rescrip.in vlt.charta. in princ. hoc procedere etiam si statutum vel consuetudo non esset aliter confirmata, vel iurata & contineret idem quod ius cōe, vt in literis ad beneficia debeat fieri specifica mentio de tali statuto vel cōsuetudine. vnde si in ecclesia est statutum vel consuetudo q̄ illegitimus ad beneficia non admittatur, si post ea cum aliquo Papa dispenset, & mandet ipsum recipi in tali ecclesia, q̄ non debebit recipi, nisi fiat mentio de ipso statuto

10 vel consuetudine, fm eos ibi. † Et prædicta limitat hic Lap. procedere quādo Papa rescriberet ad impetrationem alterius, secus si proprio motu, maximè cum generali clausula, non obstante, quia tunc talis clausula generalis iustificat formam literarum & personam impetrantis, secus si non esset dicta clausula generalis, non obstante, licèt proprio motu rescribatur, vt no.in c.si motu proprio. j. de præbē.& in c.quamuis. ḡ. de rescr. & c.si propter. eo.li.& ita transit hic Pe. de An. Sed nō videtur secundum Imo.hic q̄ generales clausula, non obstante, apposita in gratia concessa proprio motu, tollat obstaculū, sicut tollere clausula spālis apposita in alijs literis, quia motus proprius non ampliat gratiam, sed tollit subreptionem tantum, vt not. in d.c.si motu proprio.& in cle.si Romanis.de p̄bē. ideo cōcludit Imola & Domi. vt dictum Lap. procedat in impedimento & in habilitate proueniente a statuto ecclesiæ vel ↄsuetudine, & tunc sufficiat clā proprij motus cū gñali clā non obstāte, secus si proueniret inhabilitas vel impedimentū a iure cōi, quia talis inhabilitas tunc non tolleretur per no.per Io.And.in d.c. ei cui. super prima glo. quia proprius motus non tollit inhabi-

11 litatem impetrantis, vt per glo. no.in d.clemē. si Romanis. † In glo.in ver.maiores, in fi. idem Archidia.& Ioan.And. quia religio dispensat in ordine, non in cura, vel in prælatione, vt in c. j. ḡ. eo. & idem etiam tenet Specu. in titu. 2. §. fi. ver. quid si dispensatum. vbi plenius de similibus quæstionibus.& ex his infertur fm Archi.& Io.An. q̄ licèt sit dispensatum cum illegitimo ad sacerdotium, non tamen propter hoc erit dispensatum in cura, quia licèt sit sublata vna de duab. prohibitionib. tñ remanet altera, vt in c.pastoralis. ḡ. de priuil.& facit quod no. Io. An.in d.c.q̄uis. ḡ. de rescri.in glo.pen. & ita sequitur hic Pe.de Anch.& Domi.notans ex prædictis, q̄ licèt dispensatio operet̄ in actu super quo dispensatur, non tñ extenditur ad eius consequutiuū. de quo in c.nos consuetudine. hic alleg.& in d.c.non potest.& ḡ. de præben. quia intantum.& ibi per glo. Et quod dr̄ ḡ. q̄ religio dispensat in ordine debet intelligi de religione in effectu, scilicet sequuta professione.& ita videt̄ proban in d.c. j.& facit quod habetur in c.ex publico. ḡ. de conuer.cōiu. Nam verba sunt cum effectu intelligenda, vt in c.relatum. ḡ. de cleri. non residen. aliàs posset fieri fraus, s. intrādo religionem, & suscipiendo ordines sacros, & ante professionem exeundo, & sic lex esset imposita verbis, contra c.commissa. ḡ. de elect. eo.lib.

12 In glo.in ver.sede.in princi. vide per Feder in suo consi.81. † In ea.glo.in fi.& dicit hic Domi. q̄ licèt episcopus possit dispensa-

a re cum illegitimo [a], tamen non posset facere statutum, per qđ legitimet illegitimos ad minores ordines, vel ad beneficia simplicia, cùm sic induceret homines ad peccandum.& ita refert tenuisse Feder. in suis consi.& not.in clemen. Romani. de elect. In glo. fi. in fi. & per rationem huius text. concludit hic Archi. q̄ si dimisso primo beneficio recipit secundum non poterit illud retinere, cum gratia habuerit effectū in primo. Sed Io.An.in d.c. non potest. tenuit contrarium. Quare concludit hic Domi. q̄ si dispensatur cum illegitimo super certo beneficio, & tunc ex quo super alio non est dispensatus, non poterit aliud obtinere. ar.c.susceptū. ḡ. de rescr. e.li.& de offi. dele. c.cū olim.& ita procedat opi. Archi. fm Pau.& Lap. Si verò dispensatur super primo beneficio vacaturo: tunc si primo vacās sit alteri debitum, & habebit aliud quod primò vacabit nulli alij debitum, vt j. de præben. cum in ecclesijs, secundū Lap. Si verò dispensetur generaliter, & sic super beneficio incerto: tunc si fuisset consecutus cum effectu primum beneficium, & eo omisso non poterit aliud consequi, cum gratia per adeptionē beneficij habuerit suum effectum, fm Archi. facit qđ habet̄ j. q. j. si quis a feudo.& ibi d.c.non consuetudinem.& ita intelligatur dictum Archi. hic: pro quo facit d. c. non potest. & tex hic ibi, nisi vnicum &c. Intelligēdo successiue prout intelligi debet: alias si intelligeretur vt velit prohibere pluralitatem, tūc talis intellectus nō esset cōformis literę, & superfluus, cū hoc esset ꝓuisum per c.de multa. ḡ. de p̄ben. etiā illegitimo in curatis de quibus hic loquitur. vt ergo iste tex. decidat aliquod dubiū, debet intelligi, vt nō possit, nisi vnicū retinere, etiā successiuè, virtute dispensationis. pro quo facit ratio hic expressa in tex. nam cum dispensatio ista sit exorbitans, debet restringi fm Domi. volentem ex prædictis, q̄ dicta opi. Archi. procedat de iure, & ita sequitur Rota in deci.339. quæ inci. item si illegitimus, vbi dicunt, q̄ licèt opi. Io.Mona.& Io. An. sit æquior, tamen opi. Archi. est verior & approbata in curia, & tenenda & seruanda est pro iure, vt in c. ex literis. ḡ. de consti. de quo vide

13 in d.c. non potest. † Quid autem, si ille cum quo est dispensatum non fuerit ↄsecutus primum beneficium cum effectu? dic q̄ si fuit in culpa, vt quia recipit primū bñficiū iniustè scienter, vel iustè, tñ sponte noluit ipsum cōsequi, sed omittere, & tunc fm obtinere non poterit. facit c.cum qui. j. de præben.& regu. damnum. j. eo.lib. fm Lap. & Domi. secus si non fuisset in culpa, quia tunc aliud obtinere posset. & ratio est quia dispēsatio debet intelligi cum effectu, vt in d.c.relatum.& facit quod no. Io.An.in c.in litteris. ḡ. de offi. dele. & in c.2. ḡ. de rescri. eo.li. & ita

ADDITIO.

a Nic.Sup. Illegitimo. Adde Spe.in tit.de dispen. in §. nunc de episcoporum. & per Inno.& Anto.de But.in c dilectus.de temp. ordi.

Vinc.God. Nota, quòd illegitimus ingrediens monasterium, omnem maculam illegitimitatis abstergit, secundum Socin fallen.310.nu.29.

ita pt intelligi dictũ Io. An. hic. Sed qrit primò, si est illegitimo nõ dispẽsat sed legitimat. dic q tũc post primũ poterit aliud obtinere, cũ talis legitimatio vt fauorabilis sit ampliãda, vt no. p Io. An. in c. per venerabilẽ. s. qui fi. sint legi. in gl. a. sm La. Et ex pdictis oib. patet qñ sit, q illegitimus cũ quo est dispẽlatũ, vel est legitimatus, possit post primũ aliud beneficiũ hẽre. † Scdò qrit, an ille cũ quo est dispensatũ sm formã huius c. possit duo beneficia retinere. hic p Io. An. & Lap. ɔcludẽtẽ, q aut ista duo bñficia fuerũt ista simul collata & ab eo acceptata, & tunc siue sint curata siue nõ, perdit vtrũq;, cũ ɔferẽs non possit sic ɔferre, & acceptãs sic acceptare nõ possit, sm no. per Hos. & Io. An. in c. qa nõnulli. s. de cle. nõ resi. in q. fi. & in c. gaudemus. in gl. patet. de diuor. Aut nõ fuerũt simul collata, & tũc si ambo sunt curata, & pdit vtrũq;. primũ p d. c. multa. & per c. cũ qui. a. m. j. de ph. & sm pdit p tex. hic sm Lap. licèt Io. An. aliud velit post Io. Mo. dicentẽ, q dẽt vnũ eligere, als vtroq; priuat, & nõ bene, vt patet per pdicta iura. Si verò sint sine cura. & tũc pcisè cogit dimittere sm qd iniustè adeptus est. & si ipsum retinere velit priuabit et primò, licèt isto vltimò casu possit probabiliter dici, q recipiẽdo scdm renũciet primò, per no. per Hos. in c. j. s. de cle. non resi. & per Archi. in c. gratia. s. de rescri. nec propterea habebit secundũ, sed carebit vtroq;, de quo hic plenè per Domi.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus ad minores ordines non videtur habilitatus ad beneficia, nisi sit in dispensatione expressum.*
2 *Dictio, plura, an contineat vltra duo.*
3 *Dispensatus vt possit recipere aliqua, quæ sunt iuri cõtraria, non intelligit habilitatus vt possit ea simul retinere, nisi sit in dispẽsatione expressũ.*
4 *Episcopus an possit dispensare cum illegitimo super pluralitate beneficiorum simplicium.*
5 *Dispensatio secunda, an & quando debeat facere mentionem de prima.*
6 *Literæ subreptitiæ, an ipso iure sint nullæ.*

CAP. II.

1 SI is cum quo. †No. j. q hñs dispensationẽ vt promoueat ad minores ordines, non vr habilitatus ad beneficia, nisi id in dispensatione sit expressum. sic s. c. proxi. & ibi dicta in glo. in ver. maiores. & dicit Io. An. q eodẽ modo hñs dispẽsationẽ vt possit promoueri ad beneficiũ curatũ, non vr habilitatus ad dignitates vel personatũ, ex quo ista ponunt vt diuersa. facit s. eo. c. fi. Concesso ergo vno, nõ veniũt reliqua, vt ix. di. nos ɔsuetudinẽ. & facit tex. hic, & in dispẽsationib. nõ debemus arguere de maiori ad minus, vt no. Ho. de rescri. p. postulasti. multo ergo minus ad sile, diuersorũ tñ generũ, sm Pe. de Ancha. & facit qd no. s. tit. proxi. c. j.
2 † Scdò no. q dictio, plura, de qua hic in tex. refertur, & continet vltra duo, & sic ad minus ad tria. Sed si diceretur, plurima, tunc maiorem numerum cõtinent, sm Archi. & Io. An. de quo in c. quamuis, in ver. in beneficijs. j. de præben. & in reg. pluralis. j. eo. lib. & per gl. in Auth. de trien. & semis. in §. & quod in gl. plurimorum. & per Bar. in l. si gemina. ff. arb. fur. cæsa. & si l. post tres. ff. si quis cau. Tertiò no. ibi, tacito de pdicto defectu. q sufficit in secunda dispensatione addita primæ, vt fiat mentio de defectu, licet non fiat mentio de prima dispensatione, secundum Domi. dicentem post Lap. q licet impetrans faciat mentionem de defectu in secunda dispensatione, tamen non valebit si is cum quo est dispensatum promoueatur ad beneficiũ, ad qd pmoueri nõ posset, nec per ius cõe, nec per statutum, maximè iuratũ: nisi de tali statuto fiat mentio in promotione & in dispensatione, & promouens sit talis q statuta tollere possit, vt no. s. c. proxi.
3 † Quartò no. ibi, simul. q habilitatus [a] vt possit recipere aliqua, quæ sunt iuri ɔtraria, nõ intelligit habilitatus vt possit ea simul retinere, nisi in ɔcessione de hoc fiat specialis mentio. facit quod no. in c. ordinarij. §. fi. j. de offi. ordi. Quintò. no. ibi, per subreptionem, q secunda dispensatio dicitur subreptitia si adijciatur primę dispensationi, aliter mẽtione non facta de eius defectu. facit q no. Io. An. in addi. Spe. in rub. de cle. non resi. taciturnitas ergo alicuius qualitatis, qua expressa Papa verisimiliter non concessisset gratiam, inducit subreptionem in dispensatione Papæ, vt est tex. hic. facit quod no. in c. dudum. el 2. s. de electio. in glo. 2. & sic est tex. hic quòd subreptio in dispensationibus reddit eas nullas ipso iure. facit quod no. in c. quod dilectio. s. de consang. & affini. & vide per glos. in c. ad audientiam. el 2. s. de rescrip. & j. in glo. fin. In glo. 2. in fi. sed in contrarium facit clemen. fi. de offi. ordi. Ideo dicit Domi. q glo. hic procedit quando secunda dispensatio fuit impetrata a Papa, secus si ab episcopo, vt in d. cle. fi. vel dic, q d. cle. fi. loquitur de iure cõmuni, hic verò quãdo ex iure spãli, & sic quando ex dispẽsatione fit collatio beneficij.
4 † Sed quæritur primò, an episcopus possit dispẽsare cum illegitimo super pluralitate beneficiorũ simpliciũ? glo. hic sentit q nõ. pro quo etiam tex. s. c. proxi. in princ. & in fi. qui loquitur in singulari. vnde in materia phibitiua singularis locutio non extendit ad pluralitatẽ, vt in c. is cui. j. m. j. de præbẽ. & in c. gaudemus. s. de diuor. de quo hic per Domini. Et quid sit de plurali locutione an extẽdatur ad singularitatẽ? vide per Io. An. in c. cum in illis. §. fi. j. de præben. Scdò quæritur per hanc formam dispensationis, de qua hic in tex. poterit obtinere canonicatum in ecclesia cathedrali, vel metropolitana. vr q sic, p no. s. c. pxi. Et quia hic subdit in dispensatione q possit beneficiũ obtinere et si curã &c. Si igit põt habere curatũ in quo requirit maior idoneitas, fortius simplicẽ canonicatũ cuiuscũq; ecclæ, vbi talis idoneitas nõ sic requirit, vt in c. ex eo quod. s. de elec. e. li. & ita vr tenere Spe. in tit. de le. in trac. dispẽsationis. §. postremo. & Ho. in sum. de fi. psby. §. q. possit. ver. quid si cũ tali. & sequit Pet. de Anch. hic. In gl. in ver. oẽs. in fi. aduerte, quia dispensatio procedit sine dubio qñ dr, quò ad oẽs ordines. Quid ergo si indefinitè diceretur, ad ordines, sine nomine vniuersali, oẽs? glo. in c. literas. hic alle. dicit q tutius est, q intelligatur de minorib. tñ. & idem Inno. ibi, & Hosti. in sum. in d. §. qu possit. ver. quid si dispensetur cum aliquo, & seq. & Spec. in tit. 2. §. vlt. in princ. & ita residet hic Pe. de Anc.
5 † In glo. in ver. defectu. ibi, de naturali defectu. aduerte, quia tex. hic locum habet non solum in naturali defectu, sed etiam in accidentali. & si dispensat cum homicida vel als irregulari, vt nõ obstante delicto, vel irregularitate possit promoueri ad sacros & bñficiũ obtinere, si postea impetrat dispensationẽ super pluralitate, non facta mẽtione primæ gratiæ, non valebit impetratio, ex quo secunda dispensatio addit primæ, cũ nõ sit verisimile &c. vt hic in tex. ad hoc qd no. j. de deci. c. 2. & j. de præscri. c. 2. sm Io. An. & quia talis defectus non est in totum sublatus sicut erat in l. q ita. hic all. In ea. glo. ibi, purgatur. s. ab ipso Deo cui nihil latet, sed hic secunda dispensatio latebat Papæ, secundum Io. An. In e. gl. in fi. hic verò non interuenit plena restitutio natalium seu legitimatio, sed quædam dispensatio, quæ est strictè intelligenda, vt s. c. proxi. alias si interuenisset legitimatio, maxime eo casu quo tota cõstitutio canonica faciebat illegitimum, quia tunc cum vitium esset ex toto remotum, valeret secunda dispensatio non facta mentione de prima, vel de defectu, vt videtur hic velle Io. An. adducens no. in d. c. per venerabilem. in glos. 2. & in l. quæris. hic all. Et hæc quando dispẽsatio additur dispensationi: secus si non adderetur dispensationi: vt si cum illegitimo vel homicida sit dispẽsatum, vt non obstante dicto defectu possit beneficium ecclesiasticum consequi, si ipse postea tacito de tali defectu vel dispensatione impetret beneficium. Nam valebit talis impetratio, cùm non sit noua dispensatio addens primæ dispensationi: sed est quædã executio dispensationis iam factæ, sm Io. An. dicentẽ curiã ita tenere. In gl. fi. in ver. sede. in fi. & ita trãseũt hic Doc. & vide q no. s. tit. pxi. c. j. & p Rotã in deci. 261. q inc. ne in religioso. In gl. fi. in fi. vide ibi plenè de hac mã
6 & in c. super literis. e. ti. & hic per Io. An. ɔcludẽtem. † q literæ ad bñficia subreptitię ipso iure nõ valeãt, nec pcessus habitus per easdẽ, vt s. de re iudi. c. cũ olim. secus in lrĩs ad lites, quę valẽt, nisi ope exceptionis elidant, vt hic per eũ ponentẽ rõnẽ diuersitatis inter hęc. cuius dicta sequit hic Domi. & Pe. de Anc. de quo etiam per glo. ordi. in c. ad audientiam, el 2. de rescrip.

ADDITIO.

a Vin. Go. No. q habilitatio a iuramento, per quam quis absoluit cum clausula, præmissis & quibuscunq, alijs in ɔtrium non obstantib. nedum rescripti præsumptionem tollit, sed et transactionẽ iuratam. Tho. Gram. decis. 66. nu. 51.

De bigamis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Papa solus potest declarare dubia in iure.*
2 *Bigamus caret omni priuilegio clericali limita nisi fiat monachus &c.*
b pos [b] de iure cõmuni habere publicos carceres. facit clem. j. de hæreti. & c. pen. ş. de apostatis. & auth. causa quæ. C. de episc. & cleri. vbi dicebat Bar. q ex quo episcopi de iure cõmuni habẽt publicos carceres, dicũtur habere merum imperium, quia carcer significat merum & mixtum imperium, sicut erectio furcarum, ſm Bal. ibi, quod no. & vide per Inno. in c. dilectus. ş. de capel. mona. In glo. in ver. habere, in prin. quis dicatur habere iurisdictionem ordinariam, hic per Ioan. And. & Domi. & no. in c. cum ab ecclesiarum. ş. eo. & per gl. in ver. subditos. in cle. j. de fo. comp. In glo. in ver. loco, in fi. debet etiam esse talis in quo siue incõmodo litigantium possit ius reddi, vt d. l. pen. Item requiritur q in illo loco nõ sit specialiter prouisum de aliquo iudice. ideo si in certa parte diœcesis Archi. a tempore cuius non extat memoria, exercuit ordinariam iurisdictionem, non poterit episcopus in illo loco ponere officialẽ, quasi gñalis ꝓuisio huius c. nõ se extẽdat ad loca quib. de iudice est spãliter prouisum. ar. l. fi. C. de pac. conuen. secundum Archidia. quod intelligit Io. An. quando episcopus ex consuetudine vel priuilegio nõ posset per illos de illa parochia immediate adiri, inuito illo archidiacono, vt no. in c. pastoralis. ş. eo. tit. in prima gl. allega. secus esset, vt. ş. de of. leg. valentes, secundum Ioan. And. Pau. tamen ꝯcludit, q si ꝯsuetudo, vel priuilegiũ dat iurisdictionẽ per modum præuentionis vel prioritatis, vt sic archieps debeat primò adiri. secundo episcopus si ipse archid. sit negligens, tunc ꝓcedit qđ ş. dicit Archi. facit c. j. ş. eo. ti. & li. Si verò iurisdictio superiorum competat inferiori tantum ita qđ non alteri, procedat opi. Archi. vt d. c. j. secus si consuetudo dat iurisdictionẽ superiorum ipsis inferioribus per modũ accumulationis, quia tunc esset locus prçuentioni, vt in d. c. vt debitus. ş. de app. & ille qui primo aditur posset cognoscere, & opi. Archi. tunc non procederet, vt hic per Do. In glo. in ver. excepto, in fi. cõclude secundum Ioã. An. q in casibus in quibus episcopus habet iurisdictionem in personas exemptas, & nõ in loco exempto, vt in c. j. j. de priuile. & in cle. j. de testamentis, & isto casu in loco exempto procedere nõ poterit, vt hic, sed in casibus vbi in locis exemptis habet iurisdictionem de quibus in clemen. attendentes. de sta. regula. & in cle. quia contingit. de rel. do. & tunc poterit in loco exempto procedere, & vide in c. ad abolendã, in fi. ş. de hęret. De celebratione verò diuinorum & populi benedictione, an in loco exempto fieri possint, no. in d. cle. 2. † In
4 glo. in ver. officium, in fi. no. ex hac glos. iuncto tex. hic, in fi. q quę exercet episcopus ratione consecrationis & ordinis, dñr potius episcopalis officij quam iurisdictionis: qđ facit ad not. in c. j. in fi. ş. eo. ti. & lib. Et vide per Spe. eo. tit. & ß. §. officium. ponentem multa spectantia ad officium ordinarij. In glo. fi. in fi. vel, secundum Archi. debet exponi absque alicuius contradictione. & intellige quando episcopus vellet trãsferre cathedram de sua ecclesia principali ad tempus: quia tunc potest in quocunque loco diœcesis collocare locũ tribunalis, & de causis cognoscere. & ita procedat tex. hic: secus, si perpetuò, vel ad longum tempus vellet transferre cathedram a sua principali ecclesia ad aliam ecclesiam eiusdem diœcesis, quia tũc non posset, vt 7. q. j. placuit. & idem si vellet, q cathedralis ecclesia intitularetur in alio loco quàm in ecclesia, in qua fuit instituta, vt in d. c. placuit. & ita sequitur hic Do. quod tenè menti, quia nõ valeret compositio cum canonicis, vt episcopus non possit iurisdictionem exercere in ecclesia cathedrali, vel ibi ius dicere, seu se intromittere de ipsa, quando hoc fieret ad longum tempus. & ita fuit consultum in ecclesia Morin. & alias vide in c. fundamenta. de elect. eo. lib.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde, quòd locus iudicij debet esse tutus, non solum partibus, sed procuratoribus, & aduocatis, & omnibus qui in iudicio habent necesse comparere. Fely. in c. accedens. el 2. vt lite non contesta. & in c. cum olim. in princi. de testamen.

b Nic. Su. Episcopos de iure communi. Adde glo. in c. pen de pę. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Absentes in quibus casibus sunt citandi.*

Con-

2 *Conditionis aut ſtatus, hæc verba comprehendunt etiam ſeruos monachos, & Iudæos.*

C A P. VIII.

1 Qvamuis. †No.j.duos caſus in quibus abſentes ſunt citandi, de alijs verò caſibus, vide glo.ordi.in ver.ipſorum.in c.præſentium.j.de teſti.& facit etiã gl.hic in ver. prout ſunt,& ibi, quid ſi ſunt abſentes extra prouinciam.& no.in c.coram.ſ.de elect. & in c.cum in eccleſijs.j.de præben. Secũdò no.capitulum poſſe inducere ceſſationem contra epiſcopum proprium, intellige ex iure ſpeciali,ſ.cõſuetudine, vel priuilegio.& ita debet intelligi iſte tex.& ſ.eo.tit.irrefragabili.& de appe.dilectus.& ſic non ob.ſ.de maior.& obe. cum inferior.ſm Ioan.And.& facit quod ipſe no.ſ.de cẽ.venerabilibus.in gl.mag. circa medium.
2 & per glo.in c.ſi canonici.ſ.eo.† Tertiò no.ibi,conditionis,aut ſtatus. q per talia verba,& per hanc clauſulam includũtur etiã ſerui,monachi,vel Iudæi.facit l.fi.C.de Iudæis.ſm Ioan.An.ex quo no. ceſſationem a diuinis poſſe induci propter iniuriam, vel offenſam illatam a quacunq; particulari perſona etiam priuata.abſurdum tamen videtur,ſm Archi.q pro delicto ſingularis perſonæ ceſſetur in eccleſia, vt ſic puniatur qui non peccauit,niſi fortè talis delinquens eſſet rector vel dominus loci.arg. c.non eſt.ſ. de ſponſalibus. Pro primo tamen dicto facit c. fi.j. de ſen.excom.in ver. illis etiam. & hoc tutius eſt tenere quando talis offenſio rationabilem & iuſtam cauſam arbitrio iudicis contineret,ſm no.in d.c.ſi canonici.ſm Domi. Vltimò no. ibi,ſuperueniente concordia.arg.ſm Pet.de Ancha. q licèt iudex, vel arbiter teneatur iudicare intra certum terminum ſub certa pœna, tamen ſi partes intra illum terminum ſe componunt,nõ tenetur iudicare, nec in pęnam incidit.facit quod no. in l.j.§.& poſt.ff.de no.ope.nun. & idẽ tenuit Bal.in l.Mænius. §.arbiter.ff. fami.ercis. per illum tex. In glo. in ver. prout ſunt, in prin. Lap.intelligit hanc glo. quando conſuetudo erat ante hanc conſtitutionem, ſed ſi poſtea incępiſſet, & tũc licèt eſſet præſcripta, non valeret contra iſtam vocationem per no.per Hoſt.in c.cum ex officij.de præſcri.& per Io.An.in reg.odia. j.eo.lib.& ita ſequitur hic Do. Et tene menti ex glo.q quando duo ſunt a iure æquiparata in certo caſu,tunc ſi conſuetudo in vno ex eis diſponat,extenditur ad reliquum,ſicut dicitur in iure cõmuni,vt no.in c.ſi poſtquam.ſ.de elec.dubium tamen facit c.auditis.ſ.de præſcrip.& l.j.C.de emancip.liberorum,quia præſcriptiones & cõſuetudines ſunt ſtrictè intelligendæ, & tantum intelligitur eſſe præſcriptum quãtum reperit eſſe proceſſum.In glo.in ver.continuatis,in fi.facit quod no. de conſe.diſtin.5.ſint tibi.& per Io.And.in c.fi.ſ.de frigi.& per Bar. in l.j. ff.ſolu.matri.In glo.fi.in fi.& cum ipſa ceſſatio tunc non ſeruetur, poterunt ipſi ceſſantes celebrare in ipſa eccleſia, & poterunt per ſuperiorem ad hoc compelli. & idem de alijs clericis in d.eccleſia inſtitutis,ſm Ioan.And. Sed an forma huius deci. ſit ſeruanda tam in ceſſationib. inductis per canonicos ſuo iure,ſiue ſit ſpecialis,vt dicitur hic in tex.& in d.c.ſi canonici. ſiue ſit generalis,vt in cle.j.de ſen.excom. quam etiam in ceſſationibus,quas inducunt ex mandato ſuperioris? & dic q ſi tale mandatum proueniat ex diſpoſitione ſtatuti concilij prouincialis,non erit ſeruanda,vt in d.cle.j.ſm Io.An. Sed ſi tale mandatũ nõ fiat per viam ſtatuti prouincialis,ſed hominis, vt quia ſuperior mandat a diuinis ceſſare, tunc hæc forma erit ſeruanda,ſm Archi. & Ioan.An. Si verò ſuperior non mandat induci ceſſationem,ſed q ſeruetur ceſſatio quam ipſe induxit,& tunc cum mandatum tendat ad executionem ceſſationis iam poſitæ,non habebit tunc locum iſte tex.loquens quando capitulũ ſuo iure ceſſat,quia cùm ſit pęnale,non debet extendi, vt in c. ſtatutum.ſ.de ele.eo. lib.de quo plenius in d.c.ſi canonici.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus eccleſiæ vacantis debent reſeruari futuro ſucceſſori, vel conuerti in vtilitatem eccleſiæ.*
2 *Et an conſuetudo poſſit aliud inducere.*
3 *Abbas ſi contulit monacho prioratum, cum pacto q non auferet ſibi illum donec vixerit, an pactum valeat.*
4 *Archidiaconus eccleſiæ cathedralis ſi moritur, ad quem ſpectant eius bona? Et an de illis bonis clerici poſſint teſtari.*
5 *Beneficium cum adminiſtratione quis dicatur habere.*
6 *Clerici beneficiati habentes adminiſtrationem ſi decedunt ſine teſtamento, ad quem ſpectant eorum bona.*
7 *Quid de clericis ſimpliciter beneficiatis.*
8 *Et an conſuetudo aliquid in his operetur. & nu.9.*
10 *Quid in regularibus an poſſint teſtari de bonis ſuis.*
11 *Clericus beneficiatus ſi moriatur, fructus beneficij ſui vltimi anni an debeant diuidi inter eccleſiam & ſucceſſores eius.*

C A P. IX.

PRæſenti. Nota primò ibi, ſubiectis. quia procedit iſte tex. etiam in ſubiectis quò ad ius epiſcopale tantum, & haberet locum pœnę hic inſertæ, licet inſtitutio, & deſtitutio ad alium
1 pertineat,ſecundum Io.An.† Secundò not. & ita all. q fructus eccleſiarum vacantium debent cõuerti in vtilitatem eccleſię, vel reſeruari futuro ſucceſſori . & hodie procedit etiam in ſucceſſore qui poſſet reuocari ad clauſtrum . & in beneficijs manualibus.quia in his locum habet tex.hic,vt in cle. quia regulares.§.præmiſſa.de ſup.negli.præla.vt dicetur j.in gl. in ver.vacantibus.quicquid aliter hic notet Archi. Prælati ergo habentes eccleſias ſibi ſubiectas, ſiue ſint dignitates, ſiue prioratus, vel aliæ quæcunq; eccleſię,non debent habere fructus quos reperiunt vel obueniunt tempore vacationis dictarum eccleſiarum,quia ſi hoc non licèt epiſcopo, ſcilicet bona eccleſiarum ſibi ſubiectarum in ſuos vſus conuertere, vt 10.q.3.quia, vbi de hoc.& c.ſeq.fortius nõ licebit abbati.25.q.2.amputato.& multò minus licebit patrono, vel alteri habenti ius in eccleſia , vt
2 hic dicitur,ſm Pet.de Anch. † Vltimò no.q conſuetudo poteſt diſponere,vt fructus eccleſiarum vacantium, vel obuenientes tempore vacationis beneficij applicentur alteri vſui quam eccleſiæ,vel futuro ſucceſſori.q procedit in alijs eccleſijs,quia in cathedralibus regularibus vel collegiatis eccleſijs non valeret conſuetudo,ſtatutum, vel priuilegium in cõtrarium, videlicet q fructus applicentur alteri vſui quam eccleſiæ,vel futuro ſucceſſori,vt eſt tex.in c.quia ſæpe.ſ.de ele.eo.lib.Sed in eccleſijs in quibus valeret conſuetudo,vel priuilegium in contrarium, vt hic dicitur, & in illis etiam poſſet conſuetudo diſponere,q fructus talium beneficiorum ad certum tempus debeantur rectori defuncto, vel hæredibus ſuis, & talis cõſuetudo non erit ſublata per hunc tex.ſm Ioan.Mona. & idem tenuit Ioan.An. in reg. nemo poteſt plus.j.eo.lib.q valeat conſuetudo quę permittit canonicis teſtari de fructibus præbẽdarum ſuarum percipiendis poſt mortem vſq; ad annum,vt ibi plene per eum.& facit c.ſi propter.ſ.de reſcrip.eo.lib. & ita hodie eſt determinatum in extrauaganti,ſuſcepti Io.22.licèt Archi.hic voluerit cõtrarium.& vide per Imo.in c.relatum.el 2.ſ.de teſta.in 5.col.In quotidianis tamen diſtributionibus conſuetudo nihil operatur.
3 j.de cle.non reſi.c.j.& ibi de hoc,de quo j.† In glo.in ver.vacantibus,in prin.Quid autem ſi abbas cõtulit prioratum, vel aliud beneficium monacho, cum pacto de non auferendo quouſq; vixerit monachus? Archi. hic videtur velle q non valeat.vnde dicebat Hoſti.abbatẽ non poſſe ſe obligare monacho,vt ſemper aliquem certum locum teneat extra clauſtrum,vt in c.a.& c.cum ad monaſterium.§.tales. ſ.de ſta.mo. Inno. tamen in c. inſinuãte.ſ.qui cle.vel vo.cõcludit q ſi abbas vellet ex malitia illum remouere a loco quem ſibi deputauit,poſſet ſupplicare ſuperiori,& ſuperior audiet eum.de quo per Ioan.And.in c.cũ ſingula.j.de præben.Dicit etiam hic Archi.q vbi religioſus habet prioratum a Papa , non tenetur renunciare ad mandatum abbatis . Et idem vbi religioſus fuiſſet in beneficio per Papam confirmatus,ſm Innoc.in c.niſi.ſ.de præben. & ita tranſit hic Archi.& Ioan.And.q intelligit Pau. quando Papa contulit ex gratia ſpeciali, quia tunc eſt obedientiarius Papæ , & non poteſt per prælatum remoueri,& ita procedat glo.& Arch.16.q.j. §.ſi monachus. ſed ſi conferatur ex iure deuoluto ad ipſum Papam, & tunc ſecus , cùm Papa eodem iure vtatur quo ipſe abbas. facit c.cum in cunctis.ſ.de elec.& d.cle.quia regulares.prędicta in beneficijs ſui natura manualibus. Si verò beneficium eſſet de ſui natura perpetuum,tunc per abbatem remoueri nõ poſſet,quia talis collatio intelligitur facta cum ſua qualitate,vt in d.cle.quia regulares.& j.de capel.mo.c.vnico.vnde ſicut habet tale beneficium per confirmationem ſuperiorum, ita & per infirmationem eorum debet ei auferri, per no.per Innoc. & Hoſt.in c.inter dilectos.ſ.de exceſ.præla.ſm Pau. & ita tranſit hic Do.de quo plenius in d.cle.quia regulares.& in c.porrecta. ſ.de cõfir.vti.vel inut.& per gl.in cle.ne in agro.§.adhæc.in ver. ad clauſtrum. de ſtatu regula. Et prædicta procederent in quibuſcunque religioſis,niſi in illis de quibus eſt hodie prouiſum in extrauaganti,turſus.Benedicti.12.vbi eſt determinatũ q habentes prioratus,& beneficia in ordine monachorum nigrorũ ſcti Benedicti ex collatione,puiſione,vel ordinatione ſedis apłicæ,vel legatorum,ſeu executorum,vel prouiſorum eiuſdẽ ſedis, vel per literas prædictorum ſubſunt in omnibus, & per omnia ſuis prælatis, & reuocari põt ab eis,prout alij qui ea ha

berent

berent a suis abbatibus vel prælatis,& sicut alij subsunt.& ita transit hic Lap. & Do. qđ no.In ea.glo. in fi.& sic habet locũ a iste tex.in ecclesijs vel beneficijs [a] vacantibus, etiam si sint beneficia manualia,cum talia beneficia per mortem rectoris dicantur vacare:secus esset in beneficijs quę sunt de mensa,quę non cẽsentur vacare per mortem rectoris, vt in d.cle. quia regulares. iõ in talibus non habet locum prouisio istius deci.Sicut etiam non haberet locum in priuatis oratorijs,per ea quæ no.in c.ad hoc.š.de relig. do. Si tamen ecclesia esset ædificata, & donata autoritate episcopi,sicut debet, vt de consecra.dis.j. nemo.& tunc ex quo talis ecclesia subest diœcesano,10.q.j.decretum. nullus poterit dictam ecclesiam intrare, aut administrare irrequisito episcopo,vt in c.admonet.š.de renũ. cùm ad ipsũ spectet ordinatio nec poterit abbas, & dicta ecclesia, vel alius patronus aliquid recipere nisi solum censum vt in c.prohibemus.š.de cẽsibus.de quo hic per Io.An.& Arc.per Inno. 4 in c.de monachis.š.de præbẽ. † In glo.in ver.quibuscunque,in fi.Nõ tñ haberet locum hęc deci.in præbẽ.sed in eis debet seruari,qđ habetur in c.relatum.el 2.š.de testa. per glo. & Do. & ibi concluditur.Primò q si archidiaconus ecclesiæ cathedralis habet bona distincta,tunc in illis succedit successor,nisi statutũ vel consuetudo ecclesiæ aliud disponat. secus si non habet bona distincta, licet rõne dignitatis plus percipiat quam alij canonici. nunc enim succedit capłm & nõ archidiaconus successor. & idem est dicendum in alijs dignitatibus positis in ecclesijs tam sęcularibus,quàm regularibus, si quæratur an in illis bonis seu fructibus succedant successores vel capitulum,secundum Inno. & Do.ibi. Secundò concluditur,q in canonicis etiam habentibus præbendas distinctas,dicit ibi Inno.q in bonis & fructibus non succedit successor in præbenda vel canonicatu,sed capitulum,cum canonicatus non dicaĩ habere successorem,vt no.per glo.in c.q sicut.š.de elec.& in c. statutum. in prin.de rescri.eo.lib. & fortius succedit, quando præbendæ non sunt distinctę,vt ibi per Do.& hoc quando canonicus beneficiatur a solo capitulo,secus si a solo episcopo, quia tũc succederet episcopus. Sed si ab episcopo & capitulo simul, tunc fiet diuisio inter eos,per no.in c.cùm in officijs.š.de test. & ita concludit Inno.in d.c.relatum.in 5.col.in fi. & hoc quando decedit intestatus. an autem possit de his fieri testamentum, dicetur j.in glo.In glo.in ver.reseruari.ibi,quia sępe.vide hic per Archi.dicentem,q episcopus etiam monasterio vacãti posset dare œconomum,per no.in c.cum vos.š.eo.tit.& per Inno. & Host.in c.ea quæ.š.de sta.mo.quod intelligit hic Pau. quando in monasterio non esset capitulũ,alràs ad illos de capitulo deuoluitur talis potestas reseruandi fructus futuro successori,vel constituere ibi œconomum,sm Inno.in c. vt nostrum.š. vt ecclesi.benefi.de quo plene no.in d.c.quia sępe. & in c.cupientes. §.ad hæc.š.de ele.eo.li.Quid autem sit de plebano ad quem in certa ecclia spectat institutio & destitutio,an ipse possit in tali ecclesia vacante ponere œconomum.vide per Lap.in sua al- 5 le.78.† In ea.glo.ibi,non possint testari.[b] no.hanc glo. ordi.& b vide de hoc arg.per Spe.in tit.de fructibus & interesse.§.j.ver. sed pone.& ver.seq.& in tit.de sta.mo.ver.58. & Inno. in c.indecorum.š.de æta.& qua.& per Doct.in c.fi.š.de peculio cleri. & per d.Nic.in c.nouum genus.š.de decimis, & plenè per Ar 6 chid.in c.statutum.§.assessorem.de rescrip.eo.lib.de quo j.† In ea.glo.ibi,habentem administrationem, & non habentem.aduerte, quia glo. non declarat qui dicantur habere beneficium cum administratione.Ideo glo.in c.ex tuæ.š.de cleri.non resi. videtur velle q omnes prælati dicantur habere administrationem. Inno.in c.requisisti.§.fi.hic alleg.videtur idem sentire de quolibet habente curam animarum,& administrationem.s.in iniungendi pęnitentias.Sed Do.hic concludit, q omnis habens beneficium etiam simplex in titulũ,cui sit assignata certa dos, talis dicitur habere beneficiũ cum administratione,vt hic per eum.Tu aduerte,quia glo.hic intelligit de canonico,vt ipse dicatur simpliciter & personaliter beneficiatus sine administratione.facit glo.no.12.q.3.pontifices.& ita est de mente Io. An. in d.c.nouum genus.& in d.c.relatum.in ver. morientis. & in d.regu.nemo potest.in mercu.& in c.fi.š.ne prælati vices suas. vbi videtur hoc aperte tenere.& idem Innoc.ibi dum dixit,q si rector locat fundũ ecclesiæ, tenetur successor stare colono, secus si canonicus locauit,quia non potest locare præbendam vltra tempus vitæ suæ.Et licèt intellectus huius gl.fuerit de iure canonico,tamen dubium facit quod dixit Inno.in c.ex literis.š.de proba.in prin.de canonico habente præbẽdam distinctam,vt talis dicatur etiam habere administrationem. & idem tenet Inno.in c.transmissam.de elec.in glo.mag. Pro cuius dicto videtur tex.12.q.j.c.fi. iuncto.§. præcedenti, qui loquitur in canonicis prout intelligit Gratianus ibi. Docto.tamen cõmuniter transeunt cum hac glo. vt canonicus dicatur simpliciter & personaliter beneficiatus,& dicitur simpliciter, quia habet beneficium simpliciter, & non dignitatem, vel personatum, vel curam. Sed personaliter ideo dicatur,quia præbenda datur personæ, & quia non habet aliquam administrationem bonorum ecclesię,sed certa portio assignatur eius personę de bonis ecclesiæ.& hoc siue assignetur ei præbendà distincta,siue assignetur ei certa portio de bonis ecclesiæ. ideo est q canonicus non habet propriè successorem in honore,& onere,sicut habet alius rector ecclesiæ,vt per glo.singu. in ver.consentire,in fi.in d.c.q sicut.In alijs verò habentibus alia beneficia cum dignitate,personatu,vel cura,vel etiam beneficia simplicia,dicũtur habere administrationem,vt hic in glo.& ita depræhendiẽ ex notatis per Imo. in c.j.de peculio elc.in 2.col.& in c. fi.eo. titu.in antepen.col.& in c.relatum.in 8.col. Vnde pro declaratione huius glo.quatuor sunt principaliter vidẽda.Primò quid in clericis beneficiatis habentibus administrationem & decedentibus sine testamento. Secundò quid in simpliciter & personaliter beneficiatis, vt š. Tertiò an consuetudo in prædictis aliquid operetur. Quartò quid quando prædicti decedũt facto 6 testamento.† Circa primum,glo.hic concludit,q tales ęquipa c rentur [c] vsuarijs,cùm incęperint infirmari,& nihil habeant,nisi vsum tantum,& q non faciunt fructus suos,& ecclesia succedit. Idem etiam tenet gl. in d.c.fi.& Inno.in c.indecorum.š.de æta. & quali. dicens q clericus põt fructus beneficij conuertere in eius victum & vestitum,& in utilitatem, & necessitatem ecclesię. & illud quod superest debet pauperibus erogari.& facit quod habetur 12.q.j.res ecclesiæ. Idem etiam tenuit Archi. in c.statutum.§.assessorem.š.de rescrip.eo.lib.dicens, hæreticũ esse dicere,q clerici faciãt liberè fructus suos, qui supersunt deductis expẽsis necessarijs,vt 12.q.3.c.j.& patet 12.q.j.§.vlt.& sic infertur,q res acquisitę de bonis ecclesiarum non sunt propriè clericorum.ad hoc 12.q.j.res ecclesiæ.& ibi gl. & no.in c.inquirendum.š.de pecu. clerico. & patet 12.q.j. episcopus de reb.& d.§.vlt.Et solus vsus competit clericis,vt ibi,& sic acquisita vẽdicantur ab ecclesia,vt 12.q.4.sacerdotes.& q.2. apostolicos.fatetur tamen Archi. in §.assessorem.clericos fructuũ perceptorum esse dños, & habere ipsorũ proprietatem q̃tum ad fidelẽ & debitã dispensationem sibi & suis faciendam.31.di.omnino. & 50.dis.studeat.in fi.& 85.distin.non satis. Et etiam pauperibus.12.q.j.quia tua.in fi.14.q.j.§.quia ergo.vbi dicitur, q clerici vtuntur ad dispensandum.& sic loquitur c.j.j.de cler.non resi. sm Archi.in d.§.assessorem.& ita refert Io.An. hic qui dictam opi.tenere videtur.& sequitur eã hic Pe.de Anc.& Dom.dicentes prædicta esse vera,& optime probari per iura allega.per Archi. quia iura dicunt q non sunt domini, sed procuratores. sic š.de dona. c.2. & 12. q.j. clericus. in fi. & c. episcopus.ibi dum dicit,hñs victum & vestitum,his cõtentus ero. Ad idem etiam facit tex.44.dist.in prin.in ver. ubi o sacerdos. vbi dicit Hiero. tibi o sacerdos de altari viuere permissum est,nõ luxuriari.Vñ concludit ibi Arc.& sequitur Io. de Ligna. in cle.gratia. de rescri.q si beneficiatus expendit de redditibus beneficij sui voluptuosè,tenetur ad restitutionem:quia clerici non habent liberam administrationem fructuum beneficij, nisi in bene dispẽsando.facit 16.q.j.quoniã quicquid.vbi dicitur, q quicquid hñt clerici,pauperum est.Et cum hac opi.glo.hic quò ad istam par 7 tem transeunt omnes Doc. † Circa secundam partem glo.hic tenet,q in vita,& in morte comparẽtur vsufructuario,& q facit fructus suos in vita,tamen si decedit sine testõ succedit ec d clesia.Sed aduerte quia quando canonicus [d] decedit sine testõ quis tunc succedat?dic vt š.est dictũ in glo.præcedẽti.Sed quo ad hoc an talis faciat fructus suos in vita? glos.hic tenuit q sic. Sed alij Doc. omnes, de quibus š. tenent contrarium in locis š.alleg.Ita etiam tenet do.Nico.in c. nouũ genus.š. de decim. quod

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde, an beneficij appellatione veniant præceptorię, & prioratus &c. vide Cor.in consi.66.per totum,lib.3. & quando plura beneficia curata possit per vnum clericum teneri. Signo.de Homodeis consi. 112.

b Nic.Supe. Possint testari.Adde Rotam decisi.87.in nouis.Barb.in tractatu de Cardinalibus.

c Nic.Sup. Aequiparentur vsuarijs.Adde glo.in c.cum olim.de rerum permu.& ibi Abb.glo.in c.2.& ibi Ab.de pecu.Abb.in c.ex literis.de proba.Inno.in c.indecorum. de æta & quali. Ho.in c.requisisti.de test.

d Vin.God. Adde,quòd si canonicus est etiam capellanus in ecclesia cathedrali,quando celebrat vt capellanus, non debet habere quotidianas distributiones quas caperet vt canonicus.Fed.de Sen.consi.138 quæ allegat An. Sic.in c.olim.col.3. de re iu.

quod eodē modo canonici sęculares non faciant fructus suos. & idem tenet Inno.ibi.& faciunt iura alle.s. Non ob. qđ dicit gl.hic,quia nō probat iure.Et c. requisisti hic all.super quo gl. se fundat si bene ponderetur,facit contra hanc glo.nam ibi solum dicitur, q̃ si aliquid relinquitur non habenti administrationem,sed simpliciter beneficiato,præsumitur relictū intuitu personæ, & non ecclesiæ:ideo acquiritur personæ. vnde nihil ibi dr̄ de verè acquisitis intuitu ecclesię,& sic de fructibus:imo cùm tex.ibi fundet se super præsumptione,ergo si constaret q̃ intuitu beneficij sit relictum, illud accederet ecclesiæ, & non personæ,& sic nō posset de his disponere ad libitum.Idē ergo dicendum in redditibus prouenientibus ex beneficio, & alijs intuitu ecclesiæ acquisitis. & ita est de iure tenendum contra hanc glo.in hac parte.& ita tenet d.Nico. in d. c. fi. s. de pecu. clerico.Et ita etiam tenet Rota in deci.181.quæ incipit,Item q̃ probabilis.& facit glo.fi.in c.quia nos.s. de testa. Et hanc partem sequitur etiam do.Pe.de Peru.in d.c.relatum. quia minorem potestatem debet habere clericus non habēs administrationem,quàm alius habens administrationē.vnde dicit do.Pe. quòd ipse non videt rationem quare in quæsitis per ecclesiam sit magis fauendum simplici clerico, & administrationem nō habenti,vt dicit glo.hic, quàm dignitatem & administrationē habenti.& respondet ad d.c.requisisti,prout s.Et sic concluditur quòd de iure sit verior opi. Innoc.& Archi.prout etiam tenet do.Anto. in d.c. requisisti,in pen.char. dicunt tamen quòd de consuetudine seruatur determinatio huius glo. licèt d. Flo. in c.peruenit.de fideius.teneat quòd omnis beneficiatus æquiparetur vsufructuario in vita, hinc est q̃ possunt fructus beneficij capi in causam iudicati pro debito proprio ipsius clerici. de quo tamen ibi plenius per Docto. & per do.Flo. in d.clem.

8 grauis.† Super tertio articulo an consuetudo in prædictis aliquid operetur,videtur quòd sic per hunc tex. prout est dictum s.in vltimo no.ideo dicebat Imo.in d.c.fi.q̃ ex quo determinatio huius gl.s̄m Doc.procedit de consuetudine,sequitur q̃ salua consciētia clericus non habens administrationem, sed simpliciter & personaliter beneficiatus poterit de fructibus beneficij liberè disponere, vel de quæsitis ex ipsis:secus in clerico habente administrationem,quia non posset donare aliter in magna quantitate,s̄m Imo.ibi.facit etiam ad hoc tex.in c.cum tibi.s.de verb. signi. vbi secundum vnum intellectum videtur probari quòd valeat consuetudo in partibus Francię,quòd clerico decedenti ab intestato, consanguinei succedant in fructibus & alijs redditibus ecclesiæ, & quòd in his possit clericus

9 liberè disponere.†Sed aduerte, quia dubium facit quòd in prædictis non valeat consuetudo concedens ampliorem potestatem quam in iure inueniatur expressum. quòd licèt in c. cæterum.s.de dona.dicatur,quòd valeat consuetudo,vt prælati etiā regulares possint in vita donare de redditibus ecclesiæ, tamen illud verum quando moderatè & in parua quantitate, vt ibi dicitur.& hic in glo.Et ita est de mente Hug.12.q.5. si episcopus. dicens valere consuetudinem tribuens prælatis facultatem testandi de aliquibus mobilibus ecclesiæ, & sic in parua quantitate.Ideo Ioan.An.in c.ad hæc.s.de testa. dicebat quòd licèt valeat consuetudo,q̃ possunt clerici disponere de mobilibus ecclesiæ in modica quantitate, tamē non valeret q̃ possint disponere de omnib.mobilib.ecclesiæ,vt ibi per eum.qđ tene menti,imò videtur probari in d.c. relatum. q̃ solum valeat consuetudo,vt de mobilib.possint conferri pauperib. & religiosis locis,& alijs qui contulerunt seruitia. ita quòd iuxta seruitij merita talis donatio est permissa.facit d.c.ad hæc.Ergo in alijs casib.consuetudo videtur reprobata quæ concederet indistinctè liberam facultatem.& ita etiam videtur esse de mente Io. An. hic referendo Host.dicentem,quòd valeret consuetudo,vel statutum ecclesiæ:ex quo tamen non nimis grauetur ecclesia q̃ clerici sæculares possint de redditib.ecclesię testari & disponere.vnde si ecclesia nimis grauetur,vult Ioan.An.quòd consuetudo non valeret, sicut esset quando permitteret liberè, quia talis consuetudo tanquam onerosa ipsis ecclesijs non videtur valere,vt in c.i.s.de consuetudine.& videtur probari in d. c.relatum.per locum a speciali,& c̄rio sensu.& ita tenet d.Ni.in c. cum in officiis.de test.Non ob.tex.hic,& alia adducta s. in vltimo no. quia debent intelligi s̄m moderationem.§.porrò.j.eo. ita quòd talis consuetudo non permittit liberè. & sil'r non obstat quod dicit Io.An.in d.reg.nemo potest.quia loquitur in canonicis, cū talis ꝯsuetudo potius p̄iudicet canonico successori q̃ ecclesiæ. In cathedralib.m̄ regularib.& collegiatis ecclesijs est clare expeditum, quòd ꝯsuetudo vel statutū nihil inducere

10 pōt,& nō valeret,vt d.c.quia sæpe.†Circa quartū & vltimū concludo,q̃ regulares nullo modo pōt testari de fructibus vel alijs ex,quo carēt ꝓprio,vt in auth.ingressi.C.de sacrosan.ecclesijs. & in c.2.de testa.Nec valeret consuetudo in contrarium, vt in d.c.2.& tenet Bal.in d.auth.ingressi.Io.An.in d.reg.nemo pōt, & per Imo.in d.c.cæterum vbi vide per eum.Sed in clericis secularibus conclude,q̃ de bonis quęsitis ante clericatū vel post non occasione clericatus, possunt testari,vt in d. c. quia nos. s.de test.Sed in quesitus postea si clericus non est beneficiatus tamen aliqua quæsiuit pro missis & orationibus dicendis, vel vt cappellanus, & de his poterit testari, vt in l. sacrosanctæ.C. de sacrosan.ec.secundum Pe.de Anch.hic. Sed si est beneficiatus,& administrationem habet,nō poterit testari de fructibus & obuentionibus ecclesiæ,vt hic in glo.& in d.c.ad hæc.Si verò est beneficiatus simpliciter & personaliter, tunc tenet hæc glo.q̃ possit de redditibus & obuētionibus ecclesiæ testari.cōtra quam glo.facit d.c. relatum,qđ loquitur in canonico.12.q.j. §.fi.cum c.sequen. Ideo intelligit Do.hanc glo. procedere tribus concurrentib. Primò quòd beneficiatus non habeat administrationem ecclesiæ.Sc'dò quòd beneficium sit simplex.Tertiò quòd fructus sint sibi concessi ratione stipendij personalis, alias testari non poterit. vnde si canonicus haberet præbendā distinctam,non poterit testari de fructibus talis præbendæ, vt in d.c.relatum.& per Inno. in c.nouū genus.& ita procedat dictū Spec.in d.ver.58.Sed bene poterit testari de quotidianis distributionibus, ex quo dātur pro stipendio personali, vt no.in d.c.j.vbi ita tenet Do.in §.qui verò.& per Guil.in d. extrauag. suscepti.& no.in cle.fi.de præben.& ita posset procedere hæc glo.& quod no.in d.c.j.& per Old.in suo consi.97.s̄m Do.inferentem etiam ex his, quòd habētes capellanias in certis ecclesijs reuocabiles & non in titulum,& pro labore annuatim suscipiunt certum stipendium, poterūt de eo testari, & similiter clerici,qui in certis ecclesijs conuenissent ad celebrandum,& locassent operas suas spirituales,quod est licitum vt per Inno. in c.quoniam.s.ne prę̄l.vices suas.poterunt de tali reditu & lucro testari,ex quo datur pro labore & ratione seruitij personalis.& ita posset procedere hæc glo.s̄m Dom.& ita tenuit Pau. in quadam sua q. vt hic per Domi. ita etiam tenet Imo. & alij Doct.in d.c.quia nos.& do.Nico.in d.c.cum in officijs.tenens idem esse in his quæ conferuntur sacerdotibus ratione dignitatis vel officij, puta pro missis & orationibus dicendis, secus tñ esset in quęsitis per sacerdotem a parochianis ratione parochię,iniūgendo pęnitētias per parochiā,vel al'r, quia dicuntur acquisita intuitu ecclesiæ,secundum Inno.in c.cum inter.s.de ver.signi.& in d.c.requisisti.in fi.vbi do.Ant. concludit prædicta procedere in eo qui erat principalis rector ecclesiæ: secus si erat cappellanus,quia tūc videntur quęsita intuitu personę. & de talibus redditibus poterit testari vt s. Et ex prædictis etiā infert hic Do.q̃ si in ecclesia non sunt pręb endæ distinctę,sed distribuuntur redditus pro rata, non poterit canonicus de his testari,quia tales portiones quæ dantur in ecclesijs non numeratis,succedūt loco præbendæ,s̄m Inno.in c.dilectus.s.de præben.& in c. ex parte.s.de conces.præben.& tales portiones appellantur præbendæ,vt in c. olim.s.de ver. signi. & per glo.in d.c.j.ideo de tali præbenda non debet posse testari.Et quia fructus qui recipiuntur in ecclesia non numerata, dicuntur beneficium & intuitu tituli beneficialis recepti, vt in c. de cætero. s.de cleri.non resid. ergo de his testari non poterit, vt d.c.quia nos.Et ita videtur sentire Inno.& glo.in d.c.relatum. vt idem sit quando præbendæ non sunt distinctæ,s̄m Domin. & tenet do.Nico.in d.c.relatum.Et ita est tenēdum de iure, licèt d.Ant. in d.c.relatum.dicat quòd de consuetudine seruetur opi.huius glo. & ita etiam videtur sequi ibi Imo.in 8. & 9.col. super quo tamen an consuetudo in his aliquid operet̄,dic vt s.Et per do.

11 Nico. in d.c.cum in officijs.& in d.c.relatum.† In ea.glo.in fi. dicebat Host.quòd inter ecclesiam & successores clerici debēt diuidi fructus vltimi anni pro rata temporis, sicut dicitur in vero & vxore soluto matrimonio,vt in l.diuortio.ff. solu.mat.de quo per Io.And. in c.5.s.de fideiu.& ibi Host.finaliter tenet q̃ dicit glo.hic.& per l.si fur.ff.de vsufru. & l. si vsufructuarius.ff. quib.mo.vsusfru.amit.& ita residet hic Ioan.An.remittens ad no.per eum,in d.c.si propter. & ad Spec.in tit.de fruct'b.& interesse.§.j.in prin.& ibi per Ioan.An.in addi.Sed aduerte,quia in d.l.si vsufructuarius. s̄m verum intellectum, nō probatur q̃ sit necesse,quòd fructus sint in horreo recōditi, prout dicit gl. hic,sed est dicendum quòd sicut bonæ fidei possessor facit fructus suos statim quòd sunt a solo separati,quamuis non sint recōditi,ita & vsufructuarius, licèt inter bonæ fidei possessorem & vsufructuarium in hoc sit differentia, quia fructus efficiunt

bonæ

bonæ fidei possessoris per quemcunq; sint a solo separati: sed vsufructuarius tūc demum facit suos, cum per ipsum vel alium eius nomine sunt separati. & iste est verus intellectus in d. l. si vsufructuarius. put voluit ibi Bar. & Cy. in l. certū. C. de rei vē. ex quo sequit q̄ hoc male dixerit glo. hic. & ita sequit Imo. & d. Flo in d. c. fi. ē. de peculio clerici. de quo in l. ex diuerso. & in l. fructus. ff. solu. matri. & idem sequitur Ang. in d. l. si fur.

S V M M A R I V M.

1 *Bona dicuntur deducto ære alieno, expensis, & oneribus.*
2 *Expensæ factæ pro seruitoribus & ministris ecclesiæ, dicuntur factæ intuitu & pro vtilitate ecclesiæ.*
3 *Consuetudo quæ permittit canonicis testari de fructibus præbendarum suarum percipiendis post mortem vsq; ad annum, an valeat.*
4 *Clericus nouus possessor beneficij an sit conueniendus pro pensionibus præteritis, an verò antiquus possessor qui possidebat tempore, quo pensio debebat solui.*

1 Porrò. † No. j. bona intelliguntur deductis expēsis, & oneribus siue debitis. & ratio est, quia verbū, bona, profertur hic in statutis, consuetudinibus, vel priuilegijs, cōtra ius cōmune disponentib. ideo fit stricta interpretatio, sicut etiam fit in contractib. quia intelligitur deducto ære alieno, vt l. mulier. C. de iure do. Sed in alijs priuilegijs, & vltimis voluntatibus fit larga interpretatio vt veniant debita & credita, vt in l. Princeps bona. & ibi per glo. & Bar. & in l. bonorū. & in l. subsignatum. §. bona. ff. de ver. sig. & pro ratione differentiæ facit, quia in contractib. plena, in testamentis plenior, in beneficijs quoque plenissima interpretatio est facienda, vt in c. cum dilectus. in fi. ē. de dona.
2 † Secundò no. & ita alleg. q̄ necessariæ expensæ pro seruitorib. & ministris ecclesiæ, dicuntur esse factæ intuitu ecclesiæ. & sic facit q̄ expensæ pro victu & vestimentis monachorum vel clericorum ecclesiæ, dicuntur in vtilitatem ecclesiæ factæ. facit quod no. Bal. in auth. hoc ius porrectum, de sacrosan. eccl. in pen. col. ideo successor in beneficio soluere arctatur huiusmodi expensas. de quo hic in glo. Vltimò no. q̄ fructus & redditus ecclesię censentur deputati pro necessarijs expensis, & oneribus incumbentibus ecclesię toto anno vsq; ad nouos redditus seu fructus, non tamen haberet locum iste tex. in præbendis.
3 † Ideo determinat Io. An. in reg. nemo pōt plus. ē. eo. lib. valere consuetudinem, qua permittitur canonicis testari de fructibus præbendarum suarum, percipiēdis post mortem vsq; ad annum, quia per talem consuetudinem non prēiudicat ecclesiæ, sed successori. viuat ergo successor de quotidianis distributionibus, vt in c. j. j. de cle. non resi. vel etiam de proprio, & ecclesiæ seruiat, quia reseruatio quæ hic fit pro necessarijs expensis & ministris ecclesiæ, non habet locum in præbendis, sm Io. And. ibi. habet ergo locum iste tex. in alijs ecclesijs. vnde refert hic Domi. se plures consuluisse, q̄ si vno anno esset imposita collecta ecclesiæ, & rector qui percepit fructus illius anni non soluit, tunc si alio anno promoueat ad aliud beneficiū, tenetur obligatus p collectis illius anni, pro quo fructus recepit. ex quo fructus per eū recepti illo anno erāt deputati pro oneribus ecclesiæ vsque ad nouos fructus. qd' tene mēti. & facit ad not. in l. fructus. ff. sol. mat. & p Bal. in l. j. C. de fru. & lit. expen.
a Et aduerte in practica, quia talis collecta[a] vel decima papalis est debitum reale: & sic obligat possessorem, vt 16. q. j. si quis laicus. vnde nouus possessor beneficij erit conueniēdus vt debitis soluat. ē. de solu. c. j. & facit l. Imperator. ff. de publica. Ipse tamē nouus possessor, & sic successor in beneficio poterit conuenire ipsum prędecessorē, ex quo debebat de fructibus soluere onera incumbentia illo anno, vt hic in tex. sed tamen per ipsum creditorem possessor beneficij esset conueniendus, vt in d. c. si quis laicus. & de pignoribus. ex literis. & ff. de dona. ad eum. §. j. cum simi. & ita determinat Ioan. An. in hac q. in reg. non est in mora. j. eo. li.
4 † Et ex prædictis etiam patet decisio, an pro censu præterito vel pro pensionibus præteritis sit conueniendus nouus possessor beneficij, an verò antiquus possessor qui possedit illo tempore quo census vel pensio debebat solui, & vide quod no. in c. prohibemus. ē. de censibus. in glo. j. in fi. vide etiam per Host. & Io. And. in c. dilecti. in prin. ē. de arbitris. & in c. cum inter. ē. de verb. signi. super 3. glo. In glo. in ver. debitis. in fi. & prædicta faciunt ad quæstionem quam refert hic Io. An. si Papa datis executoribus mandat per hospitalarios exemptos prouideri cuidam militi de centum, q̄ talet hospitalarij non teneantur vltra q̄ facere possint, si ponderatis expensis familiæ, & pauperum infirmorum, & expositos, quos solēt alere, non possent dicta centum soluere, nec teneantur vendere possessiones propter hoc, cum tale mandatum, vt fiat prouisio, intelligatur iuxta facultates hospitalis, vt ē. de rescrip. c. si quando. secundum Ioan. And. In glo. fin. in fi. vide rationem in dicto c. quia sæpe. in glo. j. & ibi est dictum.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Adde, quòd collecta est onus mixtum. Cor. consi. 164. videtur. litera g. & consi. 168. in hac litera a. lib. 4.

De maioritate & obedientia. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Capitulū, sede vacante episcopali, succedit in ipsa iurisdictione episcopali.*
2 *Capitulum, sede vacante, potest absoluere ab excommunicatione a qua episcopus poterat absoluere.*
3 *Capitulum in quibus casibus succedit in potestate episcopi, & in quib. non, vide hic late. & in quibus dubitatur. & nu. 4. & 5.*
9 *Capitulum an succedat in iurisdictione episcopi delegata a iure.*
Et an in cognitione feudi ibidem.
7 *Capitulum, sede episcopali vacante, an possit facere statuta.*
8 *Et an possit reuocare constitutiones episcopales, & statuta.*
9 *Et an succedat in potestate præsentandi, vel eligendi in qua spectant ad prælatum.*
10 *Et an capitulum succedat in administratione, quando bona capituli & episcopi sunt diuisa.*

C A P. I.

1 Episcopali. † No. j. vnam regulam q̄ c. vacante sedę succedit in ipsa iurisditione episcopali: quia capīm est capax iurisdictiōnis. facit c. irrefragabili. ē. de os. ord. Scdō no. ibi iurisdictio. q̄ absolutio ab excommunicatione dicit pendere ex potestate iurisdictionis, & non ordinis. & idem videtur de potestate excōmunicandi, cum ptās absoluendi & ligandi regulariter a pari, vt de pœ. dist. j. verbum. & per glo. in c. transmissam. ē. de ele. Absolutio tamen in foro pœnali dicitur dependere ab ordine. de quo per glo. & ibi dixi, & in c. canonici. de sen. excom. Et per prædicta est dicendum, q̄ sicut capitulum vacante sede succedit in potestate[a] absoluendi ab excommunicatione, ita & in potestate excommunicandi. & ita tenet Imo. in c. his quę. ē. eo. in vlt. col. vbi post gl. & Host. concludit q̄ capitulum uacante sede succedit in potestate iurisdictionali, etiam quò ad potestatem excōmunicandi, absoluendi, interdicendi, & corrigendi, etiam iudicialiter sententiando, licèt Inno. ibi referat alios tenere cōtrarium, & non bene.
2 † Vltimò no. q̄ sede vacante potest capitulū absoluere ab omni excōmunicatione, a qua ipse episcopus poterat. & quid sit in alijs dependentibus ab ordine, j. patebit. & loquitur tex. hic de capitulo ecclesiæ cathedralis. quid autem in capitulo ecclesiæ inferioris vacante sede per mortem prælati. Pau. & Domi. hic tenent idem esse, dummodo eius pręlatus habeat potestatem excōmunicandi & absoluendi. de quo in c. cùm in ecclesijs. ē. eo. tit. & in c. cùm ecclesiarum. ē. de offi. or. Sed Archi. cōtra in c. a. j. de testa. dicens q̄ monastęrio vacanti nō succedit capīm, sed debet dari administrator per episcopū. & alle. Inno. in c. cū dilectus. ē. de consue. Pro quo videtur tex. in c. fi. ē. de statu mo. Ideo Ioā. An. ibi, sm vnam solutionem dicit solum capitulum ecclesiæ cathedralis succedere in administrationem sede vacante, secus in c. ecclesiarum regularium, vt in d. c. fi. vel secundò soluit illud procedere, quando abbas deponitur propter culpā. quo casu est præsumptio c̄ capitulū, sm Io. An. in c. cum dilecti. ē. de accu. vnde cōcludit, q̄ qū aliter vacaret monasterium q̄ propter depositionem abbatis, succedit capīm in administratione. pro quo facit qd' hr̄ in cle. ne in agro. de sta. mo. & in c. fi. j. de reguls. & per Inno. in c. j. ē. vt ecclesiast. benefi. vnde cōclude, q̄ etiam in prælatis inferiorib. habeat locum iste tex. vt capīm succedat vacante sede, vt est tex. & gl. fi. in d. c. his quæ. & ita sequitur ibi d. Nico. in a. colum. In glo. j. ibi, his quæ. ibi non loquitur in episcopo, sed in Cardinali. facit tamen ad hoc, quia Cardinales in suis ecclesijs hñt ius episcopale, secundū Io. An. & no. in c. dilectus. ē. de cappellis monāa. si ergo ecclesia Cardinalis vacat, poterit tunc capīm, vel is ad quem eius iurisdictio tunc tēporis pertinet absoluere, cum & in his locum habeat tex. hic. In glo. in ver. hominis, in fi. de quo ibi per Io. An. in vlt. glo. volentem q̄ episcopus possit absoluere excōmunicatos ab inferiorib. prælatis in defectum eorum. Sed excōicatum ab archidiacono potest episcopus indistinctè absoluere, cū archidiaconus sit vicarius episcopi, vt no. 9. q. 3.

A D D I T I O.

a Nic. Sup. In potestate absoluendi. Adde Do. in c. statuimus eo. ti. in antiquis. Car. Zab. in c. ex parte decani in j. no. de rescrip.
Vinc. God. Adde an capitulum sede vacante dicatur ordinarius collator beneficiorum, Fely. in c. cam te. col. 16. ver. si Papa scribit. de rescrip.

9.q.3.nulluſ primas.& j.de ſen.excom.venerabili.§.vbi autem. Ergo idem poterit facere capitulum ſede epiſcopali vacante, ſm Io.An.hic referentem fuiſſe terminatum de archipresbytero excõmunicante canonicum ſuum,quia non reſidebat in eccleſia, poſſe illum abſoluere etiam ſi canonicatui renũciauit, per d.c.cum ab eccleſiarum.& hoc ex iure præuentionis, vt in c.pen.ǯ.de fo.compe.& in l.ſi quis poſtea.ff.de iudi. Teneret & abſolutio ſi epiſcopus illũ abſolueret,vt no. in d.c. cum ab eccleſiarum.Et idem eſſet in c.vacante ſede,ſm Ioã.An.vt hic.In glo.in ver.impartiri.ibi,ad abolendam.dixit hic Io.Mu.ꝙ in caſu illius c. & in quolibet alio caſu, in quo epiſcopus habet iuriſdictionem a iure delegatam generalem in illa ſuccedit capitulum.facit c.j.in fi.j.de præb.de quo per Io. An.in d.c. ad abolendam,ſuper vlti.glo.de hoc j.dicetur. In glo. fi.j.ibi, non credo.idem Archi.

3 † Extra glo.Io.And. hic enumerat primò caſus in quibus certum eſt,capitulum ſuccedere vacante ſede. Secũdo caſus in quibus eſt certum non ſuccedere.Et tertiò caſus de quibus dubitatur.Circa primum dicit eſſe caſum hic in tex.ſcilicet de poteſtate abſoluendi.Secundò in c.pen. & fi.ǯ. de ſup. neg.quia capitulum adminiſtrat temporalia & ſpiritualia,ſiue ſedes vacet,vel quaſi.Tertiò in c.cum olim.ǯ.e. quia confirmat electiones,ſeu electus.Quartò in cle.j.& 2.de hære.quia dat inquiſitores hæreſis.Quintò in d.c.ad abolendam.in prin. vbi iudicat contra hæreticos.Sextò in c.cum nullus.ǯ.de tempo.ord. eo.lib.vbi dat literas cõmendatitias ad ordines.Septimò in c.j. j.de inſti.quia inſtituit præſentatos.Octauò in c.j.§. ſi verò.j.de clerico ægro.vbi dat coadiutorem. & dixit Bal.in l. quæſitum. ff.de tute.ꝙ licèt epiſcopo propter ſenium,vel dementiam,vel alia ſimili cauſa ſit datus coadiutor,etiam de conſenſu capituli, tamẽ mortuo epiſcopo expirat officium coadiutoris,& ſuccedit capitulum in adminiſtratione,ſicut ſuccedit ipſo epiſcopo mortuo ſine coadiutore. Nonò quia confert beneficia ſpectãtia ad collationẽ epiſcopi & capituli,vt no.in c.j.circa prin. j. ne ſede vacante. Decimò quia compellit executores teſtamentorum qui illud officium ſuſceperunt, vt per Ioan. And. in c.Ioannes.ǯ.de cleri.non reſidẽ.ſeu in titu.de teſta. Vndecimò quia ſuccedit capitulũ in poteſtate diſpenſandi cum rectore parochialis eccl'ię intra ſeptenniũ,vt rõne ſtudij non teneaẽ promoueri ad ſacerdotium,ſm Io.An.in c.cum ex eo.ǯ.de ele. eo.lib.& Fede.in ſuo ɔſilio 20. Quid autem ſit in alijs diſpenſationibus,j.dicetur.Circa ſecundum verò, ſcilicet de caſibus in quibus eſt certum, capitulum non ſuccedere, refert hic.primo Io.An.ꝙ non confert beneficia ſpectantia ad ſolum epiſcopũ, vt in c.2.ne ſe.va.& j e.ti.c.j.& idem ſi epiſcopus haberet collationẽ cum alio,vt ibi no.& tenet d.Nico.in d. c. cum olim. in pe.col. Secundo quia non ſuccedit in dando cõſilio,qđ ab epõ requiri debet,vt in d.c.j.§.fi.j.ne ſedé vacan. Tertiò quia nõ alienat immobilia cum nec idem faciat adminiſtrator datus a Papa,vt in c.is cui.ǯ. de ele.eod.lib. Quod tamen limitat d. Nico. in d.c.cum olim.quia hoc procedit quando vellet alienare bona epiſcopatus:ſed ſi iſerior eccleſia alienaret,bene poſſet capitulũ conſentire,ſicut poterat epiſcopus, cũ ſit iuriſdictionis epiſcopalis.& ita etiam fuit de mente Fede.de Senis in ſuo cõſi.20.de quo tamen articulo,an capitulũ ſuccedat in ptãte alienandi,plene per Doc.in c.j.ǯ.ne ſede vacan. & ibi per Imo. in 3. & 4. charta. Quarto quia non ſuccedit in immunitatibus, vel priuilegijs cõceſſis epiſcopali dignitati,de quibus in c.fi.j. de priuileg.ſecundum Io An.Ex quo infert hic Pe. de Aneba. male fuiſſe diſputatũ. & determinatum,ꝙ vacante ſede epiſcopali ſuc cedat capitulũ in poteſtate examinãdi vel doctorandi ſcholares,ex quo hoc competit ipſi epiſcopo ex priuilegio.gl. in c.ſcriptu.n.ǯ.de ele.circa prin. ſecus ſi talis poteſtas cõpeteret epiſcopo de iure cõmuni, ſecundũ opi. quam ſentit Hoſt. vt no. glo.in c. 2. de magiſtris. tunc enim ſuccederet capitulũ, ſecundum do.Nico.in d.c.cum olim. in fi.

4 † Et idem dicẽdum videtur in poteſtate legitimandi conceſſa epõ ex priuilegio, vt nõ ſuccedat capitulũ.hinc eſt ꝙ nõ ſuccedit in ptãte cognoſcendi de feudo,vt in c,verum.ǯ.de ſo.compet.vbi Doct.idem tenent de dicta ptãte legitimandi,intelligentes prædicta vera niſi tale priuilegium eſſet conceſſum epiſcopo & capitulo ſimul,quia tunc ſuccederet capitulũ, per no.in c.j.j.ne ſede vac. Sit ergo ɔcluſio, ꝙ capitulum nõ ſuccedit in iuriſdictione epi quam habet iure ſpãli.ita eſt de mente Inno.in d.c.ad abolendam, vbi dicit ꝙ capitulum ſuccedit in his quę exercet epiſcopus iure ſuo.& idem voluit Federi. in d.conſi.30.vbi dicit ꝙ capitulum[a] non ſuccedit in iuriſdictione delegata epiſcopo,vel ex alio iure ſpãli.facit c.paſtoralis.§.præterea.de offic.ordi.vbi mortuo epiſcopo delegato expectatur ſucceſſor, & non recurritur ad capitulum.& ex his limita tex. huius deci. vt capitulũ ſuccedat in iuriſdictione epiſcopi.ſ. competente ſibi iure ordinario,non in delegato vel de iure ſpeciali.& ita tenet do. Nic. in d.c.cum olim.in 6.col.de quo j.Si tamen epiſcopus quęſiuit ſibi iuriſdictionem ex conſuetudine,vel aliud ius,puta intereſſendi in electione,vel aliter, ex quo talis iuriſdictio cõpetit epiſcopo,vt epiſcopo, bene tranſiret in capitulum, per hunc tex. & facit l.etiam.& ibi Bal.C.de iure do.& ſequitur do. Nico.in d.c.cum olim.in vlti.col.in prin. vbi etiam tenet, ꝙ regula huius tex. ꝙ capitulum ſuccedat in iuriſdictione epãli, procedat generaliter,ſiue contentioſa,ſiue voluntaria,quia hic loquitur generaliter de iuriſdictione, ergo de vtraq; debet intelligi, cũ genus[b] verificetur in qualibet ſpecie.ff.de dona.l.filiusfa.& in c.auditis.iuncta glo.de præſcri.Quintò vltra Io.An.non ſuccedit in iuriſdictione deponẽdi abbates vel clericos,vt no.89.diſ. nullus epiſcopus.& per Doct.in c.j.de pęnitẽ.

etiam l. nã poſtea. §. fi. & l. ſi duo patroni. §. idem Iul. ff. de iure-
iuran. & ita tenet Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiu. & Ang. &
Imo. in d. l. qui ſuperſtitis, in fi. & ſequunt̃ cõiter Doc. in d. c. cũ
14 ɔtingat. † Secũdò tene mẽti ſing. ex gl. q renũciatio [b] facta p fi-
b liam in ſucceſſione patris, nocet ẽt filijs ipſius filię, & ſic nepo
tibus, & alijs venientibus ab inteſtato ex perſona ipſius filiæ.
Bar. mẽ d. l. q ſuperſtitis, tenet ɔ̃triũ. Siue filij, & ſic nepotes, ve-
niãt ad ſucceſſionẽ aui ex pſona mr̃is, & in eius locũ, ſiue ve-
niãt ſuo iure, prout hr̃ Inſti. de hære. quæ ab inteſta. §. cũ filius.
& in auth. ceſſante. C. de leg. hære. Super quo cõclude, q aliqñ
filia q̃ renunciauit, morit̃ viuẽte patre, & tũc nõ nocet ſuis fi-
lijs, ex quo veniũt ex eorũ propria pſona, & legis bñ̃ficio in-
trant in locũ matris l. Gallus. in prin. ff. de lib. & poſthu. & C.
de ſuc. edic. l. j. & tale bñ̃ficiũ legis nõ potuit eis auferri p ma-
trẽ. ff. de adop. l. arrogator. & ita ſequit̃ in hoc Bald. in d. l. pactũ
qđ dotali, in 2. q. & in d. l. fi. in 2. q. prin. in fi. & Imo. in d. l. q ſu-
perſtitis. qđ intelligit Lud. in d. l. qui ſuperſtitis. niſi filia renũ-
ciaſſet habita dote vel alia portione, & cũ iuramento. vocãdo
ſe cõtentam ſua portione, quia iſto caſu filij, & ſic nepotes ex-
cludunt̃ nõ tñ repudiationis iure, ſed quia mater habuit partẽ
ſuam quam vlterius nepotes habere nõ poſſunt. tñ Imo. in d.
l. qui ſuperſtitis. in hoc tenet ɔtrariũ, & q hoc caſu indiſtinctè
nõ fiat p̃iudiciũ nepotibus. de quo tñ no. in l. illã. C. de coll. &
ibi an dos data filiæ imputet̃ in legitimam nepotis. Si vero filia
quæ renũciauit, moriatur poſt mortem patris, tunc aut iſti filij
& ſic nepotes volũt venire ad ſucceſſionẽ aui ex perſona ma-
tris, puta quia volunt ſuccedere vna cum eorum auunculis vel
patruis, vt in d. auth. ceſſante. cum ſeq. & talis renũciatio nocet
eis. & ita procedat gl. hic & ita indiſtinctè ſequit̃ Imo. & Lud.
in d. l. qui ſuperſtitis. licet Bal. in d. l. fi. & d. l. pactũ. velit hoc p-
cedere qñ filia fuit excluſa per pactũ de nõ ſuccedẽdo: ſecus ſi
per viã renũciationis ſimplicis, vt ibi p eũ. Si verò filij, & ſic ne
potes veniunt ad ſucceſſionẽ aui ex eorũ perſona, & nõ ex p-
ſona matris, puta quia tractant de ſucceſſione aui cũ alijs fra-
tribus, & ſic cũ exiſtentibus inter eos in pari gradu, tunc repu-
diatio matris nõ præiudicat eis, quia factum vnius perſonę nõ
põt tollere ius alterius. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pac. cum ſi.
& ita in hoc tenet Bar. in d. l. qui ſuperſtitis. & Lu. & Imo. ibi
indiſtinctè non ſeruata differentia Bald. inter pactum de non
ſuccedendo & renũciationẽ. Sed tene rõnes Imo. in caſu præ-
cedenti, qñ nepos venit ex perſona matris cõcludunt etiam
in iſto caſu qñ venit ſuo iure. cogita & intellige omnia p̃dicta
pcedere, niſi filius velit venire vt hęres matris, & mater ipſa
pmiſiſſet nõ venire ɔtra p ſe & ſuos hæredes Bal. in l. qui ſe pa
tris. C. vñ lib. in antep. col. quia tũc oĩ caſu excluderet̃, ex quo
15 robur ɔ̃ctus trãſit ad heredẽ, vt eſt dictũ ſ. † Tertiò & vltiò tene
mẽti ex gl. q licet aſs donatio facta p abque reuocet̃ p ſu pue-
nientiã filiorũ, l. ſi vnquam. C. de reuo. dona. 17. q. 7. c. fi. & licet
renunciatio & remiſſio ſeu pactũ de nõ petendo quatenus eſt
gratuitũ ſit donatio, l. ſi quis obligatione. ff. de reg. iur. & tenet
Bal. in d. l. fi. in 2. q. prin. in fi. tñ in caſu iſtius deciſi. iſta donatio
quę fieret fratrib. per ſororem vel patri per filiam, non reuoca
tur, licèt poſtea ſoror vel filia filios habuerint, vt in glo. habet
enim

ADDITIONES.

a Non debet ſeruari. Adde qđ ſimili no. Lud. Ro. ſing. ſuo 401. inci. quid ſi vnus iurat. de quo per Car. late in c. Archid. alias eſt c. Florentin. 85. diſt.

b Vinc. G. Nota, q renunciatio facta per puella de bonis paternis & maternis pro certa modica quantitate, eam non obligat, & iuramentum eſt relaxandum. Ruyn conſi 40. nu. 24. lib. 3.

enim locum hic tex. etiam si soror renunciet fratribus vt est dictum s. in prin. & tamen si renunciatio fiat, quia dote cõtenta &c. vt hic in tex. tunc præsumitur de liberis cogitatum, & non reuocatur talis donatio, seu pactum per superuenientiam liberorum, secundum no. per Bal. in l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. a. & ita patet hic glo.

S V M M A R I V M.

1 *Bona quando sunt diuisa inter prælatum & capitulum, quilibet potest paciscí per se & agere sine consensu alterius.*

2 *Guardiani fratrum mendicantium, & priores cum consensu fratrum suorum possunt facere licita, quæ eos perpetuò obligant, licet non interueniret maiorum seu aliorum superiorum autoritas.*

3 *Mendicantes licèt non possint habere proprium, tamẽ aliqua iura sunt eis reseruata, de quibus dicitur hic. vide.*

C A P III.

1 Via ex co. † No. primò ibi, prælatis capitulis secundum Archi. & Io. An. ar. q in bonis diuisis inter prælatum, & capłm. quilibet p sua parte pôt pacisci & agere sine alterius cõsensu, ex quo hic prælatus ponitur de per se, & capłm de per se, sine aliqua copula, sed iste text. non facit multum, quia licet non ponat copła, tñ ponit pũctus qui habet loco copulę, vt not. in l. cũ duob. §. si coeunda. ff. p so. fm Imo. Sed certe satis colligit hic arg. Arch. & Io. An. quia multorũ nominũ inculcatio sine copula operat pinde ac si singuli ponerent in diuersis orõnibus, vt p Bar. in simili in l. j. ff. de his q no. infa. fm Pe. de Anc. & vide q no. in c. edoceri. s. de rescrip. Scdò no. ibi, de suorũ cõuentuũ assensu. ar. q qñ fit instrũ de gestis per collegium, vel cõuentum, nõ est necesse discribi noia singulorum in instro, sed satis ẽ facere mentionẽ de cõuẽtu, fm Pe. de Anch. de quo tñ p Spe. in ti. de syndico. §. j. in prin. & p Do. in c. fi. s. de pcu. & in c. quãto. s. de his quę fiunt a pręla. & ibi p Imo. & in c. j. s. de syndico. & per Bar. in l. j. ff de albo scri.

2 † Vltimò no. q priores vel guardiani fratrũ mendicantiũ vnà cum cõsilio & assensu suorum cõuentuum, possunt facere pacta & compositiones licitas quæ perpetuò obligant cõuentũ, esto q alia autoritas suorum superiorum vel Papæ non interuenerit. Hodie tñ quò ad prædicatores & minores non valerent pacta & cõuentiones, quæ essent cõria in hoc, his quæ habẽtur in cle. dudum. circa fi. in ver. nos enim. de sepul. fm Io. An. Et procedit sine dubio iste tex. in pactis & cõuentionibus factis cum personis ecclesiasticis, vt hic in tex. aliàs si fierent cum laicis super alijs iuribus, videtur arg. huius tex. a contrario sensu, q non habeat locum text. hic, sed requiratur licentia superiorum: tamen dicit Imo. quod ratio huius tex. concludit idem in laicis, super quo dicit cogitandum, posset dici q si pacta inducerẽt alienationem iurium vel rerũ, non valeant sine licentia superioris. 12. q. 2. sine exceptione. secus si non inducerent alienationẽ, sed modificarent cõtus alios inter se gestos, fm Domi. de quo j. in glo. sicut etiam dicit hic Pe. de Anch. q compositio seu transactio abbatis cum capitulo non sufficeret super re, quam noie ecclesiæ petebant, vt eam aduersatio dimittant pro pecunia, vel aliter: & ita econtra, qñ aliquo recepto traderet dictã rem, quia sicut in alienatione, ita in tali compositione esset necessaria autoritas epi, facit quod no. in c. 2. j. de reb. eccle. & in c. veniens. s. de trans. facit c. si ad resoluendam. C. de prædi. mi. In gl. 2. in fi. no. glo. & idem voluit in c. quorundam. hic alle. In glo. in ver. habitationes. in fi. & contrafacientes sunt excõicati, vt in cle. cupientes. de pęnis.

3 † In glo. in ver. honesta, in fi. & licet mendicantes non possint habere vel possidere proprium, vt j. de religio. do. c. j. tñ aliqua iura sunt eis reseruata per cle. dudum. de sepul. puta ius funerandi, audiendi confessiones, ecclesias possidendi, & recipiendi oblationes, & super istis sic reseruatis valent pacta facta inter eos. vnde infertur, q etiam fratres minores possent super istis in iudicio experiri, & saltem possent implorare officium iudi. per d. cle. dudum. & cle. exiui. de ver. sig. & facit qđ no. in l. seruos. ff. de al. le. & ita sequit hic Do. Quæ aũt sit ratio quare in pactis & compositionibus istorum non requiritur consensus superioris, dicit hic Pet. de Anchar. quòd ideo est, quia non possunt immobilia possidere, sed solum modica & parua iura reseruata eisdem, de quibus in d. cle. dudum. & d. cle. exiui. vnde cum non de magnis rebus transigãt, ideo non requiritur alia solennitas, sed sufficit illa de qua hic. facit 12. q. 2. terrulas. Sed melior est ratio fm Imo. & Do. hic, quia isti debent vti puritate, vt hic in tex. qui locum habet etiam si pacta fierent super rebus grauibus cum personis ecclesiasticis, pro quo glo. hic in ver. alijs. volens q iste tex. locum habeat ẽt in alijs rebus quam super iuribus parochialibus. & ideo pet ratione hic in tex. expressam videret, q si fieret transactio. cõpositio, vel pactũ super reb. immobilib. quas mẽdicãtes, licèt non possint tenere, vt possideãt, tñ hẽre põt, vt alijs vẽdãt, & in suas necessitates cõuertãt, vt dicit Bal. in aut. si qua mulier. & in aut. hoc ius porrectũ. C. de sacrosan. ecc. & no. in in c. j. j. de reli. do. In istis ẽt alia solẽnitas nõ requirat, nisi put hic dr. & ita tenet Bal. in d. aut hoc ius. & aut. si qua mulier. & ita ẽt sentit glo. hic i ver. alijs. qđ si ne dubio vr pcedere, qñ cũ psonis ecclesiasticis. Quid aũt qñ cũ laicis? dic vt s. & p Do. i d. c. j. & i c. j. j. de reb. ec. vbi vr cõcludi idẽ eẽ in alienatione rerũ imobiliũ fiẽda ẽt laicis, put ẽt tz Bal. in d. aut. In gl. fi. in fi. vel q a bona q̃ tenent minores sunt ecclię Ro. vt j. de ver. si. exiji. & in cle. exiui. §. pinde. etc. sed Papa renũciauit tali dñio, vt patet in extraua. ad cõditorẽ, fm Io. An. & fuit Io. 22. intellige q renũciauerit dñio in pticulari, nõ aũt dñio gñali, qđ hẽt super oẽs ecclias, vt in c. 2. de pręb.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Punctus vt habeatur pro copula, declarat, & ponit Ruy. in cons. 136. nu. 5. lib. 4.

De procuratoribus. *Rubrica.*

S V M M A R I V M.

1 *Negationes duæ faciunt affirmationem.*

2 *Procurator quilibet censetur esse idoneus, nisi inueniatur prohibitus.*

3 *Laici appellatione intelligitur de laico ordine, & professione.*

4 *Laicus an possit esse iudex delegatus iudicis ecclesiastici in causis spiritualibus*

C A P. I.

1 Non indiscretè. † No. primò duas [a] negationes facere affirmationem, vt hic, & l. duob. ff. de verb. signi. & per gl. in c. & si Chrs. s. de iureiu. & in cle. j. in ver. nec non. de offi. deleg. Scdò no. a cõtrario sensu, q iudex indiscretè dicit facere si admittit procuratorem inhabilem. ideo est q ex suo officio, & nemine petente, vel opponente, debet inhabilẽ procuratorẽ repellere vt est tex. no. in c. cũm quę. s. de iudi. & per glo. in ver. absentia. in c. 1. s. de elec. eo. lib. & in c. nulli. s. de accusa.

2 † Vltimò no. & ita alle. q edictum de procuratorib. est prohibitorium. vnde de iure cõmuni quilibet censetur esse idoneus procurator, nisi expresse reperiatur prohibitus. de quo hic in glo. ideo est quod laicus, licet suo nomine non sit capax rerũ spũalium, nec possit illa possidere vt in c. sacrosancta. & c. Massana. s. de elec. tamen potest pro illis vt procurator in iudicio constitui & experiri, ex quo expresse in hoc non reperit prohibitus de quo j.

3 † In glo. in ver. laicum in fi. not. ex glo. quod appellatione [b] laici intelligitur de laico ordine & professione. de quo no. in c. ex eo qđ. s. de elec. eo. lib. In gl. in ver. spũalibus. in fi. conclude. primò secundum Pau. q laicus potest assumi in assessorem vel consiliorem per iudicem cognoscentem de vna etiã de duabus electionibus in discordia celebratus. quod no. ad c. statutum. §. assessorem. s. de rescri. eo. li. intellige nisi consiliũ ipsius laici esset de necessitate sequendũ, vt no. in c. ad nostram. s. de cõstue. Scdò cõclude, q laicus non põt cõstitui procurator ad eligendũ prælatum, ẽt noie illius qui haberet vocẽ & esset habilis. Nã nullo modo põt admitti, fm gl. in c. apostolicæ. s. de exce. & ita etiam tenet Io. An. in reg. quod alicui. j. eo. lib. vbi plenè de his per eum. Tertiò cõclude, q laicus potest cõstitui procurator ad acceptandum beneficium, & potest pro alio acceptare collationem beneficij, non solum qñ constituitur procurator ad acceptandum certum beneficium, sed ẽt si incertũ, puta primò beneficium vacaturũ, de quo sibi videbit. & ita tenet Io. An. in c. accedens. de pb. & ita sequunt ibi Doc. Quartò conclude, q laicus potest recipere inuestituram beneficij pro clerico absente, fm Ioã. And. & Doct. in d. c. accedens. Quintò conclude, q laicus potest constitui procurator a clerico ad renunciandum beneficio, vt voluit gl. no. in ver. procuratorem. in clement. j. de renuncia.

4 † An autem laicus possit esse iudex delegatus iudicis ecclesiastici, & in causis spiritualibus vel ecclesiasticis, vide plenè in c. 2. s. de iudi.

A D D I T I O N E S.

a Nic. Su. Duas negationes. Adde c. j de iureiu. infra eo. li. Car. Zab in c. non insulte in primo no. de procu. in antiquis.

b Nic. Sup. Appellatione laici. Adde, an veniant fęminæ. vide Abb. in c. 1. de vi. & hone. cleri.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator cùm efficiatur dominus litis per litis contestationẽ, an dominus sit vltra mandata ad actus post litem contestatam?*

Pro-

2 *Procurator non potest regulariter substituere. fallit in quatuor casibus, de quibus hic.*
3 *Oeconomus an possit facere procuratorem ante litem contestatam?*
4 *Procurator datus post litem contestatam, an possit substituere?*
5 *Litis appellatione an propriè veniat instantia?*
6 *Procurator datus ad litem contestandam, an possit vlterius procedere?*
7 *Procurator datus cum potestate substituendi, non potest alium dare tam potestate substituendi, ne sit abire in infinitum.*
8 *Testator an potest committere alteri electionem fideicommissariorum vel executorum.*

1 Licet. † No. primò ar. ꝙ ex quo procurator efficitur dñs litis, & instantiæ per litis ↄtestationẽ, vt hic dr̃, ꝙ post ↄtestationem ipse procurator, & non dñs sit citandus ad actua iudiciarios. de quo dic vt no. in c. 2. ĩ. de testib. In casibus tamen in quibus non cõtestaretur lis efficeretur dñs per illum actum qui aliàs solet immediatè sequi post litis contesta. vt per glo. in 2 c. j. ĩ. de litis contest. & in l. nulla. & in l. nihil. C. de procur. † Sea cundò nota, ꝙ regulariter procurator ᵃ non potest substituere alium procuratorem. quod tamen fallit in quatuor casibus hic expressis. Primò post litem ↄtest. Secũdò qñ in rem suam est datus. Tertiò quãdo habuit mandatũ ad substituendum. & hic est tex. clarissimus, ꝙ procurator qui habet a dño potestatem substituendi, potest substituere ante li. ↄte. & sic sublata vr̃ dubitatio Spe. in ti. de procuratore. §. j. ver. quid si procurator. vbi dubitat de hoc. & vide per Cy. in d. l. ꝙ quis. C. eo. tit. & per Pe. de Ancha. ĩ. eo. is qui. in prin. Quartò quando est datus ad negotia, vt ĩ. §. proxi. Quid autem sit in tutore, & curatore, dic ꝙ eodem modo non possunt ante litem contest. constituere procuratorẽ, sed actorẽ sic, vt in l. neq;. C. e. Prælati verò, seu rectores ecclesiarum bene possunt constituere procuratorem ante litem contestatam, vt in c. cũ causam. ĩ. de iura. cal. & ibi per Inno. Et an in cõstitutione ꝓcuratoris requirat̃ cõsensus capituli, vide ꝑ Lap. in sua alle. 49. & per Doc. in c. edoceri, de rescrip. De patre autẽ qui est legitimus administrator filij, dic ꝙ põt ↄstituere procuratorem ante li. ↄtest. vt in l. j. & ibi per Doc. C. de bonis ma. & in c. accedens. ĩ. de procur. tñ requirit̃ cõsensus ipsius filij si est maior. l. fi. §. vbi aũt. C. de bonis quę lib. † Quid etiã sit 3 in œconomo. an ante li. cõtest. faciat procuratorẽ? dic ꝙ non, vt tenet Lap. in sua alle. 81. vbi idem tenet de executore dato in testamentis, vt ibi per eum, in fi. Et ad prædicta vide per Rotã in deci. 420. quæ inci. Item si committatur, in fi. de defensore nomine alterius, qui cauit in iudicio, vt etiam ante lit. contest. possit substituere procuratorẽ, per no. in l. Titius. ff. eo. q. a post cautionẽ fit factus dñs litis. & ita etiã tenet Spe. e. ti. §. j. & ver. sed nunquid defensor. & Bal. in l. quod quis. in fi. C. e. tit. qđ tñ limitat Ro. ꝓcedere in ciuilib. & causis prophanis, secus in criminalib. vel spiritualib. & beneficialib. causis, quia cũ non habeat locũ prædicta cautio, non põt fieri dñs litis. Et adde, ꝙ qñ est qõ super mandato procuratoris, & non super ipso negotio principali, põt procurator ante li. ↄte. substituere, quia qõ mandati reputat̃ propria qõ procuratoris, vt tenet Spe. in ti. de pro4 curatore. §. rõne aũt formæ. ver. porrò. & Bal. in d. l. qđ quis. † In glo. in ver. ab eo, in fi. tenuit glo. in ver. impediri. in c. si duo. ĩ. eo. & idem hic Archi. & Ioã. And. & Bar. in d. l. nihil. quia cum ipse dñs per lit. ↄtest. sit iam factus dñs litis, non poterit postea alius fieri, cum duo insolidũ dñi esse non possint, vt in c. inter dilectos. ĩ. de fide instru. & ita vr̃ hic residere Do. alś posset ꝓcedi in infinitum, quę infinitas est euitanda. ĩ. de rescri. eo. lib. c. cum in multis. Sed Cy. & Bald. in d. l. nihil. tenent contrariũ, vt sic procurator datus post lit. contest. eodem mõ fiat dominus litis per reliquum processum in causa, vt in l. nullã. C. eo. ti. ex quo sententia est ferẽda in eum, vt per gl. in d. c. nihil. qđ fieri non posset si non esset dominus litis vt in l. j. C. de sen. & inter. Et isto casu duo possunt esse dñi insolidũ, sicut qñ a prin. causæ dñs ipse & ꝓcurator vsq; in finẽ simul ex vna parte litigassent: quo casu vterq; esset dñs litis insolidum. & ita sequitur hic Pe. de Ancha. & Bar. in l. ab executore. §. fin. ff. de appel. li5 cet Imo. ibi sequitur primam opi. de qua ĩ. † In glo. in ver. litis ibi, propriè. idem Arch. & Io. An. & no. ex glo. ꝙ appellatione litis propriè non venit instãtia. qđ facit ad statuta facientia mẽtionem de instantia, vel de lite, in quibus statutis verba sunt propriè intelligenda, vt in c. in nostra. ĩ. de iniurijs. Aduerte tñ, b quia licèt de iure canonico non pereat instãtia ᵇ ex lapsu temporis, tñ & aliter perire potest, vt patet ex notatis in c. causam, el j. ĩ. de testi. mentiò expositio istius gl. stare non potest, etiam sm̃ ius canonicum, vt propriè accipiatur lis pro ipsa lite, quia propriè dñium litis. i. actionis sit penes ipsum dñm. facit c. q. ii: s. j. c. 2. & duo nõ possunt eiusdem rei esse insolidum domini, vt in d. c. inter dilectos ᶜ. nam proprium nomen litis significat actionem, vt in l. litis nomen. ff. de ver. sig. Sed expositio Legistarum etiam sm̃ ius canonicum posset saluari, cum dẽtur etiã de iure cano. super eadẽ actione diuersæ instantię, s. causæ principalis, & causæ applonis, quæ differt a principali, vt in c. Romana. ĩ. de testa. ideo dicebat Oldr. in suo ↄsi. 296. ꝙ procurator factus dñs litis in causa principali non posset substituere in cã appellationis, cum sint diuersæ instãtiæ, sm̃ Do. Pro quo etiam facit quod tenet Rota in deci. 21. quę inci. Item si dñs. & in dec. 281. quæ inci. Item si ĩ. procurator tñ factus dñs litis in cã principali põt alium substituere ad appellandum, vt d. l. ab executore. §. fi. rõ est quia poterat appellare, vt ibi, & in l. innitus. C. e. sed non posset substituere ad prosequendam cãm appella6 tionis, vt ĩ. † In glo. in ver. procurator. ibi, petitio. vide ibi per Io. And. & dicebat ibi Inno. idem esse si procurator daret tñ ad lit. ↄtestandã, quia vltra ꝓcedere non poterit: secus si simpl'r fuisset datus ad litẽ cõtestandã quia lite cõtest. per eũ poterit in cã ꝓcedere. & ita etiã tenet Spec. eo. ti. §. 3. ver. quid si dedi. & Arch. hic. & vide per Docto. in l. si procurator. C. eo. titu. In ea. glo. in fi. vide ibi in glo. a. & no. ex glo. quod non procedit ar. de procuratore ad iudicẽ delegatum. de quo plene per Rotam in deci. 413. inci. Item fuit dubitatum vtrũ ꝓcurator. & no. in l. iudicium soluitur. ff. de iudi. In glo. in ver. in rẽ suã. in fi. de isto procuratore hic per Archi. & per Spe. eo. tit. §. fi. & per Io. An. in c. 2. ĩ. de alie. iud. & qđ no. in l. si quid. C. de actio. & obli. & ibi an tale mandatũ finiat̃ morte cõstituentis vel constituti. Et an sufficiat ꝙ cedens faciat talẽ procuratorẽ suũ, licet nõ exprimatur in rẽ suã, vide per Spe. in ti. de ces. act. §. pñr. ver sed quid si is. In glo. in ver. substituendi, in prin. no. glo. & idẽ tenet hic Archidia. & Rota in deci. 146. quę inci. Item substitutus. Super quo aduerte, primò quia per rationem huius glos. tenet Rota ibi, ꝙ substituens non possit reuocare substitutum a se, nisi eo casu quo ipse dominus reuocare posset substitutum a se. de quo ibi plene per Bald. in d. l. quod quis. & dicetur ĩ. c. is qui. Secundò aduerte, an quãdo procurator substituit debeat substituere nomine suo vel nomine domini? & vr̃ qđ noĩe dñi, per rõnem glo. hic. de quo no. in l. procuratoribus. C. eo. ti. & per Io. An. in addi. Spe. eo. ti. Tertiò aduerte, quia quando procurator substituit, talis substitutus intelligitur esse substitutus periculo ipsius domini, quando habet ꝓcurator ad hoc mãdatum vt hic in gl. secus si ꝓcurator substituit iure suo, & sic post lit. cõtesta. tunc enim esset periculo ipsius procuratoris substituentis, & non ipsius dñi, vt dixit Inno. in c. j. ĩ. vt li. non cõtest. vbi etiã dixit, ꝙ tenetur procurator ipsi dño ad interesse si nõ substituit qñ erat necesse, & expensis procuratoris tenet̃ hoc facere. de quo ibi plene ꝑ Docto. & vide in l. ad similitudinẽ. C. de epis. & cle. Quartò aduerte, an morte procuratoris substituẽtis expiret ipsa substitutio? de quo plene ꝑ Rotã in deci. 414. quæ inci. Item si aliquis. vbi concludit, ꝙ habẽs mãdatũ ab homine ad substituendum, si substituat, & re integra moriatur antequã substitutus acceptet, poterit substitutus prosequi causas per ipsum substituentem inchoatas, per rõnem gl. hic, quia talis substitutus vr̃ ab ipso dño substitutus, secus tñ esset si talis procurator nõ habuisset a dño mandatũ ad substituendũ, sed a lege, puta quia post li. ↄte. substituit. tũc. n. mortuo ipso substituente re integ. extinguit mandatũ talis substituti, sm̃ Rotam ibi. & vide ẽt per Fed. in suo ↄsi. 251. † In c. gl. in fi. vide no. in c. is cui. hic 7 alle. & dicit hic Pau. ꝙ hñs mandatum cum ptãte substituendi non poterit alium substituere cum ptãte substituẽdi, ne sit ire in infinitum, & hoc intellige in eo qui non esset factus dñs litis, vel qui non esset datus in rem suam, cum factus dominus litis, vel datus in rem suam bene possit sic substituere, vt tenet Rota in decisi. 122. quæ incip. Item ꝙ procurator. & in deci. 146. quæ incipit, Item substitutus. Et refert hic Domi. Rotam in antiquis in deci. 309. tenentem in tñ ad substituendum requiritur speciale mandatũ vt hic, ꝙ si dñs non dedit ptãtem substituendi, sed postea qñ in mãdato releuauit eum ab onere cautionis promisit habere ratum &c. ꝙ per hoc non vr̃ dedisse mandatũ ad substituendum. Aduerte, quia Ludo. in suis no. 305. allegat Rotam

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Procurator non potest substituere. Adde c. intelleximus. de iud. c. ex parte de resti. spo. glo. in cle. religiosus. eo. tit.
Vinc. God. Adde, ꝙ procurator substitutus post litem contestatam potest alium substituere. Ro. in deci. 169 an. no. & in deci. 134. procurator an no.
b Vinc. God. Instantia dum perit facto actoris, causam non ꝓsequentis, intantum ꝙ lis per eam postea est conuentus qui instaurationem obtinuit ad expensas minime tenetur, imò debet actor ipse in expensis condemnari. Thom. Gram. deci. 91. nu. 5.
c

Rotam in d.decisi.309.q si dñs releuat procuratorem suum ab onere satisdandi, & substituendum ab eo, quia per illa verba, substituendum ab eo, licèt sint enunciatiua, videtur ɔcessa ptās substituendi. Et ad prædicta vide gl.no. in l.pe.§.q si is.ff.de diuer.& tpalib.præscri.q si procurator esset prohibitus a domino alium substituere, tûc nunquam poterit substituere q̃tumcunq; esset factus dñs litis. qđ no. Item vide aliã gl.no. in cle. religiosis.in fi.de procu. an qui est inhabilis ad exercendũ procuratoris officiũ possit aliũ substituere? de quo ibi per Doct.& per Bal.in d.l.qđ quis.in 5.q. & per Io.An.in reg.qđ alicui.j.eo. lib. Potest ergo dari ptās substituẽdi incertum, vt hic in tex.& facit c.si quis iusto.ŝ.de elec. eo.lib. tenet Bal in d.l.si quis. sed ipsa constitutio procuratoris a prin.debet esse certa, & de certa & expressa persona, vt in l.2.hic alleg. vnde si constitueretur procurator Titius, & ille quem ipse fecerit, non valeret quòad illum quem ipse fecerit, cum tunc procurator videatur incertus, de quo tamen vide plenè per Ioan.An.in additio. Spe.eo. tit.& per Ang.in d.l.2.ponentem ẽt, an procurator possit constitui alternatiuè, puta constituo Titium vel Semproniũ? & tenet q sic, vt sic disiuncta resoluatur in coniunctam, vt ibi per
8 eum. † In ea.glo.ibi, tutor incertus.& per hanc l.refert hic Ioã. And. fuisse terminatum, q testator non possit cõmittere alteri electionem fideicõmissariorum seu executorum.& facit l.nul li.C.de episc.& cleri.cum videantur esse incerti.Ad idem glo. in c.ubi qui.ŝ. de rescrip.eo.lib. & tenet Bart.in l.alio.ff.de al. leg. & Docto.in c.2.in prin.j. de testa.& ita est tenendum, licèt Io.An.in addi.Spe.in tit.de instru.edi.in §. nunc aliqua & Bal. in l.id quod pauperibus.C.de episco.& cler.aliud velit.de quo etiam per eum in l.captatorias.C.de testa. militis.

1 **Procurator.** † No.j. iuncta glo. q procurator, siue ad vnum negotium, siue ad negotia simpliciter, vel generaliter potest regulariter alium substituere. qđ videtur ɔ̃ id quod dixit Bal.in l.pe.§.accessio.ff.de diuer.& tempo.præscri.de quo j. Et dicit hic Archi.& Ioã.An.q non solum ipse procurator ad negotia potest q̃ñcunq; voluerit alium substituere, sed etiam procurator ab eo datus seu substitutus poterit alium substituere, & sic in infinitum, & vnus alteri tenebitur, lis tamen æstimabitur tantum, quantum interest dñi principalis ɔstituentis, vt l.si quis mãdato.ff.de neg.gest.ſm Io.An. & sequunť Doc.hic. licèt ergo substituens videať suo periculo substituere, vt est dictũ ŝ.in prin.ipse tñ substituẽs habet regres
a sum ɔ̃ substitutum, vt patet ex prædictis. † In glo.fi. in fi.quare autem procurator ad iudicia regulariter non substituit alium, & procurator ad negotia sic, plene per glo.& Bar.in d.l.pen.dicentem, q in iudicijs vř electa industria personæ, non sic in negotijs.& ideo si in negotijs esset electa fides, vel industria, non posset alium substituere, vt d.l.pen.facit c.fi.j.e. & c.is cui. ŝ.de offi.dele.eo.lib.de quo etiam per Bal. in d.l.q quis. assignãtem pro hac differentia tres alias rationes, dicẽtem inter alia, quòd procurator ad negotia nunq̃ potest substituere, quando esset expressè prohibitus, vt in l.j.§.magistrum.ff.de exercito. Et idẽ si tacitè, puta si mandať alicui certum negotium expediendum per seipsum, nã nõ poterit fieri per alium, vt in l.j.§.ne aũt.C. de cad.tol. Et idem quando mitteret alicui aliquid personaliter faciendum, vt voluit glo.no.in ver.publicè, in clemẽ j.de vi.& hone.cle.de quo vide dicta in d.c.is cui.de offi. dele.eo.lib.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator potest per dominum liberè reuocari ante litem contestatam.*
2 *Procurator licèt per litis contestationẽ efficiatur dominus litis, non tamen efficitur dominus causæ, sed ipse dominus remanet causæ dominus.*
3 *Procurator si reuocet, ad quem dẽt peruenire notitia huiꝰ reuocationis, an ad iudicem, vel procuratorem, vel ad aduersarium, vel ad vtrosque.*
4 *Sigillum si ostenditur alicui an & quando faciat fidem.*
5 *Actus qui solet sequi post litis contestationem in causis in quibus non requiritur litis contestatio, an faciat litis contestationem.*
6 *Procurator ingrediens religionem, etiam si non sit professus, an possit reuocari a domino.*
7 *Dominus an possit facere actus in iudicio inuito procuratore.*

C A P. II.

1
2 **QVamuis.** † No.j. ex tex. vnam regulam, q procuratorª pôt per dominum liberè & sine causa reuocari ante li.contest.qđ tamẽ limita, nisi in tribus casibus de quibus in l.quę omnia. cũ seq.ff.eo. titu. Primò.s.quando procurator vult resistere ad exonerationem suæ famæ, puta quia dominus vellet eum remouere tanquam suspectũ. Scđò quando in rem suam esset procurator. Tertiò qñ de suo aliquid expẽdisset, qđ vult retinere. hoc tamẽ casu poterit reuocari si dominus velit illud sibi soluere.

Quartò quando dominus vellet reuocare in parte, & nõ in totum, vt ff.e.ti.l.in causæ.in prin. Ex qđ hic dicitur in tex. liberè, exponitur sine causæ cognitione. de qua j. sequitur in tex. sed bene requiritur causæ cognitio super his quę excludunt ptãtẽ reuocãdi ex parte ipsius reuocantis, puta an procurator sit datus in rem suam, vt l.procuratore.ff.eod. vel si reuocans sit talis persona quæ reuocare non possit, vt pupillus vel si procurator in aliquo se obligauit in iudicio, secundũ Ioã. An.de quo per glo.in l.is cuius.ff.eo.ti. Scđò no.ibi, peregrinari. quia procedit etiam in voluntaria peregrinatione, vt in l.aut.ff.eo. titu. æquiparatur ergo inhabilis, qui est præsens, & habilis se absẽtãs in longinquis partib. qđ facit ad no.in c.si is cui.ŝ. de of.de
a le.e.li. † Tertiò no.ibi, suæ cãæ. q licèt procurator per litis ɔtest. efficiať dñs litis seu istãnę, vt ŝ.c.prox. tñ nõ efficit dñs cãę. imo ipse dñs dř esse dñs suę cãę, ẽt post litis ɔtest. vt hic per Bar.in l. ab executore.§.fi.ff.de appel. Vltimò no.q prohibitus reuocare procuratorem non intelligitur prohibitus adesse processui procuratoris. quod indicit Domi. ad statuta prohibentia procuratorem reuocari. facit cle.constitutionem.§.sanè.de ele. per solam ergo assistentiam quam facit dominus vnà cum procuratore, agitando iudicium, non videtur ipse procurator reuocatus. facit c.si quem.§.secus.j.eo.tit.& dicetur j.in gl.fi.& vide in
3 l.Paulus.ff.eo.tit. † In glo.in ver.reuocari, in fi. tene menti glo. ord.de reuocatione procuratoris ad iudicia, qñ sit necesse q reuocatio transeat in notitiam iudicis vel aduersarij, de quo plenè per Doc.in c.mandato. hic alle.& in l.j.C.de satisdãdo. De reuocatione verò ꝑcuratoria ad alia negotia, dic vt in c. ex parte decani.de rescrip. Et de reuocatione procuratoria dati ad renunciandum in beneficijs, dic vt in clemen.j. de renuncia. vbi etiam no. quid in mandato ad conferẽdum vel ad eligendum. de quo etiam in c.fi.j. eod. Et dixit hic Archidia. quòd reuocatio potest transire in notitiam per litteras ipsius constituentis, vt in l.si procuratorem absentem.ff.eo.titu.& in clem.j.eo.tit. & facit c.1.ŝ.de solu. vbi æquiparatur traditio sigilli & literarũ. ex quo infert hic Arch.arg.procuratorem admitti, siue habeat literas, siue sigillum, quia tradens sigillum confidit de illo cui ipsum tradit. Sed Hostiẽ.contra, nisi ostendatur litera sigillata, vel caueat de rato.argu.d.l.procuratorem. vel aliàs fiat fides, vt in d.l.j.& ita dicit hic Archid.esse tenendum.& ita residet Ioã. And. Et ex his inferuntur tria dicta. Primò q valeat procuratorium si literæ sunt sigillo sigillatæ, etiam si sigillum sit priuatũ ipsius ɔstituẽtis procuratorem, & sic non sit publicũ, vt per gl. in cle.j.eo.tit.in prin. nec requiritur subscriptio testium vel notarij. debet tñ sigillũ esse cognitũ vel probatũ si fuerit negatũ, vt no. Host.in c.j.ŝ.eo.& vide ibi per Doc.& per Rotam in decisi. 162. incip. Item q valet. vbi tenet valere procuratorem ad causas solo sigillo episcopi, vel alterius prælati sigillatum, etiã sine subscriptione notarij vel testium, dummodo sigillũ sit co
4 gnitum vel probatũ si fuerit negatum. † Scđò infertur q sola ostensio sigilli alicuius non probat mandatum. & ita sequitur Domi. nisi qñ sigillũ est affixum scripturę, non qñ est de per se separatũ, vt in c.2.ŝ.de fide instru.& in c.significauit.de app. ex quibus probať q sigillũ quantũcunq; publicum non facit fidẽ, nisi sit affixum literæ. & facit etiam quod not. Innoc.in c.cum
b P.ŝ.de fi.instru.& ita sequit Bal.in l.j.C.e.tit.& Imo.in d.cle.j. Nec ob.d.c.2.quia ibi dictio, ᵇ seu, poniť copulatiuè, cũ alterũ non sufficiat, vt no.in c. ex parte S.ŝ. de resti.spol. & quia licet tex.ibi dicat, lřas, seu sigilla, tñ non approbat q sola sigilla sufficiant, ſm Domi. limitantẽ prædicta, nisi ɔsuetudo esset in cõ
c trarium, per no.in c.cùm dilecti.ŝ.de fi.instru. vt hic plene per eum. Tertiò infertur q solum sigillum ᶜ licet non probet mandatũ, vt ŝ.tñ operať vt quis admittať cũ cautione de rato: intellige si probetur q illud fuerit traditũ a dño, per no.per Ioã.An. in c.coram.ŝ.de offi. deleg. & per glos.& Doct.in l.3.ff.de pac. quia als potuit subtraxisse, vt in c.3. loco. ŝ. de proba.& ita procedat q dicit Io.de Imo.hic tenẽs q ex solo sigillo nõ admittatur cũ cautione de rato, ex quo dẽt admitti procurator qñ est dubiũ de mãdato, vt in l.j.C.eo.& sic aliter quam ꝑ sigillum, vt

quia

ADDITIONES.

a Vin God. Procurator an, & quando, & quomodo, & qualiter reuocatur. Fel. copiose in c.ex parte decani, col.10.ver.reuocatio, cum seq.de rescri.& procurator constitutus propter iustum metum, reuocatio etiam non intimata tenet. Ruy.consi.121.nu.21.lib.4.

b Nic.Sup.Dictio, seu. Adde glo.& Doct.in c.bonæ.el j de postu.præla. Archi.in c.j.de ita.reg lib.6 Bar.in l. si ita.ff.de au.& arg.le.Cy.in l.conuenticulam.C. de episco & cleri.

c Vin God Adde, an sigilli fractio, vel deuastatio operetur, vt instrumentum non dicatur signatum, Deci.consi.146.col. 6.in fine.

quia habet instra causæ penes se, vt no. in d.c.coram. & in l.3.§.
causę.ff.ad Carbo.& in d.l.1.de quo hic plene per Domi. Quã-
do tamen causa non est magni præiudicij, vel non requirit spe
ciale mãdatũ, & persona quæ haberet sigillũ esset bonæ famę,
& nota dño, admitteretur cum cautione de rato, esto q aliter
non probaretur de traditione, ex quo non præsumitur subtra-
5 xisse, ſm Bal. hic. † In glo. in ver. postea. in fi. in casibus etiam in
quibus lis non contestatur, de quibus in cle. sæpe. de verb. sig.
& in cle. dispendiosam. de iud. actus qui alias solet sequi post
lit. contesta. habetur pro litis contesta. & tunc procurator sine
causa reuocari non poterit. Pro quo glo. no. in versi. absentia.
in c.j.§.de elec.eo.lib.& ita tenet Io.An. in addi. Spec. ti. de p-
cu.§.ratione quoque. ver. item q mandatũ. In gl. in ver. nolẽte.
ibi, mandato aduerte, quia tex. ibi videtur velle, q & post lit. cõ
testa. possit fieri reuocatio: intellige ex iusta causa, vt hic dici-
tur, vel procuratore consentiente, vt hic in tex. a contrario sen
su. sine enim causa reuocari non posset, & procuratore volen-
te, nisi aduersarius consentiret, vt no. in d.l. quæ omnia. & ibi
per Doc. Quid aũt sit in causa appellationis, an procurator qui
per litis contestationem factus est dñs litis, in causa principali
possit reuocari sine causa, & in cã appellationis. vide per Rotã
in decis.21. quæ inci. Item si dñs. & dicetur in c. si quem. j.eo. &
vide in decis.281. In gl. in ver. inimicum. ibi, suspectũ. no. ex gl.
q licet alias in inimicitijs fiat differentia an sint capitales vel
non, tamen ad inducendũ suspicionem non fit ista differẽtia,
quia & inimicus non capitalis dicitur esse suspectus. qđ no. p
statutis ſm Domi. In ea. gl. ibi, promisit. intellige sciẽte & pa-
tiente procuratore, vt in l. si defunctus. ff. eo. ti. & vide qđ no.
in l. si filius.§.fi.ff.eo.ti.& in c.j.§.eo.ſm Io.An. In glo. in ver. su-
spectum. ibi, q remoueatur. vnde iste tex. & l. itẽ si suspectus.
ff.eo.ti. loquuntur de alia suspicione, quæ resultat ex alia causa
q̃ ex cõtradictione, sed l. quæ omnia, loquitur de illa quæ resul
tat ex contradictione, & illa non sufficit ad perpetuam cõtra-
dictionem. † In gl. in ver. ingredi, in fi. idem Paul. & Domin. li-
cet Arch. hic, & glo. in d.l. aut. intelligat in professo, & non be-
ne, cũ exẽpla hic in tex. habeãt locũ & in tpali impedimento.
ergo idẽ in isto casu. Et an nouitius possit esse procurator, vi-
a de per gl. in c. beneficium. j. de reg. & de professo [a] vide in cle.
religiosa. de procur. & hic per Pau. & Domi. ɔcludentẽ, q reli-
gio. procurator & lite cõtestata poterit sine causa reuocari a su
periore, vt per gl. in ver. obtẽta. in cle. j. de testi. & ibi per Paul.
& hoc nisi aduersarius cõtradiceret, ſm Lap. per no. in d.l. quę
omnia. vel nisi sit constitutus in illis casibus, in quibus sine li-
centia superioris pôt esse, in iudicio, de quibus in cle. teli. eo. ti.
& in c. cum I. & A.§. de re iudi. & in c. ex parte.§. de accusa. In
illis enim ſm Do. nõ poterit reuocari post lit. ɔtesta. nisi subsi-
stente iusta cã, vt hic in tex. In gl. in versi. alia rationabilis. ibi,
decrepita, vel nimis iuuenis. qđ procedit & si ex certa scientia
fuisset cõstitutus talis procurator, & est speciale vt lites cirius
habeant expeditionem, ſm Imo. & Domi. In ea. gl. ibi, in simi
libus. intelligeris quibus sit par vel maior æquitas, sicut & in
casibus hic expressis, ſm Io. An. puta si procurator esset excõ-
catus. quia & post lit. cõtest. posset reuocari, vt §. de excep. c. ex-
ceptis. & facit gl. in c. decernimus. j. de sen. excom. In glo. fi. in
fi. no. ex gl. q inuito procuratore nõ pôt dñs facere principali-
ter actũ in iudicio, sed ipse procurator volẽte dño faciet actus
iudiciales necessarios. Et vide per Bal. in l. procuratoribus. C.
eo. quid si dominus fecit actum in iudicio absente vel inuito
procuratore, an valeat? de quo etiam hic per Pet. de Anch. po-
nentem, primò qualiter possit ferri sñia cõtra procuratorẽ il-
lius, qui decessit post lit. contest. de quo per Bald. in l. nulla. C.
eo. ti. Secundò quid si post lit. contest. cum procuratore citetur
dñs, & non procurator, an valeant acta. de quo vide plenè per
Doc. in c. 2.§. de test. & per Bald. in d.l. procuratoribus. & in l. j.
C. de senten. & inter. & per Bar. in l. furiosæ. ff. de re iudi.

ADDITIO.

a Nic. Sup. De professo. Adde Archid. in c. nullus. el 2. 2.q.7. & per Innoc. in c.
cum P. & G. de re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Procurator suscipiendo mandatum, an dicatur eodem vti?*
2 *Procuratoris officium non incipit ante susceptionem officij & receptio-
nem procuratorij, nec habet procurator potestatem excommunicandi.*
3 *Procurator re integra potest renunciare mandato, secus re non integra.*
4 *Procuratoris substitutio si non habet effectum, perinde est ac si non fuis-
set facta.*
5 *Procurator qui substituit, non habet potestatem reuocandi substitutum,
nisi hoc sibi permissum sit a domino.*

CAP. III.

1 IS qui. † No. j. ibi, vsus non fuerit, ſm Do. q per susceptionem & acceptationem manda
ti nõ dicitur quis vti mãdato, & sic per susceptio-
nem nõ desinit res esse integra qđ inducit ad no.
in c. quãuis. & c. si a subdelegato.§. de offi. dele. eo. lib. Sed cer-
tè loquendo in procuratore, videtur tex. clarus hic, q per acce
ptationẽ mandati res desinat esse integra, esto q pcurator nõ
sit aliter vsus mandato. ideo est q post susceptionẽ mandati, li
cet eo vsus non fuerit, non pôt reuocari ab ipso substituente.
vnde desinit res esse integra per acceptationem. & ita tenuit
Rota in decis.514. quæ incip. Item si aliquis, vt dicetur j. in glo.
in ver. reuocandi. & ibi plene ad intelligentiam huius tex. Se-
cundò no. ibi, in delegato. casum pro eo quod dixit glo. in ver.
procurator. in c.1.§.eo.ti.& lib. q non procedit arg. seu æquipa
ratio procuratoris ad iudicẽ delegatũ, vel econtra. Vltimò no.
q habens potestatẽ pluriũ causarũ, licet si in vna expiret eius
2 potestas, tamen remanet in alijs. † In glo. in ver. susceptum, in
prin. no. iuncto tex. & ita alle. q ante susceptionem officij, &
receptionem procuratoris non incipit procuratoris officiũ,
nec habet procurator potestatẽ exercendi. Arch. alle. & ad hoc
Spec. eo. ti.§.j. versi. quid si pcuratoriũ. arg. c. super eo. el 2.§. de
app. & ita voluit gl. or. in ver. receptis. in cle. j. eo. tit. & tenuit
Bar. in suo consi. quod inci. an procurator. & refert Bald. in l.
fal. C. de fur. vbi idem tenere vr, qđ & tenuit idem Bar. in l. sed
pupilli.§. itẽ si procuratori. ff. de neg. gest. facit l. quę10. ff. q fal.
tu. vbi Bal. idẽ tenet. & Rota in deci.145. quæ inci. Item si pro-
curator. dicens q si procurator habens mandatum ad substi-
tuendum substituat, nõ admitteř talis substitutus, nisi probet
procuratorẽ substituẽtẽ prius acceptasse onus procurationis
ante dictã substitutionẽ. Bar. tñ in d.§. item si procuratori. limi
tat, primò prædicta pcedere, qñ pcurator ignorasset se procu-
ratorẽ ɔstitutũ, dũ actũ gessit, secus si sciuisset, quia tũc valerẽt
gesta p eũ, licet adhuc mandatũ nõ susceperit, & ita tenet hic
Pe. de Anch. idem & videtur tenere Bal. in d.l. falsus. vbi plenè
p eũ de his. & vide qđ no. in l. filius.§. inuitũ. ff. eo. & p Io. An.
in addi. Spec. eo. ti.§.j. Secundò limitat hic Do. nisi in mãdato
esset clausula, de rato: quo casu tũc valerẽt gesta p pcuratorẽ,
licet adhuc pcuratoriũ nõ viderit, vel ignorauerit se procura
torẽ, vt p Lud. in suo nota.170. & ita refert Rotã tenere in anti-
quis in decis.380. Quid aũt si pcuratoriũ erat p pcuratorẽ rece
ptum, tñ non fuit exhibitum in iudicio. Spec. in d. ver. quid si
procuratorium, cũ sequentibus, tenet saos sufficere, & valent
acta, licet non fuerit mandatum exhibitũ in iudicio. qđ no. Et
ibi ponit quid si esset elapsus terminus ad pducendum man-
datum, an possit postea produci? de quo etiam hic per Do. &
vide alias per glo. in ver. non obstante, in cle. sæpe. de verb. sig.
Et an procurator possit cogi pręcisè ad dñm defendendũ? hic
per Arch. & per Inno. in c. constitutus. & per Ioan. And. in c.
3 accedens.§. eo. & per glo. in ver. cogi. in clem. j. eo. titu. † In ea.
glo. in fi. tenet hic Ioan. An. q procurator re integra possit ex-
presse renunciare mandato, vt in clem. j. eo. tit. sed re non inte
gra non poterit, nisi subsistẽte iusta causa, vt sic idẽ dicaĩ in re-
nũciatione fienda p ipsum procuratorẽ, qđ dr in reuocatione
fienda per ipsum dnm. in c. j.§. eo. ti. & li. ſm Io. And. qđ no. &
qñ dicaẽ res integra dicetur j. eo. in c. licẽt. & ibi vide de his. In
versi. vsus non fuerit, in fi. per rõnem huius gl. tenet hic Ioan.
An. in prin. q si pcurator substituit ex ptãte sibi data ab hoĩe,
& sit dubiũ de mandato ipsius procuratoris substituti, ita q sit
necessaria satisdatio, debebit ipse substitutus satisdare dñm ra
tum habiturum, non aũt q habebit ratum ipse substituens: se-
cus si pcurator substituit ex potestate sibi data a lege, vt quia
effectus est dñs litis, vel procurator in rem suam: nam tũc sub-
stitutus ab eo debet satisdare ipsum pcuratorẽ substituentẽ ra
tũ habiturũ, & non dñm, vt hic sentit Io. An. & tenet hic Pau.
& Pe. de Anch. & ita pcedat qđ no. Spe. eo. ti.§.j. ver. & nũqd
substitutus. & tenuit Bar. in l.2. in fi. & in l. de curatore. ff. de cu
rat. bonis dan. Et ita & est de mẽte Rotæ in deci.414. quæ inci.
Item si aliquis. vbi & per rationem huius glo. determinatur, q
procurator hñs mandatum ad substituendũ, si substituat & re
integra moriatur anteq̃ substitutus accepter, q talis substitu-
tus poterit prosequi, quia dicta substitutio cẽsetur facta ab ip-
so domino, ministerio tñ substituentis, vt dicit gl. hic, secus ta
men esset in d. casu si procurator haberet potestatẽ substituẽ-
di a lege, quia tunc ipso procuratore substituente mortuo re
integ. mandatũ ipsius substituti fuisset extinctum. q no. Et ad
prædicta vide etiam per Rotam in deci.442. quę inci. Item fuit
dubitatũ verũ procurator ad cãm, vbi etiã per rõnẽ huius glo.
decidit,

decidit, ꝙ procurator qui habet a domino potestatẽ substituẽdi, potest ratificare gesta per falsum substitutũ, & sic per eum qui se asserebat substitutum, & non erat, & hoc qñ expresse ratificat, secus si tacitè, puta si sciat illũ causam agitare, talis enĩ expressa ratificatio censetur facta ab ipso dño, vt dicitur hic in glo. sed procurator hñs potestatẽ substituẽdi a iure, ut quia sit factus dñs litis vel in rem suam, potest ratificare tacitè & expressè. ideo si talis procurator sciat Titium ab eo non substitutum agitare causam, si postea eum substituit ad eandem causam vlterius prosequẽdam, vr̃ oia acta prius gesta per eum ratificasse, ſm Rotam ibi. quod no. † In glo. in ver. aliud. ibi, si compromissarius. no. rõnem differentię. si ergo constitutio, vel substitutio procuratoris non habuit effectum, perinde est ac si facta non fuisset. & ita tenet Bal. in l. quod quis. C. eo. ti. in vlu. qõ. in fi. de quo tamẽ per Rotam in deci. 280. quæ inc. Item si contra. & dicetur in c. si duo. in prin. & in c. si quem. j. e. & vide per Inno. in c. in literis. s. de offi. deleg. & per Bar. in l. si procurator. §. fi. ff. man. & in l. 2. ff. de opt. leg. In ead. glo. in fi. vult glo. ꝙ procurator habens mandatum a lege ad substituendum possit reuocare substitutum a se, sicut & ipse dominus principalis, cum vt dñs litis & suo iure substituat. facit l. si verò non remu. §. pe. ff. man. intellige prout habetur s. c. proxi. & j. in glo. seq. & per Rotam in deci. 146. quæ incip. Item substitutus. in fi. & in hoc est deterioris condõnis habens mandatum ab homine q̃ a lege, licèt quantum ad effectum tacitę reuocationis per mortẽ fortius sit ius procuratoris substituti ad habentes mandatũ ab homine q̃ a lege, ut per Rotam in d. deci. 414. & est dictum s. In glo. in ver. illo, in fi. & eadem distinctio seruabitur in procuratore habente potestatẽ reuocandi, ſm Archi. non enim plus potest procurator in reuocatione q̃ ipse dñs principalis. vnde substitutum a procuratore reuocabit ipse procurator, nisi eo casu quo reuocaret dñs constitutum a se, ſm Io. An. & sequuntur hic Do. & Rota in d. deci. 146. & Old. in consi. suo 122. prout refert Do. hic. † In glo. in ver. reuocandi, in fi. reuocat ergo, sed ex potestate per dñm tradita, ex quo dñs poterat, vt s. c. proxi. ſm Io. An. & reuocare [a] poterit eo casu quo ipse dñs posset, vt s. in glo. proxi. conclude ergo, ꝙ nisi procurator habeat mandatum reuocandi substitutum, reuocare non poterit, vt hic in tex. quod tamen limita tribus modis, de quibus s. in glo. in ver. aliud. Primo si habet mandatum a lege, puta si fuit datus procurator in rem suam, vel fuisset litem contestatus. Secundo qñ procurator substitutus non acceptauit. Tertio qñ talis substitutio non valuisset, vel substitutus sit inhabilis. & io his dic, vt s. Quarto limita, quia licèt procurator datus ab hoie cũ potestate substituendi postq̃ substituit, & procurator ipse acceptauit, non possit reuocare talem substitutum, vt hic in tex. tamen procedit qñ ꝓcurator substituit simpliciter: secus si cum clausula, donec duxerit reuocandum, quo casu licèt procurator substitutus acceptauerit, & susceperit mandatum, si m̃ aliquem actum iudicialẽ non facit, poterit ab ipso substituente tacitè & expresse reuocari virtute supradictæ clausulæ, & ita tenet Rota in deci. 281. quę inci. Item si procurator. ita limitans tex. hic. Sed si substitutus in causa processit ad aliquem actũ, tunc reuocari nõ poterit, licèt ipse procurator substituens apposuerit dictam clausulam, donec duxerit reuocandum &c. ex quo enim non habuit mandatum a dño reuocandi, ipse ex se reuocare non poterit re non integra, & dicta clausula tunc nõ operatur. Sed cogita, quia fortè limitatio prædicta habet dubium, ex quo tex. hic non curat, an procurator sit usus mandato, vel non, dummodo susceperit mandatum, ergo si procurator substituens non habuit potestatem reuocandi a dño, non possit ipse ex se apponere dictam clausulam. vnde si substituit expirat eius officium si procurator substitutus acceptauit, dato ꝙ usus non sit mandato, ut hic in tex. nisi dicatur ꝙ substitutio fuit facta conditionaliter in tali forma. sic s. de offi. deleg. e. lib. c. si delegatus. & ita est de mente glo. hic, dum alleg. tex. in d. c. si dele. Quinto limita, nisi sit procurator habens generale mandatum ad lites cum potestate substituẽdi, quia si sup vno negotio substituit, poterit uigore dicti generalis mãdati reuocare, sicut dr̃ in iudice dato ad vniuersitatem causarum, ſm Pe. de Anch. & vr̃ sentire Spe. eo. ti. §. 3. ver. sed pone. & tenet Bald. in l. ꝙ quis. in 16. q. Sed Imo. hic tenet ɔ̃rium, quia quo ad illam causam est functus officio suo, vnde est eadem ratio quæ est in procuratore habente speciale mandatum: immo ista limitatio vr̃ ɔ̃ tex. hic in fi. vbi tex. dicit, ꝙ in alijs nõ prohibetur exercere officium procurationis. ergo in illa in qua substituit non pt̃ exercere officium procuratoris, & habet locum regula huius tex. in prin. Et adde, ꝙ qñ procurator haberet duo procuratoria eiusdem datæ, alterum speciale, & alterum gñale, & substituat ex vi specialis, tunc enim virtute generalis reuocare non posset, vt tenet Spec. in d. ver. item pone. ſm Io. An. quia sic ꝓcedendo vr̃ renunciasse generali, cui per speciale detrahitur, vt in c. 1. s. de rescrip. Sexto limita, nisi procurator sit datus ad substituendum cum clausula, ꝙ mandatum ipsius procura. remaneat firmum, quia tunc talis procura. virtute dictæ clausulę poterit reuocare substitutũ a se, qñ simpliciter substituit: secus si substituendo cõmiserit totaliter vices suas, nihil sibi retinendo, quo casu substitutus incępisset procedere in causa, nõ posset reuocari, vt tenet Rota in deci. 385. in antiquis, prout refert & sequitur hic Do. Qñ verò procurator habuisset potestatem substituendi, & reuocandi, & reassumendi totiens quotiens sibi videbitur expedire, tunc licèt qñ substituit transferat totaliter suas vices in alium, & protestetur ꝙ deinceps de hmõi causa nolit se intromittere, tñ re integra poterit quandocunque uoluerit onus procurationis in se reassumere, & in causa procedere propter formam dicti mandati, vt no. in c. licèt. j. e. & ita tenet Rota in deci. 184. quæ incip. Item si procurator. imò vr̃ ꝙ tunc, etiam re non integra possit reuocare, sicut tamen ipse dñs posset, ex quo habet mandatum ad id, ut hic in tex. prout est dictũ s. in glo. in ver. illo. & in ver. reuocandi. In glo. in ver. omnes, in fi. & talis procurator generalis poterit agere iniuriarum, ut in l. sed vnios. §. procurator autem. ff. de iniur. & talis procurator constitutus ad omnes causas, si in vna ipsarũ producat procuratorium, & propter alias petat sibi restitui, audiendus erit, secundum Ioan. An. remittens se ad Spec. in titu. de instru. edi. §. nunc dicamus, in fi. & ad no. per eum s. de testi. in c. Albericus. & de his. j. eo. in c. qui generaliter.

ADDITIO.

clericos in omni foro, dūmodo detur cōpetentia iudicis, vt s. per Ioã. An. imo instrumēta cōfecta, sm cōsuetudinē loci, probant vbiq;, & inter quascunq; personas, et vbi esset diuersa cōsuetudo, vt in d. c. cū dilectus. in alijs verò, an statutū & cōsuetudo laicorum astringat clericos, vide per Doc. in c. eccle. s. de consti. & in c. ꝙ clericis. s. de foro compe. & ibi per gl. Vltimo no. ibi, per locorum ordinarios. ꝙ iudex ecclesiasticus potest ex officio per censurā ecclesiasticam compellere iudicem secularem, ne contra clericum procedat in causa ciuili: qđ ideo est quia sic procedēdo eū molestat, & offendit, cū in fauorē totius ordinis clericalis sit inductum tale priuilegiū fori. s. eo. in c. si diligenti, sm Pe. de Anch. hic. facit qđ no. Bar. in l. ne quid. ff. de incen. ruina & nau. & Io. An. in c. 2. s. de consti. eod. lib. licet dominus bene possit subditū suū defendere, & cōtra molestantē agere, sm no. in c. ancto. de priuilegijs. & in c. dilectus. de appel. & in l. de iure. ff. ad municip. † In gl. in ver. ecclesiasticus, in fi. no. iuncto tex. ꝙ iudex laicus non potest compellere clericos ad soluendum debita, etiam liquida, etiam si sint clerici primæ tonsuræ, secundum Pe. de Ancha. imo nec alias personas ecclesiasticas nullum ordinem habentes, vt hic in gl. & intellige prædicta, nisi in clericis coniugatis, sm no. in c. j. j. de cle. coniug. sm Io. An. intellige si incedūt in habitu & tōsura, vt ibi no. dummodo non sint bigami, vt in c. j. supra de bigamis. eo. lib. haberes tamen locum tex. hic, etiam si clerici essent degradati verbaliter, non actualiter, vt in c. degradatio. infra de pęnis, secundum Pe. de Anch. In glos. in ver. compellunt. ibi, de facto. puta captis pignoribus vel bonis sequestratis, secundum Ioan. And. ex quo no. ꝙ non valet sequestrum factū de bonis clericorū per iudicē laicū, cū autoritate iudicis secularis nulla executio possit fieri in bonis clericorū, vt hic patet. & voluit no. Bal. in l. quotiens. circa fi. C. de iudi. vide tñ Butr. in c. postulasti. de foro cōpe. & Imo. in c. fi. in fi. de mutuis peti. quia videtur tenere contrarium in bonis ipsorū clericorum. Sed certè bona clericorum gaudent eodem priuilegio in bonis ecclesiæ quò ad forum. 16. q. j. c. si clericus. eo. tit. Doc. in c. cum sit generale. s. eo. ti. si tamen distringeretur persona clerici, esset tūc iudex laicus excōmunicatus ipso facto, vt 17. q. 4. si quis suadente. In ea. glo. in fi. vide per Ioan. An. in c. cum causa. s. de re iudi. in glo. 2. tale tñ statutum fuit reuocatum, & non valebat, vt d. c. ecclesia. Si tñ statutū nō disponeret expressè de personis ecclesiasticis, sed tacitè, & indirectè, vt puta si generaliter dicat, ꝙ declinans iurisdictionem potestatis incidit in certā pęnā, tunc si clericus citatus corā eo cōpareat, & alleget ꝙ coram ipso litigare non pōt, quia clericus non incidit in pęnā, cū ipse non declinet, sm canones, & aliud est nolle, & aliud non posse, vt in l. hæc conditio. de cōdi. & demon. & tenet hic Pet. de Anch. & Bald. in auth. statuimus. C. de epis. & cler. vbi idem dicit, quando episcopus ex officio eū repelleret vt declinaret. & ita etiam dicit Bart. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. s. quòd cautela est, ꝙ ipse clericus non declinet, sed eius prælatus vel superior. pro quo facit tex. hic in fi. imo etiam si ipse clericus declinaret non incideret in pœnam, quia aut statutū facit mentionem de clericis, & non valet, vt supra: aut generaliter loquitur, & non includit clericos, cum esset contra libertatem ecclesiasticam, quia efficerentur tunc clerici timidiores. ar. l. j. §. quæ honorando. ff. quarum rerum act. non datur, sm Pet. de Anch. & quod tenuit Lap. in alleg. 30. & Io. An. & do. Anto. in c. si diligenti. supra eo.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum non vitiatur, licèt in ipso non ponatur nomen proprium extensè scriptum, sed tantum prima litera nominis proprij.*
2 *Fideiussor debet seruari indemnis, licet illud non exprimatur.*
3 *Hæres iurantis an possit conueniri coram iudice ecclesiastico ratione iuramenti, sicut suus prædecessor qui iurauit?*
4 *Statutum si dicat, quòd quis possit capi pro debito ciuili, an hæres debitoris possit capi vigore illius statuti.*
5 *Exceptio, tu iurasti, repellit ab agendo.*
6 *Fideiussor qui repetit quod soluit pro debitore principali, an habeat executionem paratam.*
7 *Iudex ecclesiasticus, licet possit audire conquerentem de iuramento cōtra laicū, non tamē potest inquirere ex officio ad vtilitatem priuatam.*
8 *Iudex secularis an possit cognoscere de sacrilegio, hæresi, adulterio, & vsuris.*
9 *Forus an mutetur ratione iuramenti.*
10 *Iudex secularis an illo casu possit cognoscere de iuramento.*
11 *Iudex ecclesiasticus an possit ex officio inquirere contra laicum non seruantem iuramentum.*

CAP. III.

1 CVm c. laicus. † No. argu. ꝙ non vitietur rescriptum, licet in eo nō exprimatur extensè proprium nomen, sed ponatur prima lrã ipsius nois. Sed Spe. contra in ti. de rescrip. pūtatione. §. j. ver. qñ. & ver. circa. & idē Io. An. in c. cū accessissent. s. de consti. quia debet extensè exprimi propriū nomen. dixit tñ Inno. in c. significante. s. de rescrip. & sequitur Rota in deci. 333. quæ incipit, Item ꝙ error. ꝙ error nominis vel cognominis eius, contra quē impetratur rescriptū, nō vitiaret rescriptum vel processum, dūmodo alias ꝑ circūstātias probari possit, ꝙ illa sit talis ꝑsona de qua in cōmissione narratur. facit l. o- sti. de leg. §. si quis in nomine. & plene not. in c. significante. &
2 ibi, q d de errore dioecesis, vel ciuitatis. † Secūdò nota ibi, indēnē. ꝙ de natura fideiussionis est, ꝙ fideiussor ꝯseruetur indemnis a fideiussione quantūcūq; hoc non fuerit expressè promissum fideiussori, cum tacite intelligatur, etiam si fideiussor sit clericus, vt hic, vt s. de fideiu. peruenit. & per Bal. in l. constitutioni-
a bus, i prin. C. de vsuris. an tñ ipse fideiussor [a] possit expressè petere cōseruationē indemnitatis a reo prin. per Bald. in l. j. in fi. C. de verb. sig. Et quid importet conseruatio indēnitatis, dixit Bar. in l. j. C. de sen. quę pro eo. ꝙ debet resarciri nō solū dānū emergēs, sed etiam lucrū cessans, vt l. apud Iul. cū l. quia pote-
3 rat. ff. ad Treb. qđ tene menti. † Tertiò no. ibi, a se præstitū. ꝙ solum rōne iuramēti a se pręstiti pōt quis cōueniri corā ecclesiastico: secus ergo in hærede ipsius iurātis, qui nō posset conueniri corā ecclesiastico pro obseruātia iuramenti præstiti per defunctum, sm Io. An. hic, & s. de sepul. c. fi. & ratio est quia iuramentū ex parte iurātis est personale, vt in c. veritatis, per Inn. & Io. An. s. de iureiu. ideo est ꝙ hæres nō incidit in periurium, licet veniat cōtra iuramentū defuncti, vt ibi dr. & facit tex. hic a contrario sensu, ex quo loquitur solū de iuramēto præstito a se, licet enim quo ad validitatē cōtractus iuramentū defuncti obliget hæredem, vt dixit glo. no. in c. 2. in fi. s. de pa. co. lib. & Ioã. An. ibi, in prio. & sequitur Bal. in auth. sacramenta. in fi. C. si aduer. vendi. & in l. id est generale. in prin. & in l. j. in fi. C. de iureiu. iō est, ꝙ heres tenetur stare confessioni iuratę ipsius defuncti, vt in auth. qđ obtinet, & ibi per glo. C. de probatio. tñ secus quò ad periurium vel forū quasi filius, vel hæres ex iuramento defuncti nō sit periurus, & non sequeretur rōne iuramenti factum defuncti, vt s. Et ex his no. infertur, ꝙ si iurās est mortuus posset hæres venire cōtra ɔtractū iuratū ꝑ defunctū, aliter nō petit absolutionē a iuramēto, sm Bal. singulariter in auth. ad hęc. C. de vsuris. in 3. colum. in prin. & in l. 3. C. plus valere quod agitur. ex quo ex iuramento defuncti nō ligatur ad periuriū, cū spirituale vinculū iuramēti morte separat. & ita et dicit, & tenet idē Bal. in l. 3. C. plus valere qđ agit. & in auth. sacramenta, in fi. C. si aduer. vendi. in l. generaliter. circa prin. C.
4 de iureiur. † Et prædicta sunt notāda ad l. hęres. ff. de iud. vbi hęres sequitur forum defuncti, etiam quò ad districtionem personalem. Et ideo si statutum diceret, ꝙ pro debito ciuili possit quis capi, ita astringatur persona hæredis. l. & poterit capi pro debito defuncti, sicut poterat ipse defectus, secundum Bart. in l. postulante. ff. ad Tre. & tamen ex iuramento defuncti nō obligatur hæres ad forum ipsius defuncti, vt s. licet ipse hæres repræsentet personam defuncti, vt in l. cum a matre. C. de rei ven. & l. mortuo. ff. de fideius. & licet persona hæredis & ipsius defuncti eadē censeatur, vt in Auth. de iureiu. a mo. præsti. post prin. tamen prædicta procedunt in temporalibus: secus in iuramento, & quò ad periurium. vnde licet quis iuraret per se & suos hæredes, tamen spiritualiter non potest obligare hęredem, licet honestū sit vt in spiritualibus obligationibus filius sequatus voluntatē patris, tamen non est necessarium, vt no. in c. j. s. de despō. impu. & in c. j. s. eo. ti. & in c. ex literis. el a. & c. veniens. de sponsalibus. Licet ratione iuramēti obligatio quò ad tpalia trāseat ad hæredē, vt ꝑ gl. no. in d. c. 2. tñ secus in spūalibus, in quibus cū ligetur aīa: vnde sine ꝓprio cōsensu & speciali mandato ligari nō pōt, facit c. vt circa. de elec. eo. li. & ita sequitur Bal. in d. l. 3. & Imo. & do. Nico. in d. c. veritatis. Et aduerte ad id qđ est dictum s. ꝙ ratione iuramenti hæres non sequitur forū defuncti, cum sit ꝑsonale. nam licet ita cōiter sequātur Doc. tñ do. Nic. in c. cū sit. s. e. col. 14. & in d. c. fi. s. de sepul. in 2. col. intelligit ꝑdicta vera, vt actione ex eo cōtractu nō possit

ADDITIO.

a Vinc. G. Fideiussor quomodo repetat quod soluit, & quid si non debuit soluere. Alex. consi. 57 per totum, & consi. 417. lib. 1.

possit cogi heres corã ecclesiastico: sed officio iudicis poterit cõueniri corã ecclesiastico, vt sic hẽs cõpellat satisfacere aiæ defuncti, vt d.c.fi.& in c.a nobis.el 2.in fi.de sent.excom. Sed certe hoc dictum nihil facit quo ad iuramentum, quia nec actione ex eo contractu ratione iuramenti nunquam poterit conueniri heres coram ecclesiastico, nec ẽt officio iudicis ratione iuramenti: qñ aũt esset talis cã, ex qua hæres compelleret satisfacere aiæ defuncti, tunc non astringit rõne iuramẽti defuncti, sed rõne causę, quę pertineret ad ecclesiasticum forum: ita q̃ remanet ꝯclo firma, q̃ forus ratione iuramenti sit personalis, & non
5 transeat ad heredem, vt s.† Quartò no.ibi, temere veniẽdo.iuncta l.cum quem temere.ff.de iu.q̃ ista exceptio, iniurasti, repellat ab agendo, cum non possit quis venire ꝯ iuramentum. facit c.veniens.ã.de accu.de quo j.tit.proxi. c.j.in 2.glo. Et dixit hic Io.And.q̃ licẽt necessitas excuset a periurio, ã.de iureiur.querelam.m̃ non excusat a foro, quia ratione illius iuramẽti poterit ꝯueniri coram iudice ecclesiastico, cum ex hoc nõ euitet eius forum.nam ratione iuramẽti potest adiri iudex ecclesiasticus, ẽt inter puros laicos. & ratione iuramenti quilibet efficiatẽ de foro ecclesiæ, vt hic est tex.no. Vltimò no.ſm Pet.de Ancha: q̃ eo casu quo laicus est de foro ecclesiæ potest cõpelli per censuram ecclesiasticam, & sic non per capturam personæ, vel rerum, cum hoc non contineat in censura ecclesiastica.ã. de ver. sig.c.quærenti.& tex.hic solum dicit per censuram ecclesiasticam.ergo non per aliũ modũ.de quo per Old.in suo ꝯs.82.& est dictum in c.cum eps.ã.de of.ord.eo.li.In glo.2. in prin.vide
6 per Io.And.in reg.damnum.j.eo.lib.† In ea.glo. in fi.vide in l.Lucius.ff.manda.& in l.si pro ea.C.eo.titu.Et an fideiussor qui repetit habeat executionem paratam, vide in c. j.j. de iniurijs. & per glo.& in l.fi.C.de executione rei iudica.& in l.2.§.in fideiussorem.ff.qui satisda.cog.& tex.no.in l.cum vendente.C.vbi causę fiscales.qui tex.allegat, q̃ qñ quis compellit ad soluẽdum pro aliquo officio eiusdem iudicis, potest compellere illum pro quo soluit, vt restituat.per quem tex.dixit Bal. in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.q̃ actio mandati ꝯpetẽs illi qui pro carcerato fideiussit, & extrahit de carcerib. hẽt paratam executionem ꝯ illum.de quo hic per Pe.de Anch.Et vide hic per Io. An.ao liberans carceratum pro debito ciuili aio repetẽdi possit repetere, si carceratus ꝯdixit: refert fuisse disputatum de rigore esse tenendum, q̃ non, per l.fi.C. de neg.gest. sed de æquitate fuit determinatũ ꝯrium.Non ob.d.l.fi. quia loquit in gerente negotiũ voluntarium, sed hic erat necessarium. facit quod tenuit Bal.in d.l.fi.dicens, q̃ sicut expensa funeris reperit ẽt a prohibente, vt ff.de religi. l.at si quis.§. idem Labeo. Ita ẽt qñ soluit pro redimendo quem a persona.licẽt eo vetante, quia non minus interest reipublicæ hoies viuẽtes ꝯseruari, q̃ mortuos tumulari, vt d.§.idem Labeo.Sicut aũ dr̃ in medico qui curauit infirmum, etiã prohibentem, vt hoc non obstante, mercedem petere possit, ſm gl.no.83.dis.in prin.Et quod dictũ est ã.de soluente pro carcerato: quod intelligit Io.An.qñ debitum erat ita necessarium, q̃ deficiebat ois spes liberationis, nisi per solutionem, vt per Ioan.An.Alio & secundo modo limitat hic Bal. vt prædicta procedant, nisi ille qui soluit sit durior aduersarius, quàm primus.Item & tertio limitat, nisi expediret carcerato potius stare in carcere, quàm soluere, vt quia fortè habet filios non habentes panem ad comedendum.de quo in l.cum cognatus.C.de captiuis.Sed certè vr̃ magis vtile ipsi carcerato exire de carcere, cum possit postea lucrari, vt in l. si defunctus. C.arbit.tut. nec finaliter posset postea durius astringi quàm ad carcerem, vt l.j.C.qui bo.cedere possunt.Et ad prædicta vide in l.si pro te.C.mandati.& Doct.in d.l.fi.& per Bart. in l.si Stichum.§.si ab alio.ff.de noua.In glo. 3.in fi.vide in au-
7 then.pręsente.de fideiusso.& Instit.eo.titu.§.fi.† In glo.in ver. iuramenti.in princi.dixit hic Ioan.And.q̃ licẽt hoc casu iudex ecclesiasticus audiat conquerentem, non tamen ex officio potest inquirere ad priuatam vtilitatem, ſm no.per Inno. in c.ad nostram.el 2.ã. de iureiur. fallit in aliquibus casibus de quibus ibi per Innoc.& Doct.in c.quemadmodum.eo.titu. & vide ibi per Io.And. an fideiussor alicuius, qui postea iurauit pro nullo fideiubere, sit periurus, si redimat res debitoris, soluendo post ea pro ipso? & concludit q̃ non, quia sic non fideiubet, sed a fideiussione præstita se liberat. Et an iuramẽtum de non fideiubendo sit licitũ? Arc.22.q j.non est.& 11.q.j.sicut.per tex. ibi tenuit, q̃ sic.quod intelligit Io.An.in add.Spe.in tit.de iureiu.in clericis.ar.c.j.ã.de fidem. intellige nisi haberẽt bona patrimonialia, quo casu idem esset in eis quod in laicis, ſm Do.in quib.laicis Io.An.ibi ꝯcludit, q̃ si laicus põt necessitatib. ꝓximi ast subuenire, non dẽt fideiubere, vt sic seruet iuramentum, sed si aliis non põt subueniri, & ex obseruantia talis iuramenti periret salus proximi tpalis vel spũalis, & tunc non obstãte tali iuramẽto, dẽt fideiubere, vt 22.q.4.§.fi.ad fi.& si hoc sensit iurãs fuit illicitũ iurm: aũ non.at.c.j.j.de iureiur.& ã. eo.titu.c.q̃io.ſm Io. An.in dictis addi.referentẽ Old.ita tenere in suo ꝯsi.70. de quo tñ ar.vide plenè per d.Nic.in c.si verò.ã.de iureiur. vbi iodistio ꝯe concludit, q̃ tale iuramentum non obliget vbicunq; proximus vt reus indiget fideiussore, q̃a ex pręcepto tenemur diligere proximum. de pę.dist.2.proximos.ergo per iuramentum non possumus nos subtrahere ab hac pietate ex necessitate fiẽda, vt in c.diligenti.ã.e. Et eodem modo dicit do. Nico.in d.c. si verò.de iuramento de non mutuando pecuniã, quia non obligat quominus possit, & debeat fieri mutuũ indigẽtib.per no.
8 per Io.An.in c.2.ã.de sol.† In ea.glo.in fi. vide plene per glo.& Io.An.in c.nos inter.ã.de purga.cano.& hic in glo.fi.Quid de
a crimine [a] sacrilegij, & hęresis, & adulterij.& vsurarum, & quid de excõicatione, & de decimis, an iudex sęcularis cognoscere possit? de quo hic per Do.& per glo.& Doc.in c.cum sit.ã.e.&
9 in c.j.ã.de offi.ordi.† In glo.fi.in fi.tenet hic Io.Mo.& Arch.q̃ ratione iuramenti mutet forus, sed alijs videt q̃ non mutet, sed q̃ iuramentum accumulet forum: licẽt enim periurium sit crimen ecclesiasticum, vt per gl.3.in d.c.cum sit. m̃ non est merè, intãm q̃ iudex sęcularis cognoscere non possit, & illud punire: quia imò per hoc potest, vt j.de iureiur. licẽt.& l. si quis maior. C.de transac.vt hic per Io.An.ꝯcludentem, q̃ in foro pęnitentiali, laicus de iuramento cognoscere non possit, vt 2 1.q.j.prædicandum.& per Io.An.in d.c.nos inter.in j.gl.cum laicus nullo casu habeat prãtem clauium in absoluẽdo, vel ligando, ſm glo.in c.pastoralis.ã.de offi.ordi.In foro verò iudiciali dicit Io. And.q̃ aliqñ de ipso iuramento principaliter agit, q̃ seruet, & ꝯ laicum vterq; iudex tam sęcularis q̃ ecclesiasticus est competens ad obseruantiam iuramenti, vt hic, & d.c.licẽt.Aliqñ de ipso iuramento excipit, tunc tam coram ecclesiastico poterit cognosci, vt hic, q̃ etiam coram iudice sęculari: debet m̃ tunc iudex sęcularis seruare ius canonicum & poterit cõpelli ad hoc per iudicem ecclesiasticũ, vt d.c.licẽt.& sic practicaret d.aut.sacramenta.& d.c.2.ã.de pact.ſm Io.An.dicentẽ, q̃ qñ reuocaret in dubiũ probabile, an iuramentum esset licitum vel nõ, & sic seruandum vel non, tunc debet hęc cã remitti ad ecclesiasticũ, vt in c.ven.ã.de cle.& ita põt intelligi dictum Host. in d.c.tuã. ſm Io.An.& idem tenent Doc. in d.c.cũ sit. & d.Nic. ibi in 12. col. & vide quod idẽ singulariter voluit ad hoc propositũ in c. cum contingat.ã.de iureiu.in 18.col.Et ex dictis Io. An.no.primò, q̃ ex iuramento põt agi ẽt corã iudice sęculari.& ita sentit gl.hic.quod an procedat de iure ciuili, vide per Bar. in l.si quis pro eo.ff.de fideius.& per Bal.in l.j.C.de reb.credi.& per Imo. & Io.i.And.in c.cum venissent.de insti.& in c.nouit.ã.de iudi.
10 † Secundò no.ex dictis Io.And.q̃ ex iuramento [b] possit agi corã iudice sęculari, etiam eo casu quo de iure ciuili ex tali iuramento agi non posset.& ita sequitur do.Anto.& do.Nico.in d.c.cùm sit.licẽt Imo.ibi aliud velit, & non bene. nam cum ratione peccati debeat in omni foro seruari ius canonicum, vt per glo.in regu.possessor.j.eod. lib. & no.in d.c.nouit.poterit tunc cogi iudex laicus ad obseruantiam iuramenti per censurã ecclesiasticã, vt hic dr̃, & in d.c.2.& in d.c. licet. Nullo tñ casu posset iudex laicus concedere absolutionẽ a iuramẽto, sed debet adiri iudex ecclesiasticus, vt no.in c.j.& c.debitores.ã.de
11 iureiu.& per glo 15.q.6.autoritatem.† An autem iudex ecclesiasticus possit ex officio inquirere contra laicum non seruãtem iuramentum? Io.And.hic q̃ non.quod procedit, nisi esset talis persona quæ agere non possit, vt in c.quemadmodum. ã.de iureiuran.& l.3 §.præterea.ff.de suspec tut.Et refert hic Ioan.An. fuisse disputatum, q̃ si laicus, cum quærit de clerico coram suo epõ, dicendo q̃ sibi cum multitudine hoium damna & spolia intulit, & allegat illud esse notorium, q̃ non poterit episcopus ex officio contra tales inquirere ad testimonium: imo debebit dari libellus, & seruari ordo iuris.facit c.olim.ã. de iniur. & c.2.ã.de ordi.cogni.& ã. de offic.deleg.consul. & 2.q.7.lator.& quod no. 3.q.6.offeratur.& in c.j.ã. vt ecclesiasti. benefi. & in c.dile.

ADDITIONES.

a Nico Supe.De crimine sacrilegij Adde Doct.in c.in primis.2 q.j. Doct.in c. cum sit generale. de foro compe.
Vin.God. Sacrilegium est vsurpare iura eccle.Roy.consi.4.nu.5.li.4.& de sacrilegio, & eius pęna, Lud.Mont de reprob.sent. Iula.in 2.dubio.nu.5.
b Nic.Sup. Quod ex iuramento.Adde glo.& Doc in c quanto.de iureiur.
Vinc.God. Adde, q̃ iurans non reclamare a sententia arbitri, intelligitur iurare si fuerit rectè iudicatum. Roy.consi.149.nu.10.lib.4.

c.dilectus.ẽ.de temporib.ordinan.esto q ad correctionem criminis per viã inquisitionis procedere possit, vt in c.qualiter.ẽ. de accusa.vt hic per Ioã.And.ex cuius dictis infert Lap. hic, q per illam clausulam, ea quæ de bonis ecclesiæ &c.iudex delegatus procedere non potest per viam inquisitionis, sed in forma iudicij.& ita tenet Spe.in tit.de rescrip.præsenta.§.ratione formæ.ad finem.j.col.ver.item q in rescripto. & Pau.in clem. quia contingit.de religi.domi.Si tamen iudex datus esset super molestijs,& iniurijs illatis monasterio, qualiter procedere possit? dic vt nor.per Fed. in suo consil.210.Et aliquos casus in quibus iudex potest ex officio inquirere ad priuatam vtilitatem,vide plene per Io.An.& Doc.in d.c.ad nostram. el 2.super glo.pe.& de institutio.c.cum venissent.

De litis contestatione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio & defensio qualiter differunt?*
2 *Exceptio peremptoria proposita ante litis contestationem non impedit litem contesta. sed venit probanda post litis contestationem.*
3 *Exceptionis peremptoriæ taciturnitas, si non est litis finitæ non inducit subreptionem rescripti ad lites quominus saltem procedi possit secundum iuris formam.*
4 *Exceptio pacti de non petendo est peremptoria: & an impedit litis contestationem.*
5 *Adde conclusionem quam ponit infra.& nu.6.*
7 *Emologatio sententiæ arbitri quando inducatur ex longo silentio.*
Et exceptio præscriptionis potest opponi ante litem contestatam, ita vt eam impediat.
8 *Exceptiones litis finitæ possunt opponi dupliciter, scilicet in vim declinatoriæ,& in vim perẽptoriæ, et qualiter hæc fiãt, vide. Et nu.13.ad idẽ.*
9 *Lex vel statutum licet disponat admittendas esse certas exceptiones, tamen illæ possunt tolli per replicationem.*
10 *Exceptiones litis finitæ qualiter debent opponi?*
11 *Sententia diffinitiua sicut debet esse conformis libello, ita sententia ferenda super exceptione debet esse conformis, secundum modũ exceptionis.*
12 *Sẽtẽtia lata super exceptione an sit diffinitiua vel ĩterlocutoria,& nu.13.*
14 *Exceptiones declinatoriæ fori debent proponi ante omnia.*
15 *Exceptio quando potest opponi in vim declinatoriæ ante litem cõtestatã, & in vim peremptoriæ post litem contestatam?*
16 *Literæ in beneficialibus an habeantur loco tituli?*
17 *Exceptio si proponatur contra rescriptum, quòd sit subreptitium, cui incumbat onus probandĩ.*
18 *Exceptio peremptoria quæcunque sit, seu defensio tãgens ipsum negotium principale de quo agitur, non potest opponi ante litem contestatã. hæc regula limitatur multis modis, vt infra sequitur.*
19 *Exceptio discussionis non factæ impedit litis ingressum.*
20 *Exceptio collationis non factæ impedit litis ingressum.*
21 *Idem in exceptione solutionis.*
22 *Item exceptio, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
23 *Item exceptio proueniens ex statuto quòd quis non audiatur.*
24 *Idem in exceptione opposita contra agentem familiæ erciscũdæ per quam negatur quem esse hæredem.*
25 *Idem in exceptione pacti, quando est factum cum alia persona, vel super alia re quàm in libello deducta.*

CAP. I.

1 EXceptionis. †No. primò differẽtiã inter exceptionẽ, & defensionẽ.de quo j.in gl.†Secũdò no. q regulariter
2 exceptio perẽptoria proposita ante lit. contest. nõ impedit litis conte. sed venit probanda post lit.cõtesta. sic j.c.pxi.& sufficit q probetur postq̃ actor fundauit suã intentionẽ,vt no.in c. de testib. ẽ. de testib. & in l.si q.dẽ.C.de excep.imo reus nõ cogit recipere terminũ ad probãdũ exceptiones, & defensiones suas, nisi postq̃ actor probauerit suã intẽtionẽ, & sic nõ possint vtriq; termini cumulari simul,sm Pe.de Anc. qđ fallit in summarijs causis, vt p gl.
3 no. in ver.partes.in cle.sæpe.§.& q.2.de verb.sig.† Vltimò tene mẽti,& ita allegaĩ,q taciturnitas exceptionis perẽptoriæ cõpetẽtis aduersario,si nõ est litis finitæ,nõ inducit subreptionẽ rescripti ad lites,quominus saltẽ procedatur sm formã iuris. & ita tenet Inno.in c.ex parte B.super ver,assignatã. ẽ.eo.& in c.super literis.ẽ.de rescri.& Rota in decis.284.quæ inci.liẽ si p impetrantẽ.de quo j.in gl.fi. Secus tñ est in exceptionibus decli-
a natorijs vel dilatorijs,quia taciturnitas [a] induceret subreptionẽ rescripti,& impediret litis cõtest. vt hr̃ in c.cũ ordinẽ.de rescri.& in d.c.super literis.& tenet Inno.ibi.& hic idẽ Arch. & Io.An.quia ex quo respiciũt processum, & nõ cõtingunt negotiũ principale,ideo examinanĩ ante lit.cõtest.ẽ. de re iudi. inter mo.de coha.cleri.super eo.de rescri.dilectus.el j. nã exceptiones quæ opponũtur in vim dilatoriæ, seu declinatoriæ debent probari,& opponi ante lit.contest.& impediunt lit. cõtest.vt j. in gl.pe.& ibi Io.An.& tenet Spec.in ti.de excep.§. nunc videndum.in prin.& in fi.& in ver.quia ergo.& Bar.in l.fi. ff. p suo. in fi.Et vide in d.c.cùm ordinem. vbi est tex.no. q valet rescriptũ,nec reddiĩ subreptitium,licèt non faciat mentionẽ de priuilegio aduersarij: quia ex priuilegio causatur exceptio perẽptoria, dũmodo tamen tale priuilegiũ non habeat clausulam derogatoriam ad rescripta,seu illis det formam, quia tunc secus esset,vt ibi per Imo. Et limita hunc tex. vt procedat in rescriptis ad lites:secus in rescriptis ad beneficia,in quibus taciturnitas exceptionis perẽptoriæ induceret subreptionem, & vitiaret rescriptum ipso iure,vt hic in glo.& patet in c. cõstitutus.ẽ.de resc.secundum Lap.hic,& tenet Inno.in d.c.constitutus.& in d.c.super literis.& intellige in rescriptis ad beneficia gratiosis:secus autẽ in rescriptis iustitiæ ad beneficia, quia tũc taciturnitas iuris peremptorij nõ vitiaret literas ad beneficia, nec talis subreptio seu exceptio poterit nunc opponi contra literas vel processum : sed solum ad merita causæ , sicut dicitur hic in rescriptis ad lites.& ita tenet notabiliter Io.An.& sequi
4 tur ibi Imo.& do.Anto. in c. postulasti.ẽ.de rescri. qđ not.† In glo.2. ibi, de non petendo. tenet glo. q exceptio pacti de non petendo,sit peremptoria, & nõ impediat litis contest.& ita et tenet Barto.in l.si tibi.§.pactus ne peteret.ff. de pac. Sed exceptio pacti de non agendo impediat lit.contest.sm Inno.& ita transit Archi.& Io.An. hic. ponentes super hoc rationẽ diuersitatis, & cõcludentes etiam q exceptio pacti de nõ agẽdo debet opponi ante lit. contest. & postea opponi nõ possit, cũ sit declinatoria.de quo hic per Domi.& per Bal.in d.l.peremptorias.C.sentẽtiã rescin.non pos. in 8.colum. & in l.postquã liti. C.de pac.Et aduerte,quia Bal.hic voluit,q in hoc vltimo inter hæc non sit differentia,cum agere respiciat, non solũ exordiũ litis,sed etiam quẽlibet actum:& maxime post lit.cõtest.vt l.si procurator.ff.de excep.doli.& l.q procuratorẽ dat.ff.de procu.facit l.j.C.de lit.cõtest. vnde quò ad iudiciũ nõ est differẽtia:licèt pactũ de nõ petẽdo sit magis gñale, cũ petere dicaĩ ẽt extra iudiciũ,sed nõ dr̃ tũc agere,vt in l.amplius nõ peti.ff.rẽ ratã habẽ. vnde vĩ tenendũ,q exceptio pacti de nõ agẽdo possit opponi, nõ solũ ante lit.cõtest.& eã impediat,vt tenet ẽ.Inn.& Io.An.& Bal.in d.l.perẽptorias.& in d.l.postq̃ liti. sed ẽt post lit. cõtest. cũ ẽt sit perẽptoria.& tenet Bal.in d.l.postq̃ liti.in q̃nta oppo. & sequiĩ do.Ant.in c.cõstitutis.ẽ.de rescr. licet Imo.ibi ĩ vltima carta,in princ.videaĩ velle , q exceptio pacti de nõ agendo vel de nõ cõueniẽdo possit solũ opponi ad processum : & sic nõ post lit.cõtest.de quo ibi p eũ.Qñ tñ pactũ de nõ petẽdo esset iuratũ,
5 tunc bene impediret litis contesta. sm Inno. de quo j.† In ead. gl.in fi.cõclude,q siue sit pactũ iuratũ de nõ petẽdo,siue de nõ agẽdo,siue simplex iuramẽtũ de nõ petendo,omni casu exceptio ex iuramẽto descẽdẽs impedit lit.cõtest. & potest opponi ante lit.contest.& ad rescriptũ,& processum,vt sic periurium euitetur,sm Inn.Arch.& Io.An.facit tex.in c. veniẽs. hic alle. & est dictũ l c.fi.ẽ.tit.proxi.vbi enim ex admissione ad iudiciũ quis incurreret periurium,quia venit contra iuramentum,talis exceptio impedit litis ingressum , & repellit ille talis, quia temerariè agit, vt in c.fi.ẽ.ti.proxi. & facit l. eũ quẽ temerè.ff. de iudi.licet qñ ex alia de causa quis esset periurus , ex hoc nõ repellatur a prosecutione iuris sui.& ita procedat glo. in c. dilecti.ẽ.de excep.& qđ not.Archi.4.q.6.omnibus.& Ioan. An.in reg.quod semel.j.eo.lib.& glo.in c.fi.ẽ.de procur. eod. li. & in c.2.j.de iureiuran. & Inno. in c. dilecto.ẽ. de præben. Aduerte tamen, quia Ioan.And.j.super glo. in ver.finita.intelligit prædicta vera, quando iuramentum de nõ agendo vel accusando intercessit post litem motam,quia tunc dicitur lis finita,& opponi posset ante lit.contest. & eam impediret, sicut aliæ exceptiones litis finitæ. & ita intelligit d. c. veniens.secus quando ante litem motam intercessit iuramentum de nõ agendo, vel accusando,quia tunc exceptio ex eo descẽdens est perẽptoria & litis cõtest.nõ impediret.Sz certe oĩ casu exceptio proueniens ex iuramẽto opponi põt ante lit. cõtest.& eam impedit,& dicitur exceptio rei finitæ.Et ita tenet Bar.in l.cũ quærebat.in fi. ff.iudi. solui.per text. in l.nã postea. in prin.ff.de iureiuran.ita etiam

---

ADDITIO.

a Vinc.G. Taciturnitas quando habeatur pro cõsensu,quando non? Alex consil.84.nume.5.lib.7.& consi.180.eo.lib. Soc.in consi.46.& consi.142.nu.37. lib.2.& vide in decis. Neapo.58.

etiam tenet Rota in deci.401.quę incipit, Item si agenti.dicens q agēti interdicto vnde vi in causa beneficiali obstat exceptio iuramenti, sponte præstiti, etiam post spoliationē de nō molestando spoliatorem in iudicio, vel extra: licet enim renūciatio beneficij etiam cum iuramento facta post spoliationem, non impediat restitutionē, vt in c. solicitè.ṡ.de testi.spo. tamen iuramentum de non agendo, vel restitutionē de nō petendo obstat agenti possessorio recuperandæ. facit glo. in c. ex insinuatione.ṡ.de procu. & per Inno.in c.super hoc.de renūcia. & per Spe.in titu.de petito. & possesso.§.fi.ſm Rotam ibi.& facit qd̄

6 no.Inno.in c.cum venissent.ṡ.de insti.† In glo.in ver.defensio

a nis,in fi.no.ex glo.differentiam [a] inter exceptionem,& defensionē, qd̄ est notandū pro statutis.& vide singulariter per Bar. in l.j.§.j.ff.quod vi aut clam. quando statutum tollit exceptionem,& quando tollit defensionem.& vide in l. planè. & in l. fi.ff.de peti.hæredi.ēt licet differentia huius glo.in se sit vera, tamen non congruit textui huius c.in quātum loquit̄ de defensione,quia si intelligeretur de ea quæ ipso iure tollit actionem vt est solutio,& acceptilatio,& tales dicuntur rei finitę, vt d.l. cùm quærebatur.& ibi per Bar.& possent opponi ante lit.contestatā,& eam impedirent.ideo dicit hic Ioan. An. q alio modo potest dari differentia inter exceptionem, vt hic per eum. & per Spe.in ti.de exce.§.j.In glo.in versi. finita.ibi,iudicandi ius fuit.quia si iudex non habuisset iurisdictionem, non teneret sententia.ṡ.de iu. at si clerici. cum de defectu iurisdictionis semper possit opponi, secundum glos.not. in cle.j.de sequest. possess.Et idē si iudex fuit publicè excōmunicatus.ṡ.de re iudi. ad probandum. vel schismaticus, vel hæreticus.ṡ.de hæret.excommunicamus.§.credentes.ex quo enim sententia est nulla, non obstat exceptio rei iudicatæ, secundum glo. hic.Et idem si sententia sit nulla, quia sit lata iuris ordine non seruato.2.q. 6.§.diffinitiua.& l.prolatam.C.de sententijs.ſm Io.An.& facit l.4.§.condemnatū. ff.de re iudi. Et habent locū prædicta non solū in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, in quibus obstat exceptio rei iudicatæ.ṡ.de accu.de his. requiritur tamen,quòd snīa transisset in rem iudicatā:aliàs nō obstaret,nec impediret litis cōtestationē,puta si esset intra tēpus appellādi, vel pēderet appellatio secūdum no.per Doct.in l.j.ff.de re iudi.vel si causa esset matrimonialis,quæ non transit in rem iudicatam.ṡ.de re iudi.lator.Causæ verò beneficiales, & spirituales transeunt in rem iudi.ṡ.de rescrip.ex parte.de elec.cum dilecti. de appel.cō sti.ſm Ioan.An.& idē tenuit in c.j.& 2.j̄.vt lit.pen.Sed Lap.hic ptra per no.ṡ.de dolo & cōtu.cū olim,in glo.pe.& in c. cū Bertoldus.ṡ.de re iudi.& ṡ.de rescrip.cōstitutus. Super quo d.An. in c.ad audiētiam. el 2.ṡ.de rescri.concludit,q quò ad iudicem sententia in beneficialibus non transit in rem iudicatam, & potest eam retractare:secus quò ad præiudicium partis,vt not. in d.c.cum dilecti. & est glo. in c.j.ṡ. de conces. præben. & ita potest procedere dictum Inno.& Ioā.An.hic,dicentis tex. hic habere locum in spiritualibus,vt obstet exceptio rei iudicatę: secus tamen esset quando ageretur per viam denunciationis euangelicæ. & ita secundum Domi. procedit dictum Innoc.ṡ. de accu.ad peti.& Ioā. An.in d.c.ad audientiam.In ea.glo. ibi, vt trāsactio teneat.secus si nō teneret, quia tunc exceptio transactionis nō impediret litis ingressum,ſm Io.An.puta quia nō sit facta bona fide, vel sit facta in casibus in quibus non pōt trā

7 sigi,de quibus in l.post rem.C.de trāsac.† In eadē gl.ibi,longo silentio.potest intelligi ſm Io.An.quando ex longo silētio inducitur emologatio sententiæ arbitri, vt in l. cum antea.C.de arbit.vel quando ex tali silentio inducitur pręscrip.Ex quo no

b ta,q exceptio [b] præscriptionis potest opponi ante lit. contest. vt eam impediat tanq̄ exceptio litis finitæ,ſm Host.sed Ioan. And.& Archi.hic cōtra,per l.emptor.C.de præscri.longi tpis. & idem Spe.in tit.de exce.§.dicto.in vlt.char.ver.sed certe.vbi dicit,q Curia Romana nō admitteret,q exceptio pręscriptionis possit ad impediendum lit.contest. opponi, & idem sequit̄ Fede in suo cōsi.178.Sed aduerte,quia Cy.in d.l. emptor. dicit hoc procedere,qn̄ exceptio præscriptionis opponitur ad iustitiam causæ, puta si dicatur,talem ius non habere,vel me absolui debere,quia præscripsi,vel actio est peremptα, tunc ex quo opponitur in vim peremptorię,non impedit litis ↄtestationē. & ita pōt intelligi d.l. emptor. sed si dicta exceptio proponat̄ ad processum,puta si dicatur,talem non esse audiendū,vel agere non posse,vel litē contestandam nō esse, quia actio est perēpta præscriptione,tunc impedit̄ litis cōtestatio,& fit exceptio litis finitæ,per tex.in l.fin.ff.pro suo.& ita sequitur Bart.ibi. & Bal.in l.edicto.C.de edicto diui.in 6.col. vbi posuit tres casus in quibus certum est,q semper exceptio præscriptionis impe-

8 dit litis contest.vt ibi per eum.†Et aduerte ex prędictis,q exceptiones litis finitæ possunt opponi in vim declinatoriæ, & in vim peremptoriæ. nam opponuntur in vim declinatorię,s.qn̄ opponuntur ante li.contest.ad impediendum processum, modis quibus ṡ.& tunc impediunt li.ↄtest,& debent ante lit. cōtest.examinari. Sed si opponuntur in vim peremptoriæ.s.quādo opponuntur ad iustitiā causæ, vt ṡ. & tunc debent opponi post lit.ↄtest.& si ante opponuntur,nō impediunt li. ↄtest. sed reseruantur,& veniunt probandæ post li.cōtest. ſm Bar. in d.l. fi.& Bal.in d.l.edicto. Quid aūt sit in dubio, quādo si nō apparet an sint oppositæ in vim peremptoriæ,vel declinatoriæ? dicebat Bal.in d.l.peremptorias.& in l.j.C. qui accu. nō possunt. q videntur oppositæ in vim peremptoriæ,per d.l.emptor.Sed aduerte, quia exceptiones litis finitæ quomodocunque opponūtur ante li.contest.semper videantur oppositæ, vt impediatur li.contest.& ita videtur esse tex.hic,& j̄.c. proxi. volens, q exceptiones litis finitæ,licet sint peremptoriæ,& opponantur vt peremptoriæ, tamen impediant litis cōtestationē, & sic nō curatur an exceptiones litis finitæ opponantur in vim declinatoriæ,vel peremptorię ad finē vt impediatur litis cōtestatio prout dicit Bar.& Bal.vt ṡ.& idem Bar. in l.eleganter.§. si quis post ff.de cōdi.inde.& in d.l.cū quęrebatur.& Inn.in d.c.super literis.quia talis subtilitas de iure canonico non vr̄ necessaria, cū sit tex.hic,& j̄.c.proxi.q quando exceptiones litis finitæ opponuntur in vim peremptoriæ,etiam hoc expresso, vel etiam tacite qn̄ opponuntur ad iustitiam causæ, & sic ad negotium principale, quo casu videntur oppositę in vim perēptoriæ, vt ṡ.tamen omni casu impediunt litis cōtestationem. licet enim quo ad multos effectus sit differentia an exceptiones opponātur in vim declinatoriæ vel peremptoriæ, vt j̄. patebit in glos. tamen quò ad hoc,vt impediatur litis contestatio,non videtur differentia, quia etiam si opponantur expresse in vim peremptoriæ,tamen impediunt litis contest.per tex.hic, & in c.proxi.& ita sequitur Io.An.in addi.Spe.in tit. de dilatio.§. dilationes.ver.itē quærit.in addi.quæ incipit. Idest opponi possunt, in fi.& refert hic Domi.ita residens. Et ad prædicta vide per Bar.in d.l.fi.limitātē hūc tex.& dicit, q opponēs exceptiones litis finitę ad impediendā litis ↄtestationē,debet esse cautus vt offerat se paratū incōtinēti ꝓbare:aliàs si aduersarius diceret illas exceptiones nō esse veras, tūc nō impediret̄ litis ↄtestatio, sed deberēt reseruari post lit.ↄtest.& ita probatur in tex. & gl. not. in l. nam postea.§.j.ff.de iureiur.& ita sequitur Bald.in d. l.edicto.Et quādo dicatur posse incontinēti probare, vide per Bar.in d.l.fi.in fi.& in l.ille a quo.§.si de testamēto.ff. ad Treb. & ibi singulariter operetur reseruatio talium exceptionū, qn̄ iudex pronunciat procedendū ad vltenota reseruans reseruādis. Quid autē si esset assignatus terminus per iudicem ad opponendum omnes exceptiones litis finitæ,vtrum post terminum poterit opponi exceptio transactionis, vel iurisiurandi. per Bal.in d.l.peremptorias.in 7.col.In ead.glos. ibi, per iuramentum,siue sit iuramentum litis decisiuum, siue voluntariū

9 vt in d.c.veniens.& dic vt ṡ.† In glo.ibi,dic q sic.nota ex glos. iuncto tex. q licèt de iure cōmuni, vel ex statuto caueatur admittendas certas exceptiones,poterunt tamen tales exceptiones tolli per replicationem:quia non est de mente iuris vel statuti,q contra tales exceptiones nō admittatur replicatio nullitatis,vel alia, vt hic.facit glo.in ver.non obstāte, in c.indēnitatibus.ṡ.de elec.co.lib.& cle.j.de sequest.pos.& no. in c.exhi

10 bita.ṡ.de iudi.† In ead.glo.ibi,sed pone.ex glo.vsque in finem not.primò practicam opponendi exceptiones litis finitę,quia quando opponuntur in vim declinatoriæ,vel peremptoriæ,& dic vt ṡ. debent opponi ad processum, vt ṡ.est dictum,referendo Bart.in d.l.fi.& ita etiam dicit hic Ioan. And. post Ioā. Mo. Sed quando opponūtur ad negotium principale, de quo agit̄, puta si dicat reus se absoluēdū, qa fuit res iudicata, vel q actor nō habeat ius,tunc opponuntur in vim perēptoriæ.& dic vt ṡ. Secūdo no.ex gl.modū ꝓcedendi super exceptionibus in vim declinatorię oppositis:nam in eis debet lis ↄtestari,vt hic in gl. de quo

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Differentiam inter exceptionem. Adde an sit differentia inter exceptionem, actionem, & protestationem, vide per Ioan. And. in cap.a.in fi. de ord. cog.

b Nic.Sup. Exceptio præscriptionis.Adde Spe.tit.de excep in § 1.ver.sed pone. Vinc.G. Adde,quòd exceptio præscriptionis non pōt opponi per tertiū Alexan.consi.183.col.fi.lib.2.Nam dicitur huiusmodi exceptio litis finitæ,& impedit litis contestationem. Corn.consi.117.lit. 1 itera 1.lib.1.Dec. primus præceptor meus,consi.272.col 5 & consi 302.in fine.

de quo tñ per gl. & Doc.in c.prudentia.§.sexta.ī.de offi.deleg.

11 †Tertiò no.ex gl. practicam pronunciandi super exceptionib. quia sicut stia diffinitiua debet esse conformis libello. ī. de fi. mo.licèt Hely.& l.vt fundus.C.commu.diui.ita snia super exceptionibus ferenda,debet esse conformis, sm modum exceptionis propositę,& eius conclusioni,licèt talis snia sit interlocutoria,vt in c.j.& 2.ī.de ordi.cogni.ideo si proponunt in vim declinatoriæ,debet snia ferri in forma,de qua hic in gl. scilicet pronunciando illum non audiendum,& silentium imponendum.pro quo bonus tex.in d.c.veniens.vel poterit iudex quod melius videtur,sm Io.An.sic dicere,te ad agẽdum non admitto,& non admittendum fore pronuncio, sm Specu. in titu.de excep.in §.dicto,in fi.& ibi per Io.An.in addi. & si pronunciat non esse procedendum ad vlteriora obstantib.obiectis. Si verò proponatur exceptio in vim peremptoriæ,tunc pronunciabitur diffinitiuè super ipsa causa , sm modum, de quo hic in fi.

12 †Quartò & vltimò no.ex glo. an snia lata super exceptionibus sit diffinitiua,vel interlocutoria.super quo glo. hic variat. Ioã. And.in addi.Specu.in titu.de dilationibus.§.j.ver. item quæritur.tenuit,ꝙ si opponuntur in vim declinatoriæ ante li.contesta.snia sit interlocutoria,sed si opponuntur in vim peremptoriæ ante li.contesta.quod fieri potest, vt est tex.hic, tunc poterit pronunciari diffinitiuè.& isto casu potest ferri diffinitiua lite non ꝯtest.Sed cautius est, ꝙ proponantur peremptorię post li.ꝯtest.vt dicit glo.hic,sm Io.An.ibi,& ita residet hic Domi.licèt gl.hic sentiat,ꝙ ante li.ꝯte. non possint proponi in vim peremptoriæ,quod vr̃ ꝯ tex.hic,vt est dictum ī.Quando verò exceptiones opponuntur post li.ꝯtesta.tunc snia lata super eis esset diffinitiua,vt dicit glo.hic intellige si fertur snia, non super ipsis exceptionib.sed principaliter,& directè super negotio principali,quia sic pronunciando videtur tacite pronunciatum super exceptionib.sm gl.hic:nec est necesse,ꝙ expre sè pronunciet super exceptionibus,vt no.in c.j.ī.de ord.cog. Quando autem pronunciatur principaliter super exceptionibus,tunc esset sententia interlocutoria,habens tamen vim diffinitiuæ,secundum glo. ordi. in clemen.fi. de appella.& ibi plenè de his.

13 †Et aduerte,quia apparet ex prædictis esse differentiam,an opponantur exceptiones in vim peremptoriæ, vel declinatoriæ. Et vltra prædicta adde tres alias differentias.Primò,quia qñ opponunẽ in vim declinatoriæ,non fit remissio ad partes pro testibus,vel alijs probationib. sicut non fit super alijs dilatorijs: secus tamẽ esset si opponuntur in vim peremptoriæ, & ita est de stilo curiæ,sm Io.And.& vide quod no.in c.j.j.de appella.& in c.cupientes,circa prin.ī.de ele.eo.lib.Scđò,quia quando opponunt in vim declinatoriæ , & probantur, tunc solum fertur snia absolutoria,vt per tale rescriptum non audiatur super eodem debito.vt dixit Innocẽ.in d.c.super literis.& sequitur hic Ioan.And.& dic,vt ī. Tertiò,quia si opponuntur in vim declinatoriæ,poterūt non obstante snia repulsoria ipsarum,iterum fieri oppositio de eisdem exceptionibus in vim peremptorię, in eodem vel alio iudicio,sm Arch.hic per no.per Inno.in d.c. super literis.in glo.antepe.in ver.sed certe.& idem videtur hic tenere Io.And.& Lap.cum ad diuersum finem opponantur, secundum no. in c.veniens.el 2.ī. de testibus. & in c.2.ī. de ordi. cog.in gl.n.hoc patet,ad fi.& ita etiam tenet Fede.in suo consi. 216.quod incipit, Dñe Cõrade. quod procedit si opponitur in vim declinatoriæ ante li.contesta.aliàs si in vim peremptoriæ, quod fieri potest, vt hic in tex. & tunc procederet opin. Ioan. Mona. hic tenentis contrarium, s. vt fiat perpetuum præiudicium,sm Do.

14 † In gl.in ver.obtentum,in prin.tenet gl.ꝙ in proponendis exceptionib.debeat esse ordo: ideo dic ꝙ exceptiones declinatoriæ fori debent ante oia proponi , & sic declinare iudicem debet esse primus actus, qui fit in iudicio , vt dixit Innocen.in d.c.inter monasterium.aliàs proponendo alias exceptiones, illis declinatorijs vel dilatorijs omissis , videretẽ eis renũciatum,vt in l.sed si susceperit.ff.de iudi. Et aduerte, quia licèt per obiectum exceptionis peremptoriæ videatur renunciatum exceptionibus declinatorijs,vt d.l.sed si susceperit. tamen per obiectum vnius exceptionis peremptoriæ non videtur renunciatum alteri exceptioni peremptoriæ , sm glo. in l. propter li.ff.de execu.tuto. vnde non est opus oẽs exceptiones simul proponi,sicut est opus in declinatorijs.Et prædicta procedunt, quando opponunt dictæ exceptiones peremptoriæ sine declinatorijs : aliàs si proponerentur simul , & permixtim, declinatoriæ & peremptoriæ,tunc nõ attendiũ ordo scripturę: nec per oppositionem vnius videretẽ alteri renunciare,sed illa exceptio intelligitur prius proposita quæ de sui natura añs procedere debet,sm Bart.in l.quidam cõsulebat.ff.de re iu. & Bal. in proę.C.in §.quib.& in l.exceptionem.C. de proba.& in l.si quæramus.ff.de testa.& vide per Inn.& Io.An.in c.fi.j.de iure-iu.& per Doc.in d.c.inter monasteriũ.

15 †In e.gl.in fi. dicit Inn. hic,ꝙ tũc põt opponi in vim declinatorię ante li.ꝯte.& in vim peremptoriæ post li.ꝯtest.qñ quis impetrat simul grãm,& lr̃as subreptitias,puta si bñficiatus impetrat aliud bñficium tacito, de primo,nũc poterit opponi ꝯ rescriptũ in vim declinatorię & ꝯ grãm ꝯtẽtã in rescripto in vim peremptoriæ,vt d.c.ꝯstitutus. & ad c.ad aures.e.ti.secus si grã subreptitia fuisset prius ꝯcessa, & postea impetrantur lr̃æ executorię,vt ponat in possessione, qa nõ poterit ꝯ tales lr̃as obijci de subreptione,vt in c.cũ olim. ī.de re iud.& c.accedẽs.de accu.sm Inno.cuius dictũ procedit, qñ nõ offerẽ prõpta probatio,quia tũc non audit,nisi facta executione,vt d.c.cũ olim.aš bene admitteret exceptio,cùm literaª executiua ita sit subreptitia,sicut & principalis,sm Io.Mo. & Io.An.

16 † vt hic per eũ,ponentẽ post Arc.an lr̃ę in bñficialib. habeant loco tituli,& ꝯcludũt ꝙ lr̃æ dicunẽ titulus remotus nõ immediatus,cũ grã fiat sine lr̃is, & sp lr̃as præcedat,sm Inn.in d.c.ꝯstitutus.& facit quod dictum fuit ī.in proę. huius libri.Refert tñ hic Do.Io. Cal.in repe.c. in nostra.tenere,ꝙ lr̃a beneficialis non habeat loco tituli,& nõ sit titulus remotus, vel propinquus,siue agatur de beneficio ꝯferendo,siue de iam collato: ideo si ꝯferẽ beneficium vacãs,illa verbalis collatio quæ fit per conferentem, habetur loco tituli, & per illam ius acquiritur,vt j.de præben.si tibi absenti.litera ergo nõ erit titulus, sed erit probatio.& vide per Imo. in cle.fi.de rescrip. quod tamen limitat hic Bal.nisi litera sit de substantia gratiæ, quia tunc per literam daretur titulus.arg.l.contractus.C.de fide instru. In gl. fi.in fi.Arch.& Io.An.assignant hic aliam rationem,quia sicut non teneẽ actor in suo libello facere mentionem de exceptione competente reo,sm Innoc.in c.fi.de lib.obla.multò minus in rescripto,quod præcedit libellum,& habetur loco libelli,vt dixit sing.Inno.in c.dudum.el 2.de elect.si tamen actor vellet, bene posset in suo libello facere mẽtionem de exceptione, & replicatione competente ipsi reo,sm Bar.& Bal.in l.fi.C.si aduersus rem iudicatam. Et ad id quod dicit glo. hic, vide singu. per Bal.in l.j.C. si contra ius vel vtili.pub. concludentem, ꝙ si mutuans decem Titio impetrauit contra eum rescriptum tacito de pacto de nõ petendo ei facto,eo quia postea fuit factũ pactũ de petendo,vel impetrauit rescriptũ super negotio in quo erat facta transactio,tñ non obseruabaẽ sibi transactio, vt C.de transac.l.siue apud acta.vel impetrauit executionem stiæ,non facta mentione de appellatione,vt in c.ex parte.ī.de rescri.qa erat deserta,vel ei expressè renunciatum,vel erat casus in quo non poterat appellari: oia ista rescripta valerent, quia licèt tacuerit defensiones competentes Titio, tñ si de replicatione dixisset,nihilominus lr̃as habuisset, sm Bal.ibi, & dicit glo.hic, quod tene menti.

17 † Vlt.vide hic per Io. An.cui incumbat onus probandi,quando opponiẽ ꝯ rescriptum,ꝙ sit subreptitium,& concludit,ꝙ in beneficialibus,si in rescripto fuerunt expressæ qualitates ꝯ quas reus excepit , vt quia expressit impetrans se maiorem,vel legitimũ, tunc impetrãs habet probare,vt no.in fiñ,in l.3.C.de non nu.pecu.Sed si ꝯ impetrantẽ opponaẽ, ꝙ tacuit verum,quia dr̃ ꝙ tacuit se esse minorem,vel illegitimum, tunc probabit ipse reus, ex quo in excipiendo allegat dolũ ipsius impetrãtis, vt l.quotiens.§.qui dolo.ff. de proba. vtroq; tñ casu recipiẽ probatio vtriusq; volentis probare , vt in c. super hoc.ī.de renuncia.Et vide per d. Nic.in c.constitutus.in 2.col. ī. de rescript. Si opponitur in rescriptis ad beneficia defectus natalium,vel ætatis,cui incumbat onus probandi? vide notabiliter per Ioan. And. in regu.infamibus.j.eod.lib.& ibi dicta. Quid autem sit in rescrip. ad lites? dic ꝙ probat ipse excipiens, si opponatur aliqua exceptio litis finitæ,siue in uim declinatoriæ, ut hic in tex. siue in uim peremptoriæ, ut in c.j.ī. de ordi. cog. Et idem si opponatur aliqua exceptio dilatoria non tangens principale negotium, ut excõmunicatio impetrantis, ut in c.j.ī.de rescrip.eo.lib.taciturnitas primi rescripti,ut in c.cæterum.ī.de rescript. uel alia similis exceptio, & tunc probabit ipse excipiens.facit c.pia.j.de excep. de quo hic plenè per Domi.& uide per Ioan.And.in reg.infamibus.j.eod.lib.& in c.ex parte.el j.ī.de priuile.& ibi per Innocen.& plenè no.in d.c.super literis.

18 † Extra glo. circa materiam utilem huius decretalis quæ sint exceptiones peremptoriæ,quæ oppositæ ante li.contesta.impediant li.ingressum,& li.contest.conclude primò regulam

ADDITIO.

a Vin G. Considera,ꝙ literæ subreptitiæ impetratæ per taciturnitatem,ita demum sunt nullæ,si de subreptione opponatur.Ruy.consi.144.nu.13.lib.4.

1 SI poſt. †No. j. ꝙ ſicut poſitiones debẽt fieri præcedente iuramento calumniæ, vel veritatis, vt per gl. ſ. c. prox. ita & eodem modo reſponſio debet ſequi præcedente iuramento. † Secundò no. 2 ibi, a iudice. ꝙ interrogatio ſuper poſitionibus debet fieri per iudicem, & non per partem. ad hoc gl. ſ. c. proxi. valeret tamẽ ſpontanea reſponſio ſi fieret ad inſtantiam aduerſarij, iudice non præcipiẽte, vt in l. ſi ſine. ff. de inter. act. & per glo. & Doc. ſ. de dolo & contu. in c. prout. & tenent hic Arch. & Io. An. & Rota in deci. 31. quæ inci. Item voluerunt. & vide glo. no. 30. q. vlt. interrogandum. Tertiò no. ibi, contumaciter. ꝙ ſufficit nolle reſpõdere ad mandatum iudicis, vel poſt eius iuſſum contumaciter ſe abſentare, & ex his duobus vel altero eorum habetur pro confeſſo. talis tamen confeſſio in beneficialibus non iuuaret ponentem, qui aliter nõ probaret de titulo, ne per cõcluſionem daretur vitioſus ingreſſus, vt in c. j. ſupra ti. 2. eo. li. ſm Archi. & Ioan. And. Sed in contrarium facit glo. ſ. c. proxi. circa fi. vbi voluit, ꝙ etiam in beneficialibus fiant poſitiones, & confeſſio præiudicat. poteſt dici, ꝙ gloſ. ibi procedat vt valeat confeſſio in præiudicium ꝯfitentis, vt ſic poſſit quis amoueri a beneficio, ſed non quò ad hoc, vt per talem confeſſionẽ fundetur & probetur titulus, vt per talem confeſſionem fiat adiudicatio ponenti, & ita procedat quod dicit Ioan. And. & idem voluit in addi. Spec. in ti. de poſitione §. 9. ver. verum. ibi, 3 ſecus puto. & ita tenet hic Lap. de quo eſt dictũ in d. c. j. †Quarto no. ibi, pro confeſſo. quòd cum ſit ſpeciale, vt cõtumax iſto caſu habeatur pro cõfeſſo, quod regulariter ſecus eſſet. & ſic ſequitur, ꝙ niſi iudicialiter liqueret de cauſa non poſſet contra contumacem ferri ſententia diffinitiua: qđ procedit tam in ciuilibus q̃ in criminalibus, vt l. properandũ. §. & ſi quidem. C. de iudi. & l. abſentem. ff. de pœnis. & no. in c. veritatis. ſ. de dolo & contu. & ita ſequitur hic Pet. de Anch. & Bald. in l. j. ff. ſi quis ius dicenti. vbi notabiliter dixit, ꝙ non poterit iudex citãdo cõminari, vel interloqui, ꝙ eũ habebit pro cõfeſſo: licèt ratione contumaciæ aliam pœnã imponere poſſit. de quo j. In glo. 2. in fi. no. quia vbi aduerſatiua ponitur inter diuerſa, quorum vtrũq; eſt neceſſarium ad vſum, de quo quæritur, tũc accipitur pro coniuncta. facit gl. in ver. figura. in clemen. ſæpe. de

4 verb. ſigni. †In glo. in ver. iuramentum, in fi. vult gl. ꝙ etiam ſi ante lit. conteſta. fuerit iuratum, & fiant poſitiones, tamen habebit locũ diſpoſitio huius text. & ita videtur eſſe de mente Ioan. And. hic, & ſequitur Domi. ſed non haberet locum tex. hic, niſi poſt præſtitum iuramẽtum calumniæ, vel veritatis, vt hic in prin. tex. vbi ita tenet Io. An. Bal. tamẽ in l. 2. §. ꝙ ſi actor. circa fi. C. de iuramen. calum. refert contrarium fuiſſe conſultum in ciuitate Florentiæ, vt ſic tex. hic procedat etiam anteq̃ ſit præſtitum iuramentum, quia non minor eſt cõtumacia nolentis iurare & reſpõdere q̃ eius qui poſt iuramentũ non reſpondet. & ita ſequitur Bal. ibi per illum tex. ibi enim nõ erat iuratum, & tamen nolens iurare habetur pro cõfeſſo. Pro quo ẽt facit gl. hic, & ſequens. & ita etiam tranſit hic Per. de Anch. Sed Domi. contra. nec ob. d. §. ꝙ ſi actor. quia loquitur in nolẽte iurare, & tunc habetur pro confeſſo, ſed hic loquitur in nolẽte reſpõdere poſitionibus, quo caſu ſolũ poſt iuramentũ præſtitum habetur pro confeſſo, vt hic in tex. qui cum ſit pœnalis nõ debet extẽdi, vt in reg. in pœnis. j. eo. li. & no. in c. ſi poſtq̃. ſ. de elec. eo. lib. Sed certè ex iſta ratione eſſet falſum qđ dicit glo. hic, & ſequens, & tamen illam ſequitur Io. An. & alij Doc. vnde eadem ratio videtur in dictis caſibus. Nam contumax in non reſpondendo poſitionibus, videtur etiam cõtumax in nolendo iurare, cùm poſitionibus debeat reſpõderi præmiſſo iuramento, vt hic, & per gloſ. ſupra c. proxi. & ſic debet haberi pro confeſſo, vt d. §. ꝙ ſi actor. vide tamen per Bal. in l. ſi filius. 5 la j. ff. de interroga. actio. † Et concludit ſic, quòd aliquãdo quis eſt cõtumax in reſpondendo interrogationibus, quæ fiunt ad præparationem iudicij: & tunc habetur pro confeſſo, vel negante, prout ſibi magis nocet, etiam ſi non fuiſſet iuratum, vt l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. act. Aliquando quis eſt cõtumax in reſpondendo libello, vel in litis conteſtatione, & nõ habetur pro cõfeſſo, ſm Bal. in d. §. ꝙ ſi actor. & no. ꝑ do. Ant. in c. penul. ſ. de iuramen. calũ. & facit gl. in auct. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. Aliquando quis eſt contumax in iurando de calumnia: & tunc habetur pro confeſſo in illo articulo ĩ quo iurare recuſat, vt d. §. ꝙ ſi actor. Limita tamẽ niſi prius fuiſſet præſtitum iuramentum ſuper tota cauſa, quo caſu ſi iterato recuſet iurare non habetur pro confeſſo, ſm Bal. in auct. hoc ſacramentũ. C. de iuram. calũ. Aliquando quis eſt contumax in reſpondendo poſitionibus: & tũc indiſtinctè videtur tenendum, ꝙ habeatur pro confeſſo, ſiue ante li. cõteſt. ſiue poſt, & ſiue ſit iuratum, ſiue non, vt ſ. dũmodo alia requiſita hic in tex. concurrant. de quo j. & vide notabiliter per Bal. in d. l. ſi filius. In glo. in ver. reus. ibi, ſed idẽ eſt, ſcilicet ꝙ habeẽ pro confeſſo, ſecundum Ioã. An. tam in actore quam reo, cum ſit eadem ratio, & quia reus in ponendo cenſetur actor, vt in l. j. ff. de excep. & ſic no. ex glo. ꝙ cõſtitutio pœnalis loquens in reo, locum habet in actore, vel e contra quando eſſet eadẽ ratio. Pro quo facit, quia iſta ſunt correlatiua. de quo in l. fi. C. de indic. vidui. & vide per glo. in l. j. C. de pœna iudi. in cle. j. de reſcri. in ver. præſidentes. & glo. ordi. in ver. Italiæ. in c. j. ſ. de tẽpo. ordi. In glo. in ver. procurator, in fi. no. iuncto tex, ꝙ poſitionibus poteſt reſponderi per procuratorem. & vide in c. præſen6 tium. j. de teſtib. de quo in c. j. ſ. de iudi. eo. li. † Secũdò no. ꝙ cõ2 tumacia [a] procuratoris poſt lit. cõteſta. nocet domino. Idem Io. Mo. & Archi. hic, argu. l. ſi procurator. ff. de excep. doli. & tenet Inno in c. j. hic alleg. nunquã tamen noceret domino quò ad excõmunicationem, cum excõicatio requirat propriã cõtumaciã. 11. q. 3. nemo. & no. Inno. & Doct. in d. c. j. Ante litẽ verò conteſtatã ſi procurator eſſet contumax in reſpondendo poſitionibus, non nocet dño. & ita tex. hic loquens in procuratore intelligi debet. pro quo facit hæc glo. & ſequitur Lap. & Do. per no. in d. c. j. imo dicit hic Io. An. probari, ꝙ etiam taciturnitas procuratoris poſt litem cõte. noceret dño. facit l. nõ ſolum. in prin. ff. de procu. & qđ no. Spe. in ti. de petitorio, poſt prin. Licèt Bar. in l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicẽ. tenuerit, ꝙ nullo mõ cõtumacia procuratoris noceret dño. & non bene, quia eſt contra tex. hic. An tñ dẽat fieri differentia ante lit. conteſt. vel poſt? Doct. in d. c. j. hic alleg. non faciunt, ſed ſimpliciter tenent

ADDITIO.

a Nico. Supe. Contumacia procuratoris. Adde an contumacia procuratoris tollit beneficium appellandi, vide in l. 2. in § fi. cum ibi no. ff. quando appellãdum ſit. & per Pau. de Ca. in l. properandu. in § eũ autẽ contradicit. C. de iu. Vinc. God. Contumacia procuratoris non nocet domino, vt pœna priuationis incurrat. Ruy. conſ. 50 nu. 12 lib 2. & ibi nu. 25. quando dicatur procuratoris contumacia. Nec facit ꝙ dominus teneatur pati adueniat, niſi in expenſis & damnis. idem Ruy. conſ. 21. nu. 4. lib. 4.

nent, q contumacia procuratoris in nõ rñdendo positionibus noceat dño: & non vr̃ fienda talis differentia, quia ex quo tex. hic habet locum etiam ante lit. côte. eo casu quo essent necessariæ probationes, & positiones, vt est dictum s. in glo. 3. ergo eodem modo indistinctè debet habere locum in procuratore ante lit. conte. Ex quo text. hic etiam de procuratore loquitur & maxime quia in respicientibus processum contumacia procuratoris nocet domino, vt d. l. non solum. & vide ibi per glos. an fiat differentia ante lit. contesta. vel post. & per Bal. in l. 3. C. de procu. vbi ex suis dictis posset argui, q non. & per Doct. in d. c. j. Tene tñ menti, q licet confessio dñi noceat sibi in quocũque alio iudicio, etiã vbi acta in isto alio iudicio non nocerent tñ confessio procuratoris in vno iudicio nõ nocet dño in alio vt no. per Ioã. An. in c. per inquisitionem. s. de elec. In casu tñ huius c. quia confessio inducta per istud c. est ficta, & non vera etiã si esset ipsius dñi, non noceret sibi in alia causa, vt no. Bar. in l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fisci. quod dicit perpetuo menti tenendum. & de ista cõfessione habetur hic, & s. de iura. calũ. c. fi. & in auth. sed nouo iure. C. de pœna iudicis qui male iudi. secundũ Pet. de Ancha. hic, cuius sunt ista verba. 7 † In gl. in ver. iussus. in fi. tene menti glo. volentem istum tex. non habere locum in citato per nuncium vel epistolã & idem Archi. hic. & Dy. in reg. contra eum. j. eod. lib. & Spec. in d. §. 9. ver. licet. vbi hoc limitat, nisi citatus dixerit nolle respondere vel venire, quia ex quo est tunc vere contumax, s̃m no. per glo. in c. venerabilibus. §. secus. j. de sen. excom. eod. lib. poterit tunc iudex absque alia citatione declarare eum haberi pro confesso. facit gl. mag. in fi. in l. j. §. fi. ff. si quis ius dicenti. Sed ò limitat, nisi iudex in citatione cõminatus fuerit, q nisi cõpareat habebit positiones pro confessatis, quia tunc illo non cõparente poterit iudex pronunciare eum haberi pro confesso. de quo j. & sic intelligit Spe. ibi in cõtumace, iterum citato cum cõminatione. Sed in prima citatione nõ posset iudex etiam cõminando imponere talem pœnam, vt sentit d. glo. vt s. de quo tñ an dictæ limitationes procedant, j. patebit. 8 † Sed quæritur primò, quid qñ in citatione esset insertus tenor positionum vel interrogationũ, an tũc sufficeret simplex citatio, vt eo nolẽte rñdere habeatur pro cõfesso: tenet Iaco. Butri. q sic, in d. §. q si actor. & facit in ar. c. mulieres. in fi. s. de sen. excom. qđ dictum procedit de rigore, sed in practica seruaretur opi. huius glos. secundũ Imo. imo etiam de iure procederet ista glo. s̃m Pet. de Anch. & Do. quia licèt mittatur copia positionum, tñ tunc iudex non interrogat, nec iubet prout requirit tex. hic volẽs, q iudice pñte fiat interrogatio, & est etiam in dicto casu ratio diuersa cũ sit maior cõtumacia non respondentis ad verbum iudicis, q̃ quando per nuncium vel epistolam, vt in l. a. C. quomodo & qñ iudex. & hic in gl. & ita videtur sentire Bal. in d. §. q si actor. & in d. l. si filius. Pro quo facit quod dicitur infra in proxi. qõne. Secundò quæritur, an habeatur quis pro cõfesso si esset iussus vel interrogatus a notario ex commissione iudicis? refert hic Do. aliquos tenere, q non, cum text. hic requirat q a iudice & in eius præsentia. vnde cum sit pœnalis, non debet extendi extra casum suum, vt in c. statutũ. s. de elect. eo. lib. & ita sequitur Domi. quod tu intellige nisi notarius hoc faceret in pñtia iudicis, & ex eius cõmissione, quo casu bene haberet locũ tex. hic, ex quo iudex est præsens, & cõminans, ar. l. omniũ. C. de testa. & per Bald. in l. nemo. C. de senten. 9 † Tertiò quæritur quid si in citatione facta per nuncium, vel epistolam, vel sit insertus tenor positionum, vel interrogationum cum cõminatione iudicis, q nisi comparuerit habeatur pro confesso, an tunc his simul iunctis contumax habebitur pro confesso? do. Anto. & Imo. in c. pe. s. de iuram. calum. tenent q sic, dicentes idem esse in citatione facta ad respondendum libello si esset insertus eius tenor cũ cõminatione, q nisi compareat iudex habebit eũ pro confesso: quo casu contumax tunc habebitur pro cõfesso. qđ tene mẽti. Sed d. Nic. in d. c. pe. in vlt. charta, in prin. tenet contrariũ, cũ iste tex. requirat, q sit iussus & interrogatus per iudicem, & sic interrogatio debet fieri in iudicio coram iudice. l. j. & ibi glo. & l. voluit. & l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de inter. actio. meritò ergo non debet sufficere interrogatio quę fit extra iudicium, missa copia positionum. & hanc etiam partem videntur sequi Bart. & Bal. in d. §. si acta. nam dicit Bal. q tria debent concurrere, vt habeat locum iste tex. primò, q sit iussus per iudicem in præsentia, & non per nuncium. de quo est dictũ supra. Secundo, q contumax non possit suam contumaciam excusare. de quo infra. Tertiò, q positiones sint lectæ & datæ intelligi. pro quo facit tex. hic, interrogatus &c. Aduerte tamẽ, quia si antequàm legantur, recusaret quis ad iussum iudicis respondere, vel nollet audire, & recederet, videtur q habeat locum text. hic argu. reg. cum stat. j. eod. lib. & satis est de mente huius tex. & facit c. a. supra de dolo & contu. eo. lib. 10 † In glo. in ver. rationabilis. no. glo. ordi. ponẽtem casus [a] in quibus nõ teneatur quis respondere positionibus. de quo etiam per glo. in d. §. quod obseruari. & sic no. quòd regulariter cuilibet positioni est respondendum, nisi in casibus vbi in iure contrariũ reperiretur expressum. In ea. gl. ibi, superflua. no. q ad cauillationes aduocatorum quando easdem positiones sæpius repetunt, non cogitur quis nisi semel respondere. facit quod dicit glo. j. quando positio est captiosa. 11 † In ea. glo. ibi, impertinens. no. glo. quam limita, nisi positio esset pertinens iuris præsumptione, vt cum pono me olim dominũ fuisse. nã qui olim dominus, hodie præsumitur dominus, vt habetur in l. siue possidetis. s. de proba. secundum Bal. in d. §. quod obseruari. de iure enim præsumptio potest fieri positio, & debet ei responderi, secundũ Bal. in l. clarum. in prin. C. de fideicom. Secundò limita in omnino impertinentibus: secus si facerent ad causam cõsequenter vel contingẽter: hinc est q in possessorio articulus de proprietate non est impertinens, quia cæteris paribus pręfertur in possessorio qui est dominus, secundũ Bar. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. posses. & no. in c. licèt cãm. s. de proba. & vide de hoc per Spec. in tit. de teste. §. nunc videndum, in princ. in ver. sed pone. ideo dixit no. Bal. in d. §. quod obseruari. q omnis positio dicitur pertinens, quæ fundat cãm, vel cum alia positione per indirectum facit ad causam: imo si positio parum facit ad factum, tñ pertinens iudicatur, dummodo faciat ad rationem per se, siue cum adiuncto, s̃m Bal. in vlt. col. in l. clarũ. in prin. quod tene mẽti. 12 † Tertiò limita, quãdo esset certum q sit impertinens, de dubio debet tunc admitti cũ illa clausula, saluo iure impertinentium: de quo per glo. & Inno. in d. c. cùm contingat. & ita seruaretur in practica, s̃m Ioã. And. hic, & in c. bonæ. el j. s. de ele. & ideo cauti iudices protestantur, q in positionibus impertinentibus habeatur pro non responsio. & ita etiam partes debent protestari, & talis protestatio est vtilis & necessaria. arg. glo. j. in fi. s. in prin. huius libri, secundũ Imo. & Do. quia alias respondens positionibus impertinentibus, vel quibus non deberet respondere, sibi pręiudicat. ar. l. qui interrogatus. & l. si sine. ff. de interro. act. & ibi per Bal. Et idem etiam tenet Spe. in tit. de positione. §. 6. versi. hoc autem scias. & per Do. in c. prout. s. de dolo & contu. Et quid operetur talis reseruatio facta per iudicẽ, vide per Bart. in l. ille a quo. §. si de testamẽto. ff. ad Treb. Et quid si actor instat, q iudex primò declaret, an positiones sint impertinentes vel non, & non vult quòd admittantur cum illa clausula, saluo iure impertinentium, an iudex possit ad hoc cogi. Specu. in tit. de positione. §. 6. ante medium. in versic. & no. quòd cum interrogatorium rei: videtur velle q non. & vide not. per Imol. in d. §. si de testamẽto. Quartò limita, q si aliquis esset recessurus de curia, vel aliter cogitur rñdere positionibus impertinẽtibus, dummodo tamen possint esse pertinẽtes in futurum, vt in d. tit. & hoc ne probationis copia pereat. s. vt lite non conte. quoniam frequẽter. & ita tenet Rota in deci. 394. quæ incip. Item suspenso. 13 † In ea. glo. ibi, generalis. intellige nisi declaretur, & licèt libellus generalis procedat si non opponatur, vt l. fi. C. de annali exce. & per glo. in l. j. §. si quis argentum. ff. depositi. tamen positio de se incerta ratione ponentis nõ procedit, etiam si non opponatur, secundum Bal. in d. §. quod obseruari. & in l. j. C. si plures vna sentẽtia. vbi no. dixit, q vbi in positione ponitur factum sine tempore, dicitur tunc positio incerta, & contumax non haberetur pro confesso. Quid autem sit de positione alternatiua, vel disiunctiua? vide per Inn. in c. ex parte. s. de rescriptis. tenentem, q debet admitti quando est de alieno facto in quo est tolerabilis ignorantia, vt in c. ab excommunicato. de rescriptis. alias secus. & hoc nisi quando quęlibet pars alternatiua concludit ad intentum articulantis, vel ponentis, tunc bene admitteretur articulus vel positio alternatiua, vt in d. c. ex parte, secundum Imo. ibi in 2. colum. vide per Bat. in l. j. §. j. ff. quorum legatorum. 14 † In eadem glo. ibi, positionem negare, vult glos. q ratione partis indebite possit totum negari. idem Specu. in tit. de positione. §. 7. vbi plene de his. & sequitur Bal. in d. §. qđ obseruari. de quo his per Do. & dicetur in c.

A D D I T I O.

[a] Nic. Sup. Casus in quibus. Adde Spec. ti. de positionibus.
Vinc G. Adde, quando responsio rei secundum intentionem actoris sit intelligenda. Ruyn. consi. 141 nu. 19. lib. 5. & nota, quod responsio habet relationem ad interrogationem. idem Ruy. consi. 169. nu. 9. lib. 2.

15 in c.præſentium.j.de teſtibus. ſuper glo. in ver. ſigillatim. † In ea.glo.ibi, non enim punit vt debet. vide glo. q poſitioni plura continenti non teneatur pars reſpondere, etiam ſi dicatur, q ponit coniunctim vel diuiſim. & ita ſequitur Bal. in l.precibus. in prin. C. de impube.& alijs ſubſti.& in d.§.qd obſeruari.per hanc glo.& ſi eſſet contumax, non haberetur tunc pro confeſſo. Sed certe tex.in d.c. præſentium. loquitur de poſitione implicita & plura continente,& tamẽ cogitur quis ſigillatim reſpondere.de quo per Doc.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb. obliga.& per Imo.& do.Anto.in c. dilecta.ĩ. de maio. & obe. & dicetur in d.c.præſentium. Aduerte tamen, quia ſi quis ſimpliciter reſponderet poſitioni multiplici, videtur ad totum reſpondiſſe: & ſic totum videtur negare vel confiteri, vt dixit Bal.in l.non alienum.ff.de interro. act. per illum text. & idem etiam voluit in l.j.in fi.C.de ædil.edic.dubium tamen facit qd no. Spe. in d. ver. 11. volens q reſponſio reficiatur ſolum ad id ſuper quo principaliter ſit quæſtio ſeu poſitio, puta ſi volo probare q mutuaui centum Petro defuncto, & pono q mutuaui centum Petro, cuius tu es hæres, ſi illud ſimpliciter confitearis, videris ſolum de mutuo confiteri, non autem q ſis hæres. Sed conẽ quia confeſſio debet interpretari contra confitentẽ. vt in c.cũ dilecti.ĩ.de accuſa.& tenet do.Ant. & Imo. in c. per ĩ.de iura.calum.in glo.fi.in fi.forte cõtrarium eſſet tenendum per prædicta.cogita tamẽ quia quotidianum.& vide per Spec. in tit.de poſitione.§.9.in fi. & in §.10.verſi.item ſi actor.vbi de his. Si verò quis reſponderet affirmatiuè ſuper parte poſitionis, videtur reliquum negare. & idem econtra ſi negatiuè reſpondet ſuper parte, videtur reliquum confiteri, in c.nonne.ĩ. de præſumpt.& in l.j. C. de diuer. reſcri. vbi ita tenet Bald. & no.in l.& ſi ſine.§.ſed q.ff.de minoribus, q tene menti.vide tamen.

16 † In ea.glo.ibi, non cogitur reſpondere. & ſi reſponderet aliter quam ius diſponat, confeſſio non præiudicat, vt eſt text. in l.ornamẽtorum. ff.de auro & argen.lega. & ibi per Bart. & diceretur etiam poſitio iuris vbicunque apponitur verbum, canonicè, legitimè, vel ſolenniter, vel ſimilia verba, vt tenet Spec.in d.§.7. ver.13. & Bald.in d.§.quod obſeruari. & in l.j. C. de confeſ.limita tamen prædicta.niſi fieret poſitio de extrauagantibus, quia tunc admittitur & cogetur quis reſpondere, vt no.in c.paſtoralis.ſupra de fide inſtru. & per Ioan. And.in addi. Spec.in d.ver. 13. Et idem ſi fieret poſitio de conſuetudine, ex quo eſt facti, vt in c.j.ĩ. de conſtitu.eo. lib. & qui eam allegat, debet eam probare, vt in c.cum dilectus.ĩ.de conſue.& ita tenet Ioan. And.in c. fin. ſupra de conſue.& Bald. in d.§.quod obſeruari. Et idem ſi fieret poſitio ad probandum ſtatutum, vt tenet hic Lap.& Do.& Oldra.in conſi.243.quod intelligit Pe. de Ancha.ſupra c.proxi. quando fieret poſitio de ſtatuto alterius loci, quia tunc eſt neceſſe q probetur, vt no.in d. c.j. & in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iure. ſecus ſi eſſet ſtatutum eiuſdem loci, quia tunc habetur pro iure communi in dicto loco. & ita ſequitur Bal.in d.§.quod obſeruari.& in l.j. C. vt quę deſunt. Et eodem modo admitteretur poſitio, & eſſet idẽ reſpondendum, quando eſſet mixta continens in parte quod eſt iuris, & in parte q eſt facti, vt ſi aduocatus petat ſalarium, & ponat q de tali aduocatione meruit decem, vt tenet Spec. in d.§. 7.ver.ſed pone procurator.

17 † Et licet poſitioni iuris non teneatur quis reſpondere, vt hic in glo.tamen illud verum in iure diſponente: ſecus de iure diſpoſito, vt ſi pono q habeam ius ſeruitus, vel ius eligendi.arg.l.quidam in iure.ff.de dona. In ea. glo.ibi, ſuper cauſam.idem Bald.in l.j. poſt medium.C.quomodo & quando iudex.& in l.j.C.de pœna iudi. & de hia hic plene per Domi.& per Innoc. in c.dudum.el 2. de elec.& per Specu.in dicto §.7.verſi.9.& per Doct.in l.Marcellus,ff. terſi amota.& pleniſſimè per Bald.in §.quod obſeruari.& per Archi.50. diſtinct.ex pœnitentibus. & ca.fratrum. & per Imo. in c. licet cauſam. ſupra de proba. & per Bart. & Angel. in d.l.Marcellus.& per Bald.in l.2.C.de eden.in 3.colum.& in l.2. circa finẽ. C.de exhib.reis.vbi dixit, q licet in criminalibus non fiant poſitiones, tamẽ iudex ex officio poteſt quandocũque interrogare, vt eſt text.in l.Diuus. ff.de cuſto. reorum. In eadem glo. ibi, & ſimiles.de quibus per Spe.in d.§.7. in 3.col.ver.10. conſiderandum eſt, vt eſt quando vna poſitio pendet ab altera, & ſi negatur prima videtur negari ſecunda, puta ſi pono primò, q appellaui, ſecũdò, q appellaui in ſcriptis.tertiò, q intra 10.dies. nã ſi negetur prima, nõ cogitur reſpondere ſecundæ & tertiæ. ſed ſi primam eſt confeſſus, cogitur reſpondere & tertiæ, ſm Ioã.An. & dicit Lap.ĩ.c. proxi. q ſi actor facit duas poſitiones quarum ſecunda a prima dependet, & prima ſit negata, tunc reo non præiudicat confeſſio poſterior.arg. eius qd no.in d.l. Diuus.& in l.maritus.§.pe.eo.tit.vt refert Pe.de Anch.ĩ.c.proximo.cogita tñ per ea, quę habentur j.de iureiur.c.fi. Et ex his ſequitur, q ratione contrarietatis quis nõ cogatur reſpondere poſitionibus, puta ſi vna dependet ab alia, vt ĩ.vel quando ponens eſſet ſibi contrarius, vel quando poſitiones actoris & rei adinuicem eſſent ſibi contrariæ, tunc enim inuicem reſpondendũ non eſt, vt dixit Io.Mo.ĩ.c. proxi.& Bal.in d.§.qd obſeruari.& in l.j.C.de confeſ.vbi voluit hoc procedere quando poſitiones actoris & rei adinuicem ſunt ita contrariæ, q oino ſe perimant: aliàs ſi poſſent aliqua diſtinctione iuuari, & tunc eſſet reſpondendum, vt nota.in c.cum Ioannes. ĩ. de fide inſtr. de quo per Bal.in d.l.j.dicentem idem eſſe quando omnino ſe perimerẽt ſi reus poneret prius quam actor ſuper actione, vel reus prius quam actor ſuper exceptione, quia tunc peruerſio ordinis non releuat ab onere reſpondendi, ſecundum Bal.ibi.

18 † Et vide hic per Ioan. And. quis teneatur primò reſpondere poſitionibus; an actor vel reus? & concludit q poſitionibus actoris, debet prius reſponderi.c.vt circa.ĩ.de proba.& d.c.præſentium §.2.qd fallit, niſi poſitio rei eſſet præiudicialis ad poſitionem actoris, vel niſi actor in utiliter occuparet tempus, ſecundum Ioan.An. de quo per Spec. in tit. de poſitione.§.4. in fi. In ea.glo.in fi.intellige in procuratore ſpeciali, non in generali cui daretur dilatio ſuper principali ad dominum conſulendum, vt ĩ.de procu.dilectus, ſed ibi eſt deliberatoria petitionis, non poſitionis, ſecundum Ioã. An.ſentientem, q procuratori generali non datur dilatio ad conſulendum, ſuper poſitione. de quo per Bart.in l.3.ff.quib.ex cau.in poſ.eatur. & per Doct. in d.c.dilectus.& per Spe.in d.§.6.circa fi. In glo.in ver.eiſdem. in fi.vide hic per Archidia.& per Spec.in d.§.8. ver. item quęritur.& §.10.verſi.item pone, quid de illo qui iam reſponderat certis poſitionibus, & receſſit contra præceptum ſibi factum a iudice, vt non recedat donec perficiatur reſpondere? & concludit q tunc habetur pro confeſſo in alijs, quando omnes poſitiones erant productæ in iudicio: aliàs ſi non erant omnes productæ, tunc ſolum habetur pro confeſſo poſitionibus, quibus interrogatus reſpondere noluit, vel recuſat expreſsè vel tacitè, puta friuolè appellando, ſm Io. An. & idem quando recedit poſt iuſſum iudicis anteq̃ ſibi legantur, vel interrogetur, & per eum ſtat, vt ĩ. Et ſcias q in illis caſibus in quibus nõ tenetur reſpondere poſitionibus, de quibus ſupra in glo.in illis nunq̃ contumax habetur pro confeſſo, ſm Bal.in §.qd obſeruari.pro quo tex. hic in ver.abſque rationabili cauſa. & idẽ tenet Bald.in l.j.C.ſi plures vna ſententia. & in l. ampliorem. §.in refutatorijs.C.de app. Et idem ſi eſſet quis abſens ex iuſta cauſa, ſm Ioan.An. Et in caſibus in quibus contumax habetur pro confeſſo, intelligitur cum qualitatibus ipſarum poſitionũ & facit in libello intentari, vt d.§. ſi actor. & ibi per Bald. in fi.

19 † In glo.in ver.pro confeſſo.ibi, ſed hodie &c. intellige ipſo iure, ſecundum Arch.& Ioan. And.Sed Ioan. Mon. contra dicit, q requiritur ſententia declaratoria. facit text. et gloſ. in c. fin. ſupra de iuramen.calum.& in d.§.ſi actor.& ibi per Bartol.dicentem eſſe neceſſe, vt iudex pronunciet, illum ſine legitima cauſa non reſpondiſſe, vel contumacem eſſe, per no.in l.eius qui debitorem. ff. de iure fiſci. & ibi Bartol. hoc idem tenet. & idem Bald. in l.2.C. de pœna iudicis. & in l. iubemus.§. ſanè.de epiſco.& cleri. et in l. quæ ſub conditione, in fi.ff.de cõdi.inſti. et facit text.in c.j. infra de homicidio. et in c. fœlicis. infra de pœnis.et infra de hæret. cum ſecundum. vbi ſingulariter probatur, quòd quantumcunque pœna imponatur ipſo iure, tamen ſemper requiritur ſententia declaratoria, ſecundũ Domi.et idem videtur velle Specu.in d.§ 9. verſi. licèt autem, quod procedere videtur quò ad hoc, vt talis pœna tranſeat cõtra hæredem, quia nunquàm facta confeſſio defuncti obligat hęredem, niſi præceſſerit ſentẽtia declaratoria, vt d.l.eius qui. vel quò ad hoc, vt poſt talem ſententiã non poſſit contumacia excuſari, vel purgari, vt dicetur.j. in gloſ. fi. Sed quò ad hoc, vt iudex poſſit ferre diffinitiuam ſententiam contra eum vt confeſſum, non videtur q alia ſententia declaratoria requiratur, ex quo iudici & apud acta de hoc conſtat. pro quo glo.no. in l. Iulianus.§. cum autem.C. ad Trebel. vbi ſufficit, quòd ex actis appareat quem eſſe contumacem licèt aliter non pronũcietur eſſe contumacem: vnde alia ſententia declaratoria non requiratur, vt tenuit Bald.in l.j.C.de confeſ.in 8.charta. niſi aliqua iuſta cauſa allegetur, vt ibi per eum. & idem videtur tenere Hoſt.& do.Nico.in d.c.fi. de quo ibi per Doct. gloſ. tamen ibi facit contra, & in reg.in prin. eod.lib. volens, quòd in dubio debet ſemper fieri interpretatio vt requiratur ſententia, & non q ipſo iure pœna imponatur.

20 † In eadem gloſ. in fi. tene menti

a ne menti glo. q contumax ª habetur pro confesso, vel negante, prout deterius est contumaci & sic contumacia interpretatur semper contra contumacem. idem voluit glo. in l. quamdiu. ff. de acqui. hære. & Spec. in d. §. 9. ver. item illud. & Host. & Arch. hic, & Cyn. & Bal. in d. §. q si actor. quod procedit in contumace in non respondendo positionibus: secus si interrogationibus, vt sentit hic Io. An. ponens rationem diuersitatis inter interrogationes & positiones, vt hic per eum. & per Bal. in d. l. j. Et limita hunc tex. & gl. procedere quando contumax potuit plenè respondere, & sic habuerit aliquẽ terminum ad deliberandum, ſm Inno. in c. cum in cunctis. in gl. quę incipit, Trium mensium. s. de elect. Secundo limita, nisi cõtumax possit suam contumaciam excusare, vt no. in d. l. si filius. vel nisi esset talis positio cui non deberet responderi, vt in casibus no. s. per glo. in ver. rationabili causa, ſm Bal. in d. §. quod si actor. Tertiò limita in beneficialibus, vt s. est dictum. Quartò limita, nisi iudiciũ sit fundatum cum minus legitima persona, vt in l. si filius. la 2. & ibi p Bal. ff. de interro. ac. Quintò limita gl. procedere si qualitas causæ patiatur: secus si libellus esset ineptus, vel contineret manifestam defensionem rei, ſm Bal. in d. §. q si actor. in fi.

b c † In gl. fi. in fi. dic vt ibi plenè no. ex quib. & per tex. hic, reprobat hic Ioan. An. dictum Specu. in d. §. 8. in fi. volentis, q contumax in non respondendo positionib. possit sine alia citatione diffinitiuè dãnari in facto principali. nam hoc est falsum quia non debet quo ad alia cõtumax reputari. facit glo. in c. cum cui. s. de dolo & contu. eo. lib. & s. de testib. cum olim. & ſm Ioan. And. vt hic per eum. Bal. tamen hoc limitat duobus modis. Et primò, nisi partes essent præsentes, quo casu nulla alia citatio requiritur, vt no. in l. de vnoquoq;. ff. de re iu. & in auth. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. Secundò limitat tunc posse deueniri ad sententiam, quando esset talis positio cuius cõfessio decideret totam causam: aliàs non posset ad sententiam perueniri non probatis probandis, vt in l. intra vtile. ff. de mino. secundum Bal. hic notantem ex dictis Ioan. An. hic, q licèt in confessum nullæ sint partes iudicis nisi in condemnando, vt in l. perinde. ff. ad l. Aqui. tamẽ tam fictè quàm verè confessus est citandus ad sententiam, & ad reliqua acta causæ, q mirum non est, cum etiam verè confessus possit exceptiones, et peremptorias opponere, vt d. l. si filius. §. fi. de quo tamen per Io. An. & Doc. in c. fi. s. de iura. calum. Sed dubitatur an fictè cõfessus, eo quia non rñdet, poterit postea respondere & euitare pœnam huius c. sicut poterit recusans iurare de calumnia? tenet Iaco. But. in d. §. si actor. quod sic, & hoc antequàm sit lata sentẽtia q habeatur pro confesso: quia postea non posset, ſm Pet. de Ancha. intelligo nisi post sñiam appellet & suam cõtumaciam excuset, ſm Cy. in d. §. q si actor. nam etiam verè confes. & condemnatus appellat, vt j. de appel. Romana. §. debet. & in l. creditor. §. si iussus. ff. de app. & facit gl. in l. j. C. quorũ appe. vbi Bal. hoc tenet. & in d. l. si filius, & de his per Spe. in tit. de iura. calum. §. fi. ver. sed nunquid. & ibi per Io. An. in addi. an possit mora purgari. & in d. c. fi. & facit quod no. in c. 2. s. de restit. in integrum.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Contumax habetur pro confesso. Adde c. nullus. & ibi Doct. de præsump. Inno. in c. 2. de confes. in antiquis.

Vin. God. Adde, q contumax non habetur pro confesso in criminalibus. Ruy. consi. 32. nu. 1. lib. 5. qui dicit hoc procedere de iure communi.

De testib. & attestationib. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Munus reddit mediatorem suspectum in testificando.*
2 *Mediator criminis dicitur etiam ipsum crimen committere.*
3 *Quid si ipse mediator recepit promissionem tantum, & non solutionem, an repellatur a testimonio.*
4 *Per, hæc dictio quid importet.*
5 *Testes admittuntur qui aliter admitti non debent, quando factum aliter probari non potest.*
6 *Proxenetæ an possint esse testes in causis ciuilibus. & nu. 7.*

CAP. I.

1 MEdiatores per. † No. j. q receptio emolumenti, seu muneris reddit mediatorem magis suspectum ad testificandum. de quo j. & quid veniat appellatione emolumenti, hic per Ioan. And. & vide quod no. in clem. statuimus. de elec. † Vlt. no. in

a

2 verbo, committitur. arg. q etiam mediator ª criminis dicitur ipsum delictum committere. quod inducit hic Do. ad statuta de committentib. delictum, vt includantur mediatores. facit c. j. s. de offi. deleg. & c. sicut dignum. s. de homi. & si talis mediator in spiritualib. salarium recepit dicitur simoniacus, vt hic in gl. Et ex prædictis glo. no. in l. sciente. ff. de paricidijs. dixit q proxeneta in contractib. vsurarijs potest dici vsurarius, intantum q ad restitutionem tenetur. & idem Barto. in l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. pro quo faciunt rationes adductæ in simili, per Inno. & Doct. in c. super eo. de vsur. & facit text. in c. cum liceat Papæ. 12. q. 2. Bal. tamen in c. j. §. similiter. de controuer. inuesti. tenuit contrariam partem, volens q proxeneta non teneatur ad restitutionem etiam si principalis non esset soluendo: quia rogatu debitoris operam præstitit. arg. l. si quam. C. de ope. lib. Ad idẽ posset adduci text. 1. q. j. si quis episcopus per pecuniam. in fi. vbi mediator qui est causa q dentur turpia lucra, licèt peccet & sibi pęna imponatur, tamẽ non dicitur ibi q ad restitutionem teneatur. In contrarium faciunt iura hic in glo. alle. & tex. no. 47. dist. sicut non suæ. & d. c. sicut dignum. quia dans auxilium, consilium, vel fauorem tenetur ad resti. sed qui vsuram cõmittit, furtum & rapinam cõmittit. 14. q. 4. si quis vsuram. ergo &c. Quando tamẽ ad ipsum proxenetam peruenisset vtilitas sine dubio teneretur ad restitutionem, ſm gl. in c. Michael. s. de vsuris. & an tũc teneatur insolidum, vel pro illa parte qua ad eum vtilitas peruenit, vide per Lap. in sua alleg. 93. & ibi notabiliter

3 de his etiam est dictum in d. c. Michael. † In gl. 2. in fi. idẽ Host. & Arch. Si autem tantum recepit promissionem, sed nondum est facta solutio, an tunc repellatur a testimonio. Io. Mo. hic q non, si cum iter agatur, quia non fuit consecutus emolumentũ quod requirit text. hic, & quia non tenetur tunc ad restitutionem, ſm no. in c. fi. s. de simo. Ad idem glo. in l. fi. ff. de testib. de aduocato qui cõuenit de salario, quia poterit esse testis in causa, si nondum salarium recepit, ſm Io. An. Sed Bal. hic refert cõtrarium fuisse seruatum in ciuitate Florentiæ, quia sola pactio est turpis, vt l. j. in fi. cum seq. ff. de calumniatorib. & quia fuit contentus sola promissione, vnde videtur recepisse. arg. Insti. de rerum diui. §. venditæ. & l. 1. §. creditum. si cer. pet. pro quo etiam tex. d. c. veniens. vbi repellitur testis tanquam particeps muneris & criminis, dato q sola pmissio interuenerit, licèt dici possit q vbi interuenit non solũ promissio, sed etiam liberatio & remissio, ſm Domi. tutius tamen est tenere q repellatur. facit c. 2. s. de confes. & paria sunt promittere, & soluere, vt l. fi. C. ad l. fal. ex qua promissione satis dicitur vtilitatem cõsequi, vt ibi.

4 & tenet glo. hic, vel aliquam promissionem, & in fi. † In glo. 3. in fi. no. de dictione, per, quod inducit hic Domi. pro saluandis dictis testium, dicentem aliquid esse factum per talem, vt saluẽtur si ille nõ fuit principalis, sed mediator. facit l. cum per eos. C. si quis alteri vel sibi. In glo. in ver. ad testimonium. in princ. no. ex glo. q testes inhabiles, licèt non plenè probent, tamen faciunt præsumptionem. facit quod no. Inno. in c. cum dilecti. s. de accusa. & de re iudi. cum I. & A. in fi. Et quando sit q testis qui examinari nõ debuit examinatus faciat indicium, per Bar. in l. maritus. ff. de quæstioni. & in l. si seruus pro dño. ff. de testi. per Bal. Et de materia huius gl. plenè per d. c. veniens. & in c. j. hic alle. & in dicto c. nemini. vbi etiam ponuntur alij casus, in quibus participes criminis admittuntur ad testimonium, non vt plene probent, sed vt pręsumptionem faciant. de quo etiam per glo. in l. 3. C. de accu. In alijs verò criminibus non exceptis non admitterentur etiam ad præsumptionem faciendam: quia tunc si admitterentur esset locus torturæ, & sic pęnæ, quod esset contra tex. d. c. j. & d. l. fi. ſm Pet. de Ancha. & hoc nisi concurreret infamia, secundũ Imo. in d. c. j. per no. ibi. & in l. de minore. §. tormẽta. ff. de quæstioni. facerent tamen indicium quò ad hoc vt possit inquiri, vt sentit hic Bal. per l. qui vltimo. ff. de

5 pęnis. † In glo. in ver. autores, in fi. licèt deponant in facto proprio. & sic nota q admittuntur testes qui aliàs non admitterentur, quando actus aliter probari non potest, videlicet communiter, quia fit occultè. pro quo glo. no. in c. cum dilecti. de elec. & s. de proba. tertio loco. & ibi per Imol. quod inducit Domi. vt mediator possit esse testis in crimine vsurarum, ex quo talia fiunt occultè, vt in clemen. j. de vsuris. intellige tamen secundum not. per Barto. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fisci. videlicet nisi deponat ad sui commodum, videlicet quòd ipse soluerit, aut ipse recipiat commodum. de quo j. In glo. in ver. criminis, in fi. hanc vltimam solutionem tenet hic

6 Domi. argu. reg. quæ a iure. j. eo. lib. † In glo. in ver. ciuiliter, in prin.

ADDITIO.

a Nico. Superan. Mediator criminis. Adde ca. super. & c. quantæ præsumptionis. de senten. excom.

a prin.no.glo. an proxenetæ poſſint eſſe teſtes in ciuilibus? & concludeꝙ ſic, vtraque parte volente, & coguntur tunc teſtificari.in §.quõ.hic alle.& tenet glo.in c.dilectorum.hic alleg.ſecus ſi ambæ partes diſcutiunt, quia non poſſunt eſſe teſtes, ſm gl.hic,& Pe.de Anch. & Io.An.in d.c.dilectorũ. Sed aliquãdo vna pars contradicit expreſsè, tunc ſi proxeneta recuſat, non cogitur teſtificari, vt d §.quoniam.ſiue precium receperit, ſiue non, quia præſumitur ꝙ affectet complere, qđ cæpit.ar.C.de ceſ.l.j.ſm Io.An.in c.dilectorum. qđ tñ videtur limitandũ duobus modis. Et primò niſi res aliter probari non poſſit, quia tũc videtur ꝙ poſſit compelli, vt not.in c.j.& c.peruenit.ꝰ.de teſti.cog.& facit glo.ꝰ. in ver. auctores. intellige tamen vt not.Imo. 7 in d.c.tertio loco.† Sc'dò limitat hic Pet. de Ancha. niſi in caſu huius c.quo caſu etiam altera parte cõtradicente cogi poterit, ſecundum glo.hic. Aliquando ipſe mediator conſentit teſtificari, ſed altera pars contradicit. Et aduerte quia glo. in Auth. de fide inſtru. §. in his. tenuit ꝙ admittantur. pro quo faciunt rationes poſitæ in gl.magna.in d.§.quoniam.ſperat enim mediator lucrum ſi contractus habebit effectum. item præſumitur affectare complere qđ cępit, vt ꝰ. Item quia alias ſi nõ valeret contractus poſſit ſibi imputari, & ſic perderet lucrum qđ habuit vel habere ſperat: & aſcribi poſtea ſibi laus vel vitupe-rium. ita tenet hic Pe.de Anch.& Io. An.in d.c. dilectorum.& pro hac parte facit tex.hic, iuncta hac glo.quia cum hoc ſit ſpeciale in caſu huius c.ergo in contrarium eſt ius commune.arg. l.ius ſingulare.ff.de legib.& ita ſequitur Imol.in d.c.dilectorũ. & Bart.in d.§.idem decreuerunt.per rationes iam dictas.idem etiam ſequitur Ange.in l.omnibus.C.de teſti.& glo. in c.fi.in fi.j.eo. Sed alia glo.in d.§.quoniam.tenuit contrariam partem quia licet non poſſit cogi niſi ab vtraque parte producatur, tñ ſi ab altera tantum producatur poterit volens teſtificari, licet altera pars recuſet.& ita ſequitur Bal. in l.omnibus.a. de teſtibus.pro quo facit, quia edictũ de teſtibus eſt prohibitoriũ, vt l. j.ff.de teſti.& ſic ſunt idonei teſtes qui nõ reperiuntur expreſſè prohibiti, ſicut eſt hoc caſu.& iſtã partem ſequitur do.Nic. in d.c.dilectorum.& ſatis probari videtur in d. §. quoniam.dicit tamen ꝙ quãta ſit fides adhibenda dicto teſtis, iudicis arbitrio relinquitur, qualitate perſonæ,& alijs circunſtantijs cõſideratis, vt in l.3.ff. de teſtibus. Nec obſt. arg. appel. iſtius text. quia loquitur de amiſſione effectuali, vt ſic probet, ſed in alijs caſibus mediator nõ probabit plene, ſed arbitrio iudicis relinquitur, vt ꝰ.& facit glo.ꝰ.in verſi.ad teſtimonium. Et ſcias ꝙ ad hoc vt proxeneta vel alius dicatur teſtificari, volens & non inuitus, eſt neceſſe ꝙ appareat in actis ꝙ volentes teſtificentur, alias in dubio præſumeretur deponere inuitus, vt eſt text. & Bar.in auth.præsbiteros. C.de epi.& cle.Bal.tamen ibi.& in l. alia cauſa.in fi.C.de his quib.vt indi. tenet cõtrarium, quia nõ præſumitur coactio iudicis vbi quis cogendus nõ eſt: imò præſumitur ſpõte fieri, cùm præſumatur pro iudice, vt in c. in pręſentia.de reſcri.† In glo.e.in fi. vide per Hoſtien. in ſumma.in 8 tit. de ſumma.§.ad accuſationẽ, in fi. & per Spec. in tit. de accu.§.j.ver.caue tamen. vbi ponunt caſus in quibus locius eius poteſt accuſare conſocium. Et no.ex hac glo. tenente ſecundã ſolutionẽ, ꝙ ꝯ teſtem vt repellatur a teſtimonio poteſt opponi ꝙ fuit ſocius,[b] & particeps in eodem crimine: licèt talia b opponens alleget turpitudinem ſuam: nec ex tali cõfeſſione poteſt ipſe opponens damnari. Sentit tñ hic Ioã. An. hoc eſſe ſpeciale in crimine ſimoniæ: & iſto caſo parcitur ſibi ſicut parcitur ſocio in crimine læſæ maieſtatis accuſanti conſociũ, vt voluit glo.mag.79.diſt.ſi quis Papa.vbi etiã dixit, ꝙ ſi talis excipiens probare non poſſet, ꝙ punietur ex ſua confeſſione, qđ eſt ꝯ glo.hic. Quare Domi. intelligit hanc gl. vt nõ damnetur de crimine, ſed bene damnetur de calumnia: ex quo non probauit quod obiecit, vt in c.j.& c.ſi forte.ꝰ.de elec.co.li. Et videretur dicendũ ꝙ non ſit ſpeciale hic, ſed in omni crimine poſſit excipi ꝙ aliquis fuerit particeps criminis, de quo agitur, ſiue excipiatur contra teſtem, vt hic in gl. ſiue contra accuſantem, vt dicit gl.in d.l.ſi filium.C.de libe.cau. nec ex tali exceptione eſt damnandus, cum excipiens nõ videat ꝯfiteri, ſm gl. in d.l.filiũ. & hic in ſecunda ſolutione, ex qua Domi.hic no. duas limitationes: & primam ad c.a.ꝰ.de confeſ. & ad c.j.ꝰ. de excep.vbi dicitur crimen, de quo conſtat per confeſſionẽ puniri pœna ordinaria, ſi ſit connexum negotio principali: alias pœna extraordinaria: nã hic ꝓcedit, ſi cõfeſſio ſit ſimplex, ſecus ſi implicita, & conditionaliter, ſeu excipienda, cum tũc nõ habeat vim confeſſionis, vt hic in glo.& ita per hunc modum limitatur d.Inno.in c.qualiter.el 2.ꝰ. de accuſationibus volẽtis quod poſſit quis damnari ex cõfeſſione criminis non attenta forma iudicij inchoati. nam ꝓcedit vt eſt dictum ꝰ. de quo in d.c.1.& a.& in d.l.qui filium.& vide per Bartol.in l. ſi cõfeſſus. ff.de cuſto.reor.& quod no.in l.qui accuſare.ff. de accuſa. & l. ſi magnus. C. qui accuſare non poſ.

ADDITIONES.

a Nico. Supe. An proxenetæ poſſint eſſe teſtes. Adde Spec.in titu.de teſte.in § j. ver.quid de proxeneta.Bal in l.deferre.in §.idem.ff.de iu.fiſ. Sali. in l. omnibus C.de teſti.

Vinc. God. Adde Steph.Aufre.in tract.de reprob.teſt.nu.67. quod habetur in lib.4.tract.fol.181.

b Vinc G. Nota, ꝙ ſocij criminis inter ſe non ſunt idonei teſtes.Grat. conſ.59. nu.16.lib 2.ubi ſub nu.18.ꝙ depoſitio ſocij criminis ſolum locum habet & operatur, vt inquiſitio formari poſſit. Et ſocius criminis in quibuſdam caſibus ſpecialiter enumeratis de ſocio interrogari poteſt.Grat. in d.conſ. 59. nume.19.lib 2.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ad iudicia debet continere quatuor, de quibus hic habetur.*
2 *Abbas an agere poſſit pro iuribus eccleſiæ ſine conſenſu conuentus.*
3 *Ponens & reſpondens debent iurare de veritate non de credulitate, quando præſtatur iuramentũ veritatis, ſecus ſi præſtat iuramentũ calũniæ.*
4 *Poſitio non debet reijci, licèt in ea plura ſint incerta, ſed iudex ſigillatim de ſingulis interrogare debet.*
5 *Iudex ſi mandat reſponderi poſitionibus qualiter dicere debet.*
6 *Abbas, uel monachi an poſſint teſtificari in cauſa monaſterij.*
7 *Spoliatio an cadat in incorporalibus, & an in eis habeat locum poſſeſſorium interdictum.*
8 *Collegium, uel uniuerſitas an poſſit iurare per alium, & reſpondere poſitionibus.*
9 *Prælatus an teneatur iurare in animam ſuam, vel conuentus in iura. calũniæ quid in ueritatis iuramento.*
10 *Confeſſio prælati an noceat eccleſiæ uel non.*
11 *Abſentes non ſunt citandi in actibus eccleſiæ niſi in tribus caſibus.*
12 *Remiſſio examinationis teſtium, quæ ſit de una ciuitate ad aliam, an ſiat de neceſſitate.*
13 *Iudex debet mittere ad perſonas egregias.*
14 *Prælatus, qui iurauit in animam ſuam veritatem dicere, qualiter dicere debet.*
15 *Prælatus, ſi reſpondeat vno modo & conuentus alio modo, cui confeſſioni ſtabitur.*
16 *Poſitio an poſſit tota negari ratione partis indebitæ.*
17 *Titubare quando quis dicatur.*
18 *Syndicus ſi confiteatur contrarium eius, quod prælatus fuit confeſſus, cui confeſſioni ſtabitur.*

C A P. II.

PRæſentium authoritate. Diuiditur in tres partes principales. Prima loquitur de poſitionibus iuramento, & reſponſionibus ad ea. Secunda ibi teſtes, de teſtibus reprobatorijs teſtium probantiũ. Tertia ibi ſi 1 verò de teſtibus reprobatorijs teſtiũ reprobantium. †No. pria mò, ꝙ in reſcripto[a] ad lites quatuor ſubſtantialia iudicij ſunt exprimenda.ſ.iudex, actor, & reus, & ipſa cauſa ſuper qua litigat, & vno deficiente nõ eſt iudiciũ, vt ꝰ.de ver.ſig.forus. & in talibus error redderet reſcriptum ſubreptitium, vt ꝰ.de reſcri. ſuper literis, ſm Hoſt.& Io.An.& debet fieri expreſſio actoris rei, & cauſæ ſigillatim: prout dicitur hic in tex. & vide Inn. in c. ex monaſteriũ.ꝰ.de re iudi.vbi no. ꝙ in reſcripto impetrato lite pendente debet fieri mentio de toto proceſſu, de quo ibi ꝑ doct. Cautela tñ eſt, ꝙ in reſcripto apponatur clauſula, ꝙ Papa dignetur ſtatũ illius cauſæ habere pro expreſſo, quia tunc cenſetur facta ꝯmiſſio ex certa ſcientia, & ſtatus cauſæ haberi pro expreſſo, licèt aliter in reſcripto non ſit facta declaratio ꝑ ipſum impetrantem, vt notabiliter determinat Rota in deci.214. quæ 2 inci.item ſi in cauſa. †Secũdò no.arg. ꝙ Abbas agere non poſſit ſuper iuribus eccleſiæ ſine conſenſu conuentus, de quo in c.j.ꝰ.de procurato. & c.j.ꝰ. de reſcrip. Tertiò no. ibi ponendo, quia debet exponi, & intelligi.i.expoſitiones faciendo, vel iã factas repetendo. modò ait ꝙ poſitiones poſſint fieri poſt remiſſionẽ factã ad partes, cũ debeant a principio tranſmitti ſub bulla, ſm Ioan.An.ex quo no.modum, & formam trãſmiſſionis poſitionum, & articulorũ de vna curia ad aliã, quia debet fieri ſub bulla, & ſimili modo debet fieri remiſſio ſigillata, vt ꝰ.de teſtib.conſtitutis. & de reſcriptis.cum olim. & ibi no. de pœna violantis ſigillum, ſi tamen non fieret ſub bulla vel ſigillo non vitiarent propter hoc acta.tenuit Guil.de Cuneo in l.j. 3 ff.de offi.aſſeſſorũ.& Bal.ibi in certis lecturis. †Quartò.no. ibi veritate: quod tam ponẽs quàm reſpõdẽs debet iurare de veritate

ADDITIO.

a Vinc.G. Reſcriptum quãdo formã iudicij & quãdo non. Ruy.conſ. 133 [illegible]

a ne menti glo. q contumax [a] habetur pro confesso, vel negante, prout deterius est contumaci: & sic contumacia interpretatur semper contra contumacem. idem voluit glo. in l. quamdiu. ff. de acqui. hære. & Spec. in d. §. 9. ver. item illud. & Host. & Arch. hic, & Cyn. & Bal. in d. §. q si actor. quod procedit in contumace in non respondendo positionibus: secus si interrogationibus, vt sentit hic Io. An. ponens rationem diuersitatis inter interrogationes & positiones, vt hic per eum. & per Bal. in d. l. j. Et limita hunc tex. & gl. procedere quando contumax potuit plenè respondere, & sic habuerit aliquẽ terminum ad deliberandum, sm Inno. in c. cum in cunctis. in gl. quę incipit, Trium mensium. ṡ. de elect. Secundò limita, nisi cõtumax possit suam contumaciam excusare, vt no. in d. l. si filius. vel nisi esset talis positio cui non deberet respondere, vt in casibus no. ṡ. per glo. in ver. rationabili causa, sm Bal. in d. §. quod si actor. Tertiò limita in beneficialibus, vt ṡ. est dictum. Quartò limita, nisi iudiciũ sit fundatum cum minus legitima persona, vt in l. si filius. la 2. & ibi p Bal. ff. de in integ. resti. Quintò limita gl. procedere si qualitas causæ patiatur: secus si libellus esset ineptus, vel contineret manifestam defensionem rei, sm Bal. in d. §. q si actor. in fi.

2 c † In gl. fi. in fi. dic vt ibi plenè no. ex quib. & per tex. hic, reprobat hic Ioan. An. dictum Spec. in d. §. 8. in fi. volentis, q contumax in non respondendo positionib. possit sine alia citatione diffinitiuè dãnari in facto principali. nam hoc est falsum quia non debet quò ad alia cõtumax reputari. facit glo. in c. cum cui. ṡ. de dolo & contu. eo. lib. & ṡ. de testib. cum olim. & sm Ioan. And. vt hic per eum. Bal. tamen hoc limitat duobus modis. Et primò, nisi partes essent præsentes, quo casu nulla alia citatio requireretur, vt no. in l. de vnoquoq;. ff. de re iu. & in auth. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. Secundò limitat tunc posse deueniri ad sententiam, quando esset talis positio cuius cõfessio decideret totam causam: aliàs non posset ad sententiam perueniri non probatis probandis, vt in l. intra vtile. ff. de mino. secundum Bal. hic notantem ex dictis Ioan. An. hic, q licèt in confessum nullæ sint partes iudicis nisi in condemnando, vt in l. perinde. ff. ad l. Aqui. tamẽ tam fictè quàm verè confessus est citandus ad sententiam, & ad reliqua acta causæ, q mirum non est, cum etiam verè confessus possit exceptiones, et peremptorias opponere, vt d. l. si filius. §. fi. de quo tamen per Io. An. & Doc. in c. fi. ṡ. de iura. calum. Sed dubitatur an fictè cõfessus, eo quia non rñdet, poterit postea respondere & euitare pœnam huius c. sicut poterit recusans iurare de calumnia? tenet Iaco. But. in d. §. si actor. quod sic, & hoc antequàm sit lata sentẽtia q habeatur pro confesso: quia postea non posset, sm Pet. de Ancha. intellige nisi post sñiam appellet & suam cõtumaciam excuset, sm Cy. in d. §. q si actor. nam etiam verè confes. & condemnatus appellat, vt j. de appel. Romana. §. debet. & in l. creditor. §. si iussus. ff. de app. & facit gl. in l. j. C. quñ si appe. vbi Bal. hoc tenet. & in d. l. si filius. & de his per Spe. in tit. de iura. calum. §. fi. ver. sed nunquid. & ibi per Io. An. in addi. an possit mora purgari. & in d. c. fi. & facit quod no. in c. 2. ṡ. de restit. in integrum.

A D D I T I O.

a Nic. Sup. Contumax habetur pro confesso. Adde c. nullus. & ibi Doct. de præsump. Inno. in c. 2. de confes. in antiquis.
Vin. God. Adde, q contumax non habetur pro confesso in criminalibus. Ruy. consi. 31. nu. 1. lib. 5. qui dicit hoc procedere de iure communi.

De testib. & attestationib. *Rub.*

S V M M A R I V M.

1 *Munus reddit mediatorem suspectum in testificando.*
2 *Mediator criminis dicitur etiam ipsum crimen committere.*
3 *Quid si ipse mediator recepit promissionem tantùm, & non solutionem, an repellatur a testimonio.*
4 *Per, hæc dictio quid importet.*
5 *Testes admittuntur qui alias admitti non debent, quando factum aliter probari non potest.*
6 *Proxenetæ an possint esse testes in causis ciuilibus. & nu. 7.*

C A P. I.

1 Si verò. † Nota primò ibi coram te, testes esse producendos coram iudice, cum omnis probatio coram iudice fieri debeat secundum gl. in l. iubemus. C. de lib. causa. Nec sufficeret examinationem fieri coram notario. intellige nisi de commissione iudicis, vt no. in c. 2. supra de iudic. eodem lib. & vide per Barto. & Bald. in authen. quæ supplicatio. C. de precibus imperat. offeren. † Secundò nota ibi recipere, & examinare, & tene menti singulariter iuncto text. supra differentiam inter receptionem, & examinationem testium, & terminus super vno non includeret reliquum, nisi hoc sit expressum, vt hic in text. & ideo in termino assignato ad probandum sufficiat, quòd testes recipiantur ad iuramentum, & post terminum poterũt examinari, secus si terminus esset assignatus ad probandum, & probatum habendum, quia tunc examinatio post terminum fieri non posset, licèt in termino testes essent recepti ad iuramentum. facit glos. supra in ver. kalendas. & ita tenet Bald. per hunc text. & in l. testium. C. de testib. de exceptio. pia. † Tertiò not. arg. iudicē posse eodem instanti assignare partibus diuersos terminos successiuè super diuersis, de quo supra de priuileg. cum olim. el. 2. & per glos. supra de testi. eod. c. 2. & cle. sæpe. in ver. post dationem. de verb. signi. & ibi per Doct. C. qui admitti. † Vltimò no. secundum Innocen. quòd potest præfigere terminum ad reprobandum personas testium etiam ante publicationem. & an posset post publicationem opponi contra personas, habetur supra eod. præsentium. In glos. in versi. obseruata. in fine quòd sine dubio procedit quo ad personas, quo casu secundos testes reprobatorios reprobare non licet, secus quo ad dicta, quia liceret reprobare post publicationem, & maxime ratione corruptelæ, vt in c. licet causam. supra de proba. aliàs daretur materia committendi falsum cõtra. c. qualiter. §. debet. supra de accusa. & quia etiã post sententiam potest opponi de falso, vt d. c. licèt causam. fortius ante sententiam, secundum Io. An. tenentem, ꝙ licèt hoc habeat multum ęquitatis, tamen ratio c. licet. hic alleg. in glo. vt sit litium finis, multum obstat. Sed D. Anto. in d. c. licet dilectus. tenet. ꝙ admittatur reprobatio contra dicta, ex quo secũdum regulam iuris cõmunis id indistinctè promittatur, cui regulæ debet stari, ex quo non reperitur vitiata, & d. c. licet. loquitur in reprobatione personarũ non dictorum, & cum exorbitet a iure communi non debet extendi ex ratione idẽtitatis, vt no. ĩ. de regu. constitutionem, quia etiam non est eadem ratio, cum magis ratio suadeat reprobationem contra dicta, quã contra personas, & ita sequitur Imo. in d. c. licèt dilectus. Sed D. Nic. ibi contra. & ꝙ eadem est ratio in reprobatione personarum, & dictorum, vt sic sit litiũ finis, quæ ratio cũ sit expressa in d. c. licèt. fit extensio etiam in exorbitantibus secundum glo. no. in cle. j. de elec. & hanc partem sequitur hic Domi. nisi falsitati adderetur correctio, quo casu etiam per testes poterit fieri reprobatio [a] vt no. in d. c. licet causam. vel nisi velit reprobare per instrumenta, vel per dicta ipsorummet testium, quia tunc poterit, vt no. 4. q. 3. si quis testibus & ibi per gl. & Archid.

A D D I T I O.

a Vinc. G. adde, ꝙ nõ põt qs de cetero reprobare testē, cũ semel ꝓduxit & in quacũq; alia causa, ex quo ipsũ semel approbauit. Tho. Grã decis. 34 nu. 13.

S V M M A R I V M.

1 *Testis suspectus in causa principali, est etiam suspectus in causa appellationis, licèt censeantur esse causæ scilicet principalis, & appellationis.*
2 *Et hoc locum habet in procuratore, & aduocato ad totum iudicium.*
3 *Iuramentum licèt possit deferri parti, pro qua est præsumptio siue actori siue reo, iudex tamen hoc facere non tenetur.*
4 *Salarium nouũ debetur aduocato, vel procuratori in causa appellationis.*
5 *Iudex an possit esse aduocatus in causa finita per eum, vel cognita per eum non testis esse non posset.*
6 *Quid autem in alia causa, an possit esse testis.*
7 *Procurator, qui accepit mandatum in vna causa, an possit esse testis in eadem si mandato renunciauerit.*
8 *Aduocatus in principali causa non admittatur in testem pro appellante in causa appellationis etiam si agatur exceptione probanda propter quã erat appellatum.*
9 *Procurator non potest esse testis in causa, in qua fuit procurator.*

C A P. III.

ROmana. Procurator vel aduocatus in causa principali non potest esse testis in causa appellationis, nec præsumptione faciente pro appellato debet ei iuramentum deferri, nisi iudici videatur. h. d. † No. j. ꝙ licèt causa appellationis sit diuersa

inſtantia a cauſa principali, vt dictum fuit in c.a.ꝫ. de iuramē.
calum.eod. lib. tamen teſtis, qui eſt ſuſpectus in cauſa princi-
pali propter affectionem, quam habent in cauſa, cenſetur etiā
ſuſpectus in cauſa appellationis, & eadem ratione habebit lo-
cum iſte text. in ꝓcuratore vel aduocato appellan, vt pro ipſo
a appellato teſtis eſſe non poſſit, ſecundum Ioan. And. † Secun
dò no. ibi priori iudicio. ꝙ tex. hic locum habet in procuratore
vel aduocato ad totum iudicium. ſecus ergo in fine ad vnum
actum tantum. puta ad impetrandum vel ad vnum actū ipſius
cauſæ, quia talis poterit in alijs articulis diſiunctis teſtificari
non autem in coniunctis, ſecundum Ioan. And. Et vide not.
per Rotam in deciſi.156. quæ incip. Item quòd ſi procurator. ꝙ
licèt procurator, qui eſt litem conteſtatus, reuocetur non ta-
men poterit eſſe teſtis quia præſumitur reuocatio in fraudem
& etiam quia ratio huius decre. locum habet, quod nota. & fa-
cit etiam, quod dixit Bart. in l.1.§. cum quis. ff. de quæſtion. quan
do quis non habet niſi vnum teſtem, & reus dedit ſibi alapam
ne poſtea contra eum inducatur in teſtem, & opponatur ſibi
de inimicitia, vt talis fraus non proſit, de quo tamen ibi per
Bart. & aliàs in ſimili per Bald. in authen. ſi dicatur. in fine. C.
de teſti. in contrarium tamen facit, quod tenet Imo. in c. cum
a nobis. ſupra eod. dicens quòd iudex, qui eſt reuocatus, poſſit
3 poſtea in eadem cauſa teſtificari, ideo cogita. † Vltimò nota
a quòd licèt vt poſſit deferri [a] iuramentum in defectum proba-
tionis, requiratur, quòd ſit præſumptio pro altera parte, vt in
c. fin. de iureiuran. iudex tamen non cogitur illi, ſiue actori, ſi-
ue reo, pro quo eſſet præſumptio tale iuramentum deferre,
etiam ſi agatur de facto illius, pro quo eſſet præſumptio, ſecun
dum Ioan. And. ſed eſt arbitrarium iudici, cui deferri debeat,
quod facit pro eo quod no. Ioan. And. in d. c. fin. ſecundum Do
mi. Debet ergo in tali delatione iuramenti interuenire cāę co
gnitio inſpecta qualitate perſonarū, & cauſæ, et requiritur cita
tio partis, vt determinat Ro. in deci.299. quæ incip. item licèt
4 quo ad taxationem. † In glo.2. ibi defendere. ideo eſt, quòd ad-
uocato vel procuratori debetur notum ſalarium in cauſa ap-
pellationis. de quo tamen per glo. in l. ita demum. C. de procu.
& per Bald. in l.j. C. de ſuffragio & in l. fin. ff. de poſtu. Et dicit
hic Ioā. And. quòd aduocatus meus in cauſa principali poteſt
eſſe aduocatus contra me in cauſa appellationis. licet non ſit
honeſtum. & ita tenet Spe. in tit. de aduocato. §. nunc tracte-
mus. in fi. & idem not. in l. fin. ff. de teſtibus. imò videretur, ꝙ
ēt in cauſa principali poſſit quis eſſe aduocatus amborū par-
tiū, vt per glo.45. diſt. diſciplina, ſm Do. qđ videtur procedere
in diuerſis litibus, vt eſt tex. in l.a. C. de aduoca. fiſci. vbi poteſt
quis eſſe aduocatus fiſci in vna cauſa, & in diuerſa cauſa cōtra
fiſcum, ſecus ergo in eadem cauſa. In ea. glo. ibi ſi non eſt alia
Io. An. adducit hic iura pro & cōtra, de quo hic per eum & per
Bal. in rub. C. ne liceat in vna, eadēque cauſa. & vide Io. An. in
c. diſpendia, ſuper verbo qōnes. ꝫ. de reſcrip. eo. lib. & in regu-
la cōtractus. ꝫ. eo. lib. in mercuria. in 3. q. tenentem, ꝙ cā ſit eadē,
tñ non eſt idē iudicium. Pro quo text. hic ibi in priori iudicio.
& 3. q. 6. accuſatus. ibi iterato iudicio. & idē tenet glo. in §. poſt
ſecūdā. hic alle. de quo in c.a. ꝫ. de iur. calum. eo. li. & ibi per gl.
& per Do. in c. non iniuſtè ꝫ. de procurator. in l. inuitus. C. de
procura. & per Ange. in l.j. ff. an ꝑ aliū cauſa appellationis. &
per gl. in d. c.2. in prin. & hic. In ea. gl. ibi memores ſui officij.
& ſic rōne affectionis, cuius vterque victoriam cauſę ſibi repu
tet ad honorē, & perditionē ad dedecus, & etiā quia vterque
tenetur dño de dolo, & negligētia, vt in l.a procuratore. C. mā-
dati. & in l.j. §. in honorarijs. ff. de varijs cognitio. Ideo repellū
tur a teſtimonio, vt hic. & d. l. fi. ſm Ioan. And. Et ex his not. ꝙ
honor & cauſa affectionis nō minus repellit teſtem a teſtimo
5 nio, quā lucrū pecuniç, ſm Bal. † In ea. gl. ibi aduocatus nequit
eſſe iudex. Quid autem econtra, an iudex finito officio poſſit
eſſe aduocatus in illa cauſa cognita, teſtis autem eſſe non poſ
ſet, vt dicit glo. hic. de quo tamen per glo. & Doct. in c. cum a
nobis. hic alleg. & in l. ne in arbitris. C. de arbi. & per Rotam
in deciſi.89. quę incip. Iudex. volentem, ꝙ iudex poſſit eſſe te-
ſtis ſuper aliquo actu per eum facto, licèt non ſcripto. & maxi-
mè in cauſa appellationis, de quo plenius in iuribus. ꝫ. allega.
An admittatur ad probandum id, in quo fuit inſtitor vel pro-
curator, & videtur quòd non, quando poteſt prætendere laudē
vel vituperium, vt videtur velle Ioan. And. in addi. Spec. tit. de
teſte. §.1. verſi. ſed pone. & hic, aliàs ſecus, & Bald. C. de teſti. l.
omnibus. Cum admittatur quis ad teſtificandum ſuper facto
ſuo, quando ex eo non recipit damnum vel commodum. glo.
not. in c. cum dilecti. de elec. per quam gloſ. Do. Anto. & Do.
Nicol. in c. inſuper. de teſtib. tenent, quòd adminiſtrator ad-
mittitur ad teſtificandum in ſubſidium, quando non poteſt ſi-
bi aſcribi laus, damnum, vel vituperium. imò videtur velle ibi
Do. Nico. quòd ſi inducitur in teſtem ille, qui tranſmiſſus fuit
ad negociandum, ſi nullam affectionem præſumatur habere,
debeat admitti ad teſtificandum etiam altera parte inuita, fa-
cit quod not. Domi. ſupra in c.j. quòd admittitur proxeneta in
his quæ occultè fiunt, & ſic in ſubſidium per dictam gloſſ. in
6 d. c. cum dilecti. † In ead. gloſ. ibi, in cauſa in qua. In alia ergo
cauſa poterit iudex eſſe teſtis, vt l. ob carmen. §. j. ff. eod. titu.
ſecundum Ioan. And. de quo infra. Compromiſſarij autem ad
eligendum, vel laudandum tenet hic Innoc. ꝙ poſſint eſſe te-
ſtes, ſi de illo actu agatur, ſuper quo fuerunt aſſumpti. ꝫ. de ele.
cum dilecti. & de arbitris. non ſine. quod verum eſt in defectū
probationis, vt patet in dictis iuribus, ſm Ioan. An. hic, de quo
per Bal. in l. ne in arbitria. & plenè ꝑ Do. in c.2. ꝫ. de arbi. Quid
b autem de notario, [b] qui ſcripſit acta, an poſſit eſſe teſtis in cau-
ſa. Ioan. And. hic quòd ſic, cum non reperiatur prohibitus. l.j.
ff. de teſti. & facit ſupra de fide inſtru. cum Ioannes. & tenuit
in regula cum quid. ꝫ. eod. lib. vbi plenè de his. Ex quibus infer
tur, quòd notarius poſſit eſſe teſtis ſuper eo, qđ ſcripſit, intelli-
ge quo ad ꝓbationē facti, et ſic ꝙ ipſe ſcripſerit, arg. l. ſi quis de
curio. C. de falſis. nō autem vt talis ſcriptura eius teſtimonio iu
uetur, vt voluit glo. ſing. in l. hac conſultiſſima. §. fi. C. qui te-
ſtamenta, ſecundum Bal. hic de quo in l. Domitius. ff. de teſta-
mentis & in l. ex ſententia. ff. de teſta. tutela. & per Bal. in l. iu-
7 riſiur. C. de teſtibus. † In ea. glo. in fi. vide Specu. eo. tit. §. illud
ver. item ꝙ fuit in eadem cauſa. In glo. in verſi. fuerat. in fi. idē
ſi acceptauerit, dummodo re integra renunciauerit, ſecundū
Innoc. in d. c. inſuper. ꝫ. eodem. imò tenet ibi Hoſtien. idē eſſe,
ſi agere incępiſſet, & proceſſiſſet, dummodo ante litem con-
teſtatam deſtitiſſet, etiam ſi talis procurator poſſet dictam cau
ſam reaſſumere, ſecundum formam c. ſi duo. ꝫ. de procura. eo.
lib. cum ſatis ſit, ꝙ ipſam non reaſſumat. nam etiam prælatus
poteſt cauſam eccleſiæ reaſſumere, & tamen non repellitur a
teſtificando, ſi ipſam non reaſſumit, ſecundum Ioan. And. in
d. cap. inſuper. & ſequitur ibi do. Nic. Et ſic patet, quòd dum-
modo procurator non ſit factus dñs litis per lit. conteſt. ſi re-
nunciat, poterit eſſe teſtis, vt tenet Hoſt. & Do. Nic. in d. c. in-
ſuper. & ita eſt de mente Rotæ in dicta deciſ.126. & Bald. in l.
omnibus. C. de teſtibus. Cogita tamen quia Inno. in d. c. inſu-
per. tenet ꝙ ſufficiat procuratorē cauſam inchoaſſe. & idē Bar.
in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iu. fiſci. imò gl. hic tenet
ſatis eſſe, ſi procurator acceptauit, pro quo ratio huius tex. &
etiam affectio, quā præſumitur habere ad cauſam, maximè ſi
eam inchoauit poſito, quod nondum ſit lis cōteſt. Si tamē pro
curator, vel aduocatus, qui re integra renunciauit, teſtificatus
eſt in cauſa, non poterit de cętero in dicta cauſa eſſe procura-
tor, vel aduocatus: ne ſic in eadem cauſa fungatur duplici offi-
cio, vt dicit gl. ꝫ. proxima & ita tenet Do. Nico. in d. c. inſuper.
et idem tenet Imo. in c. cum a nobis, de eo qui ſemel teſtifica-
tus eſt in cauſa, vt de cętero non poſſit in alia eſſe iudex. In gl.
8 in verbo in teſtem. ibi pro appellante, etiam ſi agatur de pro-
banda exceptione, propter quā erat appellatio interpoſita, ſe-
cundū Ioā. An. limitantē hanc glo. et tex. niſi aduerſarius con-
ſentiret, arg. c. tuis. ꝫ. eo. ti. et vide per Inno. & Hoſt. in c. cū vent.
ꝫ. de excep. ſuper ver. inſtrumēta. et idem eſt ecōtra, vt ꝓcura-
tor vel aduocatus appellati non poſſit eſſe teſtis ꝓ ipſo appel-
lato, niſi aduerſarius conſentiat eadē ratione, ſed pro appellā-
te ſic, et ſi pro eo recipietur, teſtificabitur poſtea pro vtraque
parte, vt in authē. ſed iudex. C. de epiſ. et cler. In contractibus
verò indiſtinctè aduocati, et procuratores poſſunt eſſe teſtes,
vt eſt tex. no. in c. ex literis. de tranſact. et ſic poterunt deſcribi
in teſtem in inſtrumento tranſactionis ſuper lite, ſuper qua
fuerunt aduocati, vel procuratores, et idē in proxeneta, vel me
diatore contractus, vt ibi habetur et ibi per Inno. et Doct. In
ea. glo. ibi de conſenſu partium. idem Ioan. Mona. et Arch. et
Bart. in d. §. idem decreuerunt. Sed Bald. in d. l. omnibus, tenet
9 idē, qđ in proxeneta, de quo eſt dictū. ꝫ. eo. c.j. † In ea. glo. in
fi. Et

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Deferri iuramentum. Adde an poſſit deferri, cum arguitur de dolo alicuius. vide glo. ſing. in l.3. in §.1 ff. de mino. & per Bal. in l.1. C. qui & adue. quos.

b Nic. Sup. De notario, qui ſcripſit acta. Adde de notario, qui ſcripſit acta cauſæ principalis, an poſſit eſſe teſtis in cauſa appellationis, vide per Doc. in c. inſuper, de teſt.

Vinc. G. Adde, quòd notarius connumeratur in numero teſtium, quando examinatur teſtis. Rayn. conſi.52. nu.13 lib.1.

ſi. Et idem in procuratore ad iudicia, vt in illis cauſis, in quibus
procurat, teſtis eſſe non poſſit, ſecus in alijs cauſis, ſecundum
Inno. in d.c. inſuper. & eſt tex. in d.l. ſi. & idem in aduocato, ſe-
cundum Inno. in c. poſtremo. ꝰ. de appel. videntur tñ prædicta
eſſe intelligenda, niſi cauſæ eſſent cõnexæ vel dependẽtes, vt
ꝰ. per Ioã. An. Quid autem in procuratore, vel adminiſtratore
bonorũ eccleſiæ. tenet Archi. hic, ꝙ poſſit teſtificari etiam de
cõtractu per ipſum celebrato. arg. d. §. idem decreuerunt. vbi fa-
uore fiſci admittitur. idem ergo & fauore eccleſiæ. & ita trãſit
hic Io. An. Sed certè d. §. idem decreuerunt, loquitur, quando
teſtificatur in alio in quo non adminiſtrauit. In eodẽ ergo nõ
poterit, & hoc niſi de partium voluntate, & non aliter, prout
ꝰ. dicitur in alio procuratore. Pro quo etiã facit, quia ſyndicus,
& actor a teſtimonio repellitẽ ſicut hic in procuratore dicitur,
vnde de nominibus non eſt curãdum. ꝰ. de procura. penulto de
quo tamen hic per Io. An. & in dicta regula, cum quid vna via
in mercuria. Et dicit hic Ioan. And. idem eſſe in conſorte litis,
qui admittitur ſine mandato, vt ſic repellatur a teſtimonio. Et
idem de ſolicitatore cauſæ ſalariato per principalem, ſecus ſi
per procuratorem ipſius cauſę, & maximè in leuibus, vt tenet
Rota in deci. 152. quæ inci. item ꝙ ſolicitator. ſed Domini. hic
concludit idem omni caſu, vt ſic ratione affectionis repellatur
in grauibus. & idem tenet Imo. in d.c. cum a nobis. & Do. Ni.
in d.c. inſuper. ſimpliciter tenẽtes, ꝙ repellatur. Pro quo facit
tex. 3. q. 5. ſuſpectos. Et idem de adhærentibus in cauſa, vt ratio-
ne affectionis a teſtimonio repellantur, vt tenet Rota in deci-
ſio. 281. quæ incip. item fuit dubitatum verum adhærentes. Reli-
qua ad materiam vide per Doct. in d.c. inſuper. & c. cum nun-
cius. & c. cum a nobis. ꝰ. eod. Quid de vno correo, an poſſit eſſe
teſtis pro alio. vide per Cy. & Bald. in l. dictantibus. C. de teſta.
a Quid [a] de fideiuſſore pro principali non. in l. ſi cui. ff. de leg. 2.
Quid de cedente pro ceſſionario. & per Dy. & Ang. in l. ſi a te.
b C. de fal. & per Bald. in d.l. omnibus. Quid [b] de venditore pro
emptore. no. in l. eos. ff. de euic. & per glo. in l. nullus. ff. de teſti
bus. & per Innoc. in c. 3. ꝰ. eod. & per Do. in d. c. inſuper. per
Spe. in tit. de teſta. §. j. ver. quid de venditore. & Ioan. And. ibi
c in addit. Quid de mercenarijs, & familiaribus, [c] an poſſint eſſe
teſtes not. in l. maritus. ff. de quæſtioni. & in c. cum literis. ꝰ. de
d teſtibus. Quid de illis, qui ſunt de vniuerſitate, [d] vel collegio.
per Ioan. And. & do. Nico. in c. cum nuncius. ꝰ. eod. titu. Quid
e de ſocio [e] in cauſa ſocij. per Ioan. And. & Doc. in d.c. cum nun
cius. Quid de legatario in cauſa teſtamenti ibi per Ioan. And.
& Doct. & per Bald. in l. dictantibus. C. de teſtamẽ. Quid de
donatore in cauſa donatarij. & per Io. And. et Doct. in dicto
f c. cum nuncius. Quid [f] de vaſallo in cauſa domini, vel econtra
ibi Ioan. And. & Doct.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Quid de fideiuſſore. Adde Bar. in l. ſi ita ſcripſerit. ff. de reb. dub.
b Nic. Sup. Quid de venditore pro emptore. Adde gloſ. & Archi. in §. ſi teſtes. in verſi nullus idoneus. 4. q. 3. & Bar. in l. ab executore in §. alio. ff. de appel.
c Nic. Sup. Et familiaribus. Adde Flo. de Bononia in l. pen. ff. de teſti. & per Inno. in c. inſinuante. de off. dele.
V. G. De familiaribus, qui poſſint eſſe teſtes, Fely. in c. in literis. de teſt. col. 2.
d Nic. Sup. Qui ſunt de vniuerſitate, vel collegio. Adde gloſ. in verbo teſtes. in §. cogitandum. in Auth. de mona.
e Nic. Sup. Quid de ſocio Adde gl. & Bal. in l. quoniam liberi. C. de teſti. Spec. & ibi Io. And. in addi. Spe. in tit. de teſte. in §. j. in 2. col. ver. ſed nunquid ſocius.
f Nic. Sup. Quid de vaſallo. Adde glo. in c. de forma 22. q. 5. Spec. in tit. de teſte. in §. j. ver. ſed nunquid vaſallus.
Vinc. G. Quando vaſallus contra dominum poſſit eſſe teſtis. Felyn. in c. inſuper in fi. de teſtib.

De iureiurando Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Prælati, & canonici poſſunt licitè iurare, ſeruare ſtatuta, & conſuetudines eccleſiæ poſt electionem, non ante.*
2 *Scriptura an ſit neceſſaria ad eſſe ſtatuti.*
3 *Statuta præſumuntur eſſe irrationabilia, licèt ut plurimùm ſint rationabilia.*
4 *Iurans aliquid prohibitum, uel illicitum, an & quando obligetur ad eius obſeruantiam.*
5 *Et iuramentum etiam generaliter præſtitum refertur tantum ad licita.*
6 *Iurans ſeruare ſtatuta, præſentia, futura, uel ſimpliciter ſeruare ſtatuta, quid iuris.*
7 *Iuramenta interpretantur, ſecundum diſpoſitionem iuris communis.*
8 *Prohibitio generalis non includit niſi illicita.*
9 *Statuti confirmatio quid operetur, & quid ſi unum ſtatutum ſit generale, aliud ſpeciale, quod debet ſeruari.*
10 *Statuta reuocato an intelligatur reuocatum iuramentum, quod de eadem ſeruando fuit præſtitum.*

CAP. I.

Contingit. Primò ponitur thema circa
clericos, & laicos. Secundò
ibi, quia verò. ponitur cauſa conſtitutionis.
Tertiò ibi, hoc generali. circa vtroſque conſti
1 tutionem prorogat. †No. primò, ꝙ prælati, &
canonici poſſunt licitè iurare ſeruare ſtatuta,
& conſuetudines eccleſiæ: intellige poſt electionem, ante ve-
ro eſſet ſimoniacum, niſi tale iuramentum exigeretur a ſupe-
riore, vt per glo. 8. q. 3. in ſomma. & hic per Arch. & Ioan. And.
& ꝰ. de præben. ſignificatum. & ſic infertur ex text. ꝙ valeat
ſtatutum, & conſuetudo eccleſiæ diſponens, ꝙ prælatus, & ca-
nonici teneantur iurare ſeruare ſtatuta, & conſuetudines ec-
2 cleſiæ. †Secundò no. ibi, & non ſcripta, ꝙ ad eſſe ſtatuti non re
quiritur ſcriptura. facit. c. j. ſupra de renun. eo. lib. de quo plenè
per Rotam in deciſ. 246. quæ incipit, item ꝙ conſtitutio. & per
Bal. in l. humanum. C. de legib. & no. ſupra in proę. huius lib.
& plenius in regula, nemo poteſt. ꝰ. eo. lib. & per Imo. in rub.
ſupra de conſti. Tertiò no. ibi rectores, quòd appellatione re-
ctoris comprehenditur etiam ille, qui præeſt officijs ſeculari-
bus. facit infra de hæreticis, vt inquiſitionis, & tales rectores
reſpiciunt adminiſtrationem eoipſo, quòd ad officium admit-
tuntur abſque alia confirmatione, vt hic probatur & ſupra de
3 iudi. c. ſi. & ibi per Doc. †Quartò no. ibi, interdum &c. ꝙ licèt
conſuetudines, & ſtatuta interdum poſſint eſſe irrationabi-
lia: tamen regulariter præſumuntur eſſe rationabilia. Et ideo
notabiliter determinat Lap. in ſua alleg. 101. in 5. colum. quòd
poſtquam ſtatutum, vel conſuetudo reperitur in loco ab eo,
qui habet poteſtatem ſtatuendi, præſumitur rationabilis præ-
ſumptione iuris & de iure, vt 4. diſt. erit. nec dicitur ſtatutum,
vel conſuetudo illicita, licèt iuri poſitiuo repugnet, vel natu-
rali, niſi expreſſe in iure inueniatur reprobata, vt ff. de iuſti. &
iure. l. omnes populi. & l. de quibus. ff. de legibus. ſecus vbi ſta
tutum, vel conſuetudo repugnaret iuri diuino, vel naturali im
mutabili, vel alias eſſet a iure improbata. & ita procedat, quod
no. per glo. ſupra de conſuetu. in c. ſi. & dixit no. Bal. in l. lege.
C. de legit. hæredi. ꝙ ſufficit, vt ſtatuẽtes fuerint moti aliquo
motiuo, vt ſic ſtatutum rationabile dicatur: de quo etiam no-
4 tabiliter per eum in l. reſcripta. in fi. C. de diuer. reſcrip. †Quin-
tò nota ibi non ſeruanda. quòd licèt quis ſcienter iuret ſerua-
re aliquod illicitum, ſeu prohibitum animo etiam illud ſeruã-
di. tamen ad obſeruantiam talis iuramenti non obligatur, &
ſic videtur, quod etiam propria autoritate & ſine alia abſolu-
tione a iuramento poſſit quis venire contra l. & videtur hic
probari, & facit regula, non eſt obligatorium, infra eod. lib. &
no. in c. ſicut. ſupra eodem. Sextò no. ibi ignorãtes, quòd quis
poteſt ſe obligare ad obſeruantiam ſtatutorum, licèt talia ſta-
tuta quis non viderit, nec fuerint lecta, ſed cauſa exhibita. vn-
de poteſt quis ſe obligare ad id, de quo non haberet notitiam,
facit l. qui iure militari. ff. de mili. teſtamento. & ſibi imputet
ex quo non fecit legi, vel aperiri, ſecundum Pet. de Anchara.
alias non poſſet quis ad id aſtringi, nec valeret conſuetudo
vt infra in gloſ. & vide per Ioan. And. in cap. ſi. ſupra de maio.
& obe. & quod ibi no. & ſupra eo. in c. Quintauallis, & per Bald.
in l. pen. C. de arbitris, & ſic facit iſte tex. quòd in iuramento
non requiritur certioratio, de quo per Doc. ſupra de pactis. c.
5 2. eod. lib. & in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. †Vltimò tene men
ti, & ita alleg. quòd iuramentum quãtumcũque generale nũ-
quam trahitur ad illicita, & iurans ſimpliciter, & generaliter
ſeruare ſtatuta, & conſuetudines, tale iuramentum refertur
tantum ad licita, & rationabiles conſuetudines, & ita præſu-
mitur fuiſſe de intentione iurantis, quod facit ad iurantem pa
cere laudo, vt poſſit venire contra, quando eſſet illicitum. de
6 quo plenè no. in d.c. Quintauallis. †In glo. in ver. clauſula. in fi.
aduerte, quia ſi iurat quis ſeruare ſtatuta præſentia, & futura.
illud eſt clarum, ꝙ obligatur ad futura, vt per Innocen. in ca.
pen. hic alleg. Si verò iurat ſeruare ſtatuta edita, eſt clarũ, ꝙ nõ
veniunt futura, vt hic in gloſ. Sed ſi iurat ſimpliciter ſeruare
ſtatuta, & tunc glo. in d.c. penul. & Imo. & Hoſtiẽ. ibi volunt,
ꝙ non trahatur ad futura ſtatuta. Sed Ioan. And. & d. Flo. ibi
contra. Bartol. in l. ſi ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. ff. de verbo.
oblig. dicit ꝙ ſi obſeruãtia ſtatutorum editorum poſt iuramẽ-
tum eſt parui præiudicij, tunc obligat iurantem: alias ſecus ar-
gumen. l. fina. C. quæ res pign. & ita ſequitur do. Nicol. in d.c.
penult. videretur tamen indiſtinctè tenendum, quòd iuramen
tum non trahatur ad futura, cum ſit ſtricti iuris, & non debeat
extendi, vt tenet ibi Do. Ant. & facit d. cap. veniens & c. Quin
tauallis. & ſupra de verb. ſigni. c. cum clerici. & per Arcbid. 22.

7 q.1. ne quis arbitretur. † In gl. fi. ibi ſm iuris interpretatio. &c. No. glo. quod iuramentum interpretatur ſm dispositionem iuris cõis. Sed tex. hic facit, quod interpretetur ſm intentionem iurantis, prout voluit glo. s. eo. in c. breui. quod ideo est, ne iuramentum trahatur ad illicita. Sed in alijs casibus dixit notabiliter Inno. in d. c. veniens. quod in foro conscientiæ iuramentum debet interpretari ſm intentionem iurantis, sed in foro iudiciali debet interpretari ſm ius cõe, & non ſm intentionem iurantis. & ita procedat glo. hic. & vide per glo. 22. q. 5. humanæ aures. In ea. a glo. ibi largo modo. nota, & tene menti, quod licèt [a] iuramentum temerarium non sit seruandum, tamen largo modo sumendo inducit periurium, quod indicitur ad statuta de periurio, vt non includant temerariè iurantem ſm Lap. & Domi. dicentes etiam quod tale periurium non repellit quem a testimonio, vel promotione, si pœnitentiam egerit. Pro quo facit glo. 22. q. 4. diffinitio in fine & in c. Florentii. 85. distin. & s. eo. sicut nostris. Videretur tamen, quòd ex quo iuramentum temerarium non debet seruari, vt hic in tex. quòd possit quis propria autoritate, & sine alia absolutione venire contra, & nullo modo incurrat periurium, quod potest intelligi, quando est certum, quod est temerarium, aliàs secus, vt per Inno. in c. venerabilem. s. de elec. & per Doc. in c. sicut nostris. s. eodem & per Lap. in sua alle. 21. & per Inn. 8 in c. j. s. de his quæ fi. a maio. par. in 2. col. & ibi per glo. † In eadem glo. in fi. idem dicit hic Io. And. econtra, vt generalis prohibitio non includat nisi illicita, vt in c. super quibusdam, hic b allega. Quid autem si in eodem [b] volumine statutorum sunt duo statuta contraria, concludit hic Io. An. quod aut vnum est licitum, & alterum illicitum, & tunc licèt iurãs seruare statuta in vno volumine existentia videatur iurare se seruaturũ quodlibet statutũ de per se, vt vr probari hic in tex. & per Archid. 22. q. 4. inter cætera, tñ illud verum, quãdo essent licita, sed dicto casu iurans tenetur seruare tñ, quod est licitum, vt hic in tex. & gl. sicut aliàs dr, quod generalis confirmatio statutorum non trahitur nisi tantum ad iusta, & licita, vt determinat notabiliter Bal. in l. cũ oportet. in 2. col. C. de bonis quæ libe. Si verò vtrunque est licitum, quod esse potest ſm no. per Io. And. s. de consue. c. fi. & sic potest contrarietas aliqua distinctione saluari, & vtrunque saluabit in suo casu, arg. s. de elec. c. cum expediat. eo. lib. Sed si non potest, tunc si non sunt paris autoritatis, vt quia vnum est editum a superiore, alterum ab inferiore, & tunc seruabitur editum a superiore, etiam si esset prius editum vt in clem. ne Romani. de elec. aliàs si sunt paris autoritatis, vltimum statutum est seruandũ, quia proprium legis, & statuti est, vt vltimum corrigat præcedentia contraria, vt in c. j. s. de consti. eo. li. & si dubitaret, quod esset prius in tempore, attenditur tunc ordo scripturæ, vt s. de præb. mandato. & s. de elec. c. pen. eo. lib. ſm Io. And. quod Dom. hic intelligit, quando in eodem volumine statutorum sunt contraria statuta diuerso tempore approbata, secus si eodem tempore, quia tunc non esset dare prioritatem, vel posterioritatem, vt voluit Io. An. Arch. & Io. Mo. in c. vt officium. super glo. j. de hæreticis, pro quo glo. no. in l. 2. C. de testam. tutelæ. volens, quod quæ eodem tempore confirmãtur, simul fieri videantur. pro quo etiam adducit hic Domi. proœmium huius libri, & sic concludit, quod tunc neutrum valebit. arg. l. vbi repugnãtia. ff. de reg. iur. & iurans non obligatur ad obseruantiam alicuius. arg. s. de fide instru. imputari & de appel. sollicitudinem. in fi. & j. eo. in c. fi. vbi attenditur tempus approbationis positionum, & non tempus, quo fiunt, ſm Domi. Sed aduerte, quia d. c. fi. non ob. quia licèt ibi attendatur tempus approbationis, tamen siue approbatio fiat eodem tempore, siue diuerso omni casu ille, vt periurus est repellendus, vt ibi no. Nec ob. d. c. sollicitudinem. quia ibi apparebat per protestationem, quòd eodem tempore volebat contrarium prosequi, quod non est in casu prædicto. nec Ioan. And. in d. c. vt officium. firmat, quod non sit dare prioritatem, & posterioritatem, quando eodem tempore confirmantur, cum assignet aliam rationem, vt ibi per eum, imò hic tenet expressè contrarium, referendo se ad id, quod tenet Cyn. in d. l. 2. & idem tenuit Dyn. in l. tutores. de testa. tutela. & Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. si certarum. §. fi. ff. de testamento milit. & Pet. de Anchara. in c. j. s. de consti. eo. lib. & facit d. l. si certarum. §. fi. & l. conficiuntur. §. fi. ff. de iure codicillorum. vbi licèt aliqua simul concurrant in actu cõfirmationis, tamen iudicantur ſm diuersa tempora, vt per prius, & posterius. & vide per Bald. in l. j. ff. de offi. præfec. vrbis. & in l. leges & constitutiones. C. de legibus. circa fi. & in l. huma-9 num. C. eo. titu. † Quid autem operetur confirmatio statutorum per superiorem, vide not. in 2. col. in l. aduersus. C. si aduersus rem iudi. Quid autem de duobus statutis, quorũ vnum est gñale, & alterũ spãle; quod sit seruandũ per Bal. in l. j. §. ne aũt. C. de cad. tol. & in l. Titiæ textores. de leg. j. vr velle cõtrũ. & vide per Bar. in l. 2. §. erit igitur dña. ff. vi bono. rap. Et vide per Bal. in l. executore. C. de execu. rei iudi. in 9. col. & in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthu. & in l. cũ non solum. §. necessitate. C. de bonis, quæ lib. Quid aũt sit in legib. an lex spãlis deroget gñali, vel eã. vide in alle. 88. in 2. alleg. in 2. col. † Quid aũt sit in statutis iuratis. vide plenè per Imo. in c. dilecto. de præb. & in c. j. de his, quæ fiũt à maio. par. & ibi plenissimè an reuocato statuto intelligatur reuocatum iuramentum. & quid quando statuta sunt cõfirmata, & an possint se ad inuicem absoluere a tali iuramento. Et vide per glo. & Docto. in c. cum non deceat. s. de elec. eo. lib. & per Rotam in deci. 294. quæ incipit, item licèt quis iuret. Extra glo. aduerte, primò quid si canonicus in sua receptione iurat seruare statuta, & consuetudines ecclesiæ, & in suis literis sunt clausulæ tollentes statuta, & cõsuetudines ecclesiæ, an per tale iuramentum videatur renũciare gratijs suarum literarum tollentium dicta statuta, vel consuetudines. Io. And. remittit se ad no. per eum in regula inspicimus. j. eo. li. & ibi concludit, quod renunciare non videatur, de quo ibi plenè dictum est. Secundò aduerte, quid si canonicus, qui tempore suæ receptionis iurauit, vt s. & postea impetrauit gratiam contra dicta statuta, & consuetudines, & in tali gratia ponuntur clausulæ derogatoriæ hodie poni consuetæ non obstantibus statutis, & consuetudinibus ecclesiæ contrarijs etiam iuramento, vel cõfirmatione sedis apostolicæ roboratis, an sit periurus, & valeat dicta impetratio. & dicendum est, quod valet impetratio, per no. in c. cum aliquibus. s. de rescrip. eo. lib. & j. de præbenda, cui. & sic non ob. glo. no. s. de elec. eodem lib. cum non deceat. & idem si dictæ clausulæ non ponerentur, dummodo gratia fiat proprio motu, argu. c. venientes. s. eo. titu. & ibi per Io. And. Sed si gratia fiat ad instantiam iurantis, tunc aut iurauit seruare statuta, & contentaan eis, tunc si sine causa impetraret, contra ea non valeret impetratio, nisi prius obtinuisset absolutionem ab huiusmodi iuramento. Secus si ex causa rationabili superueniente impetrasset, quia in quolibet iuramento intelligitur, si res in eodem statu permanserit, vt in c. quemadmodum. s. eod. & no. in c. cum inter p. s. de renuncia. Sed si iurasset in genere seruare statuta, & tunc ex causa, vel sine causa posset impetrare contra ea, quia non est verisimile, quòd voluerit se intantum arctare, quod nunquam cõtra illa statuta impetraret, cum iuramenta sint interpretanda ſm verisimilem intentionem iurantis, vt d. c. humanæ aures. Et ita determinat Rota in deci. 294. quæ incipit, item licèt quis iuret. videtur tamen quod dicta impetratio esset subreptitia nisi impetrãs exprimat, quod ipsemet iurauerit per no. in d. c. cum non deceat. & in c. super literis. de rescrip. quia etiam taciturnitas eius, quod redderet impetratorem difficiliorem ad impetrandum, reddit rescriptum subreptitium, vt in c. postulasti. de rescrip.

ADDITIONES.

a Nic. Su. Iuramentum temerarium. Adde quid de turpi iuramẽto vide per Inn. in c. venerabilem. de ele. idem Inno. in c. cum inter. de renuncia.
Vinc. God. De iuramento temerario. adde Fely. in c. contumauit. in prin. 4. ver. modo quæritur. de test.

b Nic. Sup. Si in eodem volumine statutorum sunt duo statuta contraria. Adde Bal. in l. hac consultissima. C. qui test. fa. pos.

c Vin. God. Nota, quod confirmatio statutorum refertur ad valida, non ad inualida. Ruy. consi. 103. nu. 10. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum firmat contractum, & agi debet ex contractu non ex iuramento.*
2 *Mulieres alienantes dotes suas non solum tenentur seruare iuramentum præstitum, sed etiam si consentiant alienantibus.*
3 *Canones sunt seruandi in foro sæculari quo ad materiam peccati.*
4 *Iudex sæcularis an possit cognoscere de iuramento, & qualiter.*
5 *Donatio inter virum, & vxorem an firmetur iuramento.*
6 *Iuramentum extorsum vi, vel metu, est ipso iure nullum.*
7 *Iurans non alienare librũ si alienat, an teneat alienatio, licèt sit periurus.*

CAP. II.

1 Licèt mulieres. † Nota primò ibi, firmantes. argum. quòd iuramentum firmet contractum, ex quo sequitur primò, quòd debeat agi ex ipso contractu, & non ex iuramento. facit c. 2. s. de pactis. eodem lib. ibi firmatum fuerit. Secundò infertur, quòd tunc obligatio contractus transeat ad hæredes iurantis. Item non poterit peti absolutio a iuramento, & quod iuramentum firmet contractum tenet hic Pet. de Anch. & Domi. per hunc tex. & in c. 2. §. cõtum. j. de reb. eccl. & tenet Bar. & Ange. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. de quo vide

quod

quod plenius no. per Doct. in d.c.2. & per Do. Nico. in c. cum contingat ī. eo. in 10. colum. & ibi plenè per Imo. in repeti. & per glo. & Docto. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. a †Secundò no. & tene menti ꝙ non solum mulieres, qñ ipsę alienant earum dotes, non possunt venire ꝯ, si est appositum iuramentum, sed ēt qñ consenserent alienationib. dotiū factis per maritos earum, vel ēt per alias personas. quo casu locum habet iste tex. vt hic dicit. Tertiò no. ibi audiunt, quia volebant iudices sęculares seruare ius ciuile, vt hic in glo. sed ma- 3 lè quia leges in talibus subsunt canoni secundum Io. An. † ex quo nota, ꝙ in foro ciuili etiam inter puros laicos seruādi sunt canones quo ad decisionem causarum in materia peccati. & idem quo ad ordinem iudicij ipsarum causarum arg. c. decernimus. j. de senten. excom. Aliàs verò si non induceret peccatum, tunc in ordinatorijs seruaretur ius ciuile, sed in decisorijs ius canonicum, & ita procedat glo. in clemen. dispendiosam. de iudicijs. & in c. j. in ver. ecclesiasticis. j. de excep. ſm Domi. aliàs verò etiam in decisorijs deberet seruari ius ciuile in foro ciuili, quando eius obseruantia non induceret peccatum, cum quælibet lex sit seruanda in suo foro, vt per glo. in c. 2. ī. de arbitris. eo. lib. & in regula 2. j. eo. lib. & per Doct. in c. si duobus. ī. de appella. & in c. j. de no. ope. nun. & in c. quod clericis. ī. de foro competen. & per Imo. in d. c. cum contingat. in 2. colum.

4 † Quartò no. ibi, constet legitimè, tex. optimè probantem iudicem sęcularem posse cognoscere de iuramento, quando dubitatur, an quis iurauerit, vel nō ad finem, vt eum compellat seruare iuramentum. de quo per Ioan. And. in c. tuam. ī. de ordi. cogni. in glos. fi. & in c. fi. ī. de foro competen. eo. lib. & ibi 5 vide nota. † Vltimò no. ibi per locorum ordinarios, quòd. An autem donatio inter virum, & vxorem firmetur iuramento. Federicus in suo consilio 135. tenet quòd sic. & idem Do. Nico. in c. fi. ī. de dona. inter virum & vxo. & Barto. in l. si quis pro eo. ff de fideiusso. licèt idem Barto. in l. Seius. ff. ad l. Falci. tenuerit contrarium & Bald. in l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 2. de quo articu. vide plenius, quàm alibi per Imol. in d. c. cum contingat. circa fi. vbi concludit, quòd talis donatio firmetur iuramento, vt ibi per eum. Quid autem de donatione inter pa- a trem & filium, an [a] firmetur iuramento per Bald. in l. non dubium. C. de legibus. & in l. 3. C. pro donato. In glo. in ver. proprio. in fi. no. glo. quòd licet lex quantumcunque exorbitans requirat in aliquo casu proprium iuramentum, tamen poterit præstari per procuratorem cum speciali mandato. & dicitur tunc proprium iuramentum. idem voluit glo. in c. vt circa. in fi. ī. de elect. eo. lib. Sed Doct. in c. licet ex quadam. ī. de testi. vi- 6 dentur velle contrarium, de quo vide dicta in d. c. vt circa. † In glo. in ver non vi. in fi. aduerte quia tex. hic, & in d. c. 2. singulariter probat, ꝙ omni casu quo cōtractus est prohibitus, & nullus de iure ciuili, tunc ex quo de iure canonico seruari debet iuramentum, vt hic dicitur, si tale iuramētum est dolo vel metu extortum, est ipso iure nullum sine alia absolutione, vt hic probatur, & in d. c. 2. de quo per Do. Nico. in d. c. cum contingat. in princi. & per Archidia. in d. c. 2. & ibi per Pet. de Anch. & Imo. An in casu istius decretalis possit, & debeat concedi absolutio a iuramento ratione magnæ læsionis, de quo hic per Archidiac. & per Do. Nico. in d. c. cum contingat. in 25. colum. & per Imo. ibi in 2. charta. circa fi. In glo. fi. ibi coercet, quod intelligit Archidia. vbi agitur de periculo animę, vel vbi est de sua temporali iurisdictione, & vbi mandat suas sententias obseruari, de quo per Innocen. & Docto. in c. j. ī. de offi. ord. In eadem glo. ibi primum seruabitur, idem Ioan. Mona. & Archidia. Specu. in titu. de emptio. & vendi. §. tertio loco. ver. & nota generaliter. Pro quo videtur tex. & ibi glo. in c. in- 7 tellecto. ī. eo. & sequitur Barto. in d. l. si quis pro eo. † Sed aduerte, quia in contrarium facit, quod voluit Ioan. And. in regula quod semel. j. eo. lib. & Innocen. in c. dilecto. ī. de præben. dicens, ꝙ si iuraui non alienare librum, tamen si postea alienaui, tenet alienatio, licèt sim periurus cum in temporalibus teneat actus gestus contra iuramentum. Ad idem facit glo. no. in c. si. ī. de procuratoribus. eo. lib. vbi voluit, ꝙ si iurauit non reuocare procuratorem, tamen tenet reuocatio contra iuramentum, licèt reuocans sit periurus, pro quo etiam facit glo. 13. q. 2. c. fi. & Barto. in l. si quis in principio testamenti. de lega. 3. & Ioan. And. in d. regula, quod semel. vbi concluditur, quòd licèt quis iurauerit non reuocare testamentum, si tamen reuocat, valet reuocatio, licèt testator sit periurus. Quare posset dici, vt prædicta procedant, quando actus dependet a mera facultate, seu voluntate ipsius iurantis, vt tunc valeat actus factus contra iuramentum primo præstitum. licèt faciens sit periurus. Sed si actus non dependet a mera facultate iurantis, vt quia est prohibitus a lege fauore ipsius iurātis, exemplū hic in muliere & in minorib. vt patet in d. aut. sacrā. & tunc talis actus ēt iurantis ꝯ primum iuramentum non valebit, & ita procedat gl. notabilis hic. & est ratio, quia talis actus, & sic alienatio rei dotalis sine iuramento ipso iure non tenet, vt in toto tit. de fundo dotali. vnde ratione secundi iuramenti non potest firmari, ex quo iam obligauerat se Deo, & parti in ꝯtrium per primum iuramētum, ideo secundum iuramentum fuit illicitum. & ita procedat hæc glo. de quo tñ plenissimè per Imo. in d. c. cum contingat. in 41. charta. & 42. & vide ibi in 4. col. & in 13. charta. & per Do. Nico. in c. si diligenti. de præscrip. in 2. col. Et ex prædictis infertur, quid si prælatus iurauit non alienare de bonis ecclesiæ inconsulto Papa, demum alienat ꝯ iuramentum, an teneat alienatio. & videtur, quod sic, quia ratione solius iuramenti si alienatio erat aliàs de se licita non sit reuocanda, cum regulariter teneat actus factus ꝯ iuramētum, ex quo lex aliter non resistit. & ita tenet Arch. j. de præbē. si a sede. & Spe. in d. §. tertio loco. ver. quid ergo, in fi. Quid autem sit in spiritualib. an valeat actus contra iuramētum. Inno. in c. dilecto. dixit, quòd non. & Archi. in c. duobus. ī. de rescrip. eo. lib. vbi tenent, quod non valeret receptio facta de aliquo in canonicum contra iuramentum. & vide ī. de sponsalibus. c. sicut. & no. in d. c. fi.

ADDITIO.

a Nic. Sup. An firmetur iuramento. Adde Bal. in l. 3. in vlt. q. de vsuca. pro dona. Bal. in repe. l. 2. ff. de iureiu. Abb. in c. cum contingat in vlt. col. de iure. Vin. God. Adde Cor. in consi. 228. quamquam, litera f & seq. lib. j. & consi. 9. In hac, litera b. lib 2.

SVMMARIVM.

1 *Electus post sacramentum ponens, vel respondens contraria directè est periurus, nisi rationabiliter excusetur, & velut periurus a confirmatione repellitur, siue sit iuramentum de calumnia, siue de veritate.*
2 *Et idem in articulis.*
3 *Delictum procuratoris nocet domino in tribus casibus.*
4 *Respondens contraria post iuramentum non potest tanquam periurus priuari beneficio ex eodem processu, cum super hoc non sit actum, sed alia pena imponetur.*
5 *Respondens contrario non videtur causa corrigendi hoc facere, imò est puniendus.*
6 *Reuocare an quis possit positiones, vel responsiones in iudicio factas absque alia probatione erroris incontinenti, vel ex interuallo. & nu. 7.*
8 *Confessio resultans ex instrumenta an possit reuocari.*
9 *Confessio facta ex rescripto subreptitio an valeat.*
10 *Contumacia procuratoris post litem contestatam licèt noceat domino, delictum tamen ipsius non nocet domino, exceptis tribus casibus.*

CAP. III.

1 CVm in positionibus. †No. j. ibi post iuramētum, ꝙ dispositio istius text. locum habet, qñ positiones, vel respōsiones ꝯrię fiunt post prestitum iuramentum, siue sit de calumnia, siue de veritate. ī. de iura. calum. c. j. in fi. secus hic ante iurm̄, quia tūc non haberet locū, qđ hic dr̄ de periurio, vt hic a ꝯrio sensu ſm Arch. & Io. An. imò Rota in antiquis in decisi. 172. tenet ꝙ tex. hic non habeat locum in veniente ꝯ fidem præstitam. & ita tenet hic Dom. cum magis delinquat veniens ꝯ iuramētum, quàm ꝯ fidem præstitam. ſm gl. in c. pen. ī. eo. tit. & per Spe. in tit. de arbitro. §. fi. ver. sed pone, de quo per Archi. 22. q. 5. iuramenti. non obstat. c. peruenit. ī. de fideius. vbi æquiparatur iuramentum, & prestatio fidei, quo ad imponendam pęnitentiā, quia ibi interuenit iuramentum, vel ibi loquit ad pęnam suspēsionis, non depositionis, de qua hic, a quæ est grauior ſm Dom. †Scđò no. ibi positionib. [a] quia idem est in articulis ſm Archi. cum positiones, & articuli ęquiparentur, vt no. in c. vt circa. ī. de elec. eo. lib. qđ intelligit Io. And. qñ producens articulos eos iurat, sicut fit in positionibus. aliàs sine iuramento, licèt articuli sint ꝯtrarij, tamen ex hoc non erit periurus, quia ille, qui ponit, asserit, sicut & qui respōdet ad positionē, articulans vero non asserit, sed dicit, quod vult, vel intēdat illos probare. vnde non pōt ex illis contrarijs resultare periurium, est tamen bene repellendus faciens articulos ꝯtrarios. arg. ī. de appel. solicitudinem. ſm Io. An. ex quibus no. differentiam inter positiones, & articulos. positiones enim sunt assertiuè, sed non articuli. de quo etiā per Bald. in l. generaliter. §. j. C. de iureiur. & ibi an si est datus terminus ad articulandū videatur

ADDITIO.

a Vin. God. Hinc est, quòd articulus vel positio declarari potest post lapsum termini ad declarandum. Ruy. consi. 133. nu. 6. lib. 5.

tur datus ad ponendum. vel econtra. & quid ſit articulus.vide glo.in ver. articulus in c.præſentium.§.teſtes.ſ.tit. proxi. & ibi dicta.Tertiò no.ibi,a te datis.quia dicit Ioan.An. & per conſequens a te cõfeſſatis. ex quo patet ꝙ ponens videtur confiteri omnia, quæ in poſitione continentur & ita tenet glo. in c.j.ſ. de confeſ.eo.li. intellige, dummodo pars non negauerit quia ex poſitione negata non poteſt quis ſe tueri,vt per Ioan.And. in d.c.j.Quartò no.ibi,rationabilis quia exponit Archi.& Ioã. And.de approbata iure,ex quo infertur ſecundum Pe.de Anc. ꝙ contra manifeſtam contrarietatẽ repertã in poſitionibus admittitur excuſatio, vt euitetur periurium,& eius pęna.qđ facit ad not.in c. cũ dilecti.ſ.de accuſa.& in c.cum olim.de cenſibus.†Quintò no.ibi quod fiet &c. quod in tribus caſibus hic

3 expreſſis delictum procuratoris nocet domino.Primò,quãdo dominus expreſsè mandat. Secundò quando ratificat, & ſic ratihabitio æquiparatur ſpeciali mãdato, & locum habet, vbi requiritur ſpeciale mandatum,vt hic probatur.Tertiò quando dominus ſcit, & non reuocat, & ſic ſequitur, ꝙ paria ſint ratificare geſta per procuratorem nõ habentem ſpeciale mandatũ vel ſcire id, & nõ reuocare, ex quo ſcit, videtur ratificare per conſenſum.facit.c.j.in fi.ſ.vt lit. non conte. quod no. ad limita.eius quod not. Bar. in l. quo enim.ff. rem ra. habe. vbi dixit ꝙ ſi geritur vnus actus in abſentia in mei præiudiciũ, ſi poſtea ſciam,& nõ cõtradicã,videor improbare, ſi alius actus non interuenerit. nam illud procedit, niſi talis actus fiat nomine domini per procuratorem habentem minus ſufficiens mandatũ ad illud,vt hic in tex.facit quod no. in c. qui ad agendum.ſ.de procura.eo.lib.& ſ.de reſcri.c.ex parte Decani.Vltimò no.ibi, ſuo nomine.arg.procuratorem in cauſa electionis debere formare libellum, & alios iudiciales actus nomine electi, nõ aũt nomine eccleſiæ, ſecus ſi ageretur pro iuribus eccleſiæ, & nõ nomine conſtituentis,vt in c.conſtitutus.ſ.de elec.& in c.licèt cauſam.ſ.de probatio.ſm Domi.In glo.1.in fi. vide ibi per Io.

4 An.†Et aduerte,quia in alio negotio ponens, vel reſpondens contraria poſt iuramentum non poſſet tanquã periurus priuari beneficio ex eodem proceſſu. cum de hoc non ſit actũ, ſed alia pœna imponetur,vt in c.peruenit. hic alleg. & vide quod no.in c.j.ſ.de exce.& in c.2.ſ.de cõfeſ.nec repelletur talis periurus ab agendo in iudicio in rebus temporalibus. ſ. eod. ad noſtram.el j.& per Do.Anto. ſupra de iudicijs. intelleximus. In glo.in ver.dans in ſi.vide per Ioã.And.in regula ſemel malus.j.eo.lib.& per Bart.in l.ſenatus.ff. ad Turpi. & per Bal.in l. ſciant.C.de proba.In glo.in ver. periurio. in fi. tene menti gl. & vide glo.& Bald.in l.Lucius.ff.de infamibus, & poſſet epiſcopus ratione periurij priuari epiſcopatu, vt eſt text.in c. in noſtra.ſupra de procu.& no.in c.querelam.hic alle. In glo. in ver.iuſta cauſa.in princ. & ſic põt quis interpretari ſuam poſitionem vel reſponſionem per legitimas excuſationes, alias in dubio fieret interpretatio contra confitentem, vt eſt text. ſing.in c.cum dilecti.hic alle. In ea.glo.ibi erraſſe. hoc nõ facilè probatur in confeſſione deliberata, ſecundum Ioan. And. nam qui habuit terminum ad deliberatè reſpondendum, non poteſt poſtea cõfeſſionem reuocare ratione erroris, vt voluit gloſ. ſing. in c. ex literis. de diuor. de quo tamen ibi per Ioan. And.& Doc.in c.j. in ver.cum primę.ſ.vt eccle. benefi. In ea. glo.in c.vlti. & idem ſi alio modo ignorãtia eſſet excuſabilis,

5 vt l.de ætate.§.fin.ff.de interro. actio. ſecundum Archi.†In ea. glo.in fi.idem Ioan.Mona.& Archid.& procedit glo. quando apparet,ꝙ quis fecit animo corrigendi, alias in dubio, ſi reperitur quis contrarius,non videtur ſe corrigere, imò puniretur, vt periurus, vt hic in text.& hoc ſiue poſitiones, vel reſpõſio-

a nes[a] fiant ſimul, ſiue diuerſis temporibus, & idem ſi reperiatur quis contrarius per poſitionem,& reſpõſionem ſuam, ſecundum Archi.& Ioan.And. Et prędicta quando ex poſitionibus, vel reſponſionibus reſultet contrarietas: ſecus ſi diuerſitas.puta ſi ille, qui negauit vnam poſitionem plura continentem,faciat poſtea poſitionem continentem partẽ illius in poſitione multiplici contentam, vt tenuit Gaſpar de Cal. in ſuo conſi.10.de confeſſis.hoc tamen videtur cõtra text. hic iuncto eodem quod habetur ſupra tit. proxi.in c.præſentium. in ver. ſigillatim. Quid autem ſi quis reſpondendo poſitionibus vna die dicit vnum,alia die dicit contrarium, concludit Archid. ꝙ talis non ſit periurus, cum vna die potuerit credere vnum, & alia die contrarium,vt ff.de interro.act.l. de ætate.§.fi. Item potuit hodie habere bonam fidem, & cras malam, vel econtra. facit ſupra de ſimonia. ex inſinuatione. & in d.§. vt circa. §. alioquin.ſupra de elec.eo.li.& hoc intelligit Io. An. quando quis reſpõderet de credulitate,ſecus ſi de veritate, quia tũc reſultaret contrarietas. facit.c.per tuas.ſ.de probatio.facit etiam glo.no.in l.de tutela.C.de in integ.reſti.vbi Bal. hoc intelligit verum,quando quis allegat aliquam iuſtã cauſam,quare aliter nunc credat quam prius, alias ſecus eſſet. de quo ibi not. per eum.& in l.2.§.quod obſeruari.C.de iura.calum.vbi dixit ꝙ reſpõdẽs per verbũ, credit nõ eſt periurus,licèt veritas ſit in contrarium.tu intellige quando bona fide reſpondet alias ſecus vt per glo.in c.laudabile.ſ.de frigidis.in fi.Et ad prædicta facit,qđ tenet Rota in deci.60.quæ incip.item qđ poſitiones,vbi videt velle, ꝙ ſi procurator reſpondet de credulitate, dominus ipſe non ſit periurus, ſi poſtea ipſe contrarium reſpondet de veri-

6 tate.& facit quod not. in d.c.præſentium.† Et aduerte pro declaratione huius glo. not. volentis quem poſſe reuocare poſitiones,& reſponſiones factas in iudicio etiam abſq; probatione alicuius erroris,dummodo fiat incontinenti.nam Ioã.Mo. & Archid. intelligunt incontinenti, quando nondum fuiſſent in actis ſcriptę,& tenuit Hoſtien.in d.c. ex literis. vbi Ioã.An. idem no.ſecundum Domi.hic. Tu dic ꝙ licèt ſint in actis ſcriptæ tamen dicitur incontinenti, quãdo res eſſet integra. & ita vult glo.hic, ſecus ſi re non integra ſecundum Bal. in l.j.C.de confeſ.in 2.colum. & videtur velle nõ.Bar.in l. poſt leg.ff. de his quibus, vt indig. qđ etiam incontinenti talis confeſſio nõ poſſit reuocari,quando eſſet facta aduerſario præſente, & acceptante. ſi aliter non probaretur error, quaſi res deſierit eſſe integra per acceptionem. quod tene menti. Si autem res non eſt integra, tunc non eſt neceſſe, quòd poſitioni, vel libello quis expreſsè conſentiat cum confeſſio facta in libello, vel in poſitionibus præiudicat, dummodo pars non contradixerit expreſsè, & ſic ſufficit, quòd expreſsè non contradixerit, licèt expreſsè non acceptauerit,vt tenet no.Bald.in l.cum precum. C.de li.cauſa.pro quo eſt tex.no.in c.fi.de ſucceſ.ab inteſtato. vbi ſufficit ꝙ confeſſio fiat in pręſentia partis dato ꝙ nõ fuerit expreſsè acceptata.& ita tenet ibi d.Nico.in j.colũ.in fi. & facit qđ tenet Rota in deci.354. quæ inci. item ſi dato. Et limita primò hanc glo.volentem, ꝙ confeſſio nõ poſſit ex interuallo reuocari,vt d.c.per tuas.nam procedit niſi ratione erroris,vt ſ. in glo.in prin.& an hoc procedat,ſi confeſſio fuit facta deliberatè.dic,vt ſ.& dicetur in c.j.j.de accuſa. Secundò limita, quia dixit Bart.in l.j.ff.de eo per quem factum erit. per illum tex.in l.error.C.de iuris & fac. igno. & in l.non fatetur.ff. de confeſſis,ꝙ reſpondens poſitioni aduerſarij per verbum credit, etiã poſt ſententiam, & quantũcunque poterit reuocare, quia inductus videtur perſuaſione aduerſarij,ſecus ſi aliter eſſet facta confeſſio aduerſario non ponente.Sed Bald.in d.l.error.intelligit hoc,quando interueniſſet dolus aduerſarij inducendo eũ ad ſic credendum, alias ſecus eſſet, operatur tamen confeſſio per verbum credit, vt quandocũque etiam poſt ſentẽtiam poſſit probari de errore, ſecũdum Bar. in dictis iuribus & per Bal. in d.l.de tutela.& facit,quod eſt dictum ſ. ꝙ poſſit quis diuerſis temporibus credere cõtraria,qđ vide per Bal. in d.l. er-

7 ror.† Tertiò limita hanc glo.quando aduerſarius non acceptauerit,ſed contradixit confeſſioni, quo caſu poterit talis cõfeſſio reuocari ex interuallo etiam aliter de errore nõ probato, vt tenuit Bar.in d.l.poſt leg.Bal.in d.l. cum precum.cum ex poſitione negata non poſſit quis ſe iuuare,vt in regula ex eo qđ. j.eo.lib.& per Ioan. An. in c.j. de confeſſ.& hoc niſi aduerſarius incontinenti recuſet ſuã negationẽ,cũ confeſſio,vel negatio tam partis,q̃ teſtis poſſit incontinenti reuocari abſq; ꝓbatione alicuius erroris,vt dicit glo.no.hic,& tenet Bal.in l. edita.C.de edendo.circa fi.vbi de his.Quartò limita glo. ꝙ in beneficialibus cauſis & in matrimonialibus admittitur reuocatio & aliter de errore non probato,ex quo vertitur periculum animę,vt tenet Rota in deci.260.quæ inci. item ꝙ procurator. Sed certè tex.hic,& gl.faciunt in contrariũ, quia loquuntur in beneficialibus cauſis. Vltimò limita,qñ poſitiones,vel articuli ſunt dati per procuratorẽ cum iuramento, quia ſubdit Rota in dicta deciſio.ꝙ procurator reuocare non poſſit etiam ratione erroris,qđ non vr̃ verum cum tex.& glo. hic loquantur etiam de procuratore,in quo eſt ea.ratio & fortior q̃ in dño,q eſt melius informatus q̃ ꝓcurator,& ideo ipſe dñs rõne erroris admitteretur ad reuocandum poſitionẽ ſuam iuratã, vt hic in gl.et facit l.non fatetur.ff.de cõfeſſis. licèt Rota in deciſ. 60. quæ incip.itẽ poſitiones.ſentiat cõtrariũ. Sed an dñs poſſit reuocare poſitiones factas per procuratorem. Rota in dicta deciſ.60.

A D D I T I O.

a Vinc.G. Reſponſio ſi eſt facta poſitioni,illa poteſt declarari etiam poſt acceptationem,licèt non reuocari.Roya.conſi.58.nu.4.lib.1.

cis.60. tenet q sic, dicēs q etiā positiones datę in prima instantia per iuramētum procuratoris possunt in secunda instantia reuocari per domin. sine alia probatione erroris, qđ videt procedere, quando fuit iuramentum de credulitate, vt tenet Rota ibi, pro quo facit. qđ est dictum ś. Sed si fuit iuramētum de veritate, etiā tenet Rota ibi, q possit, pro quo etiam videtur text. no. hic in fi. vbi permittitur dño reuocare positiones procuratoris. Sed certè tex. hic loquitur, quando positiones sunt contrariæ, quo casu vt euitetur periurium, potest dñs reuocare positiones pcuratoris iuratas. Sed si esset simplex positio, tunc si procurator habuit mādatū ad ponendū vel respondendū, videtur q dñs reuocare nō possit, nisi prout & sicut possit reuocare positiones factas a se in casibus de quibus ś. & ita est de mēte tex. hic, quicquid aliter sentiat Rota in dicta deci. 60. & 260. de quo j. in glo. in ver. expressè. 8 † Quid aūt sit in confessione, quæ resultat ex productione alicuius instrumenti, quia producens instrumentū [a] videtur cōfiteri omnia cōtēta in instrumētis esse vera, & nō potest tale instrumētū impugnare ex aliqua causa vt dixit Inno. in c. cū olim. ś. de cēsibus. & ś. de exce. cū vestrū. dic qđ poterit ratione erroris reuocare, & se corrigere, tenet no. Bal. in d. l. cū precū. Et idē esset in confessione, quæ resultat ex productione libelli cū videatur quis confiteri omnia, quæ in libello continentur, vt d. l. cū precū. & tamē poterit probari error secundum Bal. ibi. Et idem in libello supplicatorio vel rescripto, vt d. l. cum precū. ita videtur hic residere Io. An. dicens q confessio eorum, quæ in rescripto continentur, præiudicat etiam in alio iudicio, & coram alio iudice, qđ not. & intellige nisi errore probato reuocetur talis confessio, vt per Bal. in d. l. cum precum. & in d. l. error. Et aduerte, quia voluit hic Io. An. q stetur confessioni factæ in rescripto etiam in alio iudicio, & etiam si reus reprobauerit illud rescriptum tanquam subreptitium, & etiam si fuerit lata sententia contra tale rescriptum. arg. auth. ex causa. C. de libe. præte. quia licèt rescriptum fuerit elisum per exceptionem, tamen remanet illa confessio quo ad contenta in rescripto. præsentatio ergo rescripti, & citatio & editio facta parti sunt de actis, quæ faciunt fidem etiam iurisdictione finita, arg. ś. de restit. spolia. auditis. nec obstat dicta regula ex eo qđ. quia aliud est dicere rescriptum falsum in bulla, & aliud qđ sit subreptitium secundum Ioan. An. & facit qđ ipse no. post Inno. in d. c. cum vestrum. & sequitur hic Lap. & 9 domi. † Sed aduerte, quia si rescriptum est subreptitium, ergo datur incompetētia iudicis, vt in c. super literis, de rescri. ergo confessio facta in rescripto subreptitio tanquam facta corā iudice incōpetenti nō debet valere. ś de iudi. at si clerici. Scdò in contrariū facit dictum no. Inn. ś. de institutan. mulien. & sequitur Bal. in l. si quis in hoc genus. de Epis. & cler. q nunquam tenet quis stare suæ cōfessioni, & sibi nō præiudicat, quādo est lata sententia contra id, qđ in sua cōfessione cōtinetur. si ergo per sentētiam pronunciatur rescriptū subreptitium, ergo cōfessio in ea contenta non præiudicat. nisi diceretur, q tunc nō fertur directè sniā cōtra confessionem & cōtenta in rescripto, sed cōtra ipsum rescriptum. Tertiò in contrariū facit, qđ est dictum ś. in 3. limitatione. & qđ dicit Bal. in d. l. cū precū. vbi tex. loquitur in rescripto. & tamē tenet ibi Bal. q confessio facta in libello supplicatoris non præiudicet, quando aduersarius contradixit, quia in confessione dicitur quasi contrahi, ex quo in ipsis iudicijs quasi contrahitur. vt l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu. lio. & talis quasi contractus non celebrat inter dissentientes. facit quod voluit Ioan. And. in d. c. j. quando quis negauit positionem, & non possit postea se fundare ex ea, ideo cogita, & vide singula per Bar. in d. l. post legatum. ponentem an postquā quis semel negauit positionem, possit postea illam confiteri, vt sic possit ex ea se fundare. & vide per Bald. in d. l. edita. in fi. In glo. in ver. debebit. in fi. no. glo. & idem sequūtur Doc. Sed per quem hoc casu imponetur perpetuum silentium cōcludit hic Lap. quod per iudicē coram quo causa agitur, vt tenet Spec. in ut. de teste. §. j. ver. sed nunquid. & ver. præcedenti. & per gl. 2. q. 3. §. nondum. el 2. qđ intelligit Pau. & Domini. quando Papa esset iudex. & ita procedat c. peruenit. de fideiuss. secus si sit inferior, quia tunc in illo iudicio punire non posset, sed bene poterit cōtra eum formare inquisitione, & punire, ex quo confessio facta in vno iudicio nocet in alio, vt in c. per inquisitionem. ś. de elec. Sed Pet. de Anchara. in hoc tenet, q ipse iudex causæ facere possit absque noua inquisitione, arg. l. interdum. § qui furem. ff. de furtis. & per Inno. ś. de accusa. cum oporteat. & maximè isto casu, vbi nō punitur criminaliter, sed ciuiliter, ex quo repellitur de confirmatione, & sibi silentium imponitur, ideo iudex principalis causæ ex noua causa superueniente hoc facere poterit per no. in c. Abbate. j. de re iudi. & qđ no. in c. veritatis. ś. de do. & contu. & hic not. per Pet. de Anchara.

10 † In ver. expressè. in fi. no. ex glo. q licèt contumacia [b] procuratoris noceat regulariter domino post lit. contest. vt est dictum ś. de confes. c. 2. eo. lib. tamen delictum procuratoris nunquam nocet domino nisi in tribus casibus hic expressis in tex. secundum Domi. Et aduerte ad hanc glo. quia aliud est quærere an confessio procuratoris noceat domino. quo ad periurium, tunc procedit, qđ dicitur hic in glo. & ś. in tex. in fi. Et aliud est quęrere, an ↄfessio procuratoris noceat domino, & videtur quod sic, vt hic in tex. de quo est dictum in d. c. 2. & nota. in c. j. ś. vt lite non conte. Aliud est quærere an procurator possit reuocare positiones vel responsiones per eum, de quo dic vt ś.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. An producens instrumentū. Bal. in l. alia. circa prin. C. de his quibus vt indig. & per Ant de But. in c. cum venerabilis. de excep.
Vinc. G. Producens instrumentum, vel testes, videtur fateri contenta in eis vera esse, non tamen adeo, vt non possit corrigere errorem suum. Alex. post. glo. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. & Fely. in c. venerabilis. vbi plene, de excep.

b Contumacia procuratoris. Adde & quid de contumacia procuratoris impediti an nocet domino, vide per Bal. in c. cum a matribus. C. qui pe. tu. Bart. in l. si procurator. ff. de condi. inde.

De exceptionibus. Rub.

SVMMARIVM.

1. *Excommunicatus repellitur ab agendo propter quatuor rationes.*
2. *Exceptio excommunicationis potest opponi in vim dilatoriæ.*
3. *Exceptio excommunicationis an habeat locum, quando opponitur contra iudicem, vel procuratorem.*
4. *Excōicatus & participans cum eo, an incurrat peccatum mortale.*
5. *Actus communes sunt interdicti excōmunicatis, quales illi sint. & nu. 6.*
7. *Excōicatus si conferat sacramento uel ordines, an ualeat collatio.*
8. *Excommunicatus an possit aliquid exercere, ut publica persona scilicet ut tutor, uel curator iudex.*

CAP. I.

1 Pia consideratione. † Nota primò quatuor rationes, ex [a] quibus excōicatus ab agendo repellitur. 2 † Secundò no. exceptionem excōmunicationis posse opponi in vim dilatoriæ in qualibet parte litis principalis etiam post terminum datum ad opponendum exceptiones dilatorias, secundū Host. in c. exceptionem. eo. ti. & vult glo. hic, & est tex. in cle. j. eo. tit. imò etiam post terminum datum ad proponendum exceptionem excommunicationis, vt voluit glo. sing. in ver. nō obstante. in d. clem. j. & hoc si opponatur in causa principalis. Sed in causa appellationis dic, q aliquando opponitur contra appellatum prosequentem appellationem, quā appellans prosequi negligit, & obstabit exceptio, ſm Archid. hic, quia ius suum non fuit læsum per iudicem, sed magis formatum. arg. l. grege. ff. de pignoribus, & quia habet aliud remedium cū appellante non prosequente appellationem, sententia remanet firma, vt in clem. sicut. de appel. Et eodem modo obstaret exceptio excommunicationis, si excōmunicatus victor peteret sententiam cōfirmari vel exequi, vt j. in §. pen. secundū Arch. & Io. And. sed Pet. de Anch. adducit in cōtrariū. l. libertus a patrono. ff. de in ius vocan. vbi prohibitus litem inchoare potest prosequi litem inchoatam. facit auth. qui semel. C. quō & quādo iudex. potest dici, q illa iura non obstant, quia cessant ibi quatuor rationes, de quibus hic in tex. & quia loquūtur in causa principali, in qua reus non censetur agere, quod non est in causa appellationis, in qua appellans censetur petere cōfirmationem sententiæ, & agere quod est prohibitum. Aliquando opponitur exceptio contra appellantem in iudicio, & non obstat, siue talis appellans fuerit in causa principali originarius actor siue reus, vt in c. significauerunt. & c. fi. ś. eod. titu. & ibi per Doc. Aliquādo opponitur contra appellationem extra iudicium, & appellatio est merè extraiudicialis, vt si appellatur ab electione vt in c. concertationi. infra de appel. & tunc obstat, cum talis appellatio sit quædam prouocatio ad causam, vt in c. cum sit Romana, & ibi per glos. supra de appel. ſm Ioan. Mona. Sed si appellatio non est merè extraiudicialis, vt in appellatione ab executore volente alteri prouidere de beneficio, & tunc quia talis potest grauari ab executore, poterit appellare

ADDITIO.

a Nic. Sup. Ex quibus excommunicatus. Adde Doc. in c. intelleximus de iudi. & ibi diffuse per Pet. de Monte, episcopum Brixien. in sua repetitione.
Vinc. G. Adde, q excommunicatus non tollatur ab ecclesia Bart. 302. in consi. 45. visa verbi. quis autem, lib. 1.

pellare & appellationem prosequi, cum non veniat voluntarius ad iudicium, sed stimulatus se defendendo, quo casu admittitur vt s.eo.cum inter.secundum Archi.& ita reducuntur ad concordiam duo dicta Inno.in c.cum dilecta.s.de maio. & obe.& in d.c.cum inter.secundum Io.An.ex cuius dictis no. quod appellatio interposita a collatione executoris dicitur esse extraiudicialis [a] licèt non merè, sed est mixta, nam participat de iudiciali: quia vice iudicis confert, cum habeat iurisdictionem. Item participat de extraiudiciali, cum nullus actus iudicialis interueniat secundum Pau. intellige, si executor assumit partes executoris: alias si partes iudicis quod potest, vt no.in c.fi.s.de præscrip.tunc censetur appellatio iudicialis secundum Inno. s.de despó. impu. ad dissoluendũ. quod facit ad no.in c.vt circa.s.de elec. eo.lib.& in c.j.s.de rescrip.eo.lib.

3 † In gl.in ver.differat.in fi. ideo non habet locum tex.hic, si opponitur in vim peremptoriæ: nec etiam haberet locum, quando opponeretur contra iudicem vt procuratorem, secundum gl. in d.cle.j. Sed tamen quando opponatur contra partem in vim dilatoriæ, & differt tunc litem in causa principali: dummodo de ea constet, quia non sufficeret exceptionem opponi, nisi probetur, vt in c.suborta.& in c.cum super.s.de re iudi. secundum Archi.& Io.An.imò etiam antequam de ea cõstet, differt processum negotij principalis, si sit admissa, cum pendẽte dilatione data ad probandum exceptionẽ differtur processus super principali: sicut & in alijs exceptionib.dilatorijs secundum no. per Spec.in tit.de excep.§.nunc videndum. ver.cæterum.secundum Lap. & ita sequuntur Docto.de quo hic per Domi.Et ex his no. quod exceptio excõicationis opposita contra partem differt litem super principali, quamdiu de illa cognoscitur: quia de dilatoria & principali simul cognosci non debet: vt in c.exhibita.s.de iudicijs. secundum Io.An.hic. in ver.lites.Idem voluit glo.in c.prudentia.§.sexta.in prin.s.de offi.dele.& vide Inno.in c.solet.j.de sent.excom.in glo.in ver. in iudicijs.In gl.in ver.agentes.in fi.quod procedit sine dubio in defendentib.qui sunt rei necessarij. Sed in voluntarijs vide hic per Arch.& per Io.And.in c.dilecti.s.eo.& quod s. dictum fuit.

4 † In glo.in ver.periculum.in fi.cum incurrat peccatum: & an sit mortale: vide per Io.An.in c.sacris.s.quod me.cau.& ista ratio periculi cõionis iustificat determinationem eius, quod fuit disputatum: vt non obstante iuramẽto præstito per eum de nõ opponendo aliquam dilatoriam poterit hanc opponere, nec erit periurus, si illam probat. & idem si nõ probat, dummodo habuerit verisimilem causam proponendi.s.de sen.excom.sacro.& de elec.c.j.eo.lib.pro quo etiam facit, quia tacita renunciatio impedit hanc exceptionem, vt hic in tex.nec impeditur per renunciationem, quæ fit per lapsum termini, vt in d. cle.j. Item necessitas excusat a periurio, vt s.de iureiu.querelam.sed propter periculum cõionis iste videtur astrictus ad opponendum necessariò, vt hic in tex.ergo non est periurus.& per prædicta, & per hanc vltimam rationem concludit hic Io.An.prædicta procedere etiam si quis in specie iurasset non opponere exceptionem excõicationis.pro quo etiam facit tex.in c.j.s.tit. proxi.secundum Domi.notantem ex prædictis non valere renunciationem etiam cum iuramento, quando renuncians peccatum incurreret, si illam exceptionem non opponeret: de quo per Do.Anto.in c.ex parte.el 2.s.de offi.dele. & vide quod dicitur. j.in fi.

5 † In glo.in ver.a cõib.ibi a cõib.& hęc est melior.secundum Io.An.In ea.glo.in fi. sunt ergo actus publici interdicti excõicatis: vt est tutela & cura.Insti.de tute.circa prin.Item actus communes: vt esse procurator, & testis.j.de sent.excõ.decernimus. & s.de proba.post cessionem.Item actus ciuiles, vt iudicare, & arbitrari: vt ff.de iud.l.cum pretor.& s.de arbi.dilecti.Item omnes alij actus, qui sine cõione aliorum non procedunt: vt patet in c.illud.s.de cleri. excom. vbi dicitur, quod non possunt cõicare alteri sine peccato: & hoc nisi sint actus, ex quibus procurent suam absolutionem.s.de senten.excom.cum voluntate.secundum Io. And.vel sint alias a iure permissi: vt si est reus necessarius in iudicio vel in causa appellationis: vt d.c.significauerũt. & d.c.cum inter.Sed quærit Ioã.And.an actus prædicti gesti ab excõicato sint ipso iure nulli, an verò sit necessaria exceptio.Et primò quid in beneficialib.Secundò quid in sacramẽtalib. Tertiò quid in alijs actib.temporalib.

6 † Circa primum dicit, quod collatio beneficij, seu electio facta ipsis & de his non valet: vt in c. cum dilectus. s.de consuc.& de ele.cum inter.R.& idem si electio vel collatio fieret per excõicatos vel ibi dicitur secundum Io. And. quod procedit quando eligentes vel conferentes essent publicè excõicati: secus si tolerati & occulti. & per no.s.de re iud.ad probandum. & per Inno.s.de dolo & cõtu.veritatis. quod Domi.intelligit, si error procedit a causa probabili: secus si improbabili, vt quia excõicatio fuit publica quo casu licèt non habeant postea pro excõicatis, gesta tamen per eos non valerent, vt no.11.q.3.cum. & de postula.præla.c.j.Item intelligit prædicta vera quando excõicatus conferret, vel eligeret ratione publici officij: secus si tanquam persona priuata, vt si excõicatus simul eligit vnà cũ capitulo, quo casu talis electio, vel præsentatio non valeret, posito quod sint occultè excõicati: vt per Innoc. in d.c.cũ dilectus.& d.c. cum inter.& not.in d.c.ad probandum. Possunt tamen in beneficialib. ipsi excõicati exercere ea, quæ sunt meri facti, & sic esse meri executores, vt in c.pro illorum.s.de præben.& tenet Inno.in d.c.veritatis.

7 † Circa secundum: quid sit in sacramentalib.vt si conferant sacramenta vel ordines, dic quod valet collatio, & character imprimitur, sed nõ datur executio, vt no.s.de ordinatis ab episcopo.c.fi.Et idem est si talia conferantur ipsis excõicatis, vt in c.j.s.de eo qui furtiuè.& s.de sen.excom. cum illorum.& per gl.9. q.j.in summa.vt no.in c.j.s.de scismaticis. & in d.c.veritatis.Et vide glo.no.in c.2.s.de cle.excom.an si excõicatus, vel degradatus [b] celebret cõficiat verum corpus Christi.Et limita prædicta in sacramẽto matrimonij, quia põt [c] matrimonium contrahi ab excõicato, & valet, & datur executio, vt est tex.sin.s. de eo qui duxit in matrimonium.c. significasti.

8 † Circa tertium, quid sit in actib. temporalib. conclude, quod nõ valent gesta ab excõicato vt publica persona, putà vt sit tutor, vel curator.vel iudex vt habetur in d. c.ad probãdum. & idem si vt tabellio, vt in c.cõsuluit s.de procuratorib.& idem si vt prælatus alienaret bona, cum sit ei administratio interdicta. & idẽ si aliquid faceret, vt arbiter, secundum Io.An.pro quo glo.in l.Pedius. ff.de arbitris. secus si vt arbitrator, vel amicabilis compositor, vt tenet Bart.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff. ad Treb.& idem Pet.de Anch.hic de quo plenè per Imo.in c.Quintauallis.s.de iureiur.in 22.differentia & per Io.And.in reg.dolo.j.eo.lib. Et prædicta procedunt in publicè excõicatis: & non valent gesta per eos, vt per publicam personam: secus si excõicatio est occulta, quia tũc valerent actus generales ab his gesti vt a publica persona, vt d.c.consulti.& c.ad probandum.quod tamen limita primo in sententia excõicationis: quia omni casu est nulla, vt 24.q.j.audiuimus. Secundò limita, nisi ille ad cuius vtilitatem gerit actus, sciret illum excõicatum: quia tũc licèt valeat actus ratione cõis opinionis, tamen sunt irritandi in præiudicium illius, qui sciuit vt s.de cle.excom.postulasti.& tenet Do. Anto, in d.c.ad probandũ.Tertiò limita, quando error surgeret a causa minus probabili: quia tũc non valet quod agitur: vt s.est dictum. In actib.verò qui geruntur ab excõicatis non vt a publica persona sed ratione priuati officij, vt esse procurator, aduocatus, vel testis, & tales actus non valent, vt est dictum s.etiam si excõicatio est occulta, cum tolerantia non operetur in his, quæ fiunt ratione iuris priuati: vt videtur velle Do.Ant. in d.c.post cessio.per no.per Inno.in d.c. cum dilectus.& in c.sciscitatus, de præscript.Valeret tamen instrumentum in quo excõicatus esset descriptus in testem, dũmodo aliter non sit suspectus secundum Inno.d.c.decernimus. Si verò actus qui geritur ab excõmunicato, vt priuata persona non ratione alicuius officij, tendit ad eius absolutionem, valet, vt d.c.cum volũtate.In actib.verò iudicialib.dic, vt no.in d.c.intelleximus.& in c.j.de rescrip.eo.li. In extraiudicialib.verò vt in testib.dic vt per gl. & Doc.in d.c. decernimus.In contractib. verò dic, quod valent tam pro quàm contra excõmunicatum: & erit contractus vltrò citròq; obligatorius: licèt malè faciant, & peccent se ingerendo cõmunioni hominum, vt d.c.illud. Poterit tamen excõmunicatus agere, quando erit absolutus, vt hic per Ioan.And.& in d.reg.dolo.& in c. si verò.de sen.excom. Et aduerte quia licèt durante excõmunicatione excõmunicatus non possit agere, tamen eidem poterit solui. & si quis iurasset, vel promisisset aliquid dare vel soluere alicui ad certum terminum, debet seruare iuramentum: licèt

ADDITIONES.

a Vin.God. Appellatio extraiudicialis propriè fit a futuro grauamine vel instanti. Iudicialis verò ab illato vel comminato. Fely.in c.cum fit, col.4.de appel.

b Nic.Sup. Degradatus celebret. Adde c.degradatio.& ibi gl. de pę.lib 6.glo. in c.2 de cle.excom.Arch.in c quid sit.super glo.de consec.dist. 2.
Vin.God. Vide Bertach.in trac. de Episc.in 4.par nu.3.quod habetur in lib. 4. trac.fol.72.& ibidem nu j ad quem finem degradatio fiat.

c Nic.Sup. Potest matrimonium contrahi ab excõmunicato.Adde gl.in c nulla de conse.dist.4.Car.in cle j.in 9.q de priuile.
Vin.God Adde, quod si ab excõmunicato potest contrahi matrimonium iurib. adductis, non videtur quod ab eo possit consumari: siquidem requiratur, vt ante audiat missam.& excommunicatus non potest ingredi ecclesiam, vt oret vel missam audiat.c.prælatus.in princi. 21.dist.c. clericus. 24.q.3 facit, quia excommunicatus quo ad spiritualia habetur pro mortuo secundum Bart in l. Barbarius. colum.10.ff.de offic.præto. Vide Fely.in c.responsio.in princi.de senten, excommu.

licèt illo tempore ille talis sit excommunicatus secundũ Inn. & Io. An. in d.c. veritatis. nec ob. qđ dicit Ioan. An. ĩ. in alia q. quãdo quis iurauit nõ opponere aliquam exceptionem quia poterit opponere exceptionem excommunicationis, quia illud procedit, quando excõmunicatus agit in iudicio, quo casu licèt ego iurassem soluere in termino, tamen illo excõicato petente in iudicio videtur ꝙ non obstante iuramento possim opponere exceptionem excõmunicationis. & ita procedit qđ dicit Io. An. ĩ. in prin. sed qñ excõicatus peteret extra iudiciũ, tunc procedit qđ dicit Inno. & Ioã. An. in d.c. veritatis. teneretur etiam seruiens seruire excõmunicato prout sibi promisit 11. q. 3. quoniam multos. vasallus verò licèt ipso iure non sit absolutus, possit tamẽ petere se absolui a iuramento fidelitatis. 15. q. 6. nos sanctorũ. & c. iuratos, sm Inn. & Io. An. in d.c. veritatis. de quo ibi plene per Doct. & in c. inter alia. ĩ. de sent. excõ.

SUMMARIUM.

1. *Condemnatio expensarum facta ratione alicuius articuli non debet trahi extra illum articulum.*
2. *Excipiens si non probat exceptionem suam, debet in expensis condemnari.*
3. *Excommunicatio per modũ accusationis licèt non possit deduci coram iudice seculari, potest tamen deduci per modum exceptionis.*
4. *An autem sit exprimenda causa excommunicationis.*
5. *Dilatio an & quando possit prolongari per iudicem, vel non.*
6. *Ratio reddi non potest in his, quæ sunt de iustitia positiua.*
7. *Dies termini assignati quando computetur in termino.*
8. *Publicatio testium an possit fieri post terminum.*
9. *Exceptio excommunicationis si opponatur in iudicio debent fieri apertissimæ probationes super eadem, nec sufficeret unus testis, nec posset deferri iuramentum in defectum probationis.*
10. *An autem sufficiat excipientem probare, quòd actor, de cuius excommunicatione excipitur, petierit absolutionem.*
11. *Iuramentum in defectum probationis non potest deferri, ubicunque requiritur probatio legitima.*

1 **Si quis igitur.** †No. primò ibi ad hoc ꝙ condemnatio expensarum, quæ fit ratione alicuius articuli, non debet extendi nisi solũ ad expensas factas circa illum articulum, non autem ad expensas factas alia de causa. facit tex. in c. j. ĩ. de dolo & contu. eo. lib. †Secundò no. ꝙ deficiẽs 2 in probatione exceptionis dilatoriæ statim debet condemnari in expensis, nec debet expectari finis ipsius causæ. si tamen iudex pronunciaret non probatum, vel procedendum esse ad vlteriora: licèt non condemnet in expensis, poterit tamen cõdemnare vsque ad sententiam diffinitiuam, & in ipsa sententia diffinitiua de quo per Spec. eo. ti. §. 2. versi. sed quid si iudex. & in tit. de expensis. §. postremo. ver. sed illud. & per Innoc. in c. læpe. ĩ. de appella. & ratio est, quia adhuc durat officium, & iurisdictio iudicis vsque ad sententiam diffinitiuam, sed post posset condemnare in expensis nisi eadem die, vt in l. Paulus. ff. de re iudica. & no. j. de appel. cum ap. secundum Archid. & Ioan. And. & vide Domi. in c. j. in prin. ĩ. de resti. spol. eod. lib. In gl. in ver. opponat, in prin. idem Ioan. Mon. & Inno. hic & Spec. in tit. de dilationibus. §. j. ver. illud quoq; & ver. sed si super alias. ver. sed dices. nec posset in vim peremptoriæ opponi in quacunq; parte iudicij, vt residet hic Ioã. And. dicẽs post Arch. ꝙ quando opponitur in vim dilatoriæ, esset locus absolutioni ad cautelam vt j. de senten. excom. solet. secus si in vim peremptoriæ. Et quando opponitur in vim dilatoriæ, non datur dilatio ad probandum extra curiam, sicut non daretur dilatio ad probandum aliam dilatoriam, secundum Host. & Arch. & Ioan. And. de quo in c. j. ĩ. de appel. & per Spec. in d. ver. sed si. Item maior probatio requiritur, quando opponitur in vim peremptoriæ, de quo per Rotam in decis. 252. quæ incip. item 3 licèt sit. †In eadem glo. ibi seculari. idem Arch. & Ioan. And. ex quo no. ꝙ licèt excõicatio per modum accusationis non possit deduci coram iudice seculari, cum sit quid spirituale, vt dixit hic Hostien. & facit quod habetur j. de senten. excom. c. j. secus tamen si per viam exceptionis, non potest opponi corã iudice seculari, vt tenet glo. notabilis hic, & iudex secularis tenetur eam admittere, & potest ad hoc cogi per censuram ecclesiasticam, vt tenuit Spe. in tit. de exceptio. §. 2. versi. porrò. in fi. iam & leges ipsam excõmunicationem ponderant, vt in c. domino. hic finitur lex consuetudinis, in vsibus feudorum, secundum Ioan. And. pro quo glos. notabilis in l. j. C. de iur. & facti ignoran. Sed an iudex secularis possit cognoscerere de excommunicatione. Ioan. And. hic, ꝙ non, dicens quòd cognitio, & diffinitio istius exceptionis erit iudicis ecclesiastici per c. tuam. ĩ. de ordi. cogni. ex quo nota, ꝙ si talis exceptio proponatur coram iudice laico debet remitti ad ecclesiasticum, sm no. in d.c. tuam. sicut & si contra testem clericum opponatur crimen coram iudice seculari, vt no. per Hosti. in c. verum. ĩ. de foro compe. secundũ Lap. sequitur Pe. de Anc. & Domi. & Ioan. Cal. in suo consil. 10. de foro competen. pro quo bonus tex. in c. si iudex laicus. j. de senten. excõ. & ita etiam sequitur Io. Mo. & Ioan. An. in c. decernimus. j. de senten. excõ. & ideo dicebat Bal. in l. 3. in fi. C. de iudicijs. ꝙ etiam per instrumentũ non posset fieri probatio excõmunicationis corã iudice laico per not. in d.c. si iudex laicus. Credit tamẽ hic Domi. prædicta procedere quando reuocaretur in dubium de validitate excõmunicationis, sed si non esset dubium de validitate sed solum in facto, an quis sit excõmunicatus vel non, secularis iudex de hoc cognoscere poterit, sicut in simili dicit de iuramento per Doc. in c. fi. ĩ. de foro cõpetenti, eodem lib. & facit gl. ĩ. in ver. in ecclesiasticis. & qđ tenet Bar. in l. Titia. ff. solu. matri mo. & idem tenuit Dom. in d.c. fi. & in d.c. decernimus. licèt alij Doc. de quibus ĩ. velint contrarium. & vide plenius dicta in d.c. decernimus. & per doc. in d.c. tuam. In eadem glo. in fi. idem Archi. & Io. An. tenent, ꝙ etiam non haberet locũ, quãdo exciperetur de excõmunicatione iudicis, vel testis, quia istis casibus debet assignari congrua dilatio ponderatis circunstantijs per no. in c. dilectus. ĩ. de senten. excõmuni. & ita sequitur hic Dominic. licèt Paulus aliud velit. Quid autem si excipiatur de excõmunicatione iudicis, an ipse iudex de ea cognoscat vel quo modo. concludit Ioan. An. hic ꝙ si exceptio est notoria, sufficit sola propositio absque probatione, vt per Inn. in c. cum super. ĩ. de offi. deleg. Sed si non est notoria, & proponens exceptionem consentit, ꝙ ipse iudex cognoscat, & poterit de ea cognoscere & iudicare. & ita procedit opinio Innocentij in d.c. cum super. dicẽtis, ꝙ si iudex malè arbitratur in dicta exceptione poterit appellari. & ita videtur hic residere Io. An. & do. Anto. in d.c. cum super. dicens, ꝙ ipse iudex poterit cognoscere de ea, cum cognoscat, an sua sit iurisdictio, vt in c. super literis. de rescrip. nec ab eo poterit discedi nisi per viam appellationis, & si ab ea appelletur, tũc superior cognoscit, & ita procedit opinio Hostien. hic tenentis indistinctè, quod superior de ea cognoscat, vt tenuit Archi. 3. q. 5. quia suspecti, vbi dicit curiã ita seruare. Si verò proponens non consentit, ꝙ ipse iudex de ea cognoscat, sed recusat eum vt suspectum super hoc, & poterit cũ sit iusta causa, & hoc nisi iudex velit hãc cãm delegare alteri non suspecto, vt no. in c. si quis ꝑ. ĩ. de foro cõpetenti. Sed ipsa cã suspitionis corã iudice ꝓposita quis de ea cognoscat hic per Domi. & per Spe. in tit. de accusatione. §. fi. ver. sed nũquid. & in ti. de excep. §. 2. ver. sed si hæc exceptio cõtra iudicem. & per Doc. in c. si contra vnum. ĩ. de offi. deleg. & in c. cum speciali. de appel. & j. de appel. legitima. & in ca. suspitionis. ĩ. de 4 offi. dele. †In gl. in ver. speciem. in fi. vide per Spec. eo. tit. §. viso. ver. sed quando. ponentem formam huius exceptionis. Et an sit exprimenda causa ipsius excõicationis, & dicit ꝙ nõ in sententia iuris, sed in sñia hominis sic. Et no. ex hac glo. primo a appellatione [a] excõicationis comprehendi minorẽ & maiorẽ, qđ ꝓcedit, qñ verbũ excõicatio ꝓfert in exceptione excõicationis, quia in odiũ opponẽtiũ & ꝓpter abusum est odiosa interpretatio de minori. arg. regulæ odia. j. eo. lib. secus in sententia iuris, vel hominis cum sit fauorabilis, vt in c. j. infra de senten. excom. quia intelligitur in dubio de maiori, vt in c. si quem. hic alleg. secundum Ioan. And. & Domi. Secundò nota, quòd sufficit aliquid in genere proponi, quando quęlibet eius species importat eundem effectum in fi. qđ no. ad c. in præsentia. de proba. & ad no. in c. præsentium. §. testes. in fi. ĩ. de testibus. eo. li. In gl. in ver. nomen. in prin. intellige hoc, quãdo opponit̃ de excõicatione hominis, sed in excõicatione canonis Archi. & Host. tenet idem, vt exprimatur nomen canonis, & nõ sufficeret nomen autoris ipsius canonis. & ita sequitur Io. An. dicens tamẽ ꝙ sufficeret, ꝙ exprimatur canõ nomine proprio, vel cõpetentibus indicijs æquipollentibus nomini proprio. si tamen sufficienter exprimatur causa ita ꝙ tollatur incertitudo. hoc sufficeret in sñia canonis secundum Ioã. An. & Domi. & vide per Specul. in d. §. viso. vers. sed quoniam. & facit c. j. secundo responso. j. de cleri. coniugatis, vbi exprimitur canon cõsilij super priuilegio clericali absque expressione nominis canonis. In eadem gl. in c. licèt. hic alle. refert opi. & nõ

firmat

ADDITIO.

[a] Nico. Sup. Appellatio. excõicationis. Adde gl. in c. prudentiam in §. 6. & ibi Car. in repe. c. perpendimus. in j. col. de sen. excom.

Vinc. G. Adde, ꝙ excõicationis appellatione venit maior. c. si quem. de sent. excom. Card. in clem. 1. de sepul. q. 12.

firmat se. Archi. tenet opi. Hostien. ꝙ hoc sufficiat. & text. hic non obstat, quia de eius mente apparet ꝙ loquitur de occultè excõmunicato, nõ de illo cuius excõicatio est solenniter publicata, secundum Io. An. ita residentẽ. & ita tenuit Archi. 11. q. 3. nemo contemnat. quod procedit, quando opponitur excõicatio in vim dilatoriæ, non in vim peremptoriæ, vbi maior probatio requiritur. & ita est de mente Ro. in d. deci. 252. & hæc distinctio est satis æqua, ſm Imo. Rota tñ non determinat quod sufficiat, quando opponitur in vim dilatoriæ, imò in deci. 400. quæ incip. Item si quis petat, tenet, ꝙ nõ sufficeret probare denunciationem, etiam quãdo opponeretur in vim dilatoriæ, & hoc per tex. hic ibi apertissimis documentis &c. & ita dicũt in in curia seruari. Quare concludi potest, ſm Domi. quod si per denunciationem constat de specie excõicationis & de nomine, & tunc procedit opi. Host. pro quo facit tex. hic, qui loquitur de excõicatione, per quam quis repellitur ab agẽdo, sed sola denunciatio absq; alia probatione excõicationis habet hũc effectum repellendi, vt est tex. in d. c. licet. facit etiam tex. in c. cum desideres. a. respon. de sen. excom. vbi constat de excõicatione per solam famam, debet quis vitari, donec fuerit absolutus. ergo fortius si constat per denunciationem iudicis autoritate factam, quæ facit maiorem fidem, quàm fama, quæ potest habere ortum a falsis probationibus, arg. eorum quæ no. 4. q. 3. item sæpe. facit etiam tex. hic vbi non dicit expressè, ꝙ habeat probare excõicationem, sed eam rem, & sic loquit̃ per nomen gñale, & de eadẽ re potest dici excõicatio, & denunciatio quo ad hũc effectum, vt s. patet. & facit quod no. 7. q. 2. deniq;. Nec ob. tex. ibi apertissimis documentis, quia r̃nderi potest, vt s. & per no. in l. si tutor. C. de periculo tut. Sed si per talem denunciationẽ non ɔstaret de spẽ & noĩe excõicationis, tũc probare denunciationẽ non sufficeret, cũ nõ essent probatæ qualitates hic requisitæ. & ita procedit opi. ɔ̃ria ſm Domi. & vide j. in gl. in ver. apertissimis.

5 † In gl. in ver. octo dierum. ibi primum verius. no. ex glo. casum in quo dilatio [a] non põt elongari per iudicem, & de alijs casib. vide per Doc. in c. cum sit. s. de appella. & in l. a. ff. de re iud. & ibi per Imo. & pro gl. hic facit, quia ista exceptio põt iterato opponi. vnde non debet terminus elõgari. Et quia reus non probans intra terminum debet condemnari actori in expensis. & hoc non potest per iudicem tolli actori, vt per glo. in reg. indultum. j. eo. lib. & per Inno. in c. consuluit. de offi. dele. & facit quod no. in c. Roma. circa fi. j. de sen. excom. & in c. Romana. s. de of. ord. ſm Io. An. & vide per glo. in ver. 15. in c. cupientes. §. quod si per 20. de ele. eo. lib. Et licèt ista dilatio a prin. elongari non possit. si tamen per iudicem, vel testes, vel excipientes infirmitatem, vel per fraudem aduersarij, vel aliã iustã cãm nõ possit fieri probatio intra terminũ iudex poterit hũc terminũ ꝓrogare, vt tenet Ar. & Io. An. hic & Spe. in ti. de dila. §. j. ver. & no. In c. gl. ibi, dic qđ no. qđ in his, q̃ sunt de positiua iustitia ratio reddi non potest. idem voluit gl. in l. j.

6 §. pœnitentiam. ff. de postulando. † An autem ista dilatio locum habeat, quando opponitur cõtra vsurarium per c. quia frustra. de vsuris. Host. & Io. An. ibi, quod sic per hunc tex. & sequit̃ Lap. in sua alleg. 55. in fi. de quo vide no. in d. c. quia frustra. Est ergo prædicta dilatio legalis, & currit ipso iure etiã sine assignatione iudicis post ipsam exceptionem admissam ſm Host. & Io. And. hic. & Spec. in d. §. j. ver. sed nunquid currunt: & idem Io. And. in addi. dicens etiam ꝙ in hac dilatione computant̃ dies feriati, vt in l. siue pars. C. de dilationib. secus tamen esset in casu d. c. cupientes. §. j. ver. nisi. vt ibi est dictum: & vide per Bal. in l. si quando. C. de testib. in 3. colũ. in fi. dicentem, ꝙ qui opponit exceptionem excõmunicationis debet esse cautus, vt non opponat tali die vel tẽpore, ꝙ postea sint tot feriæ, ꝙ non possit probare intra octauam diem: quia imputandum est ei qui nimium se arctauit, vt in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cau. Si tamen contra istam exceptionem oppositam replicet̃: & replicatione insistatur tantum, ꝙ trãseant isti octo dies, non nocebit: cum tunc non possit dici ista exceptio admissa ſm Pau. & Domi. & ita vult Host. & Io. And. s. quod est notãdum ad statuta, quæ assignant terminum ad aliquam exceptionem probandã: pro quo etiam gl. in ver. videbitur. in d. §. quod si per 20. & per Rotam deci. 2. & quę inci. item quod terminus. vbi idem tenet.

7 † In glo. in ver. computato. in fi. vide ibi no. qñ sitꝙ dies [b] termini computet̃ in termino. & per Bal. in l. eos. §. fi. circa princi. C. de appella. & an computetur de momento ad momentum per Rotam in d. deci. 208. Et dicit hic Io. And. quod vltima die istius termini poterit fieri probatio excõicationis. & idem tenet Spec. in d. §. j. ver. sed quid si. j. vbi etiam voluit. & Arch. hic sufficere si intra terminum octo dierũ testes [c] sint iurati & examinati: licèt eorum de causa non sit publicata: sed non sufficeret, ꝙ iurassent, nisi etiam deposuissent: & hoc nisi steterit per iudicem, vel partem aduersam, vel per infirmitatem, vel aliam iustam causam ipsius excipientis: quia tunc non currit terminus, vel prorogaretur ſm Spe. in d. §. j. ver. illud. & ver. & no. & Io. And. & Inno. hic, de quo j. Super quo articulo posset cõcludi, ꝙ aliquando datur terminus ad producendum testes, vel ad faciendum eos iurare: tunc sufficit ꝙ sint iurati, vt tenet Spec. in tit. de teste. §. qualiter. ver. is quoq;. Aliquãdo datur terminus ad producendum testes, & iurandum & examinandum vel deponendum: & tũc non sufficeret iurare, nisi sint examinati in termino, vt s. de ꝓba. c. licèt causam. & ita tenet Spe. in d. ver. is quoq;. Aliquando assignatur terminus per verbum præteriti temporis, vt debeat probare intra talem terminum: & tunc debent testes intra terminum esse examinati ſm Bal. in l. Antistius. ff. de acqui. hære. Aliquando assignatur terminus ad probandum, & probatum habendum, & idem vt tenet Io. And. in addi. Spe. in d. ver. is quoq;. & Domi. hic & Bal. in d. l. si quãdo. per tex. in c. præsentium. s. de testib. eo. lib. & Ang. in d. l. Antistius. Aliquando assignatur terminus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis: tunc post terminum excluditur oĩs species probationis etiam per instrumenta, vt in c. licèt causam. s. de proba. ſm Dom. Aliquando assignatur terminus simpliciter ad probandum, & tunc Archi. & Io. An. hic. & Spe. in d. ver. is quoq;. tenent non sufficere testes iurare in termino, nisi etiam sint examinati. & idem tenet Rota in decis. 463. quæ incip. Item extra Rotam. vbi plenè de hoc idẽ etiam sequitur Bar. & Imo. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. inse. in fi. & Domi. hic, de quo plenè per eum. Sed aduerte, quia Rota in decisi. 73. quæ incip. item quod licet. vult sufficere, si testes in termino sint iurati, dummodo fiat aliqualis diligentia circa examinationem. & ita videt̃ tenere Bal. in d. l. si quando. in d. l. Antistius. quia examinatio testis trahitur ad quæuis iuramenta, ſm glo. no. in cle. j. de offi. dele. & videtur tenere Ang. in d. l. Antistius. & ideo Imo. in d. cle. j. tenet, ꝙ ne pereat copia probationum, tenendum est sufficere testes esse iuratos in termino, vt sic possint examinari post terminum, & ita de consuetudine seruatur ſm eum. & facit quod in simili no. in c. nihil. s. de elect.

8 † De publicatione uerò testium sine dubio tenendũ est, quod possit fieri post terminum, quantumcunq; terminus esset datus ad probandum, & probatum habendum. & ita tenet Spec. in d. ver. quid si. & Arch. & Io. And. hic. & Pau. in cle. j. de concess. præben. super uer. exter. & facit tex. de pę. dist. 4. nouit. & ita tenet Bar. & Imo. in d. §. Sabini. in fi. Aduerte tamẽ, quia Domi. hic refert Io. An. in addi. prædictis tenere, ꝙ publicatio non possit fieri post terminum, quãdo terminus esset assignatus ad probandum & probatum habendum. Sed Do. Bene. dicit hic, hoc non esse uerum, quod Io. An. ibi hoc dicat. ideo uide ibi. Et ad materiam uide per Bal. in l. si cum ipse. ff. de executo. & in l. fi. C. de adul. & quod no. in cle. j. de rest. in integ. & plenè per Imo. & alios Doct. in cle. j. de offi. deleg. & in c. licet causam. de proba. & ibi plenè de his. Quid autem si occurrit iustum impedimentum, ita ꝙ intra terminum non potuerũt testes iurare, uel examinari. dicit hic Inno. ꝙ si stetit per iudicem uel partem aduersam, uel per infirmitatem, uel aliam iustam causam ipsius excipientis, tunc non currit terminus, uel prorogaretur, arg. ff. de re iud. l. a. & in Auth. de his qui ingred. ad appel. §. j. 2. & 3. & ita residet Arch. referendo Spe. idem tenere in titu. de dila. §. j. uer. sed & si. & uer. & no. & uer. illud. & ita tansit hic Io. An. Sed Rota in d. deci. 463. in fi. concludit, ꝙ si stetit per iudicem, uel partem aduersam, quominus testes iurarent, uel examinarent, nunc terminus ipso iure non currit, sed si propter aliam iustam causam daretur restitutio ſm Rotam ibi, uel deberet tũc terminus prorogari, ut s. & ita procedit quod no. Archi. 2. q. 7. testes, licèt Spe. in tit. de teste. §. qualiter. aliud uelit & non bene.

9 † In glo. in uer. apertissimis in fi. & sic non sufficeret unus testis, nec posset deferri iuramentum in defectum proba-

ADDITIONES.

a Vin. God. Qñ autem possit prorogari. Alex. consi. 102. col. pen. in fi. lib. j. & quæ cognitio debeat præcedere. vide per eum in consi. 41. col. 3. lib. 2.

b Nic. Sup. Dies termini. Adde gl. in c. interiorum. 2. q. 6. glo. in c. super eo. de appel. Bar. in l. j. ff. si quis cau. in l. j. in §. si maritus. ff. de libe. agno.

Vinc. God. Dies termini quando computetur in termino. Alex. 10. l. j. ff. si quis cau. & in l. cum bissextus. de ver. signi. Fely. in c. placuit. col. j. de præscri.

c Nic. Sup. Testes sint iurati. Adde an credatur testi non iurato. vide per Bal. in c. de testi. in 2. col. de test. & Abb. in c. tuis quęstionibus. eo. tit.

Vin. God. Quando autem credatur testi contra iuramentum proprium. Ruy. consi. 134. nu. 20. lib. 5.

probationis, vt tenet hic Abbas per hunc tex. sm Io. And. facit glo. notabilis in l. cum de indebito. ff. de proba. nec ēt sufficeret vnus testis cum fama, vt notat Archid. 4. q. 3. sępe. super glo. per dictum Specu. in otu. de notorio crimine. §. fama. ver. qd si agenti. & idem tenet hic Lapus & Domi. dubium tamen facit quia fama cum vno teste in ciuilibus facit plenam probationem sm gl. in ca. t. ā. de appe. & licèt hic agatur quoq̄ de crimine tñ agitur ciuiliter, & sic non obstat glo. in c. veniens. el j. de testib. volens, q in criminalibus fama cum vno teste nō
10 probet. † Sed an sufficiat excipienti probare q actor, de cuius excōicatione opponitur petierit absolutionē. Archi. hic, q nō. & idem videtur tenere d. Flori. in repetitione c. perpendimus. circa fi. de senten. excom. pro quo adducit tex. ā. de homicidio. exhibita. vbi probatur, q petens veniam super delicto nō propter hoc fatetur illud cōmisisse, de quo per Io. An. in uer. fuit. in c. venerabilis. ā. de elec. Et quid si quis opponit exceptionē excōicationis, & ille rñdet. q fuit absolutus, an per hoc sit pro
11 bata excōicatio per Bar. in l. decem. de ver. obli. † Et no. ex gl. iuncto dicto Ioan. An. q vbicunque requiritur legitima probatio, non pōt differri iurm in defectum probationis. & idem voluit glo. notabilis in d. l. cum de indebito. & in l. fi. ff. quod me. causa. & tenet Bal. in l. fi. C. de secun. nup. per illum tex. & vide glo ibi no. in c. statutum. in ver. per pium. ā. de rescrip. eod. lib. In glo. in ver. documentis. in fi. vide in c. quoniam contra. ā. de probatio. & in d. c. cupientes. §. si verò. In glo. in ver. præmisso. in fi. vide per glo. in c. j. ā. de electio. eo. lib. In glo. in ver. condēnamus. in fi. ideo est, q qui probauit excōicationem, non condemnatur in expensis, licèt probetur absolutio, ex quo ductus fuit errore probabili. & ita tenet hic Archi. per no. in glo. in d. c. j. in fi. & per Specu. in titu. de excep. §. a. ver. quid si probetur. intellige, nisi absolutio fuerit ita publica, q non licuisset excipienti illam ignorare sm Ioan. An. licèt Spec. vbi. ā. velit quòd iurm calumniæ in causa, vel iuramētum malitiæ super hac exceptione excuset ab expensis, vt luc refert Ioan. An. quod non est verum sm Pet. de Ancha. cum condemnatio expensarum non fiat hic ratione malitiæ uel calumniæ, sed potius ratione temeritatis, a qua dicta iuramenta non excusant, vt in l. eū quē temere. ff. de iudi. & per Bart. in l. j. §. quæri pōt. ff. ad Turpil. Et dixit hic notabiliter Abbas & Ioan. And. quòd licèt secūda vice quis opponat, & probet excōicationem, nō tamen propter hoc recuperat expensas, in quibus fuit condemnatus, eo quia prima vice non probauit, vt no. in l. properandum. §. & si quidem. ff. de iud. & ita tenet hic Lapus. & facit quod no. per Spe. in titu. de arbitro. §. sequitur. in pen. chat. in ver. sed pone actū est. Sequitur. §. si verò.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio excommunicationis potest pluries obiici in eadem instantia licèt idem opponens fuerit repulsus, quia non probauit eādem sententiā.*
2 *Processus factus cum excommunicato tenet, donec proponatur exceptio excommunicationis.*
3 *Exceptio dilatoria superueniens lite pendente potest opponi post litem contestatam.*
4 *Excommunicatus, licèt sit publicè excommunicatus, si tamen non repellitur a iudice, valet processus.*

1 Si uerò postmodum. † No. j. quòd in eadem causa, & in eadem instātia potest opponi iterato de eadem excommunicatione contra actorem, licèt idem opponens fuerit repulsus ab exceptione excōicationis, quia nō probauit, vel lapsus est terminus vel aliter, & est speciale in exceptione excommunicationis. dixit tñ Hosti. & Io. An. q non potuerunt produci testes primo producti argu. c. fraternitatis. ā. de testibus. & hoc ideo, quia nō variatur modus, & finis agendi. aliàs secus esset, ut patet ex not. in c. veniens. el a. ā. de testi. Io. And. ex quo no. limita. ad d. c. veniens, quod videtur intelligendum, nisi quis vellet producere dicta & attestationes illorum inter testium, quia fortè primo fuerunt examinari post terminum: ideo non probauerunt: nā
2 hoc fieri posset sm no. in c. causam quæ. de testibus. † Secundo
a tene meno. q iudicium, a & processus agitatus cum actore excōmunicato valet. & tenet vsque ad propositionem exceptio. excōicationis sm Hostien. dicentem ex hoc probari suam opinio. in summa de procura. §. si quis dari. ver. his verò. vnde ipso excommunicato absoluto reassumetur ipsa causa in eo statu, in quo erat tempore oppositæ exceptionis secundū Ioan. An. Tertio nota ibi noua, q ille qui bis succubuit in exceptione excommunicationis, non potest in eadem causa amplius opponere de eadem excommunicatione vel simili vel diuersa tamen antiqua secundū Ioan. And. & Dom. sed bene poterit opponi de excommunicatione noniter orta, & causata post secūdam oppositionem dictæ exceptionis, non obstante quòd bis fuerit de excōicatione oppositum & pronunciatum contra & dabitur super ea noua dilatio, & quod plus est sm Hostien. & Arch. adhuc admittetur bis ad illam proponendam, & probādam, sed nō tertio vt patet ā. in tex. cum eadem sit ratio, quod tamē intelligit, nisi iudici videretur hoc malitiosè proponi, vt
3 ā. de dolo & contu. finem. sm Ioan. An. † Vltimo no. quòd exceptio dilatoria orta, uel superueniens lite pendente opponi potest etiam post litem contestatam, quod procedit non solum in hac exceptione excōicationis, sed in qualibet alia exceptione vt in c. insinuante. ā. de offi. delega. & per glo. in l. a. C. de cōsortibus eiusdem litis. & plene per Inno. & Docto. in c. cum dilectus. ā. de ordine cognitio. In glo. in ver. iudicij in fi. no. iuncto tex. q licèt instantia sit perpetua de iure canonico. in c. pe nulti. ā. de iudi. tamen finitur per sniam, vt dicit hic glo. & sequitur Domi. ideo est, q in causa appellationis est diuersa instantia, vt est dictum in c. a. in prin. ā. de iuramento calumniæ. eo.
4 lib. † In glo. in uer. duraturus, in prin. idem Archidia. & ita videtur residere Ioan. An. & sequitur Domi. quia licet actor sit publicè excommunicatus, & pro publico excōmunicato coram ipso iudice reputetur, si tamen non opponatur a parte exceptio, nec repellitur a iudice, valet iudicium, vt probatur hic in fi. huius tex. iuncto prin. & ibi glo. hoc senōt. & hic de qui-
b bus hic plenius per Domi. ex cuius dictis infertur, q valeant b acta gesta cum excōicato etiam post probationem excōicationis, quousque per iudicem repellatur: pro quo tex. hic ibi in sequentibus excludatur. & tex. hic in fi. ibi repellere non postponat. facit glo. ā. de foro compe. si diligenti. Sed hoc dictum non videtur verum, quia licèt iudex ex officio possit repellere. si tamen non repellit, bene est, q valet iudicium. Sed obiecta exceptione & probata redditur iudicium ex post nullum, ēt si iudex non repellat, ut patet hic in tex. ibi, his quæ pcesserunt, ergo ea quę sequuntur sunt nulla. ad idem tex. j. ibi, sed snia quæ pcessit & sic tex. hic validat acta pendentia, sed sequentia post exceptionē probatam sunt nulla, vt hic a ōrio sensu: pro quo facit, quia excōicatus non debet audiri agendo, vt hic in tex. cum similibus. ergo sequitur, q opposita exceptione non valeat postea quod agitur, quia exceptio, q quis non debeat audiri, opposita & probata reddit omnia acta sequentia nulla, vt in c. quia frustra. & ibi per Inno. & Docto. ā. de vsuris.

A D D I T I O N E S.

a V. G. Adde, q iudicium conualidatur ex causa quæ trahitur retro. Ruy cons. 158. nu. 21. lib. 3.
b Nic. Sup. Valeant gesta cum excommunicato. Adde Pe. de Monte in repeti. c. intelleximus. de iudi. ubi diffuse.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio dilatoria potest opponi post rem iudicatam in certo casu.*
2 *Iudex debet repellere excommunicatum ab agendo ex officio, licèt pars nō opponat.*

1 Sed si post rem. † No. casum in quo exceptio dila
a toria a potest opponi post sniam, & eius executionem impedit, licèt ab ea non sit appellatum, & licèt iudiciū post sniam non duret, vt hic in gl. fi. & ā. in glo. in ver. iudicij. & hoc iō, quia ex snia est orta noua actio, quam excōicatus intentare non pōt sm Inn. & Io. An. ex cuius dictis posset inferri, q iudiciū non duret post sniam diffinitiuā: quod inducit Dom. vt pcurator habēs mandatū ad iudicia nō possit impedire executionē. de quo in l. hoc iure. ff. de sol. & in l. 3. §. sed vtrū. ff. de mino. per Bart. Et hunc tex. inducit Lap. q p reū cōdemnatū in expensis, qa non probauit exceptionē excōicationis possit opponi iterato de eadē excōicatione, uel alia cōtra actorē petentē expensas, ad quas reus fuerit cōdēnatus. & idem si penderet dilatio ad probandū excōicationē secūdo loco oppositam. & adducit Spec. in tit. de arbitro. §. sequitur. in 9. col. ad finē. ver. quid si post. & in ti. de cōtumacia. §. vlt. ver. sed pone reus. pro quo est tex. hic vbi exceptio excommunicationis impedit executionem sententiæ, sicut est in dicto casu. vide per Ioan. An. post Innocen. in d. c. exceptionem. & in cap. qua fronte. in glo. quæ superest. ā. de appella. & quod no. in c. j. ā. de
2 rescrip. eod. lib. † Vltimo no. quòd iudex ex officio debet repellere excōicatum etiam parte non opponente. quod intelligit Inno. & Ioan. An. nisi reus, cuius interest, vellet procedi.

Sed

A D D I T I O.

a Quando talis exceptio omissa possit opponi latè per Fel. in c. ad audientiam. el a. omittens dilatoriam. de rescrip. & in c. pastoralis. de excep.

Sed certè & inuita parte iudex dēr repellere, quia tex. hic præcipit iudici. & facit l. quos prohibet. ff. de poſtulando. & maximè p̄p periculum cōionis, & aliarum cauſarum, de quib. hic in tex. & facit gl. notabilis in c. nulli. ꝫ. de accu. de quo hic per Domi. In gl. in ver. executionem. in fi. licèt merus executor has exceptiones admittat, & ſummariè examinet, tamen non pronūciat. ꝫ. de offi. dele. paſtoralis. §. quia verò. ſed remittit partes ad delegantem. ꝫ. de re iudi. de cætero. ſm Io. And. dicentem quod mixtus executor omnes exceptiones rationabiles debet admittere, & diffinire. de quo in d. c. de cætero.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis ſi non admittit exceptionem rei iudicatæ per eccleſiaſticū, videtur derogare eius iuriſdictioni.*
2 *Sententia lata iudice eccleſiaſtico qualiter probet coram iudice ſeculari.*
3 *Cognitio continet in ſe deciſionem, ſi profertur in materia includente neceſſario deciſionem.*
4 *Exceptio rei iudicatæ vt locū habeat, debent tria concurrere, ſcilicet quod eadem ſint perſonæ, eadem res, & eadem cauſa.*
5 *Mala fides impedit præſcriptionem longiſſimi temporis non tantum inductam à iure communi, ſed etiam à ſtatutis.*
6 *Archiepiſcopus licèt non poſſit ſuum ſuffraganeum remouere ab epiſcopatu, poteſt tamen eum ſuſpendere, & excommunicare.*

CAP. II.

1 CVm quidam ſæculares. †No. ꝙ ſi iudex laicus non admittit exceptionem rei iudicatæ per eccleſiaſticū, dr̄ derogare eius iuriſdictioni, & iudex eccleſiaſticus in caſib. in quib. ſecularis derogat eius iuriſdictioni, poteſt illum compellere per cenſuram eccleſiaſticam monitione tamen præmiſſa, vt 24. q. 5. adminiſtratores. & j. de ſta. 2 mo. c. j. †Sec̄dò tene menti. & ita allegat, ꝙ ſnia lata coram ꝯpetenti iudice eccleſiaſtico probat coram iudice ſæculari vel ecōtra. & idem eſt in alijs actis iudicialibus, quia acta, & probationes factæ inter clericum & laicum coram iudice ſæculari competenti probant coram eccleſiaſtico vel econtra, vt in c. ſæculares. ꝫ. de fo. ꝯpe. eo. lib. & facit c. cauſam quæ. ꝫ. de teſti. & quod no. in c. fi. ꝫ. de iudi. eo. lib. Et ſic exceptio rei iudicatæ poteſt opponi coram quocunq; alio iudice etiam maiori, & diuerſi fori vt hic dicitur. vel etiam diuerſi territorij, vt in l. a diuo. §. ſi magna. ff. de re iudi. requirit̄ tamen, vt obſtet exceptio rei iudicatæ, ꝙ fuerit lata ſnia a iudice competenti, & idem in alijs actis, & probationib. ad hoc, vt faciant fidem coram alio iudice, vt d. c. ſæculares. Sicut etiā dicitur in exceptione litis pendentię, quia eſt neceſſe quod pendeat coram iudice competenti, vt in cle. 2. vt li. pen. Vlt. no. ꝙ nunquam eccleſiaſticus debet admittere exceptionem rei iudicatæ per iudicem ſæcularem, quādo 3 ex ea inſurgeret periculum animæ de quo ꝫ. de offi. ord. c. j. †In glo. 2. in prin. no. ꝙ appellatione cognitionis, venit etiam deci. qñ profert̄ in materia neceſſario includente deciſionem, ſicut hic erat, regulariter verò quid ſit, vide in c. ſuper quæſtionum. in prin. ꝫ. de of. dele. & in l. a diuo Pio. & ibi per Bar. ff. de re iudi. in prin. & per glo. in l. qui procuratorem dat. ff. de procu. In glo. in fi. no. glo. ad intellectum. l. de qua re. hic alle. & vide plures alios caſus, in quib. hæc regula fallit per glo. & Io. An. in c. eum ſuper. hic alleg. In glo. in ver. de iure. in princ. vide plures alios caſus per Io. An. in glo. 2. in c. ſuſcepto. hic alle. & hic per Domi. In ea. glo. in fi. no. ꝙ iſta tria. ſ. lex, conſuetudo, & priuilegium æquiparantur. de quo etiam per gl. & Inno. in c. nouit. 4 de iudi. † In glo. in ver. admitti. in fi. tene menti ex glo. ꝙ tria debent ſimul concurrere, vt obſtet exceptio rei iudicatæ, ſcilicet identitas perſonarum, rei, & cauſæ, & idem eſt in exceptione li. pen. vt debeant iſta tria concurrere, vt dixit Bar. in l. fundum. ff. de excep. & ideo dicitur, ꝙ cui non nocet ſententia, non nocent acta nec probationes, & ſic nec exceptio li. pen. vt in l. idē que. ff. de iureiu. & tenuit Inno. in c. cauſam quæ. ꝫ. de teſtib. & vide ad prędicta per Inno. & Doct. in c. fi. ꝫ. de ordi. cog. In glo. in ver. inducunt. in fi. per ea quæ dicit glo. & per hunc tex. no. refert hic Io. An. fuiſſe terminatum, quod ſicut laicus debitor laici poſt completam præſcriptionem quinquennij introductam per ſtatutum fecit ſe clericum, & poſtea conuenitur coram iudice eccleſiaſtico, non poterit ſe tueri illa præſcriptione ſtatutaria contra ſuum creditorem propter periculum aīæ, ſicut etiam nō poſſet in foro eccleſiaſtico ſe tueri præſcriptione 30. annorum, quam cum mala fide, dum erat laicus, perfeciſſet, vt in c. fi. ꝫ. de præſcrip. Et cauſæ clericorum, qui etiam laici fuiſſent, decidi debēt ſm ius canonicum, vt in c. quod clericis. ꝫ. de fo. compe. imò dicit hic Io. An. ꝙ etiam de iure ciuili. & In eius foro non valeret tale ſtatutum, per no. per eum ꝫ. de conſti. quæ in eccleſiarum. io j. glo. & per Hoſt. in ſum. in tit. de cōſue. §. & de veritate. ver. ſed pone. & ſeq. & in tit. de teſte. §. ſed 5 qualiter. ver. conficiatur. ver. cum quæritur. & ſeq. ſm Lap. † Ex a quib. tene menti primò, ꝙ mala fides impedit [a] non ſolùm præſcriptiones longiſſimi temporis inductas a iure communi ſuper actionib. perſonalib. ſed etiam inductas a ſtatutis, cum tale ſtatutū non valeat etiam in foro ſæculari, ex quo nutrit peccatum, de quo eſt tex. in c. fi. vbi dicit, ꝙ nulla præſcriptio procedit cum mala fide, de quo per Bart. in l. ſequitur. §. ſi viā. ff. de vſuca. & in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. & per Doc. in d. c. fi. & per Bal. in l. j. & 2. C. de ſer. & aqua. & no. in regu. malæ fidei poſſeſſor. j. eod. libr. & plenè per Pet. de Anchara. in ca. ſuper eodem libro in ſua repetitio. Secundò tene menti limitationem ad c. conſtitutus. ꝫ. de in integ. reſtit. quia licèt quando leges, vel ſtatuta iniecerunt vires in laicum ante clericatum, debeant ſeruari etiam poſt clericatum, vt ibi dicit & no. Io. And. in regula ſine culpa. j. eo. titu. tamen illud procedit, niſi ſtatuta, vel leges inducant peccatum, vt in prędictis vel alijs ſimilibus caſibus, quia tunc omni caſu debent ſeruari canones & nō leges vt ꝫ. Et refert hic Lap. & Domi. & Hoſt. in d. ver. cum quæritur. & ſequenti, tenere ꝙ ſi laici litigant coram eccleſiaſtico de re temporali, quia prorogauerunt iuriſdictionem in eum, ꝙ niſi ſit actum, vt debeat iudicari ſm leges, iudicabit ſm canones. Idem videtur tenere Archid. 8. diſt. quæ eſt contra ſuper. j. glo. & Spec. in tit. de ſententia. §. qualiter. ver. Item pone. quod intelligit hic Domi. quo ad ordinatoria litis, & ita procedit gl. in d. c. ꝙ clericis. & no. Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de conſtit. Sed quantum ad deciſoria debent ſeruari leges, quibus ligantur ipſi litigantes ſm no. per Inno. in rubrica. ꝫ. de conſuetu. facit. l. 2. C. quemadmo. teſtam. aperi. vbi quātum ad ordinatoria litis ſemper debet attendi conſuetudo loci curiæ vbi iudicium agitatur. In glo. in ver. ſuperiores. in fi. facit clem. paſtoralis. in fi. de re iudi. ex quo ad epiſcopum ſuperior eſt Metropolitanus. 34. diſtin. c. j. in fi. ſm Arch. dicentem ꝙ licèt Metropolitanus non poſſit remouere eum ab adminiſtratione, vel epiſcopatu, tamen excommunicare, & ſuſpendere poteſt, vt not. in c. j. ꝫ. de offic. ordi. & per hunc tex. & in c. ex litteris. ꝫ. de iure patro. concludit hic Ioan. And. ꝙ ſi inferior recuſat facta, ꝙ debeat ad ſuperiorem eius recurri, vt illum cogat, & puniat. de quo hic per Pet. de Ancha.

ADDITIO.

a Nico. Superan. Mala fides impedit. Adde Docto. in regula poſſeſſor. de re. iu. lib. 6.
Vinc. God. Mala fides ne dum impedit, ſed ante interrumpit præſcriptionem actionis Ruy. conſi. 170. nu. 32. lib. j.

De præſcriptionibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptionem allegans debet illam probare, & omnes eius qualitates, quæ ſunt ad illam neceſſaria.*
2 *Bona fides præſumitur etiam in non habente titulum.*
3 *Poſſeſſionem ex titulo non eſt neceſſarium iuſtificare in præſcriptione tanti temporis, de cuius memoria non exiſtit contrarium.*
4 *Decimarū appellatione oēs decimæ cōtinentur, & nō ipſa quarta decimarū.*
5 *Præſcriptionem probare volens debet probare tātum ſe legitimè præſcripſiſſe, licèt non dicat per 40. vel 30 annos.*
6 *Præſcriptio qualis currat in rebus patrimonialibus clericorum.*
7 *Titulus requiritur in præſcriptione, quando ius commune eſt contra præſcribentem, & fundat intentionem agentis.*
8 *Titulus an requiratur in præſcriptione, vel an ſufficiat bona fides. vide diſtinctionem nu. 9. 10. & 11.*
12 *Conſuetudo an ſit neceſſariò allegenda, & probanda.*
13 *Titulus in præſcriptione ſufficit, ſi ſit verus, & iuſtus. Quid ſi ſit cauſatus ab errore facti probabili.*
14 *Exceptio in fine poſita debet adaptari, cui adaptari poteſt.*
15 *Præſcriptio tanti temporis, cuius memoria non exiſtit, qualiter probari poteſt per teſtes.*
16 *Teſtes autem cuius ætatis eſſe debent.*
17 *Probatio facta per teſtes memoriam extare, præfertur probationi memoriam non extare.*

CAP. I.

EPiſcopum qui. Nota primò ibi ab eo repetis. arg. quòd vbi agitur de re poſſeſſa per prælatum, poteſt dirigi libellus contra ipſum prælatum licet nomine eccleſiæ non expreſſo. Qualiter autem debeat agi, vide no. in c. ex litteris. ꝫ. de proba. 1 & in c. litteræ. de dilatio. † Nota primò ibi, & probare. & ita alle-

allegatur, quòd excipiens a præſcriptione videtur non ſolum illam probare, ſed etiam omnes alias qualitates ad illam neceſſarias, vt eſt bona fides, & titulus, eo caſu quo requirit. qui ergo præſcriptionem allegat, eam probare debet ut hic, & c. veniens. & c. auditis. ē. eo. titu. Et idem in conſuetudine, vt qui eam allegat probare teneatur, vt in c. cum dilectus. ē. de conſuetu. & an publicatis atteſtationibus ſuper poſſeſſione poſſit poſtea probari titulus per teſtes, Ioan. Andr. remittit ſe ad nota. per eum in cap. fraternitatis, ſuprà de teſtibus. in 4. quæſt. de quo ibi plenè notatur & Ioan. Andr. concludit ibi, quòd non, quando articulus fuit formatus ſuper præſcriptione, ſecus ſi ſuper poſſeſſione tantum, vt hic refert Domi. † Secundò no. quia videtur probare iſte tex. quòd etiam in non habente titulum præſumitur bona fides. facit glo. in l. ſi quis emptionis. C. de præſcrip. 30. annorum, de quo per Barto. & Imo. in l. Celſus. ff. de vſucap. & per gloſ. & Docto. in c. ſi diligenti. ē. eod. & per Innocen. in c. 2. ē. de reſtitu. in integ. Secundò tene menti, quòd regulariter de iure canonico in [a] præſcriptione non requiritur titulus, ſed ſufficit poſſeſſio cum bona fide niſi in duobus caſibus hic expreſſis, ſcilicet quando ius commune, vel præſcriptio facit contra poſſidentem, de quo j. in gl.

3 † Vltimò tene menti, quòd in præſcriptione tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria, non requiritur, quòd iuſtificetur poſ. ex titulo, licèt ius commune, vel præſcriptio ſit contra præſcribentem, & ſic non requiritur, quòd allegetur, vel probetur titulus, quia præſumitur titulus ex tanto tempore, argumentum. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. & erit titulus pro ſuo, vt in l. j. & 4. ff. pro ſuo, ſecundum Archidiac. & Ioan. And. & vide per eum in c. cum apoſtolica. ē. de his quæ fiunt a prælato, de quo etiam notabiliter per Rotam in deciſi. 259. quæ incipit, Item ſi rector. & vide aliàs notabiliter text. in c. ſuper quibuſdam. ē. de verbo. ſignifi. vbi etiam iura reſeruata Principi poſſunt præſcribi per priuatum per præſcriptionem tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria, quòd tamen limita in procuratione, quæ eſt debita ratione viſitationis, quia contra illam non curreret præſcriptio, etiam ſi eſſet tanti temporis, in cuius contrarium non eſſet memoria, vt in c. cum ex officij. ē. de præſcrip. & ibi per do. Nic. in prin.

4 vbi ita notabiliter limitat text. hic. † In glo. 3. in fi. no. ex glo. ſecundum Domi. quòd appellatione decimarum propriè omnes decimæ compræhenduntur, non autem ipſa quarta decimarum, quod nota pro ſtatutis & priuilegijs, in quibus verba debent intelligi propriè vt in c. in noſtra. de iniurijs. & in c.

5 porrò de priuileg. † In glo. in verbo legitimè. in principio, nota iuncto tex. quod volenti probare præſcriptionem ſufficit allegare, quòd legitimè præſcripſit, licèt non dicat per 40. annos. Nam hoc ſubintelligitur, vt hic in glo. tenuit Innocē. & Ioan. And. in d. c. fraternitatis. In eadem glo. in fi. Quid autem ſi eccleſia præſcribit contra laicum. Ioan. Mona. hic dicit, quòd ſufficit ſpatium 30. annorum. Idem voluit gloſ. in c. illud. ē. eod. titu. Sed Ioan. Andr. ibi tenet, quòd ſufficiat ſpatium decem annorum. & idem tenuit in regula qui ad agendum. j. eod. lib. dicens, quod eccleſia præſcribit rem priuati vt priuatus, ſcilicet per tempus decem vel 20. annorum. Et idem Hoſtien. in ſumma in titu. de præſcript. §. requiritur. ver. nunquid requiritur. & gloſ. in Authen. de eccleſiaſticis titulis. §. pro temporalibus, & in authen. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle. & ibi Barto. & Bald. & Ioan. de Fant. hic dicens prædicta procedere in præſcriptione decem, vel 30. annorum, quia ius canonicum nihil de ea immutat, & de ipſa non loquitur hic. Sed in præſcriptione, in qua non requiritur titulus, ſed ſufficeret bona fides, tunc procedat opin. Ioan. Monac. hic, vt requiratur ſpatium 30. annorum, vt in d. l. ſi quis emptionis, quia illud idem tempus etiam requiritur inter laicos, & ita videtur velle Imo. in dicto c. illud. Et per eandem rationem in præſcriptionibus iurium incorporalium & ſeruitutis, & vſusfructus & ſimilium dicendum eſt, quòd eccleſia præſcribat contra priuatos ſicut priuatus contra priuatum, de quo per Barto. in l. j. ff. de itinere actuque priuato, & in l. ſeruitutes, & ibi per glo. ff. de ſeruitutibus. & Bald. in l. 2. C. de ſeruitutibus. & vide notabiliter per Innocen. in c. cum dilectus. ad fi. ē. de conſuetudi. per Dyn. in regula poſſeſſor. j. eod. libro.

6 † Sed quæritur, quanto tempore præſcribatur in rebus [b] patrimonialib. clericorum. dic quòd ſicut præſcribitur contra priuatum, ita & contra bona patrimonialia clerici. & ita voluit glo. notabilis & ſingularis, 16. q. 4. poſſeſſores. facit glo. in c. quamquam. j. de cenſibus, quia bona clericorum in hoc non gaudent eodem priuilegio cum bonis eccleſiæ, & ita tenet Do. Anto. & Do. Nico. in d. c. ſi diligenti. & ibi plenè per eum in fi. Quid autem ſi laicus habet rem communem cum eccleſia. per Do. Nico. in d. c. de quarta. in 8. colum. & facit l. ſi communem. ff. quemadmodum ſeruitus. & per Innocen. in c. cum dilectus. ad finem. de conſuetu. & per glo. in c. j. de iurepatrona. in 6. & plenè per Do. Nico. in c. eccleſia. de conſtitutio. in 4. colum. In

7 glo. magna in princip. tene menti totam hanc glo. ordin. † In eadem gloſ. ibi conclude ergo &c. no. ſingu. limitationem ad hunc tex. vt tunc requiratur titulus, quando ius commune eſt contra præſcribentem, & fundat intentionem agentis, ſecus ſi eſſet contra præſcribentem, tamen non fundat intentionem agentis, ſicut aliàs voluit glo. in ſimili, in c. ad decimas. ē. de reſtitu. ſpoliato. & idem tenet hic Archidia. & Ioan. And. adducens no. per eum in c. conquerente. ē. de offi. ordin. in glo. per hoc, ver. & ſunt hæc vera. & ita tranſeunt hic Docto. Pro quo facit text. hic in princip. loquens de eo, cuius intentio eſt fundata de iure communi. Sed tex. hic in medio, & in fine facit contra, & contra hanc gloſ. vbi generaliter diſponit, quòd vbi ius commune eſt contra præſcribentem, vel præſumptio eſt contra ipſum, non ſufficit bona fides, ſed requiritur titulus. Pro quo etiam facit ratio, quia ſi ſola præſumptio ſufficit, vt requiratur titulus, vt hic, fortius debet requiri, quando ius commune eſt contra præſcribentem, licèt non fundet intentionem agentis. Ideo autem requiritur titulus, quando ius commune eſt contra poſſidentem, quia eſt præſumptio malæfidei, vt in regula qui contra. j. eo. lib. cum quilibet præſumatur ſcire iura, vt l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus. quæ ratio pariter locum habet, licèt ius commune non fundet intentionem agentis, & per has rationes tenuit Do. Nico. contra hanc glo. in d. c. ſi diligenti. circa fi. & facit, quod not. in d. c. ad decimas.

8 † In ea. glo. in fi. conclude tres caſus principales, ſi quæratur, an in præſcriptionibus requiratur titulus, vel ſufficiat bona fides. Et primò quòd aliquando ius commune facit contra præſcribentem, & tunc requiritur titulus, & bona fides: vt hic, quæ bona fides non præſumeretur, niſi fiat fides de titulo. & hoc in eo, qui incępit pręſcribere. Sed in eius ſucceſſore præſumitur bona fides etiam non facta fide de titulo, maximè ſi non agat, ſed excipiat, & credebat prædeceſſorem iuſtum titulum habuiſſe, ſecundum Lap. dicentem, quòd bona, vel mala fides prædeceſſoris non nocet, nec prodeſt ſucceſſori, ſed bene noceret, & prodeſſet malus vel bonus titulus, vt notatur in regula, cum quis. & in regula is qui. j. eo. lib. Sed prædicta limita primo in præſcriptione tanti temporis, in cuius contrarium non eſt memoria [c] quo caſu non requiritur titulus etiam in pręſcribente contra ius commune, vt hic in tex. Secundò limita, quando tractatur de præſcribendo in actu, qui ſimul cum præſcriptione creatur, vt no. in c. generali. in gloſ. in ver. antiqua. ē. de electio. eo. lib. Tertiò limita, quando ius commune non improbat, ſeu non iuſtificat poſſeſſionem pręſcribentis, licèt ius commune facit contra pręſcribentem, vt in c. cum eccleſia. ē. de cauſa poſſeſſionis, ſecundum Do. Anto.

9 in d. c. ſi diligenti, cum iſtis caſibus non requiratur titulus. † Secundò caſu, quando agitur de pręſcriptione contra ius priuati, eo caſu quo ius commune non reſiſtit pręſcribenti, ſed ſuper re, vel iure qua pariter eſt capax pręſcribens, ſicut & impugnans pręſcriptionem, & tunc aut contra pręſcribentem non eſt pręſumptio, & ſufficit bona fides, & eo ipſo quòd quis poſſidet, pręſumitur in dubio poſſeſſio iuſta, vt 9. q. 3. conqueſtus. & pręſcribens non habet probare titulum. facit l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prediorum. & voluit Innocen. in d. c. ſi diligenti. Sed ſi contra pręſcribentem eſt pręſumptio, tunc requiritur non ſolum bona fides, quę non pręſumitur, ex quo eſt pręſumptio in contrarium, ſed etiam titulus, vt hic, & dicitur pręſumptio eſſe contra pręſcribentem, putà in caſu dicti c. ſi diligenti. vel quando quis ſuper eadem re obtinuit ſententiam contra alterum, quia licèt talis ſententia non facit pręiudicium tertio quo ad petitorium, tamen facit quo ad poſſeſſorium,

ADDITIONES.

a Nico. Supe. In præſcriptione non requiritur titulus. Adde glo. & Doct. in c. Apoſtolicæ. de do. Docto. in c. ſi diligenti. & in c. fi. de præſcrip. in antiquis. Doct. in c. dudum. de deci.

Vin. Go. Quòd pręſcriptio 30. annorum habeat vim priuilegij nec requiratur titulus, ſcribit Rui. conſi. 3. nu. 17. lib. j.

b Nico. Supe. In rebus patrimonialibus clericorum. Adde Doct. in c. de quarta. de præſcrip. Abb. in c. j. de conſue.

c Vin. God. Quando præſcriptio illa, cuius initij memoria non ſit in contrarium ſufficiat, Rui. conſi. 26. nu. 14. lib. j.

sessorium. & sic contra possidentem, vt in c. cum super. ꝫ. de re iudi. secundum Ioan. And. Et idem in prælatis, qui exigunt seruitia a subditis, quia præsumitur, ꝙ subditi præstent potius ex timore quàm ex debito. & ideo præscriptio non procedit. j. q. j. nullus. 10. q. 3. quia cognouimus. Et idem quando datum vel seruitium præsumitur ex charitate, vel vrbanitate præstitum, vt puta si Episcopus multis vicibus recipit alium episcopum, vel miles militem ad aliqua seruitia secundum Ioan. An. hic & in dicto c. cum ecclesia. super glos. caute. & ita potest 10 intelligi tex. hic. † Aliquando est præsumptio contra præscribentem, & contra impugnantem præscriptionem, & tunc debet attendi fortior præsumptio, quæ tollit aliam præsumptionem magis debilem, vt l. Diuus. ff. de in integ. restit. & si fortior præsumptio est contra præscribentem requiritur titulus, aliàs secus, putà in Episcopo præscribente iura episcopalia suę diœcesis contra priuilegiatum, vt no. in c. cum dilecta. ꝫ. de confirma. vti. in fi. secundum Ioan. And. Si verò contra præscribentem ius priuati non est præsumptio tunc in præscriptione iurium incorporalium, vt seruitutis, vel libertatis non est necessarius titulus, sed sufficit bona fides cum patientia aduersarij vt in l. si quis diuturno. ff. si seruitus ven. Et in istis incorporalibus non præsumitur bona fides, nisi probetur probabilis error secundum Bald. in d. l. 2. & Barto. in d. l. j. & per Do. Anto. & Imo. in dicto c. si diligenti. Quod tamen limita primò in vsufructu præscribendo, quia licèt sit ius incorporale, & sic quædam seruitus in rebus alienis, vt in l. j. & 2. ff. de vsufru. tamen ad præscribendum requiritur titulus in præscriptione 10. vel 20. annorum, vt l. fi. C. de præscrip. longi temporis. Et ratio est, quia vsusfruc. est pars dominij, vt in l. 4. ff. de vsufru. Ideo titulus requiritur sicut in præscribendo dominio 11 vt per Dy. in d. regula possessor. † Secundò limita, quia quando contra ecclesiam præscribitur in iuribus incorporalibus licèt non requiratur titulus, tamen requiritur spatium 40. annorum, vt in c. illud. & c. de quarta. & ita sequitur ibi Do. Nico. in 10. & 11. colum. Et vide glo. in l. luminibus. ff. de seruitu. vrbanorum prædiorum. Si verò agitur de præscriptione rerum corporalium immobilium, tunc in præscriptione 30. vel 40. annorum non requiritur titulus, sed sufficit bona fides, vt dicto c. de quarta. & c. ad aures. ꝫ. eo. titu. & præsumitur bona fides in possidente, siue agat, siue excipiat de præscriptione secundum Lap. & facit quod no. Barto. in l. fin. C. vnde vi. non tamen procederet dicta præscriptio cum mala fide, vt in d. c. fi. quod tamen limitat Lapus, quando præscribens habet ius commune pro se, vt si præscribat contra subditum priuilegiatum quo casu præscribens habet ius commune pro titulo, & procedit præscriptio etiam cum mala fide, vt notat Ioan. And. in dicto c. cum dilecta. super verbo præscrip. & super verbo in sua diœce. quo casu præscribitur spatio 30. annorum etiam contra ecclesiam secundum Hosti. in c. cum accessissent. ꝫ. de constitu. in glo. vlti. in fi. dicens ita intelligendum c. Sanctorum. ꝫ. eo. secundum Lap. Sed in hoc Pet. de Anchara. contra, quia nulla præscriptio procedit cum mala fide, vt in dicto c. fi. de quo tamen per Docto. ibi, & in dicto c. Sanctorum. Si verò agitur de præscriptione longi temporis decem, vel 20. anno- a rum, & requiritur bona fides,[a] quæ an in dubio præsumatur in ipso possidente no. in dicto c. si diligenti. Item etiam requiritur titulus verus, vel putatiuus, de quo j. in glo. & hoc procedit tam de iure ciuili quàm canonico, cum ius canonicum nihil de tali præscriptione immutet secundum Ioan. de Fan. hic. licèt Dyn. in regula possessor. j. eo. lib. aliud velit, & malè, & ita tenet domi. Nico. in dicto c. de quarta. in fi. & 107. colum.

12 † Qui autem sit in consuetudine, tenet hic Archid. quòd non sit necesse probare, vel allegare titulum, etiam si possessio sit contra ius commune, sed sufficit vsus cum præscriptione, de quo etiam per eum in dicto c. quia cognouimus. & 18. q. 3. seruitium. & per Ioan. And. in c. cum olim. ꝫ. eo. & in c. fi. ꝫ. de consuetudi. & ibi de differentia, quæ est inter consuetudinem, & præscriptionem, & per Bald. in d. authen. quas actiones. Et vide etiam hic per Archidia. quid si possessio contra ius commune allegatur per aliquem non ad præscriptionem, vel consuetudinem causandam, sed ad hoc, vt sua electio confirmetur, vt si dicat se esse in possessione iuris eligendi contra illum, pro quo facit ius commune, & ideo petit suam electionem confirmari, an sit necesse quod de bona fide probetur. & concludit quod non, vt etiam tenuit Innocen. in dicto c. 2. de quo ibi per 13 Doctores. † In glo. in verbo causam. in fi. conclude, ꝙ sufficiat ad præscriptionem titulus verus, & iustus. Et idem si sit putatiuus causatus ab errore facti probabili, vt in c. auditis. ꝫ. eo. secus si sit causatus ab errore iuris, in c. dudum. ꝫ. de decimis. & in l. nunquam. ff. de vsucapio. Et an error iuris habeat causare iustum titulum, quãdo est admixtus cum errore facti. vide per Barto. in l. si vir vxori. ff. de vsucap. pro donato. & de his omnibus per glos. & Docto. in d. c. de quarta. & c. si diligenti. & per Rotam in sua decisi. 471. quę incipit, Item ꝙ si appareat. & per domi. Pet. in suo tractatu canonicę episcopalis, in 3. char- 14 ta, in princi. † In glo. in verbo, nisi in fi. Nota primo, ꝙ vbi exceptio in fine posita non potest de iure adaptari, nisi ad alterum tantum, debet solum intelligi de illo casu, cui adaptari potest. Secundò nota ex glo. iuncto tex. ꝙ etiam in præscriptio- b ne[b] tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria, requiritur bona fides, facit quod no. Ioan. And. in c. vigilanti. 15 ꝫ. eo. titu. licèt Pet. de Anchara. hic aliud velit. † In glo. fi. ibi dicunt testes, tene menti glossam ordinariam ponentem practicam qualiter præscriptio tanti temporis in cuius contrarium non extat memoria, possit probari per testes, & vide notabiliter per Bald. in authen. quas actiones. circa finem. C. de sacrosan. eccle. Per instrumenta autem non videtur posse probari hæc cõis opinio vel negatiua, cũ non sit res, de qua possit confici instrumentum, licèt quandoque secus sit in negatiua coarctata vt no. per Ioan. And. in c. bonæ el j. ꝫ. de postula. præla. Sed ipsius contrarium cum sit actus affirmatiuus, bene recipit probationem per instrumentum, per quod poterit patere memoria contrarij actus, secundum Ioan. And. de quo per glo. & Do. Nico. in c. cum nobis olim. ꝫ. eodem titu. in 3. co- 16 lum. † Sed quęrit hic Lapus, cuius ętatis debeant esse testes. dicit ꝙ quinquaginta quatuor annorum, vel saltem tanti temporis vltra 40. annos, ꝙ fuerint doli capaces tunc, cum cęperunt videre possidere, secundum glossam notabi. 37. distin. relatum & in l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus, vt sic saltem probent possessionem 40. annorum, & præscriptionem de visu non sufficeret de auditu nisi a 40. annis supra, vt hic & facit c. licet ex quadam in ti. ꝫ. de testib. secundum Lap. & vide per Pau. in clemen. vt professores. de regularib. & per Specu. in tito. de probatio. versi. illud autem & sequenti, & per Innocen. & Docto. in dicto c. cum nobis. ꝫ. eo. & in dicto c. veniens. & per Bald. in 17 dicta authen. quas actiones. † In eadem glo. in fi. tene menti ex glo. quòd probatio per testes memoriam extare pręfertur probationi memoriam non extare, quia magis creditur affirmantibus quàm negantibus, quod videtur esse contra doctrinam Bal. in l. cum hi. §. in causa. ff. de transactioni. vbi voluit, quòd quando negatiua est coarctata, ita credatur testibus negantibus, sicut affirmantibus. Pro quo glos. notabi. 81. distin. clerici. posset fortè dici, quòd ita credatur, sed quòd cęteris paribus pręferantur affirmantes, & ita sit glos. notabi. hic de cuius materia vide per Specu. in dicto §. versi. vltimò quęritur vsque ad finem, & hic per Lap. concludentem, quòd si Episcopus, a quo petuntur decimę, quas possidet in aliena diœcesi allegat pręscriptionem 40. annorum, tunc debet de iure suo probare, aliàs obtinebit petens etiam si nihil probet, qui. & si ipse allegans pręscriptionem probet de iure suo, tunc transfertur onus probandi in actorem, quem oportebit probare, quòd c saltem semel fuit in possessione decimarum[c] seu decimę fuerunt solutę intra 40. annos, & si episcopus talis allegat pręscriptionem tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria. & tunc sufficit eidem probare communem opinionem & famam iuxta no. hic in glos. & in Specu. in dicto §. j. In fi. aliàs obtinebit petens etiam si nihil probet, vt ꝫ. sed probata cõmuni opinione vel fama transfertur onus probandi in actorem, & sufficit probare saltem semel fuisse in possessione decimarum, seu decimas fuisse solutas intra tempus, de quo non extat memoria in contrarium secundum ipsum Lap. & vide plenè per Ioan. And. in regula sine culpa. j. eo. lib.

ADDITIONES.

a Vinc. Gode. Nota, quòd præscriptio sine bona fide currere non potest. Ruy. consi. 150. nu. 13 lib. 4.

b Nic. Supe. In præscriptione tanti temporis. Adde quòd idem operatur quod priuilegium secundum Ioan. Mona. in c. 2. de praben. lib. 6. & alleg. ad hoc c. super quibusdam, de verb. signi.

c Vin. God. Adde ꝙ præscriptio decimarum cùm stricti iuris sit, nequaquam extendi debet. Ruy. consi. 242. nu. 30. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum appellatione an contineantur tam mobilia, quàm immobilia.*
2 *Ipso iure hoc verbum comprehendit priuationem rei absque sententia.*
3 *Legum humanarum appellatione veniunt leges ciuiles, sed appellatione legum diuinarum veniunt leges ecclesiasticæ.*
4 *Feudum vasalli propter delictum indistinctè reuertitur ad dominum.*

Præscri-

5 *Pręſcriptio qualis currat contra eccleſiam, in bonis, quæ ſunt eccleſiæ, quo ad directum, vel vtile dominium. nu. 6.*
7 *Eccleſia Romana gaudet priuilegio centum annorum in præſcriptione, excepto vno caſu, vt hic.*
8 *Memoria hominis qualiter poßit damnari poſt mortem propter delictum.*

C A P. II.

1 SI qui exigentibus. † Nota primò ibi bonis, quia intelligitur etiam de mobilibus vt in l. bonorum. ff. de verbo. ſigni. & in c. relatum. el 2. ē. de teſta. & ita tenet hic Ioan. And. Sed quidam contra, vt ſolum intelligatur de immobilibus, prout intelligit glo. 2. hic quia loquitur de ſeudo. Item iſta mobilia ſunt res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & nõ præſumuntur durare vltra triennium, ſecundum glo. in l. j. C. ſi aduerſus vſucap. Ergo iſte tex. loquens de præſcriptione 40. vel centum anorum in eis locum non habet, ſed debet adaptari ad immobilia. & ſic ad ea, quæ plurimum accidunt, vt in l. nam ad ea. ff. de legi. Sed Domi. hic ſequitur primam partem quia glo. hic non negat, quin iſte tex. locum babeat in alijs bonis. Et quia etiam ſunt quædam mobilia, quæ durare poſſunt per illud tempus, ergo & in illis locum habeat iſte text. Et ex his nota caſum, in quo etiam in bonis mobilibus contra eccleſiam non currit minor præſcriptio 40. annorum, de quo in c. j. ē. de teſtit. in integ. & in authen. quas actiones. C. de ſacroſan. 2 eccle. & per do. Nico. in d. c. de quarta. † Secundo no. ibi per a ſententiam, vel ipſo iure, quod verbum [a], ipſo iure, includit priuationem rei abſque alia ſententia. facit c. j. & ibi glo. ē. de reſcrip. eo. lib. & idem ſi diceretur ipſo facto vt in c. ſciant. ē. de elect. eo. lib. omni tamen caſu requiritur ſententia declaratoria, vt in c. cum ſecundum. j. de hæreticis. & in c. pro humani j. de homicidio. eo. lib. & l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci. & tenet hic Ioan. And. dicens, quòd realis executio, de qua hic, fieri poteſt in bonis, in quibus quis eſt priuatus ipſo iure, abſque eo quòd procedat ſententia priuatiua, ſed declaratiua eſt neceſſaria, vt ē. & vide in l. raptores. C. de epiſco. & cleri. Tertio no. quòd iuri executiuo quæſito per ſententiam hominis, vel ipſo iure, præſcribitur per tantum tempus, quantum præſcribitur ipſi principali actioni, de quo hic per Pet. de Ancha. & per Docto. in l. ſicut. C. de præſcrip. 30. annorum. & vide per 3 glo. in l. j. C. ſi aduerſus tranſact. † Vltimò no. quòd appellatione legum humanarum veniũt leges ciuiles, & Imperatorum, ſed appellatione diuinarum veniunt eccleſiaſticæ, ſecundum Archidia. de quo 3. q. 5. quia ſuſpecti. & 8. diſtin. quo iure. imò leges dicuntur ſacratiſſimæ, vt l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus. & fuerũt diuinitus per ora principum promulgatæ. 16. q. 3. nemo. Et ad prædicta vide tex. & glo. notabi. in c. 2. j. de pri-4 uile. † In glo. 2. in fi. no. iuncto tex. quòd feudum vaſalli propter delictum indiſtinctè reuertitur ad dominum, de quo per b Ioan. And. in c. 2. in fi. ē. de feudis. Delictum ergo patris [b] nocet filijs in feudalibus. Quid autem in rebus emphiteuticis vide per Barto. in l. 3. ff. de interdict. & relega. & in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbo. obliga. & quod no. in c. vrgentis. ē. de hæreti. & in d. c. cum ſecundum. In glo. in ver. ipſo iure. in princ. idem Ioan. Mona. & Archidia. & ita videtur hic reſidere Ioan. And. In gloſ. in verbo videantur in fi. omnes ergo leges diſponentes contrarium ſunt correctę, de quibus hic plenè per Io. And. & per glo. & Barto. in l. in omnibus. hic alleg. vbi ponit quantum tempus requiratur in præſcribendo contra fiſcum in bo-5 nis incorporatis vel incorporandis. † Si verò quæritur de præſcribendo contra eccleſiam in bonis, quæ ſunt eccleſię quo ad vtile, vel directum dominum, & non currit minor præſcriptio 40. annorum, vt in d. c. de quarta. & hoc niſi in caſu, de quo per Lap. ē. c. proxi. & per Hoſtiē. ē. de conſtitutio. cum acceſſiſſent. Sed de bonis, de quibus quis eſt priuatus ipſo iure, vel per ſententiam apprehẽdendis, vel occupandis, & ſi talia bona tenebantur ab eccleſia, requiritur tunc ad præſcribendum contra eccleſiam tempus, de quo hic in tex. & iura ciuilia in contrarium loquentia ſunt correcta. Si verò dicta bona non tenebantur ab ipſa eccleſia tunc habent locum iura ciuilia, ex quo iſto caſu non reperiuntur correcta. & ideo ſi ſtatutum, vel conſuetudo loci diſponeret, quòd bona committentis homicidium, vel delictum deuoluantur ad eccleſiam ipſo iure. & tunc cum iſta bona non teneantur ab eccleſia, non habebn locum iſte tex. nec alij canones cum iſtis caſibus non loquantur, ſed habent locum iura ciuilia. ex quo iſto caſu non reperiuntur correcta. argu. ē. de elect. cum expediat. eo. lib. Nec ob. dictũ c. de quarta. vbi generaliter dicitur, quòd non currit minor præſcriptio 40. annorum contra eccleſiam, quia ibi loquitur, quando quis vult præſcribere rem eccleſiæ ſemel incorporatam ipſi eccleſiæ. ſecus in rebus laicorum, quæ propter delictum transferuntur in ipſam eccleſiam, quia cum iura canonica de his expreſsè non diſponant, & lex ciuilis de hoc ſpecificè diſponat. Ergo ipſa ſeruari debet ſecundum no. in c. licet ex ſuſcepto. ē. de foro competen. & ſic non ob. c. eccleſia. ē. de conſtitu. & ideo eſt quòd iſte text. non dixit indefinitè & generaliter de omnibus bonis, ſed tantum de bonis, quæ tenentur ab eccleſia. Imò poſſet dici, quòd prædicta procedant, quando lex ciuilis priuaret laicum propter delictum etiam bonis, quę tenet ab eccleſia ratione vtilis dominij, quia poteſt lex ciuilis apponere conditionem, quam vult in pęna a ſe impoſita ipſis laicis, vt no. in c. cum dilectus. ē. de dona. Contraria verò loquuntur in bonis, vel iuribus pręſcriptione quęrendis contra eccleſiam ſecundum Domi. & facit quod notabiliter voluit Bal. in 6 l. ſi quis curialis. C. de epiſco. & cleri. † Sed in contrarium facit quod tenet glo. hic volens quòd omnes pręſcriptiones ciuiles reſpicientes eccleſiam ſint correctę inquantum diſponant de minori tempore 40. annorum, ſicut eſt etiam in caſibus notatis per gl. in dicta l. in omnibus. in quibus fuerat boc ſtatutum per ipſas leges. & ſic poterant conditionem apponere, vt eis placuit, & illa non erant bona, quę tenerentur ab eccleſia & tamen glo. hic voluit, quòd etiam in his habeat locum iſte tex. Ad idem etiam facit textus bic in fine vbi hęretici priuantur bonis, vt non habeat locum minor pręſcriptio 40. annorum. & tamen illa bona non tenebantur ab eccleſia. & hanc partem videtur tenere do. Nic. in dicto c. cum nobis. in 4. colum. quatenus bona venirent publicanda eccleſię, vt ſemper requiratur pręſcriptio 40. annorum. ſed quatenus venirẽt publicanda fiſco iudicis ſęcularis habeantq́ locum pręſcriptiones legales, & ita debet intelligi dictum Bar. in l. 2. C. de apoſtatis. & facit gloſ. in l. Manichęos. C. de hęreticis. Sed certè ſatis remanent contraria ſupradicta, quòd inducatur legum correctio vltra quam hic expreſsè reperiatur ſtatutum, loquitur enim hic in bonis, quę tenentur ab eccleſia, & non in alijs. ideo poſſet fortè dici, quòd in illis caſibus, in quibus eſt diſpoſitum per canones, vt ex aliquo delicto bona laicorum transferantur in eccleſiam, procedat tex. hic. Sed in caſibus vbi boc tantum eſt diſpoſitum per leges, vel ſtatuta laicorum. & tunc in his habeãt locum pręſcriptiones legales per ea, quę habentur in dicto c. cum dilectus. & per Bald. in l. omni nouatione. C. de ſacroſan. eccle. In gloſ. in ver. completa. ibi vacationum ſiue verè, ſiue interpretatiuè vacent vt in c. j. ē. eo. ſecundum Archi. & Ioan. 7 And. † In gloſ. in verbo hoc caſu. eſt ergo ſpeciale iſto caſu, in alijs verò ſola eccleſia Romana gaudet priuilegio centum annorum, de quo in dicto c. cum nobis. & ibi per do. Nico. & vide per glo. & Ioan. And. in c. dilectus. ē. de capel. mona. & hic per Archidiac. ponentem, quę dicatur eccleſia Romana. & an patrimonium beati Petri gaudeat pręſcriptione centum annorum, vt hic per Ioan. And. & per Bald. in dicta authen. quas actiones. & ibi notabiliter per eum. Sed quęritur quid de monaſterijs exemptis, quę immediatè ſubſunt Papę. tenuit Arch. c 16. q. 4. volumus. quòd ad hoc priuilegium [c] pręſcriptionis centum annorum non dicuntur res eccleſię Romanę, & ita ſequitur Bald. in dicta authen. quas actiones. de quo vide in dicto c. dilectus. in fi. & in c. fundamenta. ē. de elect. eo. lib. circa princ. In gloſ. in verbo tunc, in fi. conclude, quòd tex. hic locum habeat, quando poſt pręſcriptionem completam eſt detectum de hęreſi. ſi autem ante detectam pręſcriptionem fuiſſent detecti hęretici, & probatum illos fuiſſe hęreticos, licèt tũc non fuiſſet pronunciatum, non haberet locum tex. hic, ſi cum poſſeſſo-

A D D I T I O N E S.

a Nic. Sup Verbum, ipſo iure. Adde tex. cum glo. in c. quicunque. de hære. lib. 6. glo. in regula in pęnis. dē re. iur lib. 6. glo. in cle. j. de vi. & hone. cleri. Doc. in c. ſi diligenti. de foro comp Bal. in auth. habita. C ne filius pro patre
Vin. God. Ipſo iure, id eſt ſtatim. Iaſ in §. rurſus. nu 17. Inſt. de act. & ipſo iure & ipſo facto idem important. Barto. & Alex. in l. j. ff. de his qui not. infam.

b Nico. Supe. Delictum ergo patris. Adde caſus in quibus pater punitur ob delictum filij, & filius punitur ob delictum patris, vide Inno. in c. quod autem. de ſenten. excom. Archid. & Ioan. de Fan. in glo. ſummæ. Ioan. de Ana. in c. 2. de delic. pu. Bal. in l. 3 C. ne fi. pro patre. Cy. & Saly. in auth. Gazaros. C. de hę.
Vinc. God. Delictum patris præiudicat filijs in feudis. Ruy. conſi. 37. nu. 6. lib. j. & in emphiteuſi delictum patris & aui præiudicat filijs & nepotib. ad quę non admittuntur niſi ſint hæredes. Ruy. conſi. 149. nu 3. & 14. lib. j.

c Nico. Supe. Hoc priuilegium pręſcriptionis. Adde Doct. in c. ad audientiam. de præſcrip & Abb. conſi. 15. inci. in cauſa. & quæſtione, quæ vertitur ſeu verti ſperatur ad fi. in 2. colum.

sessoribus fuisset actum, vel eis scientibus probatum crimen, quia tunc mala fide est interrupta pręscriptio, vt in c. veniens. 8 s. eo. secundum Ioan. And. † In glos. fi. in princip. Et qualiter possit damnari memoria hominis per sententiam post mortem, vide glo. singu. Instit. de hæredi. quæ ab intesta. §. per contrarium. In eadem glo. in fi. idem Ioan. Mona. & Archidia. vt refert Ioan. And. dicens, quòd ratio istius glos. parum iuuaret nisi emanasset dispositio huius tex. quia antequam pronuncietur nulla est negligentia, cum non valēti agere non currat pręscriptio, vt in dicto c. auditis. & c. j. s. eo. sicut est antequam super crimine pronuncietur, quia ante pronunciationem bona non sunt vacantia, nec apprehendi possunt, vt dicto c. cum secundum. & ideo nisi esset iste tex. contrarium foret tenendum secundum Ioan. And. Sed Pet. de Anchara. hic, contra dicens, quòd etiam si non esset tex. hic, tamen curreret præscriptio ecclesiæ ante pronunciationem, ex quo ecclesia potest ad hoc agere. & ideo qui actionem habet nō impeditur agere, vt l. qui actionem habet. ff. de reg. iur. vnde negligentia in agendo pręiudicat etiam in sequentibus, vt in l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. annorum. coniuncta l. si rem. §. fi. ff. de pigno. act. & per Bar. in l. si pignori. ff. de vsucap. & ita etiam tenet Do. Nico. in dicto c. cum nobis. in 5. colum. in princi. quia etiam in rebus latentibus currit præscriptio, vt dicto c. vigilanti. & l. fi. C. de præscrip. lon. temporis. & quòd isto casu currat præscriptio, probatur in l. 2. C. de vectigalibus. & in dicta l. 2. & per Barto. in l. commissa. C. de publicanis. Et licet aliàs iusta ignorantia interueniente possit peti restitutio in integrum aduersus præscriptionem, vt no. in dicto c. vigilanti, & per Barto. in l. j. §. si quis autem. ff. de itinere actuque priuato. tamen in casu istius text. secus esset cum hic prohibeatur post 40. annos aliqua violentia inferri possessoribus secundum do. Nic. in c. cum nobis.

De re iudicata. *Rub.*

S V M M A R I V M.

1. *Condemnatus iniustè per iudicem non censetur condemnatus quo ad Deū.*
2. *Aequitas licèt seruari debeat in toto iudicio, maximè tamen in sentētia, cum sententia sit conclusio causæ.*
3. *Argumentum ab exemplis sumptum, est licitum.*

C A P. I.

CVm æterni. Primò ponit procemiū. Secundò ibi caueāt, ponit formam sententiandi & procedendi. Tertiò ibi, si quis, contra facientem suspendit. Quartò ibi scituris non seruantem suspensionem multipliciter punit. 1 † Tene menti primò est tex. in princip. quod condemnatus per iudicem iniustè non censetur quo ad Deum condemnatus, ex quo infertur quòd iniusta sententia non ligat quo ad Deum, & potest quis salua conscientia eidem non parere. facit quod no. per Innocen. s. de immu. eccle. quia plerique. & s. de restitu. spoliat. literas. & in c. a nobis. el s. s. de senten. excom. Quod tamen limita in sententia censuræ quia siue iustè, siue iniustè, timenda est. 11. q. 3. c. j. & vide s. de 2 senten. excom. inquisitioni. † Secundò no. ibi præsertim, quòd licèt in toto iudicio sit seruanda æqualitas inter partes prout a iure statuitur pręcipuè tamen in sententia seruari debet, cum sententia concludat finem totius iudicij secundum glo. in ver. iudicij. in c. pia. s. de excep. eo. lib. & facit l. j. ff. de re iudi. dixit tamen glo. no. in c. cum ad sedem. s. de restitu. spoliato. quod licèt in principio iudicij faueatur actori, vt in l. si quis intentione. ff. de iud. & in medio pariter actori & reo, tamen in fine fauere debet ipsi reo, cum promptiores debeamus esse ad absoluendum quàm ad condemnandum, vt ff. de actio. & obliga. l. Arrianus. iudex tamen non potest, nec debet fauorem extendere vltra quàm a iure statutum reperiatur, vt hic. & in regula in iudicijs. j. eo. lib. & alibi text. in l. vbi. C. de fal. facit quod iudex debet esse medius inter litigātes, nec debet habere vnum a dextris alium a sinistris secundum glo. ibi. ideo est, quòd non debet licere actori, quod reo non licet vel econtra, vt in regula non licet. j. eo. lib. & vide aliàs per gl. in ver. iuri. in clemen. j. 3 de testibus. † Vltimò no. ibi exemplum licitum esse arguere a ab exemplis [a], de quo in c. venerabilis. s. de elect. & s. de re iudic. in causis. tex. tamen in l. nemo. C. de sententijs. dicit, quòd non exemplis, sed legibus est iudicandum. In glo. in ver. tribunal. in fi. vide hic per Ioan. An. dicentem, quòd forus potest aliter & alio modo appellari vt hic per eum ponentē etiam qualiter accipiatur prouincia. & vide glo. notabi. in l. fi. C. de præscrip. longi temporis. dicentem, quòd hodie quælibet ciuitas dicitur facere suam prouinciam, de quo per do. Anto. in c. non est. s. de sponsalibus. & per Ioan. And. in c. coram. s. de elect. In glos. in ver. ecclesiarum. in fi. idem sequuntur Docto. & ratio est, quia hic exprimitur de ecclesiasticis, aliàs si iura pęnalia ecclesiastica simpliciter loquuntur de iudicibus comprehendūt etiam iudices sæculares de temporali iurisdictione ecclesię, vt in c. 2. s. de iudi. eo. lib. & ibi per Domini. quod tamen limita, quando pœna potest esse conueniens iudicibus laicis, vt dicit glo. hic. In glo. in ver. odium. hic per Ioan. And. quando odium vitiorum, vel culpæ sit licitum. In glo. in ver. euertant. in fi. scilicet ista quatuor de quibus hic videlicet fauor, & timor, odiū, & pręmium, seu eius expectatio tacita, vel expressa. Pro quo text. notabilis. 11. q. 3. qui rectè. vbi dicitur, quòd qui rectè iudicat, & pręmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat. facit c. nemo. & ibi per Docto. s. de simonia. & vide tex. notabi. 11. q. 4. in §. si ergo. & adde quintum scilicet ignorantiam. s. de temporibus ordinandorum. vel non est. & adde sextum, scilicet negligentiā. j. de homicidio. c. j. §. j. secundum Ioā. And. In glo. in ver. stateram. in fi. vide dicta in c. 2. hic alleg.

A D D I T I O.

a Nic. Sup. Licitum est arguere ab exemplis. Adde Card. Alex. in c. si in adiutorium. in j. colum. 10. dist.
Vinc. God. Adde quod exemplis non est iudicandum sed legibus. Fely. in c. 2. de præsump. & remissiuè in c. in causis. in fi. de re iudi. & in c. a nobis. ad fin. de senten. excommu.

S V M M A R I V M.

1. *Suspensio ab officio intelligitur de diuino officio non de officio iudicandi, vel de temporalibus.*
2. *Iudex malè iudicans siue ordinarius siue delegatus facit litem suam.*
3. *Iudex debet iudicare secundum sensum suum, a iure tamen informatum.*
4. *Iura pœnalia loquentia de iudicibus ordinarijs, vel delegatis an habeant locum in compromissarijs.*
5. *Iudex malè iudicans, vt faciat litem suam, sex requiruntur, quæ hic enumerantur.*
6. *Episcopus suspensus per annum, an possit interim absoluere subditum suū ab excommunicatione.*
7. *Rex Persarum fecit excoriari quendam iudicem corruptum.*

1 §. Si quis autem. † Nota primò, ibi officij quòd appellatione suspensionis ab officio intelligitur in dubio de officio in diuinis, non autem de officio iudicandi vel in temporalibus, vt patet j. ex tex. secūdum Ioan. And. quod inducit Domi. ad statuta inducentia pœnam suspensionis ab officio, de quo s. de offi. deleg. c. fi. §. vt autem. Sed tu limita prædicta secundum qualitatem personarum. Nam in dignitatibus, & officijs sæcularibus potest habere locum suspensio, & intelligetur tūc de officio in temporalibus, vt est textus in c. si aduersus. s. de hæreti. & ibi vide per Doct. a quid operetur talis suspensio in officijs temporalibus. † Vltia mò no. & ita allegatur, quòd iudex malè iudicando [a] siue sit delegatus, siue ordinarius facit litem suam, & tenetur ad interesse parti, de quo in l. 2. C. de pœ. iudi. In glos. in ver. ordinab rius. in fi. grauius tamen peccant episcopi [b] in hoc quàm alij inferiores, vt per glo. in c. cum quidam. s. de iureiur. secundum Ioan. And. In glos. in ver. & contra. in princip. dicit Ioan. And. quòd in foro iudiciali difficile esset probare, quòd locum haberet ista pęna, quia quod iudex fecerit contra conscientiam consistit in animo, qui soli Deo est notus vt in c. j. s. vt ecclesiastica beneficia. sed satis est quòd quo ad ipsum Deum, qui est scrutator cordium, vt in c. sicut. s. de simonia. sciat se ligatum, & facit quod not. in c. illud. in ver. deliquisse. s. de cleri. excom. secundum Ioan. And. vide tamen quod no. in c. præsentium. s. de testibus. eo. lib. & in c. significasti. s. de homici. & per glo. in §. alię. Institu. de act. vbi habetur qualiter conscientia, & animus possit probari in foro iudiciali & per glo. in clemen. fi. de foro compet. & in clem. præsenti. de censibus. & in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex qui. cau. in pos. eat. & in l. apud Celsum. in princip. ff. de exceptio. doli. & per Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de no. ope. nuncia. & per Bald. in l. cum proponas. C. de bo. auto. iudi. & in d. l. fi. & ibi per eum. in quo differat iustitia a conscientia. & vide per Rotam in decisi. 434. aliàs 418.

quæ

A D D I T I O N E S.

a Nic. Su. Iudex malè iudicando. Adde tex. & ibi Bal. in l. fi. ff. de va. & extraordi. cog. Bar. in l. idem si rei. ff. de alie. iu. mut. cau. fa.
Vinc God. Nota quòd iudex malè iudicans metu domini, tunc peccat si potuit non acceptasse, sed potius se obtulit prauid. in trac. de pest. cap. 1. de cec. ad sal. c. ciuit. pert.

b Nic. Sup. Grauius tamen peccant 40. dist. c. homo Christianus. 40. dist. c. præcipue. 11. q. 3. c. quia tua. l. dist. & in c. nulli fas. 19. dis.

3 quæ incipit, Item fuit. † In eadem glo. in fi. & ita debet intelligi l. qualem. ff. de arbitris. vbi dicitur iudicem debere iudicare, secundum quod sibi iustum videtur. ideo dicebat glos. in c. cum olim. ẽ. de ver. sign. q iudex debet iudicare secundum sensum suum a iure tamen informatum. facit. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsidis. & ita debet intelligi glo. in c. iudicet. hic alleg. & iō si conscientia esset erronea debet deponi in c. per tuas. ẽ. de simo. et idẽ quando conscientia esset humana, & nō iudicialis, vt in c. si sacerdos. ẽ. de offi. ordi. de quo hic plenè per Domi. & vide glo. 15. q. 5. presbyteri. & de consecra. dist. 2. cum prohibeat. & per Io. An. in addi. Specu. in titu. de disputa. & alleg. & in tit. de citatione. §. sequitur. ver. sed nūquid, circa fi. magnæ addi. & per Innocē. & Host. in c. pastoralis. ẽ. de rescrip. per do.

4 Ant. & alios Doct. in c. j. ẽ. de consti. † In glo. in ver. in iudicio. in principio idem sequitur hic Arch. & alij Docto. & tene menti, q iura pęnalia loquētia de iudicibus ordinarijs vel delegatis nō habent locum in arbitro compromissario. idem voluit glo. in c. j. in prin. ẽ. de foro compe. cod. lib. sed glo. in ver. iudicis. in c. j. ẽ. de confessis. eo. lib. tenuit contrarium de quo ibi dictū fuit. & potest dici, q glo. ista procedat, prout loquitur: scilicet in pęnalibus & in odiosis. secus in alijs. In eadem glo. in fi. no. glo. quā sequuntur Doct. quod iura loquentia de iudicibus ordinarijs, vel delegatis nō habet locum in auditoribus & meris executoribus, secus tamen in mistis, licèt assumant partes meri

5 executoris vt no. in clemen. j. de offic. dele. in glo. mag. † In gl. in ver. per sordes. in prin. concludit hic Ioan. And. sex esse necessaria, vt habeat locum pęna huius decreta. Primò q iudicetur contra conscientiam. Secundò q contra iustitiā. Tertiò q in grauamen partis, q & in arbitrarijs locum habet secundū Hostien. & Ioan. And. hic dicentem, q in arbitrarijs iudex debet cauere, ne sit nimis gratiosus de quo in c. consuluit. ẽ. de offic. delega. Si autem iudex sine grauamine partis procederet. puta si grauat scribam, vel nuncium iuratum, vel similem personam in iudicio interuenientem, vel si procederet feriatis diebus sine grauamine partis, non haberet locum ista pœna secundum Io. An. Quartò q in iudicio. Quintò q faciat, & idem si omitteret, vel negligeret, secundum Ioan. And. & in c. legitima. j. de appel. in glos. caueant. & ita sequitur hic Petrus de Ancharan. quia omittens, dicitur facere, vt nota. in l. si mora. ff. solu. matri. & in l. in fraudem. ff. quæ in fraudem credi. & in l. qui non facit. ff. de ver. signi. licet Ioan. And. post Hosti. in d. c. dilecti. in prima glos. aliud notauerit. Sextò quòd per gratiam, vel sordes & vno deficiente cessaret ista pœna, argu. ff. de ver. obliga. l. si quis ita stipulatus. secundum Ioan. And. & facit l. hæredi plures. ff. de conditio. insti. & vide no. per Bal. in d. l. fina. In glos. in ver. officij. vide de hoc per glos. ordi. in ver. suspensi. in cle. cupientes. de pœnis. & vide per do. Anto.

6 in c. inter solicitudines, in prin. ẽ. de purg. cano. In glos. in ver. intra annum. in fi. an autem hac pœna suspensionis durante. & sic intra annum possit Episcopus subditum suum absoluere ab hac pœna tenet hic Ioan. And. quòd non per no. per glos. in c. cupientes. §. cęterum. ẽ. de elec. eo. lib. & per Ioan. An. in c. j. de cle. venā. in fi. & ex his notat hic Domi. limitationem ad c. nuper. supra de sen. excom. vt sic quando a iure tempus adijcitur suspensioni, vt illo tempore durante Episcopus absoluere non possit suum subditum, etiam si Papa non reseruauerit sibi absolutionem, & ita debet intelligi glos. in dicto §. cęterum. & conclude, quòd aliquando suspensio fit ad certum tempus, & Episcopus ante tempus absoluere non potest secundum Ioan. And. hic, idem voluit glos. notab. in ver. excommunicationis. in clemen. j. de hæreticis. Aliquando suspensio est simpliciter, & indeterminata, & si Papa reseruat sibi absolutionem Episcopus absoluere non poterit, vt supra de testibus. tam literis. alias posset secundum Innocen. in c. 2. supra de sulu. & glo. in c. non solùm. in fine. j. de regularibus. & dixit Pau. in dicto §. cęterum. & in clementina. j. de rebus ecclesiæ, quod si a iure imponitur pœna perpetuæ suspensionis, tanquam tunc sit tempus certum, non poterit Episcopus

7 absoluere quod no. † In gl. in ver. condemnandus. in prin. no. glo. quæ imponit pœnas iudicis male iudicantis. & refert hic Ioan. And. quod Rex Persarum fecit quendam iudicem corruptum excoriari, & ad aliorum terrorem affigi fecit tabernaculo sedis. In eadem glo. in fi. vide per Bart. in d. l. a. & ibi si officialis iudicat de consilio assessoris, an excusetur. Quid autem sit in arbitro, an incurrat has pœnas, si malè iudicat, dic vt ẽ. per gl. & per Spec. in titu. de arbitro. §. j. ver. sed & si. & ver. seq. & vide in l. pe. C. de pac. & quod no. 2. q. 6. hoc ēt. Et quid sit in arbitratore vide in l. fi. & ibi per Bal. C. de cōtrahen. emp.

SVMMARIVM.

1 *Mortaliter peccat qui scienter facit contra præceptum canonis.*
2 *Papa solus potest absoluere ab irregularitate.*
3 *Irregularitas quid sit vide hic.*
4 *Suspensus si se ingerit in diuinis, quando & qualiter incurrat irregularitatem.*
5 *Suspensus ad tempus incertum, putà donec satisfaciat, si celebrat qualiter fiet irregularis.*
6 *Suspensus a beneficio si celebrat, an fiat irregularis.*

1 §. Scituris. † Nota primò ibi damnabiliter, quòd mortaliter peccat, qui scienter facit contra prohibitionem, seu præceptum canonis. & ita tenet hic Ioan. Andre. & j. de concessio. præben. in c. detestanda. in princip. de quo in c. 2. ẽ. de maiori. & obedien. Secundò nota & ita allegatur quod suspensus ab officio si durante suspensione ingerit se in diuinis, efficitur irregularis, vt hic & j. de senten.

2 excommuni. c. j. † Tertiò nota casum reseruatum Papæ, quia solus potest absoluere ab irregularitate, de quo vide plenè in dicto c. j. & ẽ. de cleri. excommuni. in c. clerici. Vltimò nota quòd si a lege noua imponatur diuersa pœna a lege antiqua, non videtur pœnam antiquam tollere, sed potius accumulare, facit glos. in c. licet canon. ẽ. de electio. eodem lib. de quo plenè per Barto. in l. j. ff. vi bono. rapt. & per Barto. in l. in eum. C. de furtis. In glossa in ver. diuinis. in princi. nota iuncto tex. quòd suspēsus non solùm incurreret irregularitatem, si missam celebrat, sed etiam si alia diuina officia dicat vt prius. putà vesperas, vel matutinum secundum Ioan. Andre. hic, & in dicto c. si clerici. & facit tex. in c. 2. de cleri. excommu. & qualiter dicatur quis se ingerere in diuinis, hic per Archidiaco. & Ioan. Andre. & in c. fi. ẽ. de excess. prælato. & per Docto. in dicto c. 2. & c. illud. eodem titu. & ibi an incurrat quis irregularitatem audiendo diuina. de quo per glos. singu. in ver. celebrari. in clemen. 2. de priuilegijs. tenentem quòd non priuatè tamen & non officiando suspensus, & excommunicatus, & quilibet tenetur dicere officium & horas suas secundum glos. nota. 28. distin. presbyterorum & hic per Archi-

3 diaco. † In glos. in ver. irregularitatis. in fi. Quid autem sit irregularitas [a] hic per Archidiaco. & Innocen. in c. nisi. §. personæ. ẽ. de renuncia. & clarius per Specula. in titu. a. de legato. §. iuxta propositionis. in princip. Et an & quando suspensus [b] si ingerit se in diuinis irregularitatem incurrat. conclude

4 † quòd aliquando quis est suspensus a Deo, quia quilibet constitutus in peccato mortali est suspensus, quo ad se quantum ad Deum, vt in c. fi. ẽ. de cleri. excommuni. & talis si celebrat non est irregularis, vt dicto c. fi. quòd tamen limita nisi tale sit crimen, quòd etiam peracta pęnitentia impedit executionem ordinis, vt patet in c. inquisitionis. ẽ. de accusa. & in c. fi. ẽ. de tempo. ordi. quo casu celebrando incurreret irregularitatem, vt j. q. j. sacramenta. Aliquando quis est suspensus a Deo, & a canone propter crimen. & si est suspensus tantum quo ad alios, vt quia alijs interdicitur, ne audiant diuina ab eo. & talis celebrans non fit irregularis ſm Inno. in c. j. ẽ. de cle. pere. Si verò est suspensus ēt quo ad se, & si est suspēsio minor, & non incurrit irregularitatem si celebrat vt d. c. fi. Si verò inducitur suspensio propter infamiam delicti, & scandalū, vt sunt illi quorum crimina sunt notoria, vt in c. fi. de cohabi. cleri. & in c. ex literis. ẽ. de homici. & tales celebrandu non fiunt irregulares, cum nō reperiatur in iure expressum, vt in c. is qui. j. de sen. excom. ſm Inno. & in d. c. fi. inferentem ex hoc, q notorius cōcubinarius vel notorius fornicator si celebrat, non fit irregularis & idem tenuit in c. tanta. ẽ. de exce. præla. Sed gl. tenuit ɔ̄rium. 50. dist. peruenit. & idem Host. Ioan. An. & Do. Pe. in d. c. fi. de quo ibi plenè per do. Ant. & per Inn. in c. venerabili. ẽ. de sen. excom. & in c. vestra. ẽ. de cohab. cleri. Aliquando suspensio inducitur propter ipsum crimen quo casu Archi. hic tenet, quòd tunc incurrit irregularitatem, quando canon hoc exprimit sicut est hic, per tex. in d. c. is qui. Sed Ioan. And. concludit q omni casu suspensus ab officio si ingerit se in diuinis, incurrat irregularitatē. & hoc p tex. hic, & in d. c. j. ibi iuxta canonicas sanctiones, & sic loquit tex. declaratiuè. ergo ēt in alijs casib. vbi ius

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Quid autem sit irregularitas. Adde Inno. in c. a. & in c. si celebrat. de cle. excom & per Car. Zaba in cle. j. in 15. q. de homic.
Vinc Gode. Quod dicatur irregularitas Ludo Mantal. in trac. de reproba. sen. Pila. q. 1. nu. 35. quòd habetur in lib. 12 trac. fol. 71.

b Nico. Superan. Suspensus si ingerit se in diuinis. Adde glossam in c. is cui de senten excommuni. lib. 6. & per Rotam in titu. de senten excommu. decisio. 3. in antiquis.

sus in specie hoc non exprimeret. & sic non obstat dictũ c. is qui. cum satis reperiatur hoc espressum hic & in dicto c. j. & ita declaratur hic alios canones hoc velle. & facit c. 2. ꝫ. de cleri. excommuni. & ita sequuntur Docto. Et prædicta procedunt etiam in constituto in minoribus ordinibus secundum Innocen. & Ioannem Andr. in dicto c. tanta. cum & talis possit degradari, vt nota. in dicto c. degradatio. j. de pœnis. Item procedunt in suspenso a canone secundum Ioan. Andr. & fortius in suspenso ab homine, vt in c. penulti. ꝫ. de cleri. excommuni. quod tamen fallit, nisi quis esset suspensus a confessore in pœnitentia, quia celebrans tali suspensione durante non est irregularis secundum Innocen. in dicto c. fi. Sed quæritur primò quid de his, qui receperunt ordines a non suo Episcopo, quia sunt suspensi ab executione ordinum. An si durante tali suspensione celebrant in diuinis, incurrant irregularitatem. glos. in versi. statuunt. in cap. eos. ꝫ. de tempo. ordin. eodem libro, tenet quòd non. & idem Ioan. Andre. in cap. quod translationem. eodem titulo. & ratio est quia talis est suspensus a iure quo ad se, non quo ad alios. vnde si celebrat, non incurrit irregularitatem, vt dicto c. fin. Secundò quæritur, quid de ordinato ante legitimam ætatem, quo casu est suspensus ab executione ordinis vsque ad legitimam ætatem, vt ꝫ. de tempo. ordinan. vel non est. an si interim celebret incurrat irregularitatem. & videtur quòd non, ex quo est suspensus a canone quo ad se non quo ad alios. & non inuenitur iure expressum de irregularitate vt dicto c. his qui. Tertiò quæritur, quid de Episcopo ordinante clericos alterius diœcesis sine literis proprij Episcopi quo casu incurrit suspensionem a collatione ordinum vt dicto c. eos. Et eodem modo incurrit suspensionem Episcopus, qui ordinat aliquem ante legitimam ætatem, vt dicto c. vel non est. an Episcopus suspensione durante si celebrat, incurrat irregularitatem dictis casibus. Specula. in titulo 2. §. iusta. versi. quod si quis. videtur velle quòd non. & idem videtur tenere Domini. in dicto c. eos. Sed aduerte, quia circa tres casus ꝫ. expressos facit dubium, quod dicit Ioannes Andre. hic volens per hunc text. quòd omni casu quando suspensio inducitur a canone propter crimen, sicut videtur esse in casibus prædictis, incurratur irregularitas, si ingerat se in diuinis, quod autem sit propter crimen, patet. quia delinquunt contra prohibitionem canonis, vt est dictum ꝫ. in ver. damnabiliter. ideo cogita. & facit glos. in c. 2. j. de censibus. in ver. suspensos. Quando autem suspensio non inducitur a iure propter delictum personæ, sed propter defectum, vt sunt illegitimi, & corpore vitiati, & tales non incurrerent irregularitatem secundum Innocen. in dicto cap. fin.

5 † Quartò quæritur, quid de suspenso ad tempus incertum, putà donec satisfaciat, vel donec pœniteat dic quòd si talis est suspensus ab homine iudicialiter, fiet irregularis interim celebrando in diuinis secundum domi. Anto. in dicto c. fi. & ita procedat vna opinio Innocen. ibi. secus si extra iudicium, secundum domi. Anto. ibi dicentem quòd ita procedat alia opinio Innocen. ibi dummodo non sit suspensus pro tali causa, quæ a iure communi ab ipsa causa induceretur suspensio. Si verò suspensio inducatur a iure modo prædicto, an si celebrat interim sit irregularis, sunt opiniones de quibus per Innocen. & Docto. in dicto c. fin. & hic per Domini. glos. tamen notabilis & singula. in ver. suspensos. in c. 2. j. de censibus. tenuit quòd fiat irregularis dictis casibus, de quo ibi per

6 Docto. † Quintò quæritur, quid in suspenso a beneficio[a] an si celebrat, incurrat irregularitatem. glos. notabi. in c. latores. ꝫ. de cleri. excommuni. tenet quòd non. & idem Innocen. in c. nisi cum pridem. de renuncia. & vide quod no. in dicto §. cæterum. In glossa in ver. per summum. in fi. idem dicit hic Innocẽ. de corpore vitiatis, & illegitimè natis, & bigamis etiam pœnitentibus, & ita seruat curia Roma. secundum Ioan. And. vt solus Papa absoluat.

ADDITIO.

a Nic. Sup. In suspenso a beneficio. Adde Inno. in c. si celebrat. in gl. sua. de cler. exco. mi. Zenze in cle. 2. de vi. & hone. cleri.
Vin. God. Suspensus a beneficio an debeat sibi concedi modica sustentatio Fely. in c. apostolicæ. col. 5. ver. modica sustentatio. de excep.

SVMMARIVM.

1 *Imperator potest excommunicari per Papam, imò per suum Episcopum.*
2 *Pax potest tractari per nuncios, tamen requiritur mandatum speciale.*
3 *Conciliũ conuocatio spectat ad Papam.*
4 *Princeps mouens bellum iniustum tenetur damna resarcire læsis ex tali bello.*
5 *Pax facta cum principali an extendatur ad adhærentes.*
6 *Papa creditur non solùm de gestis in papatu, sed etiam de gestis ante papatum.*

CAP. II.

AD apostolicæ. Papa ex legitimis causis Imperatorem deponere potest. hoc dicit. † Nota primò Imperatorem posse excommunicari [a] per Papam imò etiam per suũ Episcopum. 96. distin. duo. & ꝫ. de offic. ordina. c. j. Secundò nota ibi magnæ autoritatis præsumendum esse pro ambasiatoribus, vt sint magnæ autoritatis & idonei ad illud negotium tractandum, de quo etiam vide tex. notabi. in epistola inter claras. in fi. in proœmio C. & ibi per Bald. † Tertiò nota ibi tractare pacem, quòd pax potest tractari per nuncios & procuratores, requiritur tamen speciale mandatum, vt hic probatur. & per Specula. in titu. de treu. & pace. versi. hoc quoque. & de procurato. §. j. ver. vt opponitur. & tenet hic Pet. de Anchara. & Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscriptio.

3 † Quartò nota ibi vocari quòd conuocatio concilij spectat ad Papam, de quo plenè. 18. distin. per totum. & ad concilium vocari debent non solum prælati, sed etiam Reges & Principes sæculares, vt hic in tex. Quintò nota ibi de concilio concilij quòd concilium generale non habet autoritatem contra Papam sed potius eidem assistit tanquam consilium præstans, & de honestate Papa tenetur requirere hoc cõcilium, vt dicit hic Io. An. & patet ꝫ. in j. gl. quod sine dubio procedit, quando tractaretur de facto alterius, aliàs si de facto ipsius Papæ, vt quia diceretur hæreticus, tunc concilium est maius Papa vt 40. dist. si Papa. per Arc. j. de hæreticis. in fidei. Sextò no. ibi suisq; superiorem agere posse pro iniurijs illatis suis subditis ſm Arch. de quo in c. autoritate. j. de priuilegijs. & in c. dilectus. ꝫ. de appel.

4 † Septimò tene mẽti ibi satisfactionem &c. quòd superior mouens guerram iniustam obligatus est ad satisfactionem omnibus læsis ex tali guerra, secus si esset guerra iusta vt in c. sicut ꝫ. de iureiurando. & ibi per Innoc. & Docto. nec potest superior in confœderatione pacis remittere damna, & iniurias suorum subditorum secundum glo. & Bal. in l. vetita. C. de in ius vo. &

5 vide in c. in nostra. j. de iniurijs. † Vltimò nota quòd pace facta cum eo, qui est principalis guerræ, non extenditur ad adhærentes, nisi de eis fiat specialis mentio secundum Pe. de Anch. & Domi. de quo per Barto. in l. si stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obligatio. & no. in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. Quando autem in pace esset facta promissio pro se & suis adhærentibus, qualiter intelligatur per Bal. in l. fi. circa fi. C. de ædil. ædic. In glo j. ibi præsente, non dicit approbante. sic ꝫ. de senten. excommu. sacro. & hoc ne forsan aliquis crederet sine approbatione concilij Papam non posse deponere Imperatorem, ideo in §. nos itaque. j. dicit deliberatione præhabita. dixit tamen Archidia. in c. quàmuis. ꝫ. de offi. ordi. eo. lib. ꝙ debet Papa requirere concilium præcipuè in arduis, & maximè Cardinalium, de quo per Ioan. And. in c. super eo. j. de hæreticis. & vide ibi dicta, & quod no. in c. ex gest. ꝫ. de cleri. non residen. Et refert hic Io. And. ꝙ in isto concilio quidam Episcopus fuit consultus de quatuor. Et primò de potentia deponendi. Secundò an sit iusta causa deponendi solus cõtemptus clauium. Tertiò an sit iusta causa sola deprædatio prælatorum. Quartò an sit iusta causa fractio pacis firmatæ per iuramentum. Et respondit ad primum, quòd Imperator potest deponi quando delinquit in grauibus, si est incorrigibilis, maximè si ecclesia scandalizatur, vt not. in dicto c. si Papa. & quia si potest deponere

b Regem Francorum,[b] quem non coronat, nec examinat, vt 96. distin. duo sunt. & c. Imperator. fortius Imperatorem, quem coronat. De secundo & tertio dicit sufficere per plura iura de quibus hic per Ioan. Andr. Sufficit etiam quartum per c. qui contra pacem. 24. q. j. & si diceretur, quòd tantus Princeps deponi non debuit non citatus, respondetur per c. de manifesta. 2. q. j. & ꝫ. de appellatio. cum sit. in fine. quia notoria erant eius crimina, vt hic per Ioan. Andre. Dubium tamen facit glos. in c. ad nostram. el 2. ꝫ. de iureiuran. quia etiam in notorijs requiritur citatio, de quo ibi per Doct. & in d. c. cum sit. In glo. in ver. anathematis. in fi. & in c. debent. & vide in c. cum non ab homine. & ibi per Io. An. ꝫ. de iud. & in cle. si quis sua.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Imperatorem posse excommunicari. Adde quod talis potest deponi per Papam, vt est glo. in c. si Papa. 40. dist.
b Nic. Sup. Deponere Regem Francorum. Adde tex. in c. alius. 15. q. 6.
Vinc. God. Nota quòd Papa non præsumatur vt contra iustitiam velit procedere. Ruy. cons. 16 nu. 11 lib 5.

suadente. ver. & quia. de pœnis. In glos. in ver. proponatur. in fi. vide nota. in clementi. prima, de probatio. & per Specul. in titu. 2. §. sequitur. ver. quid si delegati. & glo. singu. in c. 6 sicut. ꝫ. de senten. excommu. † In glossa in ver. promisissent. a in fi. tene menti, quòd creditur dicto Papæ [a] non solùm de gestis, dum est Papa, sed etiam de gestis per eum ante papatum, si de his attestatur dum est Papa. & ita ampliatur text. in clementi. j. de probatio. & idem voluit glos. in c. j. hic allega. & ita consuluit Imo. & Domini. vt hic per eum. In glos. in ver. ecclesiæ. in fi. no. ex glo. non sufficere offerre se verbaliter paratum aliquid facere, quando quis est obligatus ad aliquid faciendum, nisi actualiter faciat, de quo per glo. notabi. in ver. contempserint in c. cupientes. §. si verò. de electio. eo. lib. & per Imo. in l. si mora. ff. solu. matrimo.

A D D I T I O.

a Nico. Superan. Quod creditur dicto Papæ. Adde tex. in clemen. j. de reliq. & ve. san.

Vinc. God. Adde Papa attestante de his quæ gessit, vel notitiam habuit ante papatum, q̄ ei sit credendum. Ruy. consi. 213. nu 24. lib. j.

S V M M A R I V M.

1. *Cætera, hac dictio extensè scripta quid importat.*
2. *Crimina sunt quatuor, propter quæ Imperator deponi potest.*
3. *Periurium totiens quis committit, quotiens venit contra iuramentum.*
4. *Verba plura si dicantur vna vice, an sint plures iniuriæ vel vna tantum.*
5. *Feudatarius licèt habeat vtile dominium, non tamen potest subditos malè tractare neque feudum dissipare.*
6. *Vasallus potest astringi ad soluendum pensionem annuam domino pro feudo.*
7. *Imperator an habeat ordinem diaconalem, & an possit legere euangelium in vestibus diaconalibus.*

1 **Sed licèt.** Nota primò ibi de cæteris de hac dictione cætera, extensè scripta, de quo plenè per Barto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & per Domi. Anto. ꝫ. de offic. delega. suspicionis. & per Specula. in ti- 2 tu. de instru. edit. §. ostensum. versi. sed nunquid. † Secundò nota ibi quatuor crimina grauissima, ex quibus Imperator potest deponi quod inducit Domini. ad statuta facientia mentionem de grauissimis delictis, & sic periurium est crimen grauissimum, vt 22. q. j. c. fi. Ex quo videtur, quòd ratione periurij possit Imperator deponi, sicut deponi posset Episcopus ab 3 episcopatu in c. in nostra. de procura. † Quartò nota ibi multotiens quòd totiens dicitur quis committere periurium, quotiens venit contra iuramētum diuersis tamen vicibus & temporibus. Si verò esset continuatio temporis, quia eodem tempore pluries iurauit, tunc ratione cōtinuationis dicitur vnum delictum, & si pluries committatur, & ita procedit text. in c. cum haberet. de eo, qui duxit in ma. vbi text. dicit periurio, & non periurijs. & hoc ideo quia erat delictum continuatum pro quo glossa notabilis in l. penulti. ff. de actio. & obligatio. 4 † Quid autem sit in verbis iniuriosis, si eodem tempore dicantur plura verba iniuriosa, an sit vna iniuria vel tot, quot sunt diuersa verba iniuriosa, per Barto. in l. item apud. §. j. ff. de iniurijs. tenentem quòd sit vna iniuria, vt ibi per eum. Quid autem si eodem continuato tempore quis pluries adulterauit, an dicatur vnum, vel plura adulteria, vide in glossa notabi. 6. q. j. imitare. Et vide etiam text. notabilem in c. cum pro causa. ꝫ. de senten. excommunica. quòd si pluries quis verberat clericum cōtinuato tamen tempore quod nō incidit nisi vnam sententiam excommunicationis licèt verbera fuerint plura. & ad materiam vide in c. j. & ibi per glossam in c. j. de pœnis. & singul. per Barto. in l. inficiendo. §. infans. ff. de furtis. & per Bald. in l. quicunque. C. de seruis fugiti. & per Specula. in titulo de sententia. §. species autem. versicu. sed pone in statuto. Quartò nota ibi patrimonium Beati Petri quòd regnum a Siciliæ est de patrimonio Beati Petri [a] & homines regni Sici- 5 liæ sunt vasalli Romanæ ecclesiæ, vt j. dicetur in tex. † Quintò nota ibi seruitutem, quòd licèt feudatarius habet vtile dominium, & sit licitum sibi vti re feudali non potest tamen subditos duriori seruitio afficere nec rem feudalem dissipare, vel deteriorare, sicut dicitur in vsufructuatio, vt l. æquissimum. §. j. & 2. ff. de vsufruc. & in c. j. §. si quid ergo. vsque in fi. de inuestitura de re aliena facta. secundum Innocen. & Ioan. 6 Andre. † Vltimo nota quòd vasallus potest astringi ad soluendum domino annuam pensionem ratione feudi. imò videtur probare singu. iste text. quòd si cessat in solutione per nouem annos, quod sit iusta causa, vt possit feudo priuari. & ita probatur hic iuncta glossa notabili. in ver. reprehendi. licèt in re emphyteutica sufficiat biennium, vt in c. potuit, de locato. & ipso iure res incidit in commissum, in feudatario, tamen secus quia feudum non reincidit, quantumcunque vasallus differat per multos annos, licèt ex dicta causa bene possit feudo priuari per sententiam, vt est hic, & ita istam differentiam sentit glos. relata ad text. hic in ver. nouem annos, sicut aliàs voluit glos. fin. in c. consti. ꝫ. de religio. domibus. in contractu censuali, quòd etiam si per 40. annos non soluatur census, non priuatur propter hoc dominio, licèt bene possit cogi ad soluendum. de quo ibi per Docto. In glos. in ver. grauissimis. in princip. vide nota. per Hostien. & Docto. in c. venerabilem. ꝫ. de elect. Et nota ex glos. quod in prælatis, & clericis, omne magnum peccatum dicitur esse dignum depositione, ex facilioribus tamen causis remouentur regulares prælati quàm sæculares, vt in c. qualiter. el 2. in fine. ꝫ. de accusatio. & 7 per Docto. in c. 21 si clerici. de iudi. † In eadem glos. in fi. nota glossam contra eos, qui dicunt Imperatorem habere ordinem diaconalem, quia si hoc esset, posset administrare sacramenta, quæ potest diaconus, & tamen non est verum, vt patet in glo. posset tamen legere euangelium in apparatu diaconali, vt no. per glos. 63. distin. Valentinianus. & hic per Domini. de quo plenius vide per Specula. in titu. de legato. §. nunc ostendendum. versi. 39. In glos. in ver. pacem. in fi. tene menti ex glos. quæ est causa, quare non est pax inter homines, & refert hic Domi. quòd Deus de ordinata potestate non posset pacem firmare in mundo, quia cum diuersi sint animi gentium talis diuersitas dissensiones & guerras inducit, & has diuersas voluntates Deus de ordinata potestate tollere non posset. In glo. in ver. sacrilegium. in fi. vide. 17. q. 4. sacrilegium. & ibi per Archi. & per Inno. in d. c. cum pro causa.

A D D I T I O.

a Nico. Superan. Siciliæ regnum est de patrimonio beati Petri. Adde c mandata. & ibi Docto. de præscrip. Docto. in c. j. in 94. distin. Docto. in clementi. Romani. de iureiuran.

Vin. God. Ita etiam dicit Berta. in trac. de gabel. seu vectigal. in j. parte, nu. 10. quod habetur in lib. 3. trac. fol. 1.

S V M M A R I V M.

1. *Dignitates sæculares possunt plures simul teneri absque dispensatione.*
2. *Dignitas dicitur vacare eo ipso q̄ sententia depositionis est lata, & possunt electores eligere.*
3. *Iudex proferens sententiam quibus verbis debet vti.*
4. *Electio Imperatoris ad quos spectat.*

1 **Nos itaque.** † Nota primò, ibi regnis, scilicet regno Hierosolimitano & Siciliæ secundum Ioan. Andre. Ex quo infertur, quòd dignitates sæculares possunt de iure simul plures teneri absque alia dispensatione, licèt secus sit in ecclesiasticis, de quo in c. j. ꝫ. de consuetudi. eo. lib. & in c. de multa, de præbend. Secundò nota ibi ostendimus, quòd Iudex in eadem sententia potest accumulare verba declaratiua, & verba dispositiua, seu priuatiua, de quo in c. constitutus. ꝫ. de restitu. in integ. & hic per Pet. de Anchara. Tertiò nota ibi, absolutiones, secundum Domi. quòd eo quod quis est depositus a dignitate feudali, tunc vasalli, qui eidem iurauerunt, censentur absoluti a iuramento fidelitatis. Sed Pet. de Anchara. hic, contra per hunc tex. cum Papa hic post sententiam priuationis eos absoluat. ergo datur intelligi, quòd aliàs absoluti non essent. Sed certè text. hic non obstat, dum dicit absolutiones. nam debet intelligi, scilicet sententiando, & priuando. & cum hoc Papa statuat de iure communi. Ergo facit ius quo ad omnes, vt omni casu quo quis est depositus a dignitate feudali, tunc eius vasalli sint absoluti a iuramento 2 fidelitatis. facit dictum c. venerabilem. † Quartò nota ibi eligunt, quòd dignitas dicitur vacare, & fieri potest alia electio eo ipso quòd est lata sententia depositionis contra obtinentem illam dignitatem, in tantum quod statim possint electores procedere ad electionem, de quo in c. ad petitionem. & ca. qualiter. el secondo, de accusa. & hic per Pet. de Anchara. ponentem quid in alijs iuribus corporalibus an possit, qui obtinuit sententiam statim vti, de quo in c. cum nostris. ꝫ. de concessio. præbendæ. & in l. qui restituere. ꝫ. de rei vendica. Vltimò nota in fi. quòd feudatario priuato per sententiam vel ipso iure feudi statim feudum, & eius prouisio redit ad dominum, sicut patet hic in feudo regni Siciliæ cuius prouisio spectat ad Papam. Et intellige prædicta in feudo competente alicui nomine proprio, secus si sub nomine dignitatis, quia tunc ipso priuato transiret feudum ad successorem in dignitate, vt in 10. col. de capitulis Conradi. & not. in c. cum venissent. ꝫ. de

3 institu. † In glos. in verbo primamus. in principio nota iuncto tex. quòd Iudex qui sententiam profert, non debet vti verbia narratiuis de præterito, sed dispositiuis de præsenti. & vide per Ioan. And. in c. quoniam contra. s. de probatio. & in c. Abbate. s. de verb. signi. super glo. ex hoc. in fi. & ibi per Innocen. in princip. super quo Imo. & Domini. concludunt, quòd si sententia fertur a Papa valet, etiam si verba sint de præterito recitatoria in facto proprio, cum ei credatur, vt in clementina. j. de probatio. Si verò est sententia inferioris iudicis, tunc in his quæ sunt leuis præiudicij spectantibus ad officium iudicis creditur verbis de præterito etiam assertiuis. n. q. 3. curæ. & j. de senten. excommuni. c. j. & hoc quando agitur de præiudicio tertij, sed si agatur inter partem & iudicem, & non creditur tusi aliter appareat, vt no. in c. decernimus. in verbo excommunicationis. j. de senten. excommu. In alijs verò, quæ essent grauis præiudicij, vel quę non spectant ad officium iudicis, nunquam creditur, vt no. in dicto c. quoniam contra. & in c. j.

4 s. de fide instrumen. † In glo. in ver. illi. in princip. tene menti glos. ordi. ponentem, ad quos spectat electio Imperatoris. dicit hic Ioan. Andre. quòd istis electotibus laicis electio spectat de iure, & clericis de consuetudine antiqua, vt dicto c. per venerabilem. quæ consuetudo fuit introducta propter feuda, quæ ab imperio tenent, de quo in clem. j. ne Romani. in prin. de iureiu. vbi patet quòd potestas horum electorum ab ecclesia processit, vt hic refert Domi. In glos. fi. in fi. no. ex glo. secundum Domi. quod vbi alicui competit potestas exercendi actum simpliciter, non censetur contumax seu negligens ipse talis debens exercere, si hoc non facit, cum potest, ideo est cautela quòd a superiore assignetur terminus, quia elapso tali termino datur postea negligentia, de quo in c. ex parte. s. de concel. præben. & in c. extirpandæ. §. quia verò. s. de præben.

SVMMARIVM.

1. *Libellus prælati dicentis se agere pro se & nomine conuentus, an procedat.*
2. *Res si petatur, quando locus est certus, potest peti absque expressione confinium.*
3. *Conclusio libelli petentis rem sibi adiudicari procedit in reali.*
4. *Libellus an procedat dicẽdo rem ad se pertinere ratione dominij, vel quasi, & quæ requirantur in Publiciana.*
5. *Agens duabus actionibus si succumbat in vna, an possit redire ad aliam.*
6. *Authentica, malæ fidei, an habeat locum in Publiciana.*
7. *Libellus alternatiuus an & quando procedat.*
8. *Publiciana non quæritur ecclesiæ si tradens non erat dominus.*

C A P. III.

1 ABbate sanè. † Nota primò procedere libellum in quo agitur per prælatum pro se & nomine conuentus, licèt non dicatur, quòd agatur nomine ecclesiæ, de quo in c. literæ. s. de dila. & in c. ex literis. de proba. † Secundò no. ꝙ quan-

2 do locus est certus procedit libellus in reali, si petatur res absque expressione confinium. facit glos. in l. hac consul. C. qui testa. Aliàs verò res esset declaranda per confines. ff. de rei vendi. l. si in rem. & sufficiunt duo confines, vt l. forma. ff. de censib. & ibi per Barto. & no. in c. cum ad sedem. s. de restitu. spoliato. in glos. 1. & per Ioan. And. in c. significantibus. de libe. obla. Et an valeat contractus sine appositione confinium. vide in d. l. forma. & per glo. in l. Titia. la 2. ff. de contrahen. em-

3 ptio. † Tertiò no. ꝙ in reali procedit in libello conclusio petendo rem sibi adiudicari. quod ideo est, quia videtur tunc petere iudicari ad se spectare secundum Ioan. Mona. & Archid. ideo dicebat Bal. per hunc tex. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex. in princi. quod in libello rei vendica. sufficit narratiuè dicere dico rem ad me pertinere iure dominij, vel quasi, licèt in conclusione non repetantur illa verba, peto me declarari dominum vel quasi, dummodo similia, vel æquipollentia verba ponantur, vt hic in tex. & debet etiam petere rem sibi restitui, vt s. de fide instrumen. inter dilectos. & per Ioan. Andre. in ver. restitui. in c. a. s. de dolo & contu. & de hia per glos. & Barto. in l. j. circa princip. ff. de edendo. In glo. a. in fi. vide quod no. in c. præsentium. in 3. glos. s. de testibus. eodem libro. & ibi per Ioan. And. & in c. edoceri, hic alleg. & hic dicentem, quòd hoc ideo agitur per prælatum pro se & conuentu, quia locus petitus communiter pertinebat ad ipsum prælatum & conuentum, & quia securius agitur quando agunt simul de proprijs, vt in c. causam. de iudi. licèt quilibet pro suis agere possit, vnde prælatus quandoq; agit pro se. & suo conuentu, vt hic. Quandoque nomine sui monasterij. s. de fide instrumen. inter dilectos. in princi. & propriè debet ita agi cum prælati sint procuratores, & non domini, vt in c. a. s. de dona. Posset etiam ipse prælatus simpliciter agere, vt in c. veniens. & c. auditis. s. de præscrip. secundum Ioan. And. Et aduerte quia

a licet prelatus [a] possit solus agere sine conuentu in bonis proprijs vel communibus, vt s. nisi essent causæ arduæ vt not. in dicto c. edoceri. tamen sola conuentua absque prælato non poterit, vt no. in dicto c. causam. & hoc nisi ageret pro suis bonis, vt s. & vide per Specula. in titulo de actore. §. item obijci-

4 tur. & per Lap. in allega. 50. & 51. † In glos. magna in princip. tene menti glos. ordi. ponentem, an procedat libellus dicendo rem ad se pertinere iure dominij, vel quasi, & quæ requirantur de necessitate in Publiciana. Et ad hanc glos. vide per Barto. in l. Celsus. ff. de vsucap. & in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. possess. & ibi qualiter probetur dominium. & per Bald. in l. conuenticulam. C. de Episco. & cleri. & in l. indicia. C. de rei vendica. & per Rotam in decisi. 431. quæ incipit, Item si vendico castrum. & per Barto. & Bald. in l. Titius. ff. quibus mod. pignus. & in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. In eadem glos. ibi quod præsumitur. nota ex glos. quatuor, quæ requiruntur, vt competat actio Publicia-

b na. [b] Item requiritur quintum, quod traditio sit facta a non domino, aliàs dominium esset translatum, & Publiciana non competeret, vt l. j. ff. de Publicia. Et ex illis quinque ipsi agenti duo sunt difficilia ad probandum, scilicet titulus, & traditio. Reliqua verò cum consistant in animo agentis, probantur per iuramentum, vt per glos. Instit. de act. §. aliæ. secundum Domini. & per Bald. in l. j. C. si plu. vna sententia. & vide per Ange. in l. eum qui. §. Publiciana. ff. de Publicia. dicentem inter alia, quòd licèt bona fides præsumatur ex titulo probato, vt per Ioan. And. in c. a. s. de restitutio. in integ. & per Barto. in l. Celsus. ff. de vsucap. & per Cyn. in l. super longi. C. de præscript. longi temporis, tamen requiritur necessariò quòd bona fides sit saltem allegata, aliàs succumbit agens secũdum Ange. ibi, quia præsumptio debet allegari, vt in l. si adulterium cum incestu. ff. de adulterijs. & facit quod dicit Barto. in l. cum quid. in fi. ff. si certum petatur. Quid autem si quis simpliciter petit rem ad se pertinere iure dominij, an verificetur tam in dominio directo quàm in vtili, vide in l. j. §. qui in perpetuũ. ff. si ager vectigalis. & plenè per Imol. in l. quod Principi. ff. de

5 aqua pluuia arcen. † In eadem glo. ibi. C. de iud. l. licet. nota ex glo. ꝙ agens simul duabus actionibus si in vna succumbit, poterit alteram intentare. facit. l. minor. & ibi glo. ff. de euictio. intellige quando alteram tantum fuit prosecutus, & prosecutio fuit specialis, quia tunc in altera non prosecuta non obstaret exceptio. & ita sentit gl. hic, aliàs verò si ex prosecutione non posset discerni, vt quia simpliciter dicat rem ad se pertinere, vt l. pertinere. ff. de verb. significa. tunc secus esset secundum Bar. in l. & eandem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. & per Bal. in d. l. minor. & per Spe. in tit. de actione & petitione. §. sequitur. ver.

6 quid si primo. & hic per Domini. † In eadem glo. ibi hoc ergo non vetat. no. ex gl. limita. ad authen. malæ fidei. hic alle. quod licèt habeat locum quo ad præscriptio. tamen non habet locum quo ad Publicianam, quia non procedunt a pari præscriptio & Publiciana, vt per Bal. in dicta l. j. Secundò limita dictã authen. non habere locum quo ad præscriptio. longissimi temporis, vt hic in glos. & ibi nota. Tertiò limita non habere locum quando dominus alienaret in fraudem creditorum licèt mala fide secundum Spe. in ti. de præscriptionibus, ad fi. & ibi per Ioan. An. in addi. Quartò limita non habere locum in præscrip. in qua sufficeret bona fides per nota. in reg. cum quis. s.

7 eo. lib. & vide tres alias limitationes per Ang. in d. authen. † In eadem glo. ibi hoc etiam notat Gul. in Spe. & Ioan. Mona. hic & Archid. 3. q. 3. offeratur. vbi dicit, ꝙ regulariter libellus non debet formari alternatiuè, vel conditionaliter, licèt aliquando procedat vt no. in c. Raynutius. de testamentis. & in c. cum dilecti. s. de emptio. & venditio. & per Bart. in l. j. ff. quorum leg. Et nota ex glo. ꝙ talis libellus potius admittitur ex consuetudine q̃ de iure, vt patet, quia licèt rei vendicatio, & Publiciana tendant ad eundem finẽ scilicet ad rem restituẽdam, tñ in ori-
gioe

ADDITIONES.

a Vin. God. Adde ꝙ Prælatus non potest agere sine consensu capituli in arduis etiam si sint bona diuisa. Fely. in c. edoceri. col. 2. cum seq. de rescrip.

b Vinc. Gode. Nota quod actio Publiciana non datur, nec competit ex titulo etiam apto ad transferendum dominium, si possessio tradita non fuit. Cor. consi. j. in præsenti, litera h. la a & consi. 89. visa litera c. lib. 3. Nec datur contra tit. possidentem. Ruy. consi. 25. nu. 3. lib. 4. & non datur illi, qui non cecidit a possessione. Ruy. consi. 54. nu. 3. lib. 4.

gine sunt contrariæ, & incompassibiles, vt s. in princip. huius glo. & habena rei vendica. non habet Publicianam vel econtra, vt in dicta l. minor. & actor contraria allegare non possit, etiam si tendant ad eundem finem, vt in c. sollicitudinem. s. de appellatio. licèt aliud sit in reo, vt nota. in regula nullus in pluribus. j. eodem libro. & quod talis libellus solùm de consuetu dine admittatur, tenuit glo. Institu. de act. §. j. & Barto. in dicto §. actiones. & Bald. in dicta l. edita. & in dicta l. j. & in l. j. C. de furtis. non tamen admitteretur talis libellus copulatiuè, licèt admittatur disiunctiuè, vt hic per Pet. de Ancha. & tenet Bald. 8 in l. j. ff. de Publiciana. † In glo. in verbo largitione ibi, vbi de hoc scilicet per Ioan. And. super glo. fi. tenendum, quod licèt ecclesiæ, vel ciuitati quæratur dominium sine traditione, si tradens erat dominus, tamen non quæritur Publiciana, si tradens non erat dominus, cum tale priuilegium non trahatur ad ecclesiam. & idem tenet hic Lapus, & Specula. in titulo de locato. §. nunc aliqua. versi. 58. & per Bald. in dicta l. prima. C. si plures vna sententia. licèt præcisè hic non firmet, & licèt Pet. de Anchara. hic dicat æquum esse, vt etiam ecclesiæ competat Publiciana, si habuit titulum ab eo, qui erat in possessione, tempore, quo concessa fuit ecclesiæ. & ita sequitur hic Lap. & Dominicus. imò Bald. in dicta l. finali. tenuit hoc procedere de iure, vt ibi per eum. pro quo facit. l. j. & 2. & ibi per Barto. ff. de Publiciana. & idem notat Rota in dicta decisio. 178. quæ incipit, item quod. In eadem glos. in fi. & dicit hic Ioan. Andr. quod talem expressionem facere non tenebatur per no. s. de libel. obla. in c. 2. vt hic per eum.

S V M M A R I V M.

1. *Dominium quæritur ecclesiæ sine traditione, quando contractus est purus, secus si sit factus sub conditione.*
2. *Testator si mandat in suo fundo ædificari ecclesiam, an videatur donare totum fundum ecclesiæ.*
3. *Donatio facta monasterio quod nondum est, an valeat.*
4. *Res existentes apud hostes licèt non sint in nostro dominio, possunt tamen donari sub honesta conditione.*

Allegabatur autem. Præmitte iuncta glos. prima hic in ver. allegabatur. pro intelligentia totius decretalis quod Rex Aragonum donauit hospitalarijs Sancti Ioan. castrum cum suis finibus, inter quos erat locus de Rosellis, qui tunc erat sub potestate infidelium, & fuit talis donatio sub conditione, si ad manus fidelium peruenerit: deinde mortuo Rege eius nepos, qui successit in regno, acquisiuit illa de manu infidelium, & donauit monasterio Populeti, volens quòd in loco de Benefazano ibi incluso ædificaretur vnum monasterium, tandem cum esset quæstio inter monasteri. de Benefazano & hospitalarios super loco de Rosellis, monasterium Populeti donauit locum de Rosellis monasterio de Benefazano, & super hoc vertitur 1 quæstio hic decisa secundum Domini. † Nota primò quòd licèt ecclesiæ quæratur dominium sine traditione, vt l. fi. C. de sacrosanc. eccle. tamen illud verum quando purè, secus si sub conditione sit factus contractus, quia tunc expectatur conditio, qua eueniente statim contractus habet effectum. facit. l. cedere diem. ff. de verborum significa. licitum est enim in rebus donatis ipsi ecclesiæ apponere conditionem, vt in c. ve-2 rum. s. de condi. appoſi. † Secundò nota ibi nec pro eo &c. quod licèt quis donet alium certum locum vel castrum cum hoc, vt ibi ædificetur monasterium, non tamen propter hoc videtur monasterio ædificando donare totum illum locum, ex quo infertur, quòd si testator mandat in suo fundo ædificari ecclesiam, non tamen propter hoc videtur velle, quod totus ille fundus sit ecclesiæ secundum Domi. & ita tenuit Bald. per hunc tex. in l. j. C. si plures vna sententia. in antepenul. colum. Sed Pet. de Anchara. hic contra per l. prædijs. §. balneas. & §. qui domum. ff. de leg. 3. ideo aduerte, quia aliud est quærere an vendito, seu donato fundo [a] videatur vendita, seu donata domus, vel palatium in eo existens vel econtra, tunc procedunt dicta iura, & quod nota. per Bald. in auth. alearum vsus. C. de religio. & in l. j. in principio. C. communia de lega. Et aliud est quærere an totus locus videatur donatus ecclesiæ ædificandæ, quo casu locum habet tex. hic, ipse tamen ædificans ecclesiam bene tenetur assignare congruam dotem. vt 3 per glo. & Docto. in c. cum sicut. s. de consec. ecclesiæ. † Vltimò nota, & ita allegatur quòd licèt quis in suo testamento possit relinquere, vt monasterium construatur, & legare bona monasterio construendo, vt in c. nos quidem. de testamentis. imò etiam possit hæres institui ecclesia construenda secundum Bart. in l. seruos. tamen secus est in donatione, quia non valet donatio facta monasterio construendo, vel alteri ecclesiæ, quæ nondum est. & ratio differentiæ, quia legatum non requirit præsentiam personæ, sed potest fieri absenti & ignoranti, vt in lege cum pater. §. surdo. ff. de lega. 2. secus in donatione, quia requirit præsentiam alicuius personæ saltem repræsentatæ, ideo est quòd ad pias causas non valeret donatio inter viuos facta absenti nemine pro illo recipiente, secundum glo. notabi. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. & hanc rationem differentiæ assignat Bart. in l. seruos. ff. de alimen. leg. de quo tamen per glo. & Docto. in c. ad audientiam. el 2. s. de eccle. ædifi-4 can. † In glos. in ver. allegabatur. in fi. scilicet quòd ideo talis donatio valuit, quia non fuit facta simpliciter, sed sub conditione licita, vt hic in tex. vnde not. quod licèt existentia apud hostes non sint in nostro commercio, tamen possunt donari sub conditione honesta, putà si ad manus fidelium peruenerint, vt hic, & per Bald. in dicta l. j. secus si conditio esset talis, quam inhonestum esset expectare in l. inter stipu. §. sacram. ff. de verbo. obliga. sicut etiam non possent talia donari, vel legari simpliciter & purè, vt in l. liber homo. hic allega. intellige, si talia semper fuerunt apud hostes, aliàs si semel fuissent apud fideles, licet nunc sint apud hostes, possunt purè legari, donari, & stipulari propter spem postliminij, vt in l. id quod apud hostes. ff. de lega. j. & ibi per Barto. in dicta l. liber homo. idem tenentem, & dicentem ex hoc valuisse concessionem factam per Papam Regi Carolo, & successoribus de regno Hierusalem, quod regnum fuit semel Christianorum, vt per Bart. in d. l. liber homo. & in d. l. id quod. cuius dicta sequitur hic Domi. In glo. in verbo multum in fine. no. ex glo. practicam, quam seruare debet bonus aduocatus vt prius fundet iura sua, deinde impugnet iura aduersarij secundum Io. And. & facit s. de testibus. c. ex tenore. & de verbo. significatione. c. Abbate. In glo. in verbo, non valebat in fi. non obst. dicta l. si seruitus. in fi. ff. de seruitu. vrbanorum. & l. seruos. ff. de libe. cau. cum ibi non quæratur ius in re, sed tantum personalis obligatio secundum Innocen. & Ioan. And. de quo per glo. in dicta l. seruos. & in dicto c. ad audientiam. In glo. in ver. accidit. in fi. non obstat. l. si rem. §. fi. ff. de pignorati. quia loquitur in pignoratitia, quæ statim oritur ex conuentione, & statim nascitur cum de pignore conuenit, sed impeditur, quousque solutio pretij sit facta secundum Ioan. And. de quo j.

A D D I T I O.

a Nic. Sup. An vendito seu donato fundo. Adde, an videatur venditum ius patronatus. vide per Archid. in c. piæ mentis. 16. q. 7. in 2. col. in glo. & per Abb. in dispu. incip. Augerio in 13. col.

Vin. God. Adde quòd donatio facta ecclesiæ nemine acceptante non valet. & licèt valeat vt pollicitatio, vel pactum, ex ea tamen non quæritur ius reale, sed solùm actio personalis. Ruy. consi. 37. nu. 14. lib. 4.

S V M M A R I V M.

1. *Quæsita in bello iusto efficiuntur acquirentis.*
2. *Res pertinentes ad regnum possunt donari sub cõditione, cum peruenerint ad regnum.*
3. *Reus qui desiit possidere, quando debeat absolui.*

1 Pro parte autem. † No. j. ibi propria. quòd quæsita ex bello iusto efficiuntur ac-2 quirentis, [a] de quo in c. olim. el primo. s. de restit. spoliato. & in l. hostes. ff. de captiuis. Secundò nota quando sit, quod ius superueniens actori pendente iudicio sibi prosit, de quo j. In gl. in ver. per partem ibi maximè no. pro eo quod est dictum s. §. proxi. 2 † In ea. glo. ibi malè allegabant. supple ipsi monachi, & hic per ea, quæ sequuntur in gl. & sentit glo. quòd etiam res, quæ non pertineret ad regnum possunt donari sub conditione, si fiant ipsius regni. & obligat talis donatio successorem in regno adueniente conditione, pro quo facit text. j. in §. sed ad hæc. per quem ita tenet hic Pet. de Anchara. dicens, quod licèt successor in dignitate grauari non possit per prædecessorem in rebus proprijs, nec consentiat, vt no. in c. licet. s. de voto. tamen bene poterit grauari in rebus dignitatis ad ipsam dignitatem pertinentibus, & ideo donatio hic facta per Regem hospitalarijs non poterit per successorem reuocari per no. per Specu. in titu. de instrumen. edi. §. vt autem, qui loquitur ad pias causas. in fi. vbi dicit, quòd successor non potest reuocare donationem prædecessoris in dignitate, nisi ipsa dignitas enormiter lædatur, quia tunc posset reuocare, nisi præscriptio vel aliud obstaret sm Lapum, & Pet. de Ancha. volentem, quod talis donatio facta hospitalarijs valuerit. Sed aduerte quia Bald. in l. j. C. si plures vna senten.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Bellum quando fiat, & quando res sint capientium, ponit Fely. in c. excommunicamus. de hæreti. Quis autem possit indicere bellum habetur in trac. de potest. secul. & eccles. c. 109. nu. 8. quod habetur in lib. 10. trac. fol. 161.

ſententia.colum.penul.in princip.videtur velle, quòd donatio facta monaſterio Populeti valuerit, & non illa facta hoſpitalarijs, cum nepos illius Regis quæſiuerit illa bona, non vt Rex, ſed vt perſona ſingularis. Sed certè quæſiuit vt Rex, & ſub vexillis regni, vt dicit hic Ioan. And. & j. §. proximo. Nec videtur verum, quòd Rex non poſſit donare, vel alienare res Regni quæſitas, vel quærendas, vt dicit Bald. ibi, quia imò poteſt dummodo ipſi regno non inferatur magnum præiudicium, vt ſ. patet. & in c. intellecto. ſ. de iureiurando. & in clementina Romani. eodem titu. & per Barto. & Bald. in proœmio digeſtorum. & ſic ſequitur, quòd donatio facta hoſpitalarijs valuerit, & ſic potior. facit. l. apud Celſum. §. ſi a Titio. ff. de exceptione doli. & vide in c. j. & ibi per Docto. ſ. de probatio. facit etiam l. ſiue autem. §. j. ff. de Publiciana. & voluit idem Barto. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam per hunc tex. In glo. in ver. ſeparata in fi. aliqui dicunt, quòd hic omnino fuit facta ſeparatio, ſed ſimpliciter fuit adita hæreditas patris, ideo vna cenſetur hæreditas patris cum ſua, vt in l. ſed ſi plures. §. ſi filio. ff. de vulg. & pup. & maximè, quia regna transferuntur per ſucceſſionem, & non per electionem ad hoc tex. & glo. in c. grandi. ſ. de ſupplen. negligen. eodem libro. & vide ibi nota. † In glo. in verbo. in reo. in principio quando ſit, quòd reus, qui deſijt poſſidere, debeat abſolui, vide in regula pro poſſeſſore. j. eodem lib. & in l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. & licèt eo caſu quo reus abſoluitur, quia non poſſidet, ſi tamen actor de ſuo dominio probauit, debet pronunciari & declarari eſſe dominum, vt eſt glo. ſingu. in l. ſi a re. §. ſi quis fundum. ff. de exceptio. rei iudi. In actore verò qui deſijt habere ius quod habebat tempore litis conteſtatæ ex facto proprio ipſius actoris, & tunc reus debet abſolui, ſecus ſi ex facto, ex quo actori non poſſit imputari, vt in l. ſi poſt acceptam. ff. de rei vendi. & in l. ſi ſeruus. ff. de condi. furti. ſecundum Ioan. Andre. & de his per Barto. in l. j. ff. de exceptio. & per Bald. in l. j. C. de alie. iudicij.

S V M M A R I V M.

1. *Quæſita per Regem, vt Regem efficiuntur regni, non perſonæ.*
2. *Donatio facta per Regem ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem in dignitate, & eum obligat.*
3. *Cauſa ſi exprimatur in libello, debet probari in ſpecie.*
4. *Succeſſor vniuerſalis poteſt allegare cauſam ſuam, & prædeceſſoris ſecus in ſucceſſore particulari.*
5. *Sententia abſolutoria lata in iudicio, in quo eſt generaliter actum, parit exce. rei iudica. in qualibet cauſa, quæ poterat includi niſi in ſuperuenienti.*
6. *Allegationes partis poſitæ in corpore iuris non faciunt ius.*

1 Sed ad hæc pars. † Nota primò, quòd quæſita per Regem, vt Regem, & ſub vexillis regni videntur quæſita intuitu dignitatis, & non perſonæ, & ita eſt de mente Ioan. And. hic. ſecus ſi vt priuata perſona, & eius induſtria quæreretur, vt ſ. §. proximo. In dubio verò quæſita per eum, qui præeſt dignitati ſæculari perpetuæ videntur quæſita intuitu dignitatis. Sicut dicitur in prælato. ſ. de teſtamentis. requiſiſti. ſecus ſi præeſt adminiſtrationi, & dignitati temporali, quia tunc in dubio præſumuntur potius acquiſita ea induſtria, vt per glo. Cyn. & Bald. in authen. ſacro. C. de Epiſco. & cleri. & tenet hic Pet. de Anchara. & vide Docto. in c. inquirendam. ſ. de pecul. clerico. † Secundò no. ibi 2 tenebatur. & tene menti quòd donatio facta per Regem [a] ſub nomine dignitatis etiam conditionalis, & etiam de rebus pertinentibus ad Regnum tranſit ad ſucceſſorem in dignitate. & eum obligat. & ita tenet Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi 3 aut clam. per hunc tex. de quo ſ. §. proximo. † Vltimò no. quòd ſi in libello exprimitur cauſa in ſpecie, oportet quòd illa probetur, nec ſufficit aliam probare, quod intellige, quando illa alia cauſa eſſet orta poſt petitionem, & ita ſit tex. hic, aliàs agens rei vendica. cum videatur omne ius ſuum in iudicium deducere cum dominium ſit cauſa rei vendicationis. l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudica. tunc ſi petitur res ea vna cauſa expreſſa extenderetur ad aliam vt in d. l. ſi mater. §. j. intellige, ſi talis cauſa ſuberat tēpore petitionis. hinc eſt quòd in reali procedit libellus generalis, vt dicta l. ſi mater. §. j. licet glo. ibi contra. & eam reprobat Bart. ibi, ſufficit enim in libello dicere, quòd res pertinet ad eum iure dominij, nec requiritur expreſſio alia cauſæ particularis ſecundum glo. in l. j. ff. de edendo. & tunc ſufficit actori probare aliquam cauſam incluſam ſub illo genere, etiam ſi talis cauſa non competebat tempore litis conteſt. ſed poſtea incipit competere, & ſic videtur, quòd ſi in libello exprimitur cauſa in genere, videtur tunc deducta quælibet cau-4 ſa competens, & competitura ipſi agenti, de quo j. † In glo. in ver. ſimilis. in fi. aduerte quia licet ſucceſſor vniuerſalis poſſit allegare cauſam ſuam, & prædeceſſoris, vt no. in l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquiren. poſſeſſ. tamen ſecus in ſucceſſore particulari vt hic. & per Bart. in d. §. actiones. in fi. & ſic monaſterium de Benefazano non potuit hic allegare titulum, & cauſam ſui autoris particularis ſcilicet monaſterij Populeti, cui per Regē facta fuerat donatio. In glo. in ver. iudicium. in princi. no. quòd valet iudicium, ſi ea poſt facto ſuperuenit ius durante iudicio, intellige quando libellus fuit generalis non expreſſa cauſa cer-5 ta, prout eſt dictum ſ. in vlti. nota. † In glo. in ver. conſcientia. in princi. vult glo. quòd abſolutoria lata in iudicio, in quo eſt generaliter actum, parit exce. rei iudicatæ. in qualibet cauſa, quę poterat includi pręterquàm in ſuperuenienti, vt dicta l. ſi mater. §. an eandem. & ita probat tex. hic, ibi mox &c. ſecundum Ioan. de Fan. & Domi. Sed certè glo. hic vult, quòd etiam in cauſa ſuperuenienti obſtet exceptio, quod procedit de æquitate huius decr. ſecus de iure ciuili. & eius rigore, vt dicto §. & an eandem. & ita tenet Cyn. & Bald. in dicta l. j. Nec ob. tex. hic mox &c. quia loquitur eo caſu, quo non includebatur, & non poſſet ex ea ferri ſententia, quia tunc exceptio rei iudica. non obſtaret in ſuperuenienti de quo j. in glo. pen. & ibi per Dom. Aduerte tamen, quia cum tex. hic ibi mox &c. ſit de allegationibus factis pro parte hoſpitalis, quæ allegationes ſunt approbatæ hic, vt dicitur j. in glo. in ver. iudicio. in fi. ergo ſecundum hoc videtur probare ille tex. opi. Pauli & Domi. quòd in ſuperuenienti non obſtet exceptio. In glo. in ver. iudicio ibi emergenti. hoc placet Ioan. Mona. & procedit de æquitate ſed de iuris ſolennitate aliud eſſet, cum ſuper eo, quod non eſt, non dicitur facta litis conteſtatio. argu. l. de his. ff. de tranſactio. nec ſufficit quòd ſit in potentia, vel habitu, vt ff. de iudi. l. non quidem ſecundum Archidiaco. & Ioan. Andre. Sed Ioan. de Fant. cum quo tranſit Domini. videtur velle, quòd tales probationes non valuerint in alio iudicio, ex quo cauſa ſuperueniens non includitur ſuper prima, nec ex ea poſſet ferri ſententia, quod eſt verum de iuris rigore, ſecus de æquitate, vt dicetur j. §. proximo. 6 † In ea. glo. in fi. no. ex glo. quòd allegationes partis in corpore iuris poſitæ non faciunt ius, non ergo poteſt ſumi deciſio in iure de eo quod l. loquitur narratiuè. facit gl. 28. diſtio. quia ſunt. & in l. j. C. quando non peten. part. quod tamen limita, niſi tales allegationes appareant confirmatæ a compoſitoribus iuris ſicut fuerunt hic confirmatæ allegationes pro parte hoſpitalariorum ex quadam æquitate, vt patet j. §. proxi. ibi ſicut congruè, iuncto fine huius c.

A D D I T I O.

a Vin. God. Adde quando Rex poſſit donare in diminutionem regni non modicam & quando non, Ruy. conſi. 25. nu. 6. & 16. lib. 2.

S V M M A R I V M.

1. *Actor agens ex certa cauſa debet illam probare.*
2. *Aequitas attenditur de iure canonico potius quàm rigor.*
3. *Libellus alternatiuus licèt procedat, ſecus tamen in ſententia.*
4. *Genera certis locis, vel temporibus non transferuntur.*
5. *Cauſa remota ſi probari debeat, qualiter ſunt formandi articuli.*
6. *Libellus in criminalibus debet continere locum, & tempus, ſecus eſt in libello ciuili.*
7. *Locus & tempus requiratur in inſtrumento publico.*
Adde ad idem nu. 8.

1 Præfatus igitur. † Nota primò quòd agens ex certa cauſa, & ſpecialiter expreſsè debet illam probare, & eius circunſtantias, ſcilicet locum, & tempus, ſine quibus non valeret, ſecus cum generaliter eſt 2 actum non expreſſa certa cauſa, de quo infrà. † Secundò nota, a quòd de iure canonico debet attendi æquitas [a] potius quàm rigor iuris, ideo eſt quòd ſubtilitas pernicioſa hic reprobatur, & æquitas præfertur rigori, de quo ſ. de iudi. in c. dilecti. & l. placuit. C. eodem titu. & in cap. j. j. de rerum permutatio. Tertiò nota, quòd ex quadam æquitate eſt inductum, quòd quando eſt generaliter actum in libello, poſſit ferri ſententia ex cauſa de nouo ſuperueniente pendente iudicio, licèt de rigore iuris ſit ſecus, vt eſt dictum ſ. §. proximo. & plenè per Bal.

A D D I T I O.

a Nic. Sup. Aequitas potius quàm rigor. Adde c. fi. de tranſac. & per Cy. in l. j. in fi. C. de legi. & per Doct. in l. ſic feci. ff. de eo quod certo loco.
Vinc. Gode. Limitatur hoc niſi æquitas ſit ſcripta in genere, rigor in ſpecie. Fely. in c. cum illorum col. 2. de ſen. excom. & quid ſit æquitas & quid rigor, idem Fely. in c. 2. in prin. de re iudi.

Bald. in l. j. C. de aliena. iudicij. Quartò nota ibi non probauerunt. quòd probatio debet fieri super causa specialiter expressa in libello, aliàs succumbit ipse actor, quod facit pro eo, quod dixit Innocen. in c.cum contingat.ꝫ. de officio delegati. & in c.ex parte Abbatissæ.ꝫ.de priuilegijs. Quintò nota ibi, de mandato, quòd auditor non dicitur habere potestatem decidendi causam, nisi habeat hoc specialiter in mandatis, de quo in clement. auditor. de rescriptis. & ibi per glo. an auditor di-
3 catur habere ordinariam vel delegatam potestatem. † Vltimò nota quòd licet libellus alternatiuè concipiatur, vt patet ꝫ. in princip.c. tamen sententia absolutoria debet simpliciter proferri. Et in sententia condemnatoria iudex debet alteram eligere, non alternatiuè condemnare, de quo per Bald. in l. j. C. si plures vna sententia. & nota. in l.miles. §. j. ff. de re iudi. & in c.cum dilecti.ꝫ.de emptio. & vendi. & aduerte quia hic fertur solùm absolutoria pro reo, non autem fertur sententia super iure ipsius rei, & hoc ideo, quia aliàs non poterat ferri. aliàs aliud esset, vt no.ꝫ. de restitu. spoliato. ex conquestione, de quo ꝫ. In glos. in ver. tempus. in princip. ideo dicit hic Innocen. & Ioan. Andre. quòd videtur quasi impossibile quòd certa donatio, vel venditio non habeat concomitantiam certi loci & temporis. idem voluit Barto. in l. an eandem. ff. de exceptio. rei iudi. in §. actiones. dicens, quòd si causa remota exprimatur in iudicio, tunc ius superueniens iudicio pendente non clauditur sub libello, quod ideo est, quia causa remota de necessitate præsupponit tempus & locum, vnde de necessitate debet intelligi de certo contractu facto certo loco & tempore, & sic de re vel iure, quod consistebat tempore inchoan iudicij non post. In eadem glo. ibi, §. si autem. hoc non probatur ibi, quia non superuenit ibi ius dominij, vel quasi ipsi actori, sed superuenit possessio ipsi reo, quia post lit. contesta. cœpit possidere, vt dicit glossa ꝫ. in §. pro parte. in verbo in reo.
4 † In eadem glos. in fi. & ratio est quia genera certis locis, vel temporibus non transferuntur secundum Ioan. Andr. & idem sequitur Barto. in dicto §. actiones. concludens, quòd quando causa exprimitur in genere, ex quo tunc non habet concomitantiam certi loci, vel temporis, tunc ius vel causa superueniens iudicio pendente prodest actori per hunc textum, qui procedit de æquitate canonica secundum eum ibi, & tenet Ioan. Andre. post Archidiaco. ꝫ. §. proximo super glos. in ver. iudicio. & Bald. post Cyn. in dicta l. j. dicens, quòd ista æquitas seruari debet in terris ecclesiæ, & non in terris imperij secundum Pet. de Anchara. & Domi. dicens, quòd in terris, quæ sunt de temporali iurisdictione ecclesiæ debet seruari tex. hic etiam in foro ciuili, vt in c. si duobus. & c. super eo. el secondo. ꝫ. de appellatio. sed de iure ciuili secus esset dicendum, vt hic plenè per Pet. de Anchara. & Domini. ponentes plures notabiles rationes, quare ista eadem æquitas non procedit de iure ciuili. & vide per Bald. in dicta l. j. & in l. j. C. si plures vna sententia. Sed limita primo hunc textum nisi ius superueniret pendente iudicio, quando esset in causa conclusum, quia tunc ex eo non posset ferri sententia per no. in c. auditis. ꝫ. de procurato. & in c. j. ꝫ. de iuramento calumniæ. eodem libro. & per Barto. in dicta l. si mater. §. eandem. & sequitur hic Pet. de Anchara. Secundò limita supradicta, quia quando superueniret ius pendente iudicio ex causa de præterito tunc etiam de iure ciuili posset ferri sententia, vt l. si rem. §. fi. ff. de pignor. & no. in dicta l. si mater. §. eandem. sed an hoc procedat, si causa de præterito sit talis, quòd trahatur retro vel non, vide per Ange. in l. non potest. ff. de iudicijs. & Bald. in l. j. C. de alie. iudi. & per Bart. in dicto §. eandem. in princi. & in fi. & in dicto §. actio-
5 nes. circa finem. † In glo. in ver. censetur, ibi causam sine tempore, no. ex glo. practicam formandi articulos ad probandum causam remotam, quia debent concludere ius competijsse ante litem motam, vt probatio concludat, facit quod no. per Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. ideo si ex probationibus factis in iudicio non appareret, quòd causa remota in libello expressa habuerit initium ante litem motam, reciperat absoluendus, licèt de ipsa constaret sm gl. facit l. cum actum. ff. de neg. gest. & l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui ope. nuncia. & tenuit Barto. in d. §. actiones. & Ioan. de Fan. & Domi. hic dicens, quòd non obstat c. cum Ioannes. ꝫ. de fide instru. quia ibi de tempore probatur per instrumentum, ex quo venditio vnica fuit, vt ibi nota. & per Bal. in dicta l. j. C. si plures vna sententia dicebat tamen hic Domi. quòd si ego peto legatum, & vnus testis probat, quòd iam sunt 10. anni, alter dicit de 11. quod non probant, cum tex. hic dicat, quòd quando certa causa exprimatur, debet de necessitate adesse concomitantiæ loci, & temporis, & sic vult tex. quòd qualitas loci & temporis de necessitate videtur deducta, licèt non exprimatur. Sed certè quidam Docto. consuluerunt contrarium, quia tempus non est de substantia huius legati per nota. in dicto c. cum Ioannes. nec ob. quòd qualitas loci & temporis videtur deducta, quia satis est, quòd probetur, quòd ante litem motam habuerit initium & ita vult gl. hic, secus tamen esset quando tempus punctualiter esset de substantia probationis, vt dicta l. cum actum. & nota. in c. duobus. ꝫ. de rescriptis. eodem libro. ad finem. & in c. j. ꝫ. de arbitris. eodem libro. & per Bald.
6 in l. testium. in fi. C. de testibus. & in dicta l. j. in fi. † In eadem glo. ibi, l. libellorum. dicas quòd in libello in criminalibus requiritur locus & tempus, vt in dicta l. libellorum. sed in ciuilibus non requiritur, quòd exprimatur locus & tempus ipsius causæ in iudicio deductæ secundum Innoc. dicentem, quòd actor non habet exprimere diem, vel locum cōtractus, sicut nec debet exprimere testis, vt d. c. cum Ioannes. intellige nisi agatur ciuiliter de crimine, vt in c. tuæ. ꝫ. de procurato. vel nisi iudici aliud ex certis causis videretur fiendum secundum Innocē. & Ioan. An. per d. c. cum Ioannes. in fi. In articulis tamen expressio loci & temporis fieri dēt, & hoc, quando causa remota fuit expressa, vt voluit glo. ꝫ. in princip. Sed si fuisset expressa causa proxima, secus esset, cum possit ex causa superueniētū ferri sententia secundum Domi. & vide dicta ꝫ. in glo. in ver. obnoxiū.
7 † In eadem glo. in fi. nota ex glo. an [a] in scriptura vel [b] instrumento publico requiratur locus & tempus. & conclude quòd scriptura priuata valet sine loco & tempore, vt l. cum tabernam. §. idem quæsijt. ff. de pignoribus. quod intelligit hic Ioannes An. quo ad præiudicium scribentis. secus quo ad præiudicium tertij. & idem tenet Ioannes And. in c. inter dilectos & in ver. facilius. ꝫ. de fide instrumen. de quo plenè per Bald. in procemio. C. §. quibus. & in rubri. C. de fide instrumen. & per Ang. in l. scripturas. C. qui potiores. & per Specu. in titu. de procuratore. §. ratione autem formæ. ver. sed quid si mandato. Sed de scriptura publica dicas, quod requiritur locus & tempus, vt tenet glo. hic, & in l. optimam. hic alleg. & in l. generaliter. C. de tabularijs. lib. 11. & per Specu. in titu. de instru. edit. §. postremo. aliàs incipit instrumentum ver. quid si locus. & ver. sequenti. Sed an sufficiat locus in genere, putà in ciuitate Peru. vel in specie, putà in tali domo, concludit hic Lapus & Domi. quòd in hoc debet stari consuetudini, facit c. cum dilectus. ꝫ. de fide instrumen. Sed si consuetudo nihil disponit. & tunc si ex generali expressione loci includitur tacitè locus specialis, sufficit sicut fit in data literarum apostolicarum. & ratio est, quia est notorium de loco, vbi Papa manet. & ita tenet hic Ioannes Andre. & facit c. cum redemptor. 12. q. 3. & ibi per Archidiaco. alias autem expressio loci generalissima, puta si dicitur actum in prouincia Lombardiæ, vel in tali ciuitate non sufficeret secundum Ioannem Andr. & nota. in Authen. quibus modis natu. effici. legitimi in §. inquantum. nec etiam sufficeret expressio loci generalis, putà actum Perusij in tali porta nisi exprimatur locus particularis secundum Ioan. And. hic, & ꝫ in data sexti libri. & Cyn. in dicta l. optimam. in 4. quæstione. Aduerte tamen quia licèt descriptio loci ita generalis non sufficit, non tamen propter hoc vitiatur instrumētum in totum, sed redditur suspectum intantum, quòd carebit viribus, nisi aliàs per testes coadiuuetur. & ita videtur tenere Ioan. And. in additio. Specu. in dicto versicu. quid si locus. & Domini. hic. Et prædicta quando apponitur locus gratia demonstrationis, quia sufficit taliter assignate locum, quòd aduersarius possit
8 redarguere de falso. vt dicto §. inquātum. † Sed quando locus esset de substantia actus, non sufficeret apponere locum in genere, nisi apponatur locus loci. vnde non sufficeret dicere actum in palatio Potestatis, nisi dicatur de loco loci, vbi iudex sedet pro tribunali secundum Bal. in l. contractus. C. de fide instru. & per Barto. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de noui ope. nuncia. Quid autem si tabellio omisit ponere locum, & tēpus. an possit postea addere, vide per Spe. in d. §. postremo. & per Ioā. And.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. An in scriptura. Adde gl. in c. quotiens cordis oculus. 3. q. 7 Abb. in c. j. de proba. Alex. de Imo. consi. 76. inci. ponderatis his de quib. in 3. volu. idem Alex. consi 153 inci. discussis hęsitationibus, in j. volu.
Vin. Go Adde Iasō. in l. at prætor. §. si iudex. col. j. de re. iud. in j. l. vbi ait non apparet §. aliud. de ver. obli. in l. si. col. 2. C. de fideicom. & in consi. 195 lib. 5.
b Nic. Sup. Vel instrumento publico. Adde gl. in c. 1. perpetuus. de fi. instru. gl. in c. 3. de proba & glo. in c cum de rescrip.
Vin. God. Adde Alex. consi. 66. in tio processu, nu. 3. li. j. & in l. si librarius, de reg. iu. & in l. j. §. creditores. de eden.

And. in addi. in dicto ver. sed nunquid. & per Bart. in l. si libratius. ff. de regu. iur. & per Ioan. And. & ibi dicta j. in data huius lib. In glo. in ver. huiusmodi. in fi. vnde certo respectu vtilius est causam exprimere per iura hic alleg. & alio respectu, secus per hanc decisi. secundum Ioan. Andr. si enim est generaliter actum, & sequatur sententia in omni causa, obstat exceptio rei iudicatæ, & ita est de mente tex. hic, & vult glos. in c. j. s. de libel. obla. quod intelligit hic Paulus, & Domini. de causa, quæ tunc competebat, secus in causa, quæ superuenisset de nouo post litem contestatam. Sed certè Ioan. And. hic sentit contrarium, & satis probatur hic in textu, vt sicut ex iure superueniente post lit. contesta. potest ferri sententia condemnatoria quando generaliter est actum. Ita eodem modo tunc sententia absolutoria iudicis exceptionem rei iudicatæ in omni causa, etiam quæ de nouo superuenisset post li. contesta. dummodo ante conclusum in causa, vt s. est dictum. & ita tenet glos. s. in ver. conscientia. & Barto. in dicto §. actiones. ante fi. de æquitate huius decret. licet in contrarium faciat tex. in verbo cum mox &c. & licèt illa sit allegatio partis, tamen fuit postea approbata, vt est dictum s. in glos. in ver. iudicio. in fi. & sic videretur, quòd non obstaret exceptio, nisi esset facta prosecutio in tali iure superueniente.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia quando potest proferri per alium. Et ponitur practica, qua vti debent iudices sententiando. & nu. 2.*
3 *Testes duo si deponant super negatiua, an eis plus credatur, quàm vni deponenti super affirmatiua.*
4 *Testes admittuntur, qui aliàs non admitterentur, quando res non potest aliter probari.*

C A P. IIII.

1 Cum ab vno. † Nota j. q licèt sententia non possit proferri per alium, vt j. c. proximo. tamen fallit, nisi proferatur per eum, qui sit de numero ipsorum proferentium sententiam, quia tunc de eorum mandato potest per eum proferri, & perinde habebitur, ac si ab omnibus esset recitata quod intelligit hic Ioan. And. quando omnes sunt concordes in sententia, alias quilibet per se deberet proferre sententiam, vt in §. si autem. in Auth. vt iudices non expectent. ex quibus infertur notabiliter, q actus, qui debet a pluribus recitari, si ab vno recitetur de aliorum mandato, & præsentia, censetur ab omnibus recita-
2 tus. † Vltimò nota practicam, qua vti debent iudices in sententiando, quia apponunt primò nomen proprium quam appellatiuum. & ita de consuetudine obseruatur. dicit tamen Bald. in l. 2. C. de sententijs ex periculo. q cautius faceret iudex præmittere nomen appellatiuum, puta nos iudex Ioannes. de quo ibi per eum. In glo. in ver. mandantibus. in princip. pro declaratione huius tex. & glos. conclude, quòd aliquando sententia profertur de mandato, & præsentia iudicum, vel iudicis seu arbitrorum ab illo, qui non est de numero ipsorum iudicum vel arbitrorum, & non valet vt j. c. proximo. secundum Ioannem And. Aliquando profertur sententia ab eo, qui est de numero. & tunc si profert sententiam alijs præsentibus, & tacentibus, non valet, vt tenet glo. hic, quia non dicitur tunc lata ab omnibus, cum taciturnitas isto casu non habeatur pro consensu, vt per Ioannem Andre. in regula, qui tenet hic allega. ideo text. hic requirit præsentiam, & mandatum, & facit text. in l. sicuti. ff. de arbitris, vbi dicitur quòd omnes debent iudicare, licèt glos. ibi contrarium velit, & non bene, vt ex prædictis patet secundum Domini. & Barto. in l. summi. ff. de re iudicata. Aliquando vnus profert sententiam alijs præsentibus & consentientibus, sed non mandantibus, tunc Archidia. hic sentit, quòd sententia valeat. idem tenet hic Pet. de Anch. cum talis consensus, seu voluntas inducat mandatum vt l. j. ff. mandati, & l. si cum dotem. & ibi per Barto. ff. solu. matri. & dicta l. summi. dicentem sufficere talem consensum adesse tempore sententiæ, vel immediatè post, non ex interuallo. & idem tenuit Bald. in l. fi. C. de sententijs ex periculo. Aliquando vnus profert sententiam alijs absentibus, sed mandantibus, & animi sui motum committentibus, & sententia non valet secundum glo. in dicta l. sicuti. pro quo text. hic requirens duo, scilicet præsentiam, & mandatum aliorum, quod intelligit in arbitris, & iudicibus delegatis ab inferiore a Principe, qui non possent alteri committere. secus in iudicibus ordinarijs, vel delegatis a Principe, non tamen habebit tunc locum forma hic tradita, cum delegatus proferat sententiam iure suo, & vt delegatus. de quo j. In eadem glo. ibi, ratihabitio. idem tenet glo. in l. licet. C. de iudicijs. & Innocen. s. de offic. delegati prudentiam. & Specu. in titu. de sententia. §. sequitur. ver. quid si sunt duo. & Barto. in dicta l. si vni. in fi. & licèt, quando sententia est nulla ex defectu proferentis, non possit ratificari, tamen secus si ex parte eius, contra quem profertur, vt in l. 3. §. falsus. ff. rem ratam haberi. secundum Domi. In glos. in ver. oportet. in princi. vult glo. secundum Domini. quod vbi committitur sola recitatio sententiæ, tunc socij autorizant actum, ideo debent esse præsentes, & sententia proferri per verba pluralis numeri, vt hic in tex. Si verò committitur vtrunque scilicet recitatio, & pronunciatio. & tunc ex quo delegant vices suas, possunt abesse, & sententia ferri per verba singularis numeri, posset etiam proferri per verba singularis vel pluralis numeri, quando esset vnus solus iudex, nec ex hoc vitiaretur sententia per hunc textum vbi solum exciperet de electione, secundum Archidia. & Ioan. And. & ita voluit Bald. in dicta l. fi. & tenet Lap. & Domini. hic, quòd si sunt plures iudices, & omnes simul dicunt, excommunicamus talem, excommunicatus erit, vt tenet Archidia. 2. q. 7. a iudice, cum in pronunciando omnes consentiant, vt in l. diem. §. si plures. ff. de arbi.
3 † In
a eadem glo. in fi. No. glo. de hac dictione oportet, de qua per Docto. in c. fi. s. de iureiuran. In glo. in ver. electio. ibi, duobus quàm vni. No. ex glo. quòd duobus testibus simul deponentibus super negatiua magis creditur, quàm super affirmatiua. & ratio est, quia isti duo non solum negant, sed etiam asserunt contrarium eius, quod dicit affirmans, vt no. in l. hæredes palàm. in princip. ff. de testamen. & etiam quia deponunt super facto proprio, vt in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de
4 acquiren. hæredi. † In eadem glos. ibi, impossibile est & alio modo probari. No. glos. quòd quando res aliter probari non potest, creditur testibus, quibus aliàs non crederetur, de quo per glos. in c. cum dilecti. hic alleg. In eadem glos. in fi. Vide per Ioan. And. in c. publicato. hic alleg. in 2. q. Et no. hanc glo. quæ facit ad quæstionem disputatam de quatuor compromissarijs in vnum conuenientibus, qui nominauerunt Ioannem, & in eum conscripserunt ordinantes, quòd die sequenti vocato tabellione fieret electio, an possint compelli, vt exequantur id, in quo erant concordes. Ioan. And. hic, quod sic, vt hic plenè per eum, quod intelligit hic Bald. quando isti suspendunt in die sequenti tantum rogatum notat, non autem consilium, per no. in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de lega. 3. In glo. fi. in fi. Idem Ioan. And. hic, & Archidia. in c. sicut. s. de elect. eo. lib. quia Episcopi de se consueuerunt loqui in plurali. Si tamen vnus solus haberet eligere, vt quia alij essent priuati potestate eligendi, tunc deberet fieri electio per verba pluralis numeri a potestate ratione huius tex. In eadem glo. in fi. Nota ex glo. primò quòd iura loquentia in electione non habent locum in collatione, quando ratio diuersitatis assignari potest. & ita potest limitari glo. in c. si postquam. s. de elect. eo. lib. Secundò no. q constitutio declarans alium locum habet tantum in casibus, in quibus locum habet ipsa constitutio declarata, facit s. de elect. eo. lib. c. qui contra. & c. is qui.

A D D I T I O.

a Vinc. Gode. De hac dictione oportet. Barto. in l. j. in princi. de iust. & iu. in l. pen. ff. de iud. mut. ca. ficar. in l. eum oportet. in princi. C. de bon. quæ lib. sed quandoque honestatem vt per Io. And. in c. vt quia. de elect. in 6. lib.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia diffinitiua debet proferri in scriptis.*
2 *Libellus debet produci in scriptis.*
3 *Acta iudicij an possint probari per testes.*
4 *Sententia interlocutoria potest proferri sine scriptis.*
5 *Iudex si dicat pronuncio, vt in tali scripto, an valeat talis sententia.*
6 *Sententia diffinitiua debet ferri in scriptis, & per ipsum iudicem. fallit in multis casibus, vt hic.*
7 *Appellatio a sententia nulla, licèt non habet effectum suspendendi, habet tamen effectum deuoluendi causam ad superiorem.*
8 *Sententia an debeat ferri in scriptis in causis, in quibus proceditur summariè & de plano.*
9 *Partes quando possint renunciare ordini iudiciario.*
10 *Processus non est necesse quòd redigatur in scriptis, quando sententia non profertur in scriptis.*
11 *In his scriptis, hæc verba an sint necessaria in sententia.*

C A P. V.

1 Et si sententia. Ponit tres causas nullitatis sniæ diffinitiuæ, & a prima vnum casum excipit, sm Io. An. † No. j. q snia diffinitiua dēt proferri in scriptis, & idē in snia arbitri, vt per gl. in c. cū antea. C. de arb. & no. in c. cū dilecti. s. de arbi.

nec

nec refert, in quo sit scripta, etiã si in pariete, vel tabula sm Io. And. & no. 3. q. 7. postulatus. & in l. j. ff. de bo no. possef. Et debet scriptura præcedere recitationẽ sententię, vt hic in tex. per quem patet, quòd sufficit immediate quòd sententia fuerit scripta proferatur eodem contextu, vt tenet Bart. in l. 2. C. de senten. licèt Domi. hic contra & non bene. Et debet ipsa sententia proferri de scripti recitatione, vt hic dicitur, & sic legendo scripturam. vnde non valeret sententia, si iudex eam recitaret mentetenus, & non legendo eam, secũdum Do. & idem Bal. in l. fina. C. de senten. ex peri. dicens non valere sententiam, si iudex primò eam verbo protulit, & postea fecit eam per nota-

2 rium scribi in actis. † Et idem in simili dicitur in libello quia debet in scriptis produci, & non sufficit apud acta petere viua voce, licèt faciat illa in scriptis redigi per notarium, secũdum Bart. in l. in sacris. C. de proxi. sacro. lib. 11. Et vide per Bart. in d. l. fin. dicentem, quòd nisi ex actis appareat aliquod verbum, quòd sententia fuerit lecta, erit nulla ipso iure, ideo si in actis dicitur lata fuit talis sentẽtia, & nõ dicitur lecta, vel per verbum æquipollens, sententia erit nulla per tex. hic, & in d. l. fina. Secundò

a nota Episcopos æquiparari illustribus [a] de quo per glos. in c. 2. supra de offic. lega. eod. lib. & per Ioan. An. in c. inter dilectos. §. cęterum. ĩ. de fide instru. & per Spe. in ti. de iurisd. omnium iudi. in ver. secundum canones. vbi dicit eos spectabiles, qđ facit cõtra Legistas, qui vix fatentur eos clarissimos, secundũ Io. An. ponentem hic post Archi. de varijs nominibus episcoporum. de quibus in cle. si quis suadente. in ver. nec super. de pę-

3 nis.] In gl. j. in fi. vbi etiam no. p Io. An. an acta possint ꝓbari

b per testes [b], de quo p Bal. in d. l. fi. C. de te u. & l. ne in arbitris. C. de arbi. Et an sententia diffinitiua possit probari per testes, vide per Rotam in deci. 409. quæ inci. item fuit dubitatum vtrũ

4 diffinitiua. & no. in c. Albericus. supra de testi. † Et tene menti ex hac glo. quòd licet a sententia interlocutoria sit necesse, quòd appelletur in scriptis, vt in c. j. infra titu. proximo. tamen non est necesse, quòd proferatur in scriptis. & ita etiam tenet Barto. in l. 2. ff. de appella. licet glos. dixerit contrarium ibi, & malè, & dicebat Baldus in d. l. fina. quòd interlocutoria, & super omnibus incidentibus potest ferri sentẽtia nudo verbo per text. no. in l. defendente. ff. de arbi. trito. ex quibus infertur, quòd cum secundum decretum sit sententia interlocutoria, secundum Innocen. in c. dilecto. supra de verb. significa. in glossa magna. & Ioan. Andream in c. consultationibus. supra, de offic. delega. & Specu. in titu. de secundo decreto. §. iusta. & ibi per Ioan. And. in additio. & tenet gl. in l. præsenti. C. de his, qui ad ecclesias confugiunt. quòd poterit ferri sine scriptis, licèt Specula. contra in titu. de secundo decreto. §. nunc dicamus. ver. & proceditur. & non bene. vt ex prædictis patet: & quia missio ex secundo decreto non finit totum negotium, quia postea auditur super dominio, vt in c. quoniam. §. in alijs. supra vt lite non contestata. secundum Domini. dicentem quòd bene debet redigi in scriptis sicut alia interlocutoria, vt dicit glos. hic, & in hoc differt primo sententia interlocutoria a diffinitiua. Differt secundò, quia licèt diffinitiua non possit proferri per alium, tamen interlocutoria sic, secundum glos. in d. l. fina. de quo ibi per Bartol. & Bald. in princi. Tertiò differt, quia interlocutoria parui præiudicij potest proferri stando, licèt non sedendo. secus si esset magni præiudicij. quia quo ad hoc esset idem, quod in diffinitiua, secundum Bald. in l. 3. C. de senten. ex pericu. in penul. col. & per Bart. in d. l. 2. in fi. De præcepto verò quòd fit in consessum ante li. contestatã, secundum practicam, de qua in c. ex parte in Christo. & ibi per glo. supra de verbo. signi. potest ferri sine scriptis, licèt postea debeat redigi in actis, sicut supra dicitur in alia interlocutoria secundum Domi. hic referentem Rotam ita tenere in pluribus decisionibus, in antiquis. de quo hic plenè per eum. & ita etiam tenuit Bald. in l. fin. §. j. C. de bo. quæ libe. & Feder. in suo consi. 205. circa princi. in glos. 2. in fine. Idem glos. in d. l. fin. & idem faciunt Cardinales, & auditores curiæ & communiter omnes iudices, secundum Archidia. qui idem tenuit. 11. q. 3. summopere. Sed Bartol. in d. l. 2. dicit, quòd quia ciuitates eligunt sibi rectores illiteratos, videtur ciuitas tales eligendo dispensare, quòd per alium possint legere, & proferre sententiam, & idem in alijs maioribus iudicibus secundum eum, secus si essent literati, quia tunc etiam per eorum assessores non possent sententiam legere, secũdum Lap. hic & ita residet hic Domi. & Pet. de Anchara. de iure ergo regulariter debent iudices sententiam scriptam legere, & legendo recitare saltem ab illo verbo, Christi nomine inuocato, vsque in finem sen-

5 tentiæ, secundum Domi. † Sed quæritur primò, an sufficiat, si iudex dicit pronuncio prout in tali scripto continetur in iudicio producto. Bal. quòd sic in l. j. in fi. C. de senten. ex peri. & idem si iudex diceret prout in tali consilio continetur, secundũ Ange. in l. j. ff. de re iudi. vel de appella. quòd posset procedere, quãdo talia verba pronuncio &c. in quibus tacitè includitur, absolutio, vel condemnatio sunt scripta, & legendo per iudicem recitata, vt hic in text. alias secus esset, vt tenet idem Bald. in l. hac cõsultissima. C. qui test. Secundò quæritur, an sufficiat, quòd sententia scripta recitetur per alium præsente iudice & mandante. Ioan. An. hic quòd nõ, vt patet hic in tex. iuncto c. supra proxi. vbi est speciale solum in pluribus iudicibus, secundum Ioan. And. reprobantem ex hoc dicta Cy. in d. l. hac consultissima. Tertiò quæritur, an sufficiat, si postquam sententia est lata per alium, iudex immediatè dicat, & ego ita pronuncio. Ioã. And. quòd non in c. j. infra de sen. excommuni. eod. lib. & Bal. in d. l. hac consultissima. ex quo ipse iudex tunc non legit, nec

6 recitat. † Sed limita primò omnia prædicta procedere nisi consuetudo sit in contrarium, cum in hoc valeret, & tollere possit has solennitates, secundum Archidi. 2. q. j. statutis. & ita posset procedere glo. hic, secundum Domi. & sic stante cõsuetudine valeret sententia per alium lecta iudice præsente, & mandãte. Et posset etiam tunc ipse iudex lecta sententia per alium dicere, & ita absoluo, vel condemno, vt patet ex no. per Bald. in d. l. hac consul. Item valeret tunc sententia, si notarius diceret, lecta fuit hæc sentẽtia per talem iudicem, ex quo eo pręsente lecta fuerit, si consuetudo ita disponit, secundum Bald. in d. l. j. circa fi. Secundò limita in episcopis, vt hic in text. intellige de confirmatis & consecratis, in alijs verò secus, cum ista respiciãt consecrationem & ordinem episcopalem, vt in c. 2. §. sicut autem. supra de transla. pręla. secundum Ioan. And. licèt dubiũ faciat, quod idem dixit in c. j. §. j. supra de offi. ord. eod. lib. Tertiò limita in iudicibus illustribus & superioribus, vt in d. l. 2. Quartò limita in inquisitoribus hæresis, vt in c. vt cõmissi. ĩ. de hære. Quintò limita in sententia interlocutoria, secundũ Bal. in d. l. hac consu. & supra est dictum. Sextò limita, quando ex pluribus iudicibus vnus alijs præsentibus, & mandãtibus sententiam profert, vt supra c. proximo. Septimò limita in consecratoribus, vt in c. fin. §. vices. de off. eod. lib. Octauò limita in omnibus casibus, in quibus valeret sententia sine scriptis, de quibus infra in glo. in ver. illustrium. quia in illis casibus sententia poterit legi, & recitari per alium, vt in Auth. vt ab illustribus. §. sancimus. & sufficit, quòd sit lecta, & recitata per aliũ præsente & mãdate iudice, vt supra c. proxi. vel postquam fuerit lecta iudex dicat, & ita pronuncio, secundum Ioan. And. in

c d. c. j. & Bald. in d. l. j. Nonò, & vltimò limita in notorijs [c] in quibus licèt requiratur sententia, vt in c. porro. supra de diuor. tamen non est necesse, quòd sententia feratur in scriptis. secũdũ glo. no. in Auth. vt iudi. sine quoquo suf. §. necessitatis. & ita tenet Bald. in l. presby. C. de epis. & cle. & ratio est, quia in notorijs ordo iuris non requiritur, vt in c. ad nostram. el 3. ĩ. de iureiu. & ita tenet do. Ant. ibi, & sequitur Arch. & Ioan. And. in cap. fin. fi. infra de pęnis. & Fede. in d. consi. & Io. And. in c. vestra. ĩ. de coha. cle. & Domi. hic. Et no. ex glo. quòd licet libellus & alia acta debeant redigi in sententia, vt in c. Abbate. supra de re iudi. & per glos. in d. l. 2. si tamen omittatur, non vitiatur sentẽtia propter hoc, secundum Pet. de Ancha. hic, & Bar. in d. l. 2. & an qui petit executionem sententiæ habeat producere dictum processum cum sententia, per Bald. tenentem, quòd

7 sic in l. fin. in fin. C. de ordi. cognitio. † In glo. in ver. necesse. in fi. & dicit hic Ioan. And. post Archidia. quòd licet appellatio a sententia nulla non habeat effectum suspendendi, habet tamen effectum deuoluendi causam ad superiorem, facit. l. ab sententia. C. de accu. nec talis sentẽtia nulla confirmatur per desertionem appellationis, vt no. in l. si expressum. ff. de appel. per Bart. & per Bald. in l. j. C. quando prouo. Quid autem si renũciatur expressè appellationi interpositæ, an videatur renunciari nullitati in ea inclusæ: vide per Bald. in d. l. j. C. de senten. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & in l. quędam mulier. ff. famil. erciscundæ. In glos. in ver. illustrium. ibi, iudices

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Illustribus. Adde Ant. de Bu. in c. fi. de procu. & per Card. Zaba. in c. cum oporteat. de accus.

b Nic. Sup. Per testes. Adde Io. An. & Abb. in c. quoniam contra falsam. de proba. & per Ang. in l. testium. C. de testi.

Vinc. G. Acta iudicij possunt probari per testes & per partis confessionem concurrente iudicis assertione. Ruy. consi. 16. nu. 5. lib. 5.

c Vinc. G. Adde quòd notorium in le plus habeat quam publicum. Cor. consi. 44. dene aliendo, littera fi. lib. 4.

cis arbitrio. Item sequuntur doctores & facit glo. in l. sed si susceperit. ff. de iudicijs. & in l. illicitas. §. notorijs. ff. de officio præsidis. & per Bal. plenè in authen. nisi breuiores. C. de sent. iuratur tamen in istis breuibus causis de calumnia secundum Io. And. hic, & Spec. in tit. de iur. calum. §. 2. ver. quid si causa. In ea. glo. ibi, item eum Episcopus &c. Intellige quando Episcopus iudicat inter eos de minoribus causis, vt tenet Spe. in titu. de libel. conce. §. dicendum. ver. sed nunquid. & ver. præcedenti. & Io. And. hic, & Domi. maximè per tex. in c. si quis eum clerico. hic alleg. Sed si causæ sunt maiores, tunc debet Episcopus ferre sententiam in scriptis etiam inter clericos suos, vt probat tex. hic generaliter loquens, & non excipit Episcopum nisi quo ad recitationem sententiæ, de quo hic per Dominicum. † In ea. glo. ibi, in causa criminali. Aduerte primò an in causis summarijs, & vbi proceditur de plano &c. sit necesse, q̀ sententia proferatur in scriptis, & de scripti recitatione, dic q̀ sic, vt est text. in cle. sæpe. circa fi. in §. sententiam. de verbo. signi. & ita tenet glo. ibi in ver. in scrip. licet Archid. hic, & quidam alij teneant contrarium & malè, prout hic refert Domi. nec etiam ob. tex. in d. §. sententiam, quia illa clausula ibi, & prout magis sibi placuerit, non refertur ad verbum in scriptis, quia copulatiua, &, ibi denotat diuersitatem a casu præcedenti. Item ibi ponit verbum, magis, quod est aduerbium eligendi. & sic datur optio diuersarum rerum, vnde refertur ad sequentia, vbi ponuntur duo diuersa, scilicet stans, vel sedens, & circa illa datur optio iudici non autem circa verbum in scriptis, quia dixisset tex. ibi in scriptis vel sine, prout dixit in casu sequenti, vt in c. ad audientiam. ꝟ. de deci. & ita est tenendum secundum Domini. istam partem sequitur Imo. in d. clem. sæpe, super glo. in ver. in scrip. quia etiam in illis causis summarijs &c. requiritur, q̀ feratur sententia in scriptis, & per ipsum iudicem, & non per alium. Secundò aduerte quid in causis matrimonialibus. glos. in d. c. Albericus. per illum tex. vult esse speciale, vt valeat sententia sine scriptis. & idem Innocen. ibi, sequitur hic Domi. & do. Anto. & Imo. in d. c. Albericus. Non ob. tex. in d. cle. sæpe. quia ibi restringitur ordo iudiciarius aliàs requisitus a iure. nō autem ampliatur, vt sic debeat ferri sententia in scriptis, vbi aliàs de iure antiquo non requirebatur, aliàs ille text. operaretur contrarios effectus, quod esse non debet, vt in c. maiores. de bapti. Host. tamen in d. c. Albericus. tenet contrariam partem, vt in matrimonialibus debeat ferri sententia in scriptis, sicut in alijs causis, in quibus proceditur summariè, & sine strepitu & figura iudicij, vt ꝟ. idem tenet ibi Io. And. & do. Nic. & ita tenendum videtur arg. c. cum expediat. de ele. eo. lib. Ad intellectum huius glo. vide quia But. in c. j. de libel. obla. col. 3. & col. 12. tenet contrarium. idem Imo. ibi col. 3. Sed intelligatur tunc arbitrator, in arbitro verò fieri possit, q̀ nulla iuris solennitate seruata procedat, & decidat, & licèt aliàs arbitria ad instar iudiciorum. l. j. de arbi. Imitantur nisi partes in compromisso dent aliam formam, quia possunt, ex quo potestas arbitri ex compromisso dependet. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. & ita Imo. & Butr. in d. c. j. de libel. obla. idem est de mente Bart. in authen. offeratur. C. de li. conte. vide Inno. & Butr. in c. de causis. Panor. contra in d. c. j. col. 5. † In ea. glo. ibi fieri non posse. tene menti glos. ordi. & semper allegatur, quando sit, quòd partes possint renunciare ordini iudiciario, de quo etiam per glossam & Docto. in c. de causis. hic alle. & per Lap. in alle. 102. in fi. & per Imo. in cap. Quintaualli. de iureiuran. in 11. col. & per Rotam in deci. 88. quæ incipit, item in causis. & per glo. in ver. necessario. & in glo. fi. in d. cle. sæpe, & per Bal. in authen. offeratur. C. de li. conte. & in l. prolatam. C. de senten. & ibi per Bar. † Et no. ex tota hac glo. omnes casus, in quibus valet sententia diffinitiua lata sine scri. de quo per glos. in d. l. statuta. & videtur velle Bar. in auth. nisi breuiores, q̀ illis casibus vbi non est necesse, q̀ feratur diffinitiua in scriptis non erit necesse, q̀ processus in scriptis redigatur, & crederet simplici relationi iudicis, quod dicit esse no. ad compromissa, in quibus datur potestas procedendi cum scriptura vel sine, quia videntur tunc partes velle, q̀ eius simplici informationi, & relationi credatur quod tene menti, de quo tamen dicto an procedat, vide per Imo. in dicto c. Quintaualli. † In eadem gl. in fi. No. ex glo. q̀ non est necesse, q̀ in sententia dicatur in his scriptis, sed sufficit, q̀ fuerit lata in scriptis, & ita sequuntur Doct. quod etiam fit in appellatione, dicetur. ꝟ. titu. proxi. c. j. in glo. in ver. in scrip. & an in dubio præsumatur lata in scriptis, per Bar. in d. l. fi. & per Docto. in d. l. sciendum. & per Spec. in ti. de senten. §. iusta. ver. no. Sed quærit primò, si non dicatur per notarium lecta fuit dicta sententia per iudicem, sed dicitur solum lata, dicit Bart. in d. l. fi. quòd nisi appareat aliquod verbum ex quo colligatur, q̀ lecta fuerit, erit nulla, quia dicendo simpliciter quòd sententia fuit lata per iudicem, non præsumitur, quòd fuerit lecta & sic de scripti recitatione prolata, prout requiritur hic in tex. Secundò quæritur, quid si solum dicat notarius sententialiter promulgata fuerit dicta sententia &c. dicit Bart. in dicta l. sciendum. in fi. & in dicta l. fi. quòd tunc præsumitur lata a iudice sedente pro tribunali & de scripti recitatione. Tertiò quæritur, quid si notarius dicit, quòd sententia fuit lata in scriptis an tunc ita præsumatur, licèt hoc aliter non appareat. Imo. in c. quoniam contra. ꝟ. de proba. tenet quòd sic, vt ibi per eum. In eadem glo. in ver. sedendo. in princi. quod procedit etiam in interlocutorijs, dummodo requirat causæ cognitionem, vt est dictum ꝟ. & per Barto. in dicta l. 2. in fi. nam etiam vbi procederetur summariè, & sine strepitu & figura iudicij requiritur, quòd feratur sententia a iudice sedente pro tribunali, vt in dicta clementi. sæpe. In eadem glos. ibi, tenebat, quod dicit glo. hic de turri & equo procedit, quando esset iustus timor, & intellige quòd processu citatio, sententia ferenda in illo loco, aliàs si sententia feratur in alio loco quàm solito, vel quia sit dictum in actione, esset nulla ipso iure, vt in l. sicut proponis. C. quomodo & quando iu. & hoc nisi ambæ partes essent præsentes ipsi sententiæ, vt per Bald. in l. j. C. de senten. ex pericu. aliàs cessante timore non posset iudex sententiare in equo vel turri quasi locus non sit honestus, nec visitatus, vt vn. l. non distinguemus. §. si arbiter. ff. de arbi. & facit quod dicit glos. hic in fi. & quia ordinarius debet sententiare in loco solito, vt in l. pen. ff. de iusti. & iu. iudex tamen delegatus potest sibi eligere locum, dummodo tamen honestum, & vide plenè per Bald. in l. j. & per Specu. in titu. de senten. prola. §. iusta. ver. quid si pronunciatur. & hic per Domini. In eadem glo. in fi. Nota glo. & facit quod voluit aliàs glo. ꝟ. de ele. eo. lib. in c. vt certa. in ver. corporali.

De appellationibus. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1. *Appellatio quid sit, tam a diffinitiua quam ab interlocutoria.*
2. *Appellari potest ab omni sententia nisi reperiatur prohibitum.*
3. *Appellari an possit a sententia senatoris, qui est in urbe Romana.*
4. *Appellari an possit a sententia arbitri.*

† Quæritur primò pro declaratione rubricæ, quid sit appellatio [a] tam a diffinitiua quàm ab interlocutoria, & an officium iudicis, vel actio, de quo vide per glos. 2. q. 6. in summa. & per dominum Nico. in rubri. ꝟ. eodem & plenè per Imo. in rubri. ff. eodem titu. referentem plures, & varias diffinitiones. Secundò quæritur, quotuplex sit appellatio. & dic quòd duplex, quædam iudicialis, quædam extraiudicialis, vt ꝟ. c. proxi. & dicitur extraiudicialis appellatio quasi ad causam prouocatio, vt in c. cum sit. & ibi glos. ꝟ. eo. Et de effectibus appella. extraiudicialis, vide plenè per Innocen. & Docto. in c. dilecti. ꝟ. de maiori. & obedien. & ꝟ. de appella. c. bonæ. Iudicialis verò appellatio est duplex, scilicet a diffinitiua & ab interlocutoria, vel alio grauamine, vt ꝟ. c. proxi. & in c. cum cessante. ꝟ. eodem. & licèt de iure ciuili regulariter ab interlocutoria, vel alio grauamine non appelletur nisi in certis casibus, de quibus per glos. & Barto. in l. 2. ff. de appella. reci. tamen de iure canoni. appellatur a qualibet interlocutoria. imò a quolibet grauamine, vt ꝟ. c. proximo. & dicto c. cum cessante. † Tertiò præmitte quòd regulariter in omni causa, & ab omni sententia censetur permissa appellatio nisi reperiatur prohibita, & dicat gl. no. in l. qui restituere. ff. de rei ven. pro quo tex. in l. si quis prouocatione. C. eo. vnde qui dicit nō posse appellari, seu app. esse prohibitam, in aliquo casu tenet hoc probare, cum regula iuris sit in contrariū secundum gl. in rub. de reg. iu. circa fi. ideo est q̀ & a sententia lata pro libertate pōt appellari, vt in l. illud. ff. e. Et idem a sententia lata in decimis. & pro alijs pijs causis, vt voluit glo. no. in c. tuas nobis. ꝟ. de deci. Reperitur tamen prohibita appellatio [b] respectu iudi-

ADDITIO.

[a] Nic. Su. Appellatio. Adde Host. & Goff. in summis in isto tit. & per Do. in rub. huius titu. in antiquis.
Vin. God. Appellatio ab his, quæ arbitrio iudicis committuntur, an fieri debeat. Ruy. consi. 149. nu. 2. lib. 4.
Vin. God. Et insuper appellatio interponi debet coram iudice a quo appellatur, & in eius præsentia, si haberi potest, non autem in eius absentia, aliàs enim huiusmodi appellatio esset nulla Thom. Gram decisi. 36. nu. 76 & 77.
[b] Vin. Go. Nota quòd appellatione per statutum remota non censetur via supplicationis præclusa. Ruy. consi. 237. nu. 26. lib. 1.

Iudicis sentẽtiantis, ideo a sentẽtia principis, vel senatus nõ appellatur, vt l.j. in princi. ff. a qui. appel. non licet. & ratio, quia non habet superiorem in iurisdictione, cum semper sit appellandum ad superiorem, vt in c. 2. supra de consue. eod. lib. & ea. ratione, nec a sententia Papæ appel. potest, vt 2. q. 6. anteriorum. ver. illo. & per glos. & Do. in c. 2. supra de transla. prela. & ibi an a sententia concilij appelletur. & no. in c. significasti. supra de elec. Et eadem ratione a sententia regis Franciæ nõ appellatur, cum non recognoscat superiorem. supra qui fi. sint legi. per venerabilem. & ita videtur velle Ioã. An. in addi. Spe.
3 in titu. de appel. §. videndum. † Quid autem sit hodie an a sententia vnius senatoris, qui est in vrbe, possit de iure appellari. Ioan. And. in d. §. videndum. videtur tenere quod non. & idem Cy. in l. fina. C. de pe. hęre. & in l. fina. C. de dona. inter virum vbi idem voluit de sententia ducis Venetorũ. Et per eandem rationem dicebat Bald. in l. fi. in prin. C. commu. de lega. quòd a sententia sortis, seu fortunæ non potest appellari, licet ratione magnæ læsionis posset peti in melius reformari, vt idẽ sin. dixit in l. maioribus. C. commu. vtriusque iudi. quod est no. quando inter fratres vel alias personas fit diuisio bonorũ per sortes seu per breuia, & alter est enormiter læsus. Aliquãdo verò, prohibetur appellatio per rescriptum, quia cõmittitur causa appel. remota, & solus princeps potest talem clausulam apponere, vt l. j. §. fina. ff. a qui. appel. non licet. & in c. super quæstionum. & ibi per glo. supra de offi. deleg. in tantum quòd etiã legatus de latere non posset secundum Spec. in titu. de lega. §. nunc ostendendum. versi. 14. & tenet Bald. in l. nec quicquã. §. fina. in prin. ff. de offi. procu. & quid operetur clausula appel-
4 latione remota. vide in c. super eo. supra de offic. dele. † Quid
a autem sit in sententia arbitri an possit appellari [a], per glo. 2. q. 6. a iudicibus. & in c. 2. supra de arbit. & ibi per Do. Et vide glo. no. in c. pastoralis. supra de offic. deleg. vbi dicit, quòd omissio appel. a sententia purgat omnem iniquitatem ipsius sentẽtię, quia si non appellatur intra decem dies, sententia transit in rẽ iudicatam, & de cętero de iniquitate & iniustitia sententiæ dici non potest, vt in c. concertationi. infra eod. & supra de re iu. quo ad computationem, & de effectibus appellationis dicetur infra eod. cum appellationibus. & in c. non solum.

ADDITIO.

a Nic. v. Sup Appellari. Adde Doc. in c. quintauallis. de iureiu. Doc. in c. 2. & in c. per tuas. de arbi. Bald. Salicet & Pau. de Ca. in l. j. C. de arbi.
Viu. c. G. Adde quòd appellationis causa debet regulari, secundum formã statu. ciuitatis, non autem secundum ius commune. Goz. cos. 76. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab interlocutoria interposita extra iudicium requirit eandem solennitatem, sicut quando interponitur in iudicio.*
2 *Appellari potest a quolibet grauamine.*
3 *Appellatio ab interlocutoria quot requirit, vt sit legitima.*
4 *Exceptio debet posse concludi in regula, alias non est exceptio.*
5 *Appellare dicitur quis incontinenti a diffinitiua, si appellet iudice sedente pro tribunali, etiam si per horam sedeat.*
6 *Causa specialis debet exprimi in appellatione ab interlocutoria nec sufficeret generalis.*
7 *Hac regula limitatur sex modis, vt sequitur.*
Adde ad idem nu. 8. & 9.
10 *Appellari si contingat ab interlocutoria ad inferiores a Papa, an requiratur talis solennitas sicut quando appellatur ad Papam.*
11 *Appellatio facta ab interlocutoria an requirat publicum instrumentum.*

CAP. I.

1 Cordi nobis. † No. primo. quod quo ad solennia appel. ab interlocutoria requiritur eadem forma in extra iudiciali, sicut & in iudiciali appel. & concludit hic Ioã. An. quod dicitur appellatio iudicialis, ex quo quis citatus est, vt in c. pe. supra de so. compe. & sic exponitur text. hic iudicio. idest ab actu iudiciali in quo est iudicium per citationem secundum Ioan. An. ex quo infertur secundum Do. quòd appel. interposita ab actu gesto per iudicem ante citationem non dicatur esse iudicialis.
2 facit quod no. C. in rub. de in ius vo. & ibi per Bald. † Secundò no. ibi, grauamine, quòd potest appellari ab actu iudiciali non solùm si sit interlocutoria, sed etiã a quolibet grauamine illato vel etiam comminato secundum Ioan. And. † Vlti. no. quæ
3 requirantur in appella. ab interlocutoria, nam ea parte iudicia requiritur traditio apostolorum, de quo in c. vt super. infra eod. Ex parte verò appellantis. Primò debet appellari in scriptis. Secundò debent peti apostoli, de quo in d. c. vt super. & c. ab eo. infra eod. & in clemen. 2. eod. titu. & dicuntur apostoli esse pars appellationis, intantum quòd si legitimè petiti non fuerunt habetur, ac si quis non appellauerit vt d. c. ab eo. & d. clemen. 2. & licet cautum sit eos petere tempore appellatio. vt hic dicitur, tamen possunt separatim peti & quandocunque intra triginta dies, vt d. c. ab eo. & ibi dicetur. Tertiò requiritur, quòd appelletur expressa in specie causa grauaminis, vt hic & in clemen. appella. eodem ti. etiam si causa grauaminis
4 esset notoria, secundum Ioan. And. de quo infra in glos. † In glossa in verbo, vel extra. in prin. Nota ex glos. quòd de essentia exceptionis est, quòd possit includi sub regula. alias non diceretur exceptio, nam exceptio declarat regulam non habere locum in casibus exceptuatis, vt dicit text. no. in c. 2. supra de coniu. lepros. & per glossam in rubrica, infra de regu. iuris. & in l. nam quod. hic alleg. In eadem glos. in fine. Aduerte quia licet Innocen. Ioan. Mona. & Archidiaco. hic, cum quibus videtur hic residere Ioan. And. tenent primam partem huius glos. tamen glos. in c. j. in prin. supra de postu. præla. & in c. vt debitus. in ver. ex rationabili causa. & in c. cũ causam. in fine. eodem titu. & Innocen. in c. ad aures. supra de temporibus ordina. sequuntur vltimam partem huius glos. & ita est tenendũ secundum Domini. dicentem causam debere exprimi non solum in appellationibus, quæ interponuntur in obiectionibus, in quibus locum habet c. quamuis. & c. vt circa. supra de electio. eod. lib. sed etiam in abiaelectionibus in quibus iura illa locum non habent. imò & in alijs appellationibus extraiudicialibus, pro quo facit. in c. bonę. eodem titu. & hic qui ponit duas species appellatio. scilicet iudicialium & extra non distinguendo in extraiudicialibus an fiant a iudice vel a parte, facit quod habetur supra de deci. ad audientiam. & 9. distin. si Ro-
5 manorum. † In glos. in versi. interlocutoria. in prin. & dr̃ incõtinẽti appellari a diffi. si appellet iudice sedente pro tribunali, etiam si iudex sedeat per magnam horam, secus si de tribunali seu a bancho discessit secundum Specula. eo. titu. §. qualiter autem. in princ. & tenet hic Lap. & Domi. & ita seruatur in practica. & sequitur Bald. in l. litigatoribus. & in l. eos. §. si autem. C. eodem titu. & Barto. in l. 2. hic alle. In ead. glo. ibi in scriptis. vt hic. de quo vide infra in glos. in versi. in scrip. & tene menti glo. quòd ab interlocutoria, siue incontinenti, siue ex interuallo debet semper appellari in scriptis expressa causa grauaminis. Quę autem dicatur interlocutoria, & quæ diffin. hic aliqualiter per Ioan. And. & per glos. no. in clemen. j. in versi. diffi. de sequest. pos. & in clemen. fina. de appella. & in l. si quis alibi. §. si quis ex his. ff. de libe. agno. & per Bald. l. post sententiam. C. de senten. In ead. glos. ibi, vt debitus. & ibi tex. solum requirit causam probabilem, secundum Ioan. And. quasi velit, quòd per alia iura antiqua erat necessaria expressio causę, sed per d. c. vt debitus, est necesse, quòd sit probabilis. In ea. glo. ibi, sed Bart. contra. idem tenet glos. supra proœmio. & in d. c. vt debitus. in versi. ex rationabili causa. Glo. & Barto. in l. eius qui. & in l. fina. ff. de appella. recipien. dicens hoc procedere etiam de iure ciuili. & hodie est textus clarus hic, & in d. clemen. appella. vbi patet quod tam in appellatione iudiciali quam extra, a grauamine illato vel comminato causa est exprimenda, facit supra eod. cum causam. siue inferatur per iudicem siue per aliũ & satis diceretur appellare si sub ditus hoc intendens committeret se protectioni superioris, cum sufficiant verba æquipollentia, quando constat de mente, vt eod. tit. c. ad audientiam. secundum Ioan. And. Quid autem sit, quando appellatur a sententia excõmunicationis, an possit appellari sine expressione causæ. Innocen. in c. per tuas. supra de senten. excommu. tenet quòd non, quia non potest æquiparari appellationi a diffini. ex quo non suspendit executionem, vt in c. pastoralis. supra de appella. vnde æquiparatur appel. a grauamine. ideo requiritur, quòd in appella. exprimatur iusta causa grauaminis vt hic dicitur. & facit gl. 2. q. j. in sum. & tenet Io. An. in c. venerabi. §. similiter. infra de senten. excommuni. † In ead. glos. in fin. & sic debet exprimi specialis causa, & non sufficeret generalis. pro quo tex. hic, & in d. cle. appell. ibi, nominatim. etiam si ipsa causa esset notoria, secundum Ioan. And. hic & in c. accedens. el. j. supra vt li. non conte. & tenet glos. in d. clemen. appel. licet in d. c. accedens. velit contrarium & non bene, quia licèt notoriũ releuet ab onere probandi, tamen non releuat ab onere proponendi & colligendi vt dicit glos. singu. in d. clemen. appella. & Ioan. And. hic & Domi. hic in 2. col. in prin. & d. Flo. in d. cle. appella. in vi. q. Et per hanc glo. & tex. hic Rot. in dec. 7. que inci. item si appellatur. determinat duo dicta. Primò, quia licèt quidam voluerint, quòd valeat appellatio nulla causa grauaminis expressa. & respondent ad d. clemẽ. appella. vt habeat locũ

quando

quádo aliqua causa grauaminis esset expressa, vt tunc nō pos-
sit iustificari ex alia, secus si nulla causa esset expressa, tamen
per hunc textum hoc est expeditum, vt semper sit necesse ex-
primere causam, etiam si esset notoria, vt supra Secundò deter
minat, quòd in totum debet exprimi causa grauaminis, quod
licet appelletur ab interlocutoria vno vel duobus grauamini-
bus in appellatio. expressis secuta clausula generali & ab om-
nibus alijs grauaminibus, quæ possunt colligi ex actis seu pro
cessu causæ, tamen appellans non poterit prosequi nisi cau-
sas grauaminis in appellatio. nominatim expressas; & dictá
clausula generaliter nihil operatur per hunc text. & dictã cle-
mentiná appellanti. ita quod ratio c. qui generali. supra de pro
curatoribus, eodem, non habet locum in appellatione ab in-
terlocutoria. & ita sequitur Angelus & Imo. in l.a. ff. de appel.
& dominus Florenti. in d. clemen. appella. in 4. q. & Ange. in l.
7 j. ff. de lib. & posthu. † Limita tamen prædicta, primò vt non sit
necesse exprimere causam in appella. quando appellatur ab
interlocutoria habente vim diffinitiuæ, quia iudicatur de ea,
vt de diffinitiua & non est necesse, quòd allegetur causa vt te-
nuit Ioan. And. in c. peruenit. el 2. supra eo. & Bald. in l. minori
bus. C. de his, quib. vt indig. & in l. an sententiæ. C. quo. appel.
& d. Florian. in d. cle. appell. in fi. & ita etiam tenet Rota in de
cisio. 13. quæ inci. item si iudex, & in decisio. 85. quæ inci. item si
a sententia. vnde talis appellatio poterit iustificari ex alijs cau
sis, quam expressis, & vide glo. in cle. fina. infra de appella. &
quod dicetur in c. non solum. in glos. 2. infra eo. vide ibi per do
minum Nic. in vlti. no. Et ideo si appelletur ab interlocutoria
super attentatis, & sic quando reuocantur attentata, in appella
tione non requiritur causa, & poterit iudex ad quem cogno-
scere etiam de causis in appellatione non expressis secundum
do. Flor. in cle. appellanti. in fi. & referentem Rotam ita tene-
re decisio. 83. Secundo limita secundum Host. nisi appelletur
in maioribus causis soli Papæ reseruatis, vt in d. c. sit debitus.
de quo ibi. & in c. quamuis. in 6. glo. supra de elec. eo. lib. Tertiò
limita nisi appelletur ab interlocutoria, de cuius grauamine
verè constet ex inspectione sententiæ, vt quia in ea sit inserta
causa a iure reprobata, secundum Pet. de Ancharã. in d. cle. ap
pellanti. Quartò limita nisi de grauamine appareat iuris pre-
scriptione, vel per allegationes iuris, vt si iudex mãdat aliquẽ
torqueri, vel sequestrum fieri, quòd regulariter est prohibitũ,
quia tunc expressio causæ non requiritur, secundum Bald. in
d. l. minoribus. arg. l. si quis prouocatione. C. eo. & in l. qui te-
stamento. ff. de exc. & ita posset procedere dictum Innocen.
in c. pe. supra de no. ope. nunci. Quintò limita, quia licet causa
non sit expressa specialiter, tamen sufficit exprimere per rela
tionem ad aliud dicẽdo, appello ab interlocutoria iniqua, pro-
ut ex dictis apparet, quia si iniquitas allegatur ex actis & alle-
gationibus iuris absque alia probatione facta, valet appellatio
& ita procedat dictum Innoc. in c. pe. secundum Paul. & Lap.
8 in d. cle. appellanti. & Domini. hic. † Sed aduerte quia hoc di-
ctum non esset ita simpliciter verum, & contra hoc dictum te
nuit Rota in d. decisi. 7. & d. Flor. in d. cle. appellanti. & Bald. in
d. l. minoribus. dicens, quòd bene procederet tunc appellatio,
si exprimeretur nominatim, ex qua parte actorum appareat
grauamen, quia tunc satis diceretur ferri expressio causę, & ita
est de mente Rotę in d. deci. Et debet intelligi dictum Innocẽ.
& Pau. secundum Bald. in d. l. minoribus. quando grauamen
vel interlocutoria est talis, cuius iniquitas detegitur per allega
tiones iuris, tunc enim in appellatione nō esset necesse, quòd
inseratur causa, secus si iniquitas haberet detegi ex allegatio-
nibus & probationibus facti, & ita quod esset quæstio facti nō
iuris, quia tunc locum habet d. cle. appellanti. & idem voluit
Bald. in l. per hunc. circa fi. C. de tem. ap. Sexto limita quia licet
a appellatio ab interlocutoria vel grauamine nō [a] procedat nisi
nominatim expressa certa causa, tamẽ sufficit, quod causa ex-
primatur sequenti die, vel quousq; durat tẽpus decem dierũ da
torũ ad appellandũ, quia quãdiu est de tpe dato ad appellãdũ
pōt omissum suppleri, & habetur ac si causę a principio essent
expressæ sm Bal. sin. in l. a. circa fi. C. de epi. au. & facit, qđ hr in
reg. in alternatiuis. j. de re. iur. de declaratione fiẽda intra tem-
pus datum ad appellandum. Et aduerte quia licet appellatio
ab interlocutoria non possit iustificari ex alia causa quam ex-
pressa, tamen pluribus causis expressis sufficeret vnam proba-
re, nec est necesse in appellatione apponere illam clausulam
non attingens se, &c. ita dicit Bald. in d. l. minoribus. per tex.
in l. appellant. §. j. ff. eo. titu. Quid autem sit in appellatione a
9 diffinitiua, vide j. in glos. in ver. statuit. † In glos. in ver. ad nos.
in fi. concludens de quo ad deuolutionem negotij principalis,

vide tex. solum habet locũ in Papa & non in inferiore nisi in-
ferior esset talis, qui possit adiri per viam querelæ, vt patet ex
ratione glos. hic & ita procedat opi. Host. quam sequitur Ar-
chidi. 3. q. 5. quia suspecti. Sed quo ad formam appellandi & pe
tendi apostolos iste text. pariter locum habet in omnibus ap-
pellationibus etiam ad inferiores interpositis, secundum Io.
And. & Domini. & vide per Rotam in deci. 385. quæ inci. item
si appelletur. & per glos. infra in ver. superiora. & in glos. seq.
10 † In glo. in ver. in scriptis ibi, fidet fieri per alia documenta, vt
patet in d. c. quoniam. in fi. & ita dicit Host. determinandum
quod ipse no. in sum. eo. titu. §. qualiter. & concludo prout est
dictum supra in glos. proxi. quòd quo ad solennia appellatio-
nis iste tex. locum habet etiam si appelletur ad inferiores a Pa
pa. & facit etiam quod est dictum supra in glos. in ver. interlo-
cutoria. licet Domi. hic aliud velit, & non bene. Et licet Arc.
in ver. de partium. in fi. videatur velle esse speciale quomodo
cunque ad Papam appelletur etiam sine scriptis, & etiam nul-
la causa expressa & non petitis apostolis deuoluatur negotiũ
ad eum, tamen Rota in d. decisi. intelligit hoc quando iu-
dex a quo defert appellationi, vt infra eo. cum appellationibus.
alias secus esset, per no. in c. quamuis. supra de ele. eo. lib. ideo
in omnibus appellationibus ad Papã requiritur forma huius
c. in prin. vt tenet Archidia. & Ioan. And. in c. cupientes. in ver.
appellatio. supra de elec. eo. lib. Et aduerte primo, quia licet de
iure canonico ab interlocutoria debeat appellari in scriptis,
vt hic dicitur, tamen de iure ciuili non est necesse, secundum
glo. in d. l. 2. ff. eo. quod tamen de consuetudine nō seruatur, se-
cundum Bart. in l. eius qui. ff. de appella. reci. vbi plenè per eũ.
Secundo aduerte quando dicatur appellari in scriptis. Ang. in
l. a sententia. in fin. ff. eo. concludit, quòd debeat offerri libel-
lus in scriptis, & quòd non sufficeret si viua voce quis appel-
lat, licet faceret incontinenti totam appellationem redigi in
scriptis per notarium cum expressione causę grauaminis, facit
quod est dictum supra. titu. proxi. c. fina. imo plus dicit Ange.
in d. l. a sententia. referendo. Spe. eo. titu. §. j. in quarta parte, q
si quis porrigeret libellum appellatorium in scriptis, non suf-
ficiat nisi sint adiecta illa verba in his scriptis. Sed certe hoc vl
timum non procedit, vt vult in simili glos. no. supra titu. pro-
ximo. c. fin. & ita tenet Imo. in d. l. a sententia. in fi. de quo ibi
11 plenè per eum. † In ea. glo. in fi. & hoc tutius est tenere secun-
dum Host. & Ioan. And. & facit quod no. in c. j. §. exem. infra
de senten. excommuni. & per Spe. in d. §. j. ver. & notabiliter.
non est de substantia appellationis, quòd scriptura sit publica,
sed sufficit priuata secundum glos. hic, & in c. appellatio. infra
eodem. sed talis priuata scriptura non probat esse appellatum
in scriptis, nisi probetur per testes, vel nisi notarius se subscri-
pserit, & testes apposuerit dicendo, quòd in his scrip. appella-
uit secundum Domini. & vide per Rotam in decisio. 409. quæ
inci. item fuit dubitatum vtrũ diffinitiua. Et hic in scedula quæ
datur iudici a quo. in qua continetur appellatio, sed in cedula
quę datur parti ad intimãdum secundum formam clem. cũm,
de elec. requiritur quod scriptura sit autentica, vt ibi, in ver. au
tentica. & ibi per Pau. Et vide hic per Ioan. Andre. dicentem,
quod si, dum subditus scribit appellationem, iudex eodem in-
stanti scribit sententiam excommunicationis, quam, profert
ante appellationem, & postea interponitur appellatio, quod
sententia excommunicatio. non valebit, per c. per tuas. supra
de senten. excommuni. de quo per Ioan. And. in regu. cum
sit partium. infra eodem libro. & hic per Domini. dicentem
post Ioan. And. quòd tunc excommunicatio lata post appella-
tionem est nulla vt dicto. c. per tuas. quãdo appella. est iusta, se-
cus si iniusta. supra de offic. delega. cum olim Abbas. in fine.
In glossa in ver. petat in fi. vide, vt plenè dicetur in c. ab eo. &
c. vt super. infra eodem. & dicit Ioan. And. supra in 4. glo. quòd
etiam si appellaretur in extraiudicialibus, & in electionibus
tutius est dicere, peto apostolos, si sit qui dare possit. in ver. ex
hiberi. ibi, requisitus. debet enim iudex requisitus apostolos
tradere, etiam si non recipiat appellationem, vt hic in tex. sed
si non sunt petiti, non tenetur tradere quando appellationem
non recipit, sed vbi recipit, tenetur tradere etiam non requisi-
tus, vt in l. eos. in fi. C. eodem titu. alias puniretur pęna, de qua
in l. quoniam iudices. C. eodem. titu. secundum Host. & Ioan.
And. & facit. l. iudicibus. C. eodem titu. licet Archidiacon. hic,
velit

ADDITIO.

a Vinc. G. Adde infra quantum tempus fieri debeat appellationis causa. Ruy. co
sil. 318. nu. 9. lib. 5.

velit pœnam esse arbitrariam, ex quo determinata non est, de quo hic per Ioan. And. & per Bald. in d. l. eos. & vide infra §. proximo. & per glo. in ver. requisitus. in dicto c. vt super.

SVMMARIVM.

1 *Causa est exprimenda in apostolis non solum delationis, vel non delationis, sed etiam causa ipsius appellationis.*

1 **In quibus.** † Nota primò in apostolis exprimendam esse causam non solum delationis, vel non delationis, & facit l. sciendum. ff. de appella. reci. sed etiam causam ipsius appellationis, vt probat text. hic, pro quo facit copulatiua, &, hic posita, quæ de sui natura copulat diuersa, & requirit concursum copulatorum secundum glo. in clementi. in plerisque. in ver. & populo. de electio. & facit glo. in c. vt super. j. eodem. & isto respectu dicuntur tunc apostoli testimoniales. Debet etiam in eis exprimi causa admissionis appellationis vel non, vt hic in tex. & si exprimatur qualiter appellatio non recipitur, & eius causa, & dicuntur tunc apostoli refutatorij. Si verò exprimatur qualiter appellatio est recepta, & eius causa & tunc si causa erat, quia appellatio fuit legitima, & erunt apostoli dimissorij seu dilatorij. Si verò causa fuit propter reuerentiam superioris, & erunt reuerentiales, & plenius vide de istis quatuor speciebus & eorum formis in Specula. in 4. parte. eodem titu. §. sequitur. & ibi ponitur de quinque speciebus, vt sunt conuentionales qui dantur a parte quæ defert
2 hodie tamen communiter dantur acta pro apostolis,[a] & in eis scribitur, an iudex deferat appellationi vel non, vt per glos. in clemen. 2. & ibi per dominum Floria. in §. verum. in 2. q. eo. titu. & per Barto. in l. j. ff. de libel. dimisso. Vltimò nota arg. quòd iudex a quo tradendo apostolos reuerentiales videatur deferre appellationi, de quo per glos. s. in ver. exhiberi. & dicetur j. eo. in c. cum appellatio. In glossa in ver. appellationis. in fi. vtraque expositio est tenenda & simul iungenda, secundum Domini. & ita tenuit glos. in dicto c. vt super. In glo. in ver. superiores. in fi. vnde dicit hic Hostien. quòd id, quod hic dicitur de apostolis, locum habet in omnibus iudicibus, secundum Ioan. Andre. In glossa in ver. delatum ibi, de veritate appellationis, vel eius iustitia. putà propter dubium opinionum secundum Abba. ponentem exemplum per nota. in c. vt debitus. s. de appellatio. de quo in c. cum speciali. eodem titu. In eadem glos. in fi. secundum Innocen. licèt Hostien. hic dicat, quòd non incurrat pœnam illius c. dummodo illud non fecerit in grauamen alterius partis per gratiam, vel sordes, vt ibi not. secundum Ioan. And.

ADDITIO.

a Vin. God. Nota quòd apostoli possunt peti simul vno contextu sæpius Fely. in c. cum tam. de offic. deleg. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex a quo deferens appellationi potest præfigere tempus ad eam prosequendam.*
2 *Iudex ad quem non potest inuitis partibus cognoscere de causa principali, nisi primo diffinito appellationis negotio.*
3 *Iudex a quo an possit præfigere tempus appellanti ad prosequendam appellationem.*
4 *Iudex ad quem potest de causa appellationis cognoscere, vel eam alij committere.*
Adde ad idem nu. 5.
6 *Papa potest cognoscere de principali causa appellationis omisso articulo appellationis, quod Archiepiscopus non potest.*
7 *Causa appellationis si alicui sit commissa, an possit cognoscere de nullitate. & nu. 8. & 9.*
10 *Causa si non sit expressa, vel expresso certa causa quando appellatur a diffinitiua potest iustificari ex alia, & noua causa prosequi.*

1 **Post hæc.** † Nota primò quod iudex a quo potest præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem, postquam ipse detulit appellationi, seu postquam apostolos dederit, & ita probat tex. hic, ibi, post hæc, idest, post traditionem apostolorum, secundum Hostien. vel postquam fuerit appellatum, & delatum appellationi, secundum Archidiac. & ita residet hic Ioan. And. sed quando iudex non detulisset, non potest præfigere terminum secundum Innoc. in c. fi. s. de accusa. & facit clemen. i. de appella. de quo dicetur j. eo. in c. cum appel. Secundò no. ibi, si voluerit, quòd appellatus si velit, & petat, potest facere quòd per appellationem ab interlocutoria cognitio etiam totius causæ principalis deuoluatur ad iudicem ad quem, sed ipse appellans hoc non potest inuito appellato, vt hic plenè per Ioan. Andr. & per Rotam in decisi. 203. quæ incipit, item quòd appellatus. in 2. colum. vbi plenè ad intelligentiam huius tex. Tertiò no. quòd Papa potest committere in curia cognitionem causę principalis, licèt non sit deuoluta per appellationem, secundum Domi. sed certè hoc non bene probatur, cum hæc causa erat deuoluta, vt pa-
2 tet ibi finito appellationis articulo, de quo j. † Quartò nota iudicem ad quem nō posse inuitis partibus cognoscere de causa princi. nisi primo diffinito negotio appellationis interposi-
a tæ ab interlocutoria, cum instantia causæ princi.[a] sit diuersa ab instantia appella. ab interlocutoria, quod facit, vt iudex delegatus in causa appella. ab interlocutoria non possit illa finita cognoscere de causa princi. de quo plenè in c. vt debitus. s. eo. Sed consensu partium interueniente hoc posset, vt hic in tex. quia potest iurisdictio prorogari, licèt propriè non sit prorogatio, sed exceptionis omissio, secundum Innocen. dicentem, quòd sufficeret consensus solius appellati, licèt non sufficiat consensus solius appellantis, & ita tenet Hostien. in dicto c. vt debitus. & text. hic ibi de partium resoluitur in singulari, idest, partis appellatæ, sic s. eo. accepta, secundum Innocen. & Ioan. And. & videtur tenere Fede. in suo consi. 27. quod incip. si a sententia. Sed certè etiam si appelletur ad eum, qui potest adiri per viam querelæ, non videtur, quòd possit cognoscere de causa principali omisso articulo appellationis, ex quo iudicium in causa principali est ceptum coram alio, vt in c. proposuisti. s. de foro competen. secundum Domini. & hoc nisi de consensu vtriusque partis. secus si partis appellatæ, vel appellantis tantum, quia alia non esset differentia, an sit finitus articulus appella. vel non, quam differentiam facit tex. hic, quia finito artic. appellatio. appellatus potest hoc facere inuito appellante, sed eo non finito non potest nisi de consensu partiū, & quia expositio in singulari in vers. de partium, esset superflua cum s. hoc dicatur in tex. ibi, si voluerit appellatus &c. debet ergo intelligi tex. prout iacet. de quo j. in glo. in ver. omis-
3 sio. & j. in 2. charta. in fi. † In glos. in ver. indulto. in fi. & hoc potest tam iudex delegatus, quàm ordinarius, vt hic & s. eo. ad aures. siue sit appellatum a diffinitiua, siue ab interlocutoria,
b vt hic dicitur. Et potest præfigi terminus ab appellante,[b] qui potest abbreuiare terminum iuris ad prosequendam appellationem, vt s. eo. personas. Sed appellatus non potest, secūdum Ioan. And. & Domini. de quo hic per eum. & per Specula. eo. titu. §. qualiter. ad fi. & per Rotam in dicta decisi. & per do. Nico. in dicto c. personas. in 2. colum. In glo. in ver. petierint. ibi, ad contradicendum. vt in c. interposita. § j. & c. Nico. & ibi per glo. & in c. oblatæ. s. eo. In eadem glo. ibi, ad prosequendam intellige si appellatio fuit recepta, vt dicto c. interposita, & idē si non est recepta, sed terminus assignatus ad prosequendam appella. vt no. in dicto c. Nic. In eadem glo. ibi, addit, dic quòd tex. hic habet locum, quando appellatus petit, quòd tota causa sit in curia, antequam literæ sint impetratæ ab appellante, vel antequam appellans miserit nūcium, aliàs si non petijsset, vel petijsset post impetrationem literarum, vel missionem nūcij, hæc glos. non haberet locum, cum res non sit integra. & hoc nisi ex malitia appellans ita festinasset, vt dicto c. obla. secundum Innocen. & Hostiens. dicentes prædicta procedere etiam in alijs causis quàm electionum vel beneficialium, cum in eis dicta petitio non requiritur, sed seruatur c. j. s. de electio.
4 eo. lib. † In eadem glo. in fi. vide hic per Ioan. An. & in c. super quæstionum. s. de offic. delega. & ibi per glo. & conclude secundum Domi. quod est in arbitrio iudi. ad quem, an velit ipse cognoscere, vel alteri committere. argumen. dicti c. super quæstionum. & s. de offic. ordina. vt litigantes. eodem lib. Si verò quæritur, an partes possint hoc petere, vt tota causa committatur per ipsum iudicem ad quem, & poterunt de ipso articu. appella. seruata forma. c. sæpe. s. eodem. sed de causa princi. poterit hoc peti seruata forma huius c. & vbi non concurrerent illa, quæ habentur in dicto c. sæpe. & hic tunc esset necesse de gratia impetrari a Papa, vt pars citetur ad curiam, & ita proce-

ADDITIONES.

a Vin. God. Adde, quod instantia causæ principalis suspendi non potest, secus causa appellationis. Ruy. consi. 30. nu. 3. 8. & 10.

b Celsus. Appellante. Dic, quòd illi potest iudex a quo præfigere terminum, intra quem suam appellationem prosequatur. istud est singu. in c. fi. de accu. quod pro sin. refert & sequitur Ludo. Ro. sin. 145. inci. iudex a quo. quod tamen in sua restrictione non sequaris, vt per Fely. in c. cum Bertoldus. colum. 2. in fi. dum Ab. allegat de re iu. & in c. peruenit lo j & ibi Panor. de ap. & melius in c. prælatorum col. 6. ver. secundo casu de accu.
Vin. God. Limita tamen, quòd iudex sine libello non potest procedere, & fatigare reum. Cor. consi. 93. In causa, litera c. lib. 4.

procedat dictum Ioan. Andr. hic ſecundum Domini. de quo in dicto c. qua fronte, & nota ex 3. ſol. huius gloſ. quòd eſt in electione appellantis quem iudicem velit adire, quando ſunt plures iudices, qui poſſunt adiri per viam appella. Et an valeant literæ impetratæ per appellantem non ſuper cauſa appella. ſed ſuper alia, vt ſuper cauſa iam inchoata, vide hic plenè per Archidiaco. & Ioan. Andre. In gloſ. in ver. monumentis. in fi. de teſtibus verò non intelligitur, vt in c. conſtitutus. de fideiu. ſecundum Innocen. & Archidiaco. ideo pro inſtrumentis, & alijs actis non daretur remiſſio, vt per Rotam in deciſi. 218. quæ incipit, item licet pro inſtrumentis. & in dicta deciſi. 204. circa fi. & vide dicta de hoc in c. præſentium. ꝫ. de teſti. eodem lib. 5 circa fi. princip. † In gloſ. in ver. finito. in fi. & idem ſi eſſet finitum per lapſum termini ſtatuti a iure, vel ab homine ſecundum Ioan. Mona. & Archidiaco. vt in dicto c. ſæpe. & j. eo. Romana. §. ſi autem. Sed Ioan. And. contra, quia tunc iudex appellationis non cognoſceret de cauſa princi. vt requirit text. hic, ſed rediret cauſa ad iudicem a quo, vt dicto c. vt debitus. & eadem ratione non cognoſceret de cauſa appella. quando pronunciaret malè appellatum, vel caſſaret appellationem, ſecundum Lap. & Domini. quibus non placet, quod gloſ. hic de caſſatione dicit, ſed intellige gloſ. quando iudex a quo detuliſſet appellationi per no. in dicto c. cum appella. ſecundum Lap. vel quando appellatus approbauit appellationem, quo caſu Papa, vel legatus poſſet cognoſcere de cauſa princip. ſi velit. Sed certè videtur, quòd appellato approbante appellationem, & petente quòd cauſa ſit in curia, poſſit procedi omiſſo appel. arti. niſi conſentiant ambæ partes, vt hic in tex. licet ſecus, ſit quando defertur appellationi per iudicem, vt ꝫ. vnde plus operatur delatio iudicis, quàm approbatio, & petitio appellati, vt 6 hic per Lap. & Domini. de quo j. † In gloſ. in ver. omiſſo. in princi. an idem ſit in delegato Papæ, quod in Papa. Innocen. & Ioan. And. hic quod ſic, & idem tenet in c. Romana. hic allega. quia in cauſa delegata a Papa ipſe delegatus habet eandem iuriſdi. ſicut Papa, vt ꝫ. de offi. delega. ſanè, el 2. vnde poteſt eius iuriſdictio prorogari, & partes poſſunt renunciare appella. articu. vt hic dicitur, quod intelligit Domini. in dicto c. Romana. quando Papa delegauit tam cauſam appella. quàm cauſam principalem, ſecus ſi cauſam appella. tantum, quia illa finita non poſſet delegatus ſe intromittere in cauſa princip. ſibi non delegata, vt no. Ioan. Andre. in dicto c. vt debitus. & in c. fi. ꝫ. de iudi. Sed aduerte, quia do. Nico. in dicto c. vt debitus. in pe. colum. indiſtinctè tenet, quòd delegatus poſſit, quia cauſa principalis venit acceſſoriè ad cauſam appella. vt in dicto c. vt debitus. commiſſo ergo principali & ſic cauſa apella. videtur commiſſum omne conſecutiuum. argu. c. prudentiam. in fi. ꝫ. de offic. delega. de quo plenè vide per Fede. in ſuo conſi. 7 187. & per gloſ. in clemen. j. in princi. de cau. poſ. Quid † autem ſi alicui eſt commiſſa cauſa appella. an delegans poſſit cognoſcere de nullitate dicetur j. In eadem gloſ. in fi. ſed limita primo niſi archiepiſcopus pronunciaſſet iuriſdictionem ad eum deuolutam per legitimam appellationem, quia tunc poterit cognoſci de principali, licèt etiam non fuerit appellatum in ſcriptis, vel cum expreſſione cauſæ, quia talis ſententia facit ius inter partes, vt ꝫ. de reſcrip. ſuper literis, ſecundum Innocen. & Ioan. And. & ita etiam eſt de mente Lap. licèt loquatur in nullitate, de quo j. Secundò limita, niſi iudex a quo detuliſſet, quo caſu iudex appellationis, etiam ſi ſit Archiepiſcopus, vel inferior etiam inuito appellato, & etiam ſi appellatio ſit interpoſita ſine ſcriptis, & ſine cauſa, vel ſine apoſtolorum petitione, poſſet in cauſa procedere ſecundum Innocen. & Ioan. Andr. & facit dictũ c. cum appella. & idem tenuit Ioan. And. in dicto c. Romana. in princi. per tex. in dicto c. cum appella. & ita ſequitur Rota in deciſi. 385. quæ incipit, item ſi appellatur ſecundum Domini. dicentem poſt Innocen. & Ioan. And. quòd ille cui eſt commiſſa cauſa appella. poterit cognoſcere de nullitate, & pronunciare ſuper ea, per l. ſi expreſſim. ꝫ. eodem titu. & no. in c. dilecto. ꝫ. eo. in fi. & 10 l. quædam mulier. fam. erciſ. quod tene menti. & idem tenet Imo. in dicta l. ſi expreſſim. in vlti. charta, vbi plenè per eum de hoc. Sed Lap. intelligit hoc, quando appellatur ad iudicem, qui poteſt principaliter adiri per viam querelæ omiſſo medio, vt eſt Papa, vel legatus de latere, & tunc habet locum tex. hic ſecundum glo. in dicto c. Romana. in princi. ſecus in alio, vt in Archiepiſcopo, & hoc niſi prius pronunciaſſet bene appellatum & a tali pronunciatione non appellaretur, quia tunc ſententia faceret ius inter partes, vt ꝫ. Sed aduerte primo, quia ſi nullitas venit incidenter, vt in cauſa appella. poteſt Archiepiſcopus de ea cognoſcere ſicut de appellatione, vt dicta l. ſi expreſſim. ſecus ſi principaliter deducatur nullitas, vt in dicto c. Romana. & ſic eo caſu quo poteſt cognoſcere de appellatione, poterit cognoſcere de nullitare, intellige incidenter, & iuſtificata appella. vt dicit Lap. aliàs ſecus, niſi eo caſu, quo poſſet cognoſcere de cauſa princi. omiſſo appella. articu. de quo j. Secundò aduerte, quia vt patet ex præcedentibus, & prout vult gl. hic, quando iudex ad quem eſt talis, qui non poteſt principaliter adiri per viam querelæ omiſſo medio, tunc talis etiam de conſenſu partium poſſet cognoſcere de cauſa princi. omiſſo appella. arti. vt in dicto c. Romana. in princi. quod ſine dubio procedit in clericis, vt ibi, & idem in laicis quod cauſa eſſet ſpiritualis, vel feudalis ſeu criminalis, per no. in dicto c. Romana. ſed ſi cauſa eſt ciuilis, tunc Lap. hic tenet, ꝗ quilibet iudex appellationis poſſet de conſenſu partium cognoſcere de cauſa principali omiſſo appella. articulo, ex quo laici poſſunt in eum conſentire, ſecundum no. ꝫ. de foro competen. ſignificaſti. & hic per Innocen. & per Hoſtien. in ſum. eodem titu. in ver. ſed nunquid laicus. & idem Domini. hic, quando appellatur ad iudicem a quo ante iudicium cęptum, ſecus ſi iudicio cępto, quia tunc de cauſa princi. deberet cognoſci coram iudice a quo, coram quo ipſa cauſa eſt cępta, vt in c. pen. ꝫ. de foro competen. ſecundum Domini. tenentem, quòd excepto Papa nullus alius, qui etiam poſſet adiri principaliter per viam querelæ, poſſet etiam inter ipſos laicos cognoſcere de cauſa princi. omiſſo arti. appella. & idem tenet Lap. & Ioan. de Fan. in dicto c. Romana. prout ibi refert Domini. per nota. in dicto c. vt debitus. & per Ioan. Andr. in c. paſtoralis. in j. glo. & per tex. 11. q. 3. peruenit. quia ex quo ordinarius præoccupauit iuriſdictionem inter laicos, ergo non poſſunt eius iuriſdi. declinare conſentiendo, quòd iudex appella. cognoſcat de cauſa princi. omiſſo appella. artic. vt in dicto c. pen. ſecundum Domini. Sed aduerte, quia quod tex. hic habeat locum non ſolum in Papa, ſed etiam in omni iudice, qui poſſet principaliter adiri per viam querelæ, tenuit gloſ. in dicto c. Romana. in princi. & ſequitur ibi Archidiaco. & Ioan. And. & gloſ. hic, & ꝫ. in ver. ad nos. Item aduerte hoc ſiue in 8 laicis ſiue in clericis. † Sed in laicis dicendum eſt, quòd non ſolum Papa, & Legatus, ſed etiam Archiepiſcopus, & omnis iudex appella. poſſit cognoſcere de cauſa princi. omiſſo appella. artu. de voluntate partium, vt eſt text. in dicto c. Romana. in princip. a contrario ſenſu, iuncta gloſ. ibi in ver. clericorum. quod idem tenet. Non ob. dictũ c. ſignificaſti. quia loquitur in clericis. Non obſtat dictũ c. pen. quia procedit, niſi ambæ partes velint contrarium, quia laici poſſunt in alienum iudicem conſentire, vt dicto c. Romana. in princ. iuncta glo. Nec etiam ob. quòd text. hic loquatur in Papa, quia videtur, quòd habeat locum in omni iudice. Nam illæ eædem rationes, ex quibus dicitur alios iudices hoc non poſſe, habent locum etiam in Papa, nam iuriſdictio Papæ poteſt præueniri, & præoccupari per ordinarium, vt in c. vt debitus. & ibi per glo. ꝫ. eo. & in c. ſi a ſede. j. de præbend. ſi ergo cauſa principalis eſt cępta coram ordinario, non deberet ipſe Papa poſſe agnoſcere de cauſa principali omiſſo appella. articulo, ex quo cauſa ipſa eſt cœpta, & pendet coram ordinario, & tamen hic eſt text. in contrarium. Nec ob. ſi diceretur, ratio ſit, quando Papa eſſet iudex ordinarius omnium, vt 3. q. 9. cuncta. & propter hoc nec clerici, nec laici dicuntur in alienum iudicem conſentire, tamen remaneret alia ratio, ex quo iuriſdictio eſt præuenta ab ordinario, vt dicto c. pen. & dicto c. vt debitus. imò videretur, quòd etiam tunc Papa, vel alius non ſit dicendus de cętero iudex illorum, ex quo cauſa eſt cępta, ſicut contingeret in duobus iudicibus ordinarijs, quia ſi vnus præoccupauit, non poteſt tunc dici, quòd alter ſit iudex illorum, niſi dicatur, quòd licèt iuriſdictio Papæ ſit præoccupata, tamen purè remanet iudex ordinarius, vnde de conſenſu partium poſſit cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo appellat. quia partes non dicuntur tunc conſentire in alienum iudicem, quæ ideo habet locum in Papa, & Legato, & ceſſat in Archiepiſcopo, & inferioribus clericis, vt dicto c. j. ſed in laicis idem dicendum videtur in Papa, & in omnibus iudicibus inferioribus, vt videtur hic probare in tex. qui licèt loquatur in Papa, & ipſe Papa poteſt cognoſcere de conſenſu partium, ergo & alij iudices poſſunt, quia ratio præoccupationis, quæ prohiberet alios iudices, haberet locum etiam in Papa. ergo ſicut poteſt Papa, poſſunt & alij, vt dicto c. j. & ibi glo. Nec ob. ratio præoccupationis, quia non habet locum, ſi ambæ partes conſentiant, vt eſt tex. hic, & clarius in dicto c. Romana. iuncta gloſ. Pro quo facit ratio, quia propter hoc, quòd lis pendeat, & ſic quòd ſit præoccupata iuriſdictio,

risdictio, non redderet iudicium nullum, si litigaretur coram alio iudice, quia exceptio litis pendentiæ debet opponi, & aliàs si non opponatur, procedit iudicium, licèt causa sit prius cœpta, & pendeat coram alio iudice, vt dixit singu. Innocen. ꝟ. de constitu. cum M. fortius ergo procedat iudicium, si ambæ partes consentiant non opponendo litis pendentiam. remanet tamen dubitatio, an tunc cognoscat, vt iudex appellationis, quod videtur hic tenere Innocen. an vt iudex prorogatus, quod videtur tenere glossa in ver. clericorum. in dicto c. Romana. Sed videtur, quòd vt iudex appellationis non dicatur procedere, quia sequeretur, quòd clerici possent facere omisso appella. articulo Archiepiscopus procederet, quia non dicuntur consentire in alienum iudicem, si esset iudex appellationis. & ita colligitur ex tex. & glos. in dicto c. Romana. in princip. Item quia si non cognoscit de appellatione, & non pronunciat super ea, non dicitur tunc ad eum deuolutum negotium, ergo omisso appellationis articulo non videtur, quòd

9 cognoscat vt iudex appellationis. † An tamen iudex appellationis possit cognoscere de causa principa. omisso appellationis articulo, de consensu solius appellati tantum. do. Nico. in c. interposita. §. idem quoque. & in dicto c. vt debitus. in fi. ꝟ. eodem, tenet quòd sic, quia etiam inuito appellante debet hoc posse peti. nam quòd prius cognoscatur de articulo appellationis, est fauor appellati. si ergo appellatus non vult, quòd de hoc cognoscatur, appellans ipse non potest de hoc conqueri, ex quo appellauit, volendo quòd causa tota ad iudicem appellationis deuoluatur, ita quòd potest sibi dici, quod quæris intus habes, vt 10 c. super quæstionum. §. porro. de offic. delega. vnde appellans allegare non potest litis pendentiam coram iudice a quo, cuius iurisdictionem ipse declinat appellando, facit c. 2. ꝟ. de do. & contu. eodem libro. Nam qui suo facto procurat conueniri coram alio iudice, nunquam potest opponere exceptionem litis penden. secundum Bald. in l. j. in fi. C. commu. de leg. ergo appellans qui procurat, quòd causa sit coram iudice ad quem, non potest opponere de exceptione litis penden. coram iudice a quo, nec etiam ipse iudex posset de hoc opponere, & supplere, vt per Innocen. in dicto c. cum M. & tenet Bal. in l. j. C. qui admit. vnde videretur, quòd de consensu solius appellati possit cognosci per iudicem appellatio. de causa principali omisso appellatio. articulo etiam inuito appellante, dummodo tamen prius reuocetur grauamen, propter quod fuit appellatum, cum tunc non habeat de quo conqueratur appellans. Et ita residet hic Innocen. & Ioã. Andre. licèt Domini. hic velit, quòd debeat interuenire consensus vtriusque partis, per tex. hic in ver. de partium. sed certè potest suppleri maximè, vel resolui in singularitate primæ partis appellatæ, ex quo appellans ipse non possit conqueri

10 de hoc vt ꝟ. † In glo. in ver. statuit. in princip. & si appellatur nulla causa expressa, vel expressa certa causa, potest ex alia iustificari, & noua causa prosequi, vt per glos. in c. cum causam. in fi. ꝟ. eodem titu. secundum Ioan. An. hic. Pro quo est text. in l. 2. §. quid ergo. ff. eodem titu. & ibi per Barto. & idem tenet Lap. in sua allega. 6. in fi. Pro quo etiam text. nota. in l. Titianus. ff. quod cum eo. vbi iudex ad quem potest reformare sententiam diffinitiuam ex noua causa non allegata, nec probata coram iudice a quo, & intellige prædicta dummodo in appellatione a diffinitiua non exprimatur causa manifestè friuola, quia tunc vitiaretur appellatio etiam a diffinitiua, vt not. in simili in c. fi. ꝟ. de conditio. apposi. secundum Ioan. Andre. licèt in contrarium facit glos. in l. vinum. ff. si cert. peta. In eadem glos. in fi. intra quem, si non prosequatur rata manet sententia, vt dicto c. sæpe. §. saluis. vide per Rotam in decisi. 361. quæ incipit, item si appelletur. Quid si appelletur a sententia diffinitiua, quæ est nulla, & deseratur appellatio, item vide in deci. 365. quæ incipit, item si a diffinitiua. Quid si appellatur a sententia diffinitiua habente plura capitula, an possit per iudicem a quo ad instantiam partis appellatæ pronunciari super omissis in dicta sententia.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans non legitimè habetur pro non appellante.*
2 *Appellans contumax potest cōdemnari in expensis absque alia citatione.*
3 *Contumax infert iniuriam tribus, scilicet iuri, iudici, & parti.*
4 *Iudex appellationis an possit appellantem condemnare in expensis, qui appellauit non seruata forma. c. 1. de app. in 6.*
5 *Iudex ad quem si omisit frustratoriè appellantem condemnare in expensis, an iudex a quo poterit eum condemnare in fine litis.*
6 *Appellatus si est contumax condemnatur in expensis. quid si succumbat, an excusetur ab expensis propter primam sententiam pro se latam.*

1 §. Quod si appellator. † Tene menti, & ita alleg. quòd qui non legi-

a timè appellat, habetur pro non appellante, [a] ex quo infertur, quòd vbi in actu exercendo datur a iure certa forma, si forma non seruatur, non valebit actus, & reputatur non factus, facit c. fi. ꝟ. titulo proximo, & c. quia propter. de elect. quia paria sunt non fieri, vel non legitimè fieri, vt hic dicitur. Secundò nota, quòd si appellatio est minus legitima, tunc appellans remittitur ad iudicem a quo, & in expensis condemnatur, facit c. cum appellatio. j. eodem & c. vt debitus. & c. ad hæc si in vna. & c. sæpe. & c. per tuas. & vide in c. Romana. §. fi. j. eodem. & eodem modo condemnatur in expensis si appellatus succumbit in causa appellationis, de quo j. in fine. vt in l. tu-

2 tores. §. tutor. ff. de administra. tuto. de quo j. † Tertio nota quòd appellatus, seu appellans contumax potest condemnari in expensis absque alia citatione, etiam si contumacia in tali causa sit talis, in qua possit procedi contumacia non obstante, vt in c. j. ꝟ. de electio. eodem libro. de quo in c. audiris. ꝟ. de procur. & in c. finem. ꝟ. de do. & contu. & per Innocen. in c. calumniam. de pœnis. & per Rotam in decisi. 424. quæ incipit, item si a diffinitiua sententia. circa fi. vbi plenè de hoc.

3 † Vltimò nota quòd contumax infert iniuriam tribus, scilicet iuri, iudici, & parti. ideo est, quòd contumacia appellatur de-

b lictum, [b] vt in l. omne delictum. ff. de re milita. & pro omni contumacia potest quis excommunicari, vt 96. distinc. duo sunt. Sed an habeant etiam locum aliæ pœnæ legales, de quibus in l. a proconsulibus. C. eodem & in l. ab executore. C. quorum appella. vide plenè per dominum Nico. in dicto c. vt debitus. in 13. colum. In glos. in ver. præmissa. in fi. idem Innocen. & Ioan. Andre. qui post Archidiaco. videtur tenere, quòd si appellans veniat, tamen non portat monumenta causæ, incurrit hanc pœnam. & idem sequitur Domini. licèt Innocen. in alia glos. & Ioan. Mona. aliud velint, & non bene,

4 cum non seruent hanc constitutionem. † In glos. in ver. condemnandus. in fi. pro declaratione huius glos. quæritur primò, an iudex appellationis possit condemnare in expensis appellantem, qui non seruata forma huius c. appellauit. glo. hic, quòd sic, & idem Ioan. Andre. & Archidiaco. in dicto c. cum appella. licèt Archidiaco. hic, & Specula. in titulo de expensis. §. iusta. ver. 7. dicat quòd cum appellans non seruans hanc constitutionem habeatur pro non appellante, sequitur quòd iudex ad quem non possit dici, quòd fuerit iudex appellationis, ergo non condemnabit in expensis. Sed certè saltis est iudex in cognoscendo, an sua sit iurisdictio, quo casu potest postea temere litigantem condemnare in expensis, licèt pronunciet se non iudicem vel incompetentem, vt est text. in dicto c. cum appellationibus. & clarius in clementi. j. de rescrip. & ita dicitur hic & sequitur Bald. in l. eius. §. fi. C. eo. & procedunt prædicta, etiam si appellatio fuisset notoriè iniusta, putà quia non fuit appellatum in scriptis, vel intra 10. dies, vel erat appellationi tacitè, vel expressè renunciatum. vt tenet Federi. in suo consi. 128. in vlti. colum. pro quo etiam facit, quod habetur in l. properandum. in fi. C. de iudi. & ibi per Cy. vbi dicitur quòd quando iudex non potest super principali procedere, quia est perempta instantia, poterit tamen in expensis condemnare. Et idem si appellatio sit deserta, nam etiam poterit iudex appellationis condemnare in expensis, vt in c. ex parte. §. ꝟ. de rescrip. & ꝟ. de priuileg. cum olim. & idem Fede. in dicto consi. quod no. Secundò quæritur, quid si iudex ad quem omisit condemnare hunc frustratoriè appellantem in expensis, an iudex a quo poterit in fi. litis talem succumbentem condemnare in expensis. Specula. in titulo de expen. §. videndum. ver. quid si iudex. tenet quòd sic. & idem sentit glossa hic, de quo etiam vide glos. in ver. non parcit. in c. fi. j. eod. & ibi dicetur. Tertiò quæritur, a quo tempore iudex ad quem faciat hanc cōdemnationem expensarum factarum ab appellato. Ioan. And. hic tenet, quòd a tempore appellationis interpositæ, quia ex tunc cœpit differre negotium, vt in c. Nico. ꝟ. eo. titu. Quartò quæritur, quis exequatur sententiam condemnationis expensarum latam per iudicem ad quem. Specula. in titu. de senten. execu. §. 2. ver. quid si. tenet, quòd iudex a quo, cum ad eum fiat remissio. & ita sequitur do. Nico. in dicto c. vt debitus. in 2. col.

In

ADDITIONES.

a Vinc. God. Ita etiam appellans decursis fatalibus habetur ac si non appellasset. Thom. Gram. deci. 13. nu. j.

b Vin. God. Contumacia q. sit delictum, ponit Fely. in c. super. el j. in fi. de test. item in c. ex literis. de consti. Alex. in l. si mora, col. 6. ff. sol. mat.

In gl. in ver. contempserint. in prin. facit c. j. ꝭ. de elec. eo. lib. & qualiter procedatur ꝯ appellatum, si sit contumax. no. per Ioã. 5 An. in c. sępe. ꝭ. eo. † In ea. gl. ibi, in expensis, si ergo appellatus est contumax condemnatur in expensis, sed quid si succumbat. vide per Spe. in ti. de expen. §. nunc videndum. in prin. in ver. quid de appellato. & hic per Io. Mo. & Archi. dicentes appellatũ excusari, nisi prima sñia fuisset euidenter iniqua. & idẽ tenet Inno. in d. c. finem. de quo ibi plenè per eum, & Doct. Et dr̃ euidenter iniqua qñ ex eisdem actis succũbit, secus si ex nouis probationib. & ita voluit gl. no. in reg. ignorantia. ꝭ. eo. lib. ꝙ est verum nisi probaretur probabilis error aliter q̃ per iuramentum, vt quia plures ꝯsulunt ſm Host. & Lap. ꝭ. eo. in §. post hęc. de quo vide no. per Ro. in deci. 252. quę inci. item licèt sñia. & per Bald. in d. l. eos. §. cautione. & in auth. generaliter. C. de Episc. & cleri. & in l. si. C. quando prouo. & in l. generaliter. §. j. C. de re. cred. & plenè per do. Nic. & Inno. in d. c. sępe. vide per Rotam in deci. 99. quę inci. item si fiat. Quid si fiat condemnatio expensarum in causa attentatorum, poterit fieri taxatio ante sententiam diffinitiuam latam in principali, vide ibi no.

SVMMARIVM.

1. *Causa recusationis debet non solum proponi coram iudice recusato, sed etiã exprimi talis causa, quæ sit legitima.*
2. *Iudex recusatus potest assignare arbitris terminum, intra quem causam suspicionis decidant.*
3. *Iudex non potest cognoscere de causa suspicionis contra eum proposita, an sit legitima.*
4. *Causa suspicionis debet proponi in scriptis, & continere quis recusat, & quis recusatur, & ex qua causa.*
5. *Arbitri electi ad causam suspicionis decidendam an possint esse laici.*
6. *Cognoscat, hoc verbum inducit potestatem decidendi.*
7. *Arbitri duo si sunt electi super causa suspicionis, et appellatur ab eis, vnus appellationi detulit, alter nõ, an iudex recusatus possit procedere in causa finito termino dato arbitris ad causam suspicionis terminandam.*

CAP. II.

1 In alium. †Nota primò, ꝙ inhibitio facta per iudicem appellationis non trahitur ad tertium, quia res inter alios acta, & c. ī. de re iudi. quamuis non possit innouari per tertium super eo, de quo pendet appellatio non obstante appellatione & inhibitione, & ex hoc iudex appellationis non potest in talem iurisdictionem exercere, sicut etiam alias potest innouari per iudicem a quo contra tertium non obstante appellatione inter appellatum & appellantem, vt est tex. & glo. no. in l. creditor. in princi. ff. mandati. Secundò no. & tenementi ibi ab eisdem, ꝙ Archiepūs non pōt concedere subditis suffraganeorū priuilegium exemptionis ꝯ suos suffraganeos. 2 †In gl. in ver. in alium. in fi. vide plene in c. j. in fi. ī. de offi. dele. eo. lib. Et dixit hic Io. And. ꝙ licet Archiepiscopus tales citare, & inuitos ad iudicium trahere non possit, nisi eius iurisdictionem impediant, si tamen sponte compareant coram ipso iudice appellationis, & se liti offerant, debent admitti, vt in cap. veniens. el 2. ī. de testib. cum ēt extranei comparentes pro suo interesse sint admittendi, vt in d.c. veniens, & in l. j. ff. de appella. reci. In glo. in ver. in aliqua causa, in prin. intellige, siue appelletur ante sententiam, siue post & siue in scriptis siue sine, secundum Io. An. dicentem idem esse, siue appelletur a suffraganeo in certa causa, siue generaliter ad ipsum Archiepiscopum esse, & tunc ipse appellans non eximeretur in omnibus, cum talia generalis appellatio non valeat, vt in c. consuluit. el 2. ī. eod. ſm Io. And. Et prædicta procedunt, quando appellatur ab ordinario. Sed si appelletur a delegato, cui sunt commissæ plures causæ, & appellatur ab vna causa, tunc non solùm in illa, sed ēt in alijs eximetur a iurisdictione illius, vt tenet Rota in antiquis, in deci. 17. per nota. per Inno. in c. cum olim. ī. de offi. deleg. vt hic refert Domi. tenens in hoc contrarium, & dicit, ꝙ quo ad hoc non est differentia inter delegatum, & ordinarium, vt per glo. & Doct. in d.c. proposuit. hic alleg. & in d.c. ad hæc, in fi. In eadem glo. in fi. vide per Ioā. And. in d.c. ad hæc, cuius opi. sequitur Bart. in l. 1. ff. apud eum a quo, & in l. j. & ibi per Bald. C. si quacunque prædictus potestate. vide per Docto. in d.c. ad hæc, & in d.c. proposuit. & ibi per Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus est iudex appellationis, et ad eum debet appellari etiam in his, quæ competunt Episcopo ex temporali iurisdictione.*
2 *Consuetudo potest inducere, vt possit appellari ad alium quàm ad quem de iure est appellandum.*
3 *Consuetudo esse intelligitur, si sit præscripta.*

1 Debet. †Tene menti ꝙ Archiepiscopus de iure communi est iudex appellationis, & ad eum potest appellari non solùm in his, quę Episcopus exercet de iure cōi, sed etiam de iure speciali ex priuilegio, vt ex temporali iurisdictione, quæ non competit Episcopo de iure communi, vt ī. de offi. ordi. conquerente. secundum Do. potest ergo Episcopus habere temporalem iurisdictionem in loco, facit cle. statutum. de electio. & ī. de fide instru. inter dilectos, & j. de homici. prælatis. 2 †Vltimò no. ꝙ tam ex consuetudine, vt ī. §. ab Archidiaconis, q̄ ēt ex priuilegio potest induci ius, & iurisdictio ad alium appellandi, vt hic, quod tamen priuilegium solus Papa concedere potest secundum Io. And. & vide per glo. in d.§. ab Archidiaconis, æquiparantem in hoc consuetudinem, & priuilegiū. In glo. in uer. temporalem. in fi. uide in Spe. co tit. §. nunc dicamus. ad fi. & dicit hic Io. And. ꝙ in regno Franciæ hoc non obseruatur, & vide per Archidia. 11. q. j. his ita, in fi. Et conclude, ꝙ si Episcopus cognoscit in tēporalibus vt ordinarius, statur consuetudini vel priuilegio, ad quem debeat appellari vt hic. Sed cessante consuetudine vel priuilegio, tunc si iurisdictio temporalis est translata totaliter in ecclesiam, & tunc debet appellari ab Episcopo ad Archiepiscopum, vt est text. hic. & ratio est, quia talis iurisdictio temporalis videtur omnino separata a iurisdictione imperatoris secundum glo. in c. solitæ. ī. de maio. & obe. Innocen. & Ioā. And. hic vt hic per eos, & ita procedit in c. 2. ī. de delic. puc. Si verò Episcopus haberet iurisdictionem temporalem in feudum, debet tūc appellari ad imperatorem secundum glo. in d.c. solitæ. & Archi. in d.§. his ita, & facit gl. j. in vet. alio. & quod no. in capit. vetum. ī. de foro compten. Et idem, quando Episcopus cognosceret de causa temporali, ut delegatus iudicis secularis vel principis, quia tunc appellatur ad principem delegantem, vt vult glo. in versi. suppl. cij. 23. q. 8. sæpe. Et idem si alio modo clericus haberet iurisdictionem tēporalem a iudice seculari secundum Pet. de Anchara. & facit l. si quando. C. eod. titu. & ibi per Bartol. & Docto. & in l. j. §. 3 pen. ff. eod. titu. †In glo. in versic. consuetudine in fi no. quòd a appellatione consuetudinis [a] debet in dubio intelligi, quòd sit præscripta. Pro quo tex. sing. in c. Cumana. de electione. In gl. in versic. alia. in fi. conclude secundum Ioā. And. quòd si de feudo regali est quæstio inter Episcopum, & tertium, tunc Rex est iudex competens. Sed si est quęstio inter Episcopum, & Regē, vt quia Rex dicit feudum ad se reuersum propter pacta nō seruata, non autem ex delicto ipsius Episcopi, quia non præiudicaret capitulo secundum Bald. hic, tunc debent adiri pares curiæ, et hoc nisi Episcopus negaret rem esse feudalem dicendo eam esse de proprietate ecclesiæ. Nam cum Rex sit tunc actor, debet sequi forum rei, et conuenire Episcopum coram Archiepiscopo vel Papa, vt in capit. cęterum. supra de iudic. et ibi per Innocen. et Ioan. Andr. in princip. magnę glo. Si verò Episcopus vasallus Regis alteri infeudauit, et esset de hoc quęstio coram Episcopo inter uasallos, tunc si appelletur ab Episcopo, debet appellari ad Regem primum dominum feudi ut no. Ioan. Andr. et Innocen. in d. capit. cæterum. infra, in glo. magna circa medium. in versic. sed quid dices, et versic. sequen. ita potest intelligi tex. hic secundum Ioā. And. secundum quem posset etiam exemplificari, quando concedens temporalē iurisdictionē Episcopo reseruauit sibi ius appellationis, quod potuit argumen. c. pręterea. ī. de iure patro. et cap. pastoralis. de dona. et sic ex his infertur, quòd si episcopo habente in feudum temporalem iurisdictionem in loco illius prætextu cognoscit de causa inter subditos, et ab eo appelletur, quòd debet appellari ad dominum feudi.

ADDITIO.

a Nico. Superan. Appellatione consuetudinis. Adde glo. in cap. fin. de consue. supra eodem, lib.
V. G. Nota, quando consuetudo non dicatur inducta nec approbata. Ruyn. consi. 119. nume. 10. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatione dari non debe. nisi vocato eo, in cuius fauorem fuit lata, & nu. 2.*
3 *Absolutio, quando possit dari parte non vocata vel non. vide hic distinctionem.*

1 **Sententias.** †No. j. absolutionẽ ab excõmunicatione fieri non posse non vocata parte, in cuius fauorem dr̃ lata, de quo j. & in c. qua fronte. ʒ. eod. ut. Secundò no. ibi nullas, q attentata post appellationem legitimam sunt nulla, quia sñia excõicationis fuerit hic lata post appel. legitimam ſm Io. And. in reuocatione m̃ attentatorũ vel in pronunciatione sup nullitate requiritur citatio, & causæ cognitio, vt hic, & in c. non solũ. j. eo. & ibi plenè. Vltimò per hunc tex. ibi nullatenus. dixit hic Io. And. q vbi in lege diceretur, q iudex nullatenus aliquid faciat certum quid non interueniente certa solennitate, tunc si contrarium facit, nõ valet quod agit̃, qd̃ no. & ita sequitur hic Do. de quo vide per gl. in cle. i. in ver. nullatenus, de seque. pos. & quod no. in l. si vnus. C. de testa. & per
2 gl. in ver. inhibentes, in cle. j. de iure patr. †In gl. in ver. reuocẽt. in fi. vide in c. venerabilib. §. sanè. j. de sent. excom. vbi de hoc. Et aduerte quia gl. in c. cum ab ecclesiarum, in fi. vr̃ velle, quòd Archiepiscopus possit tales sñias reuocare, & ab eis absoluere etiam partibus non vocatis, etiam si periculum non subesset. Pro quo facit d. c. venerabilib. §. vbi autem. Sed certè gl. in d. c. cum ab ecclesiarum. non ob. cum loquatur in Epõ, qui est immediatus quo ad subditos suorũ prælatorũ. Nec ob. d. §. vbi autem, quia loquitur de absolutione, vel relaxatione ad cautelã non de reuocatione vel annullatione ſm Io. And. hic tenentẽ talem absolutionem vel reuocationem non valere per tex. hic ibi nullatenus &c. per quem refert hic Io. And. quosdam tenere excõicatum pro contumacia non posse absolui non vocata parte, de quo vide in c. olim. in fi. & in c. ex parte. el j. ʒ. de verb. sig. & 11. q. 3. excõicatos. & in Spe. de contumacia. §. fi. ver. sed po
3 ne excõicatus, & ver. seq. cuius dicta refert hic Do. † Et concludе, cum quæritur, q sñia censuræ non possit reuocari vel nulla pronunciari parte non vocata siue sit Episcopus siue Archieps̃ vt hic, & facit. c. a. ʒ. de offi. iud. & in c. non solum. j. eo. Si verò quæritur, an possit ab eis fieri absolutio, & si est talis superior, qui non poterat adiri nisi per viã appellationis, vt Archieps̃, & non poterit parte non vocata, cũ non possit, nisi primò iustificet appellatio vt hic. Sed si est talis, qui possit adiri per viã querelę, & tũc aut quis fuit excõicatus p manifesta offensa, & non dẽt absolui parte nõ vocata, vt d. c. ex parte, si tñ aľr fieret valeret, vt ibi no. Sed si fuit excõicatus pro ɔtumacia, & tũc pręstita cautione de parẽdo iuri, & de reficiẽdo aduersario expẽsas absolui poterit eo absente, vt tenet hic Pe. de Anch. & Do. & prędicta in sñia censurę lata ad instantiam aduersarij, & querela alterius. Sed si iudex ex officio eas tulisset, tunc posset absoluere ẽt nemine vocato ſm glo. in d. c. excõicatis, de quo in d. c. qua fronte, & in d. c. olim, & per Inn. in c. prudẽtiã. § sexto. ʒ. de offi. dele. & p Spe. in ti. de contu. §. fi. ver. sed pone excõmunicatus.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex appellationis debet primò cognoscere de viribus appellationis, tanquam cognoscat de causa principali.*

2 *Sententia lata per iudicem appellationis per quem debet mandari executioni. & nume. 3.*

4 *Iudex appellationis, an possit cognoscere, & pronunciare super articulo appellationis emissæ a grauamine parte non vocata.*

1 **Cum autem.** †No. j. ibi postquam q prius per iudicẽ appellationis interpositæ ante sententiam dẽt discuti de virib. ipsius appellationis, q̃ cognoscat de cã princ. facit. ʒ. in §. cũ autem. & §. si verò, & §. qd̃ si obijciatur. Vltimò no. q si constet appellationẽ ab interlocutoria nõ fuisse legitimam non potest Archieps̃ cognoscere de negotio princ. sed dẽt incontinenti absque aliqua mora cãm remittere ad iudicem a quo. sic. j. eo. cum appel. qd̃ m̃ limitat Io. And. hic
2 nisi iudex a quo detulisset, vt in d. c. cum appellationib. † In gl. in ver. ante sñiam in fi. & vide ibi per gl. & Doc. & hic per Io. An. & Doc. & conclude, si quærat quis exequatur sñiam a qua est appellatum. Nam aut in criminalibus aut in ciuilibus. Si in criminalibus semper dẽt exequi iudex a quo, cũ reus debeat remitti ad locum delicti. vt in Authẽ. vt nulli iudicũ. §. si qs verò. ideo est, q primus iudex est ille, qui detinet cõdemnatũ in carcere, vt l. eos. §. pe. C. eo. ti. & ita tenet Bal. in auth. si quis. C. de epã. audi. an m̃ indistinctè sit fiẽda remissio. vide no. in c. j. §. cõtrahentes. ʒ. de foro compe. eo. lib. Si verò loquimur in ciuilib. & tunc aliquando prima sñia diffi. informat̃ per iudicem appe. & ipse exequitur, vt d. §. præterea. ſm Io. Mo. & Archi. & Dom. hic, & Bald. in d. authen. si quis. vbi dicit idem esse, qñ iudex ad quẽ emendaret primam sñiam. Et prædicta procedunt, ẽt si iudex ad quem simpliciter pronunciaret bñ appellatũ, & malè iudicatũ, quia tunc tacitè vr̃ condemnare, vt tenet hic Petr. de Anch. & gl. Bar. & Bal. in d. l. eos. & hoc qñ prima sentẽtia fuit absolutoria, alias si fuisset ɔdemnatoria & secũda absolutoria, tunc non est tractandum de alia executione, vt in ca. præterea requisisti. ʒ. eo. tit. ſm Bald. in d. auth. si quis. Limita tñ prædicta procedere, qñ pro executione sñię imploratur officium iudicis, qd̃ ex sñia producitur & habet paratam executionem vt l. minor. 25. annis cui fideicom. ff. de min. alias si intentaret actio iudicati vel in factum, quę oritur ex sñia, & tunc potest intentari ẽt coram iudice a quo, cum possit intentari corã quolibet iudice ordinario sicut & quælibet alia actio, vt l. fi. C. de pręsc. lon. temporis. facit quod no. per Bar. in l. miles. §. iudicatum. & in l. a diuo Pio. §. j. ff. de re iud. Secundò limita nisi iudex a quo exequeretur ad literas sibi transmissas per iudicem ad quẽ, q a tunc exequi posset ſm Bal. in l. tale pactũ. §. q. prouocauit. ff. de pactis. & facit d. l. a diuo. §. sñiam. & l. tamen vnus. §. his qui. ff.
3 de bo. aut. iudi. pos. † Aliquando prima sñia cõfirmatur, ª & tũc
a aut confirmatur tacitè per lapsum fataliũ, & primus iudex exequitur non secundus. facit glo. in d. c. eos. post prin. & tenet hic Archi. & Docto. quod procedit ẽt si iudex a quo pronunciaret appel. desertam ſm Arch. hic per quo tex. in auth. et qui. C. de tempo. appel. de quo per Bal. in d. auth. si quis. Et idem si pronunciaret appellari non potuisse ſm Io. And. hic, cum & tunc tacitè vr̃ confirmare. Si verò expressè cõfirmat, tanq̃ prima sit deserta & interueniente consensu partium, tunc debet exequi per iudicem a quo ſm gl. in d. §. qui prouocauit. & Bal. in l. pręcipimus. C. eo. ti. & in d. l. a diuo. vbi ẽt tenet, q tunc possit exequi etiam per iudicem ad quem, de quo tñ in d. §. qui prouocauit. Aliquando sententia diffi. expressè confirmatur per iudicẽ ad quem, & ipse exequitur, cum agatur ex confirmante, & nõ ex confirmato ſm glo. d. §. pręterea, & in d. l. eos. & in l. si quis priore. ff. ad tre. & ita communiter sequuntur hic Doct. & Cy. & Bar. in d. l. eos, & in l. pręcipimus. C. eod. titu. vbi est text. de hoc, & in d. l. a diuo. & Bal. in dicta auth. si quis, & in d. l. eos. Et aduerte quia Io. Mo. Pau. & Bald. hic volunt, q etiã iudex a quo possit exequi, cum prima sentẽtia non sit nouata per secundã confirmatiuam. Sed certè ista tñ nihil valet, vt per Bald. in d. auth. si quis. & indistinctè est tenendum, vt ʒ. per tex. in d. l. præcipimus, quod tñ limita, nisi iudex a quo exequeretur ad literas iudicis ad quem, quia tunc posset ſm Bal. in d. §. qui prouocauit. Secundò limita prædicta procedere, quando pro executione sententię intentaretur officium iudicis, secus si actio iudicati vel in factum ex ipsa sententia, quia posset tunc intentari etiam coram iudice a quo, & iudice ordinario competenti coram quolibet ſm Bal. in d. §. qui prouocauit, & ʒ. est dictum, & voluit Bar. in d. l. a diuo. §. j. Quando verò iudex appellationis esset talis, qui non posset adiri per viam querelæ, vt est Archiepiscopus, & tunc talis actio cum non posset coram eo intentari, & ita posset procedere opinio Archi. hic tenẽtis, q primus iudex a quo & non secundus exequatur. Sed certè cum Archiepiscopus sit tunc iudex competens & ad eum sit deuolutum negotium p appellationem, vt hic, & in d. c. 1. ergo siue per officium iudicis siue per actionem, descendentem ex ista sententia vr̃, q possit exequi. Et prædicta procedunt in diffinitiuis. Sed quãdo esset appellatum ab interlocutoria, quę esset confirmata tunc indistinctè redijt executio ad primũ iudicem vt in l. iura vtile. ff. de admi. tut. & tenet Bald. in d. l. eos, & facit. c. j. §. q si appellator. ʒ. eodem. Quid autem quando ipsam infirmaret, vide in c. vt debitus. ʒ. eodem. & in cap. non solum.
4 infra eodem, & Barto. plenè in d. l. eos. † In glo. in versic. cognito. in fi. refert hic Domi. Rotam in antiquis in decisio. 356. tenere iudicem appellationis posse procedere, et pronunciare super artic. appel. emissę a grauamine etiam parte non citata, per dic. Innocen. in capit. auditis. supra de procurat. et per l. diem proferre. in princip. ff. de arbit. Sed certè in contrarium est text. clarus, supra in §. sententias, et ita voluit glossa hic, pro quo facit. 2. quæstio. 9. omnia, et capi. certè. vbi dicitur, quòd actus iudiciarius non valet in præiudicium partis non vocatæ, Non obst. dictum Innocen. quia loquitur de interlocutoria expensarum ferenda ex contumacia, cum contumax possit condemnari in expensis sine alia citatione secundum Domi. de quo per Innocẽ. in c. calumniam. ʒ. de pœnis, et vide quod no. in c. j. in fi. ʒ. eo. Et aduerte quia Rota in dec. 424.

quæ

A D D I T I O.

a Celsus. Et confirmat. Adde Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falsam. §. interlocutoria, & appellationes. nu. 73. ver. quæro. subsequenter, & ibi notaui in apostil. ad eum de proba.

V. G. Adde, quòd sententia nulla potest confirmari per iudicem appellationis, nisi in ea sit expressus error iuris. Alexand. consi. 111. lib. 3. Ias. consi. 106. colum. fin. lib. 4.

quæ incip. Item si a diffinitiua sententia plenè tractat de his. & determinat primò, quòd licet a sententia diffinitiua sit appellatum ad Papam, & negotium sit in curia, si tamen impetratur commissio super desertione appellationis, & petatur pronunciari super desertione, quod non poterit procedi contra appellantem absentem & non citatum, quia licèt negotium principale sit semel deuolutum ad curiam, & potuerit procedi sine alia citatione secundum formam c. statuimus. ꝟ. de electio. eo. li. iuncta clem. causam. eod. tit. & licet etiã causa desertionis sit pars ipsius appellationis, intantum quòd iudex cui esset commissa causa appellationis posset etiam sine noua commissione de desertione cognoscere & pronunciare, vt etiã determinat Rota in deci. 154. quæ incipit, item quod iudex datus, eum prædicta procederent nisi causa desertionis [a] sit principaliter cõmissa, quia tunc requiritur citatio. facit 2. q. j. nos in quemquam. & text. in d. §. sententias. & alias sententia esset ipso iure nulla. Non obstat dictum Innocen. in d. c. auditis. quia licèt sententia super desertione lata sit interlocutoria, vt in c. sua. ꝟ. eod. tit. tamen habet vim diffinitiuæ, merito citatio requiritur.

ADDITIO.

a V. G. Nota, quod desertio nullitatis fit eodem modo, quo appel. Alex. consi. 51. Cum dicatur. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli appellanti sunt dandi, vt causa appellationis instruatur facilius, ad quos petendos appellans compellitur, & nu. 2.*
3 *Sententia an sit de processu.*
4 *Iudex a quo si differat tradere apostolos intra tempus a iure statutum, an si procedat in causa processus efficiatur nullus, & nu. 5.*
6 *Appellationi frustratoriæ non est deferendum, & qualiter dicatur frustratoria appellatio.*

CAP. IIII.

1 2 VT super. †No. j. rationem quare apostoli [a] sint tradendi videlicet, vt causa appellationis facilius instruatur. facit. l. eos. §. si p his. C. eo. tit. Secundo no. ibi præcipimus, quòd ex præcepto apostoli sunt tradendi per iudicem, quod præceptum cum sit canonis, obligat sicut & præceptum hominis, vt no. in c. cum speciali. §. sciant. ex quo infertur, quod iudex non tradens est puniendus secundum Archi. & Io. And. de quo est dictum ꝟ. eod. 2 in c. j. & ibi per Io. And. †Tertiò no. ibi appellanti, quod ipse appellans arctatur ad petendum apostolos, & ipsi sunt tradendi. appellatus ergo poterit prosequi appellationis causam in casib. sibi permissis absque apostolorum traditione vel petitione. sic 3 j. c. proxi. secundum Do. †Vltimò no. ibi processus, quia includitur & sententia, quæ est de processu, vt in c. quoniam contra. ꝟ. de proba. secundum Ioã. And. & sic sententia erit nulla sicut alius processus, & sic appellatione processus venit & snia diffi. quando profertur in materia, quę adaptatur ipsi sententię, alias secus est, vt per glo. in cle. appellanti. eod. tit. in ver. neque processus. In glo. j. in fi. habet tamen locum iste tex. non solum in appel. ad Papam interposita, sed etiam ad quemcunq; alium iudicẽ, cum ratio hic in tex. expressa, vt causa appellationis facilius instruatur est generalis quo ad omnes iudices secundum Io. An. & Do. de quo hic per eum. In gl. 2. in fi. no. glo. ad dicta. ꝟ. eo. in c. j. in §. in quibus. vt in apostolis debeat inseri causa appellationis & repulsionis. In glo. in ver. ille in fi. intellige quando non appellatur a iudice, alias si appellaretur a iudice extra iudicium tunc est qui date possit de quo in d. c. cordi. in 4. glo. & in versi. exhiberi. & ibi vide. In glo. in ver. requisitus. no. iuncto tex. iudicem non arctari ad dandum apostolos nisi fuerit requisitus. intellige nisi ipse iudex appellationem recepetit, vt l. eos. in fi. C. eod. titu. & vide no. in d. c. j. in fi. prin. ideo determinat Rota in deci. 406. quæ incipit, item si auditorium. in fi. quòd si appellans in termino apostolos non petierit, quòd illos iudex dare 4 non teneatur, nec propter hoc desinit esse iudex. †In gl. in ver. ex tunc. in fi. Idem Ioan. And. & Pet. de Ancha. Sed Hostien. in d. ca. j. tenet processum non valere ex tunc, cum apostoli sunt petiti. Idem tenet Rota in decis. 128. quæ incipit, Item si iudex. cum pendente dilatione siue hominis siue iudicis officium cõquiescat. & ita refert tenuisse Ioan. de Lig. in cap. dilectus. ꝟ. eo. titu. licet Ioan. Cal. teneat opi. Ioan. Andr. quam sequitur Pau. in q. disputata, quæ incipit a prælato regulari. vbi concludit, quod si appellatur a diffi. & tunc non valeat processus, post appel. vt in c. non solum. in prin. ꝟ. eod. Si verò appelletur ab interlocutoria, & non valet processus post inhibi. vt in d. cap. non solum. Sed si non est inhibitum, & tunc si consideretur sola pendentia termini apostolorum, & non inducit nullitatem, cũ pendentia termini impediat solum aliquid innouari super eo, super quo est datus non super alio, vt in capitulo, cum teneamur. supra eodem, & ita tex. hic quod ex tunc debet exponi idest post denegationem. Sed si consideretur pendentia termini vna cum appellatione, tunc inducet nullitatem secundum quòd futurus indicabit euentus, quia appellante obtinente retractatur omnia processus, alias secus, vt in d. capit. non solum. ex quibus patet istum tex. non loqui in casu, quando procedatur inter appellationem, & pendẽtiam termini apostolorum. sed istud deciditur per d. c. non solùm, & ita videtur hic residere Domi. & ita voluit maior pars domi. de Rota compositore 5 tantum excepto, vt patet in dicta deci. † Sed ipsa expressa denegatio apostolorum bene inducit nullitatem processus, vel si iudex requisitus intra tempus non tradit, vt hic in tex. & ꝟ. in cap. ab eo. quem limita primò, nisi iudex a quo reuocaret grauamẽ ante denegationem apostolorum, vel ante tempus apostolorum tradendorum, cum tunc possit reuocare, & in causa procedere, vt in cap. si a iudice. secundum Ioan. And. etiam si postea non tradit apostolos, cum postea tradere non teneatur, etiã si appellatio fuisset legitima secundum Lapum, & Domi. licèt in hoc Ioan. Andr. teneat contrarium & non bene secundum Dom. quia cum cesset appellatio, vt in d. c. si a iudice, & sic cesset ratio, quare dantur apostoli. ergo cessat legis dispositio, vt in c. cum cessante. ꝟ. eodem, & sic non obstant argu. Ioan. And. hic, cum procedant in appellatione, sed hoc casu cessat appellatio, vt hic plenè per Domi. dicentem tñ post Lapum, quod si iudex vult cautè procedere, faciat vtrunque, reuocet grauamẽ, & tradat apostolos. Sed si iudex velit reuocare grauamen, postq̃ apostolos denegauit, vel post lapsum tempus, & non poterit, nec valebit processus, sicut quando detulisset appellationi, vt ꝟ. cap. proxi. c denegatio ũ apostolorum, vel lapsus termini hẽat vim delationis quo ad iuris dictum iurisdic. iudicis suspendendam, vt hic patet sm Io. Andr. hic & plenius in dicto c. cum cessante, & ita tenet hic Petr. de Ancha. & Domi. dicens, quod licet delatio denegatio uel non datio apostolorum non priuet iudicem habitu iurisdictionis, cum possit ipsam reassumere ex facto appellantis, vt hic, & ꝟ. eo. titu. c. ab eo. tamen aufertur sibi exercitium, quia procedendo non valet processus, ita quod quo ad exercitium non est iudex, & sic grauamen reuocare non poterit. licet Io. de Imo. hic voluerit, quod iste tex. prohibeat processum. Et non prohibet reuocationem. Sed certe ipsa reuocatio est quędam interlocutoria, & de processu, vt in d. c. si a iudice. sm Do. vnde hanc reuocationem facere non poterit, prout sequuntur Doc. in d. c. cum cessante, & d. Nic. ibi. & d. Flo. in cle. 2. §. j. eod. tit. prout dicetur. ꝟ. c. proxi. & ꝟ. in c. legitima. Secũdò limita prędicta, nisi appellans renũciasset appellationi tacitè vel expressè etiam si renunciet post tempus tradendorum apostolorum, quia valebit processus factus post ipsam renunciationem, sed non valebit processus prius agitatus, vt in reg. non firmatur. ꝟ. eo. lib. sm Ioã. And. hic ita intelligentem hunc tex. & ita sequitur Do. Tertiò limita, quando esset talis casus, in quo prius excludit appellantem ab eius prosecutione, vt ꝟ. dicetur in glo. proxi. In glo. in ver. renunciatum. in fi. Idem Archid. quod procedit, siue renuncietur iure siue iuris interpretatione dummodo sponte renuncietur, & idem si inuitus, ut quando in pœnam appellantis ius eũ excludit a prosecutione appellationis, putà quia non detulit suę appellationi, vel per partem aduersam interpositę, ut in c. an sit. ꝟ. eo. tit. & in c. ex parte, el 2. ꝟ. de rescrip. uel quia in termino non fuit prosecutus, ut in cle. sicut. ꝟ. eo. ti. & c. cum sit. ꝟ. eo. & facit quod no. Io. And. in c. cum qui. in uer. sponte. ꝟ. de 6 dolo, & contu. sm Lapum & Do. †In gl. fi. in fi. intellige, quando appellatio est frustratoria ratione materiæ, ut quia friuola, uel & propter iniustitiam uel falsitatem facti, cum tũc appellatio sit potius contra ius partis, procedit tñ, & suspendit iurisdictionem, secus quando appellatio esset frustratoria reg. formæ a iure requisitę, ut quia appellatio ab interlocutoria fuit interposita sine scriptis, uel sine causa uel post decem dies, nam istis casibus & similibus ualeret processus, etiam si iudex deneget apostolos expressè uel tacitè, & ita uidetur hic probari in textu, dum refert se ad. c. j. ꝟ. eo. lib. ubi dum iudex apostolis petitis per appellantem loquitur de appellante in scriptis & seruata forma innuens, quòd si non appelletur in scriptis appellatio sit nulla, vnde

ADDITIO.

a Nic. Sap. Apostoli sint tradendi. Adde, quibus sumptibus sint tradendi. vide glo. in ver oblatos. in cle quamuis, de appella.
V. G. Adde, quòd apostoli possunt peti simul vno contextu sæpius. Fely. in ca. cum causa, in fine, de offic. deleg.

vnde frustratorium esset tunc dari apostolos petenti, cum dati non prodessent. arg. s. de offic. deleg. cū contingat. & ita tenet Rota in antiquis in decisi. 376. quæ incipit a grauamine, secundum Domi. adducentem tex. in d. c. j. §. quod si appellat, vbi dr, quòd renunciat tunc non appellans, ergo non debent eidem dari cum iste tex. dicat, q apostoli debent dari appellanti, & sic seruatur forma d. c. i. ad quod iste tex. se refert, dubium tamē facit, quia cum denegatio apostolorum habeat vim delationis, vt s. ergo sicut si expressè iudex detulisset appellationi interpositæ contra formam d. c. j. non possent postea procedere, vt no. j. c. proxi. & voluit Rota in deci. 385. quę incipit, item si appellatur. ita & quando tacitè defert per denegationem apostolorū tacitam vel expressam, nisi dicatur aliud esse in expressa delatione quam tacita. cogita tamen.

S V M M A R I V M.

1. *Appellatio quæ dicatur friuola.*
2. *Iudex a quo licèt non admittat appellationem, appellans nihilominus potest eam prosequi.*

C A P. V.

1 Cum appellationibus. † Nota primò ibi friuolis, q illa dicitur friuola appellatio, quæ vana est, & inanis secundum Io. And. & vide per gl. no. in cle. si ante, de dolo & contu. in gl. mag. in prin. vbi voluit, q illa dicatur appellatio manifestè friuola, quę nullā causam expressam, vel non legitimam, vel licèt legitimam tamē manifestè falsam, vel quando iam erat pronunciatū illam causam falsam, & non fuit appellatum, vt ibi per glo. & dicas, quòd aut appellatio est manifestè friuola, & tunc non debet recipi nec deferri, vt hic, aut est manifestè vera, & legitima, & debet recipi & deferri, aut dubitatur, & tunc in dubio per reuerentiam superioris deferendum est secundum Arch. & Io. And. j. eod. si a iudice, & voluit hic glo. prout colligitur euidenter. s. eod. vt debitus. & Feder. in consi. 182. post prin. & glo. in c. j. in ver. j. s. eo. ti. & lib. Secundò no. ibi admittetur, sufficere iudicem dicere nō admitto, quia friuola est, licet non exprimat causam in specie, quare sit friuola. facit quod no. in simili, in cap. ex parte. s. eod. de quo

2 plenius. j. §. proxi. † Tertiò no. quòd licet appellatio non sit admissa per iudicem a quo, non tamen ex hoc aufertur potestas appellanti prosequendi appellationem, sic s. eod. c. sæpe. imo tunc iudex ad quē pertinet cognoscere de legitimitate appellationis, & an sit friuola vel non, & si eam non reperit legitimam debet remittere partes ad iudicem a quo, vt hic dicitur, & s. in c. Romana. in fi. adde quòd in causa appellationis poterit iudex condemnare in expensis, quantumcunque appellatio sit deserta, vt in c. ex parte. §. s. de rescr. & in c. cū olim. s. de priui. Vlti. no. & ita alle. q iudex ad quem si pronunciat appellationem friuolam, & iurisdictionem ad se non deuoluit, potest & debet condemnare in expensis, quia in hoc habet iurisdictionem in cognoscendo, an sua sit iurisdictio, & per consequens in condemnando partem temere litigantium in expensis, licet pronunciet se incompetentem. facit quod no. in c. j. in fi. s. eo. titu. & li. & in c. Romana. §. si verò. s. eo. & est tex. in cle. j. de rescrip. circa fi. & plene & singulariter per Bal. in l. eos. §. fi. C. eod. titu. & prædicta procedunt, etiam si appellatio fuisset notoriè iniusta, puta quia non erat appellatum in scriptis, vel intra decem dies, vel erat appellationi tacitè vel expressè renunciatum, vt tenet Fede. in consi. 128. in vlti. col. Et idem dicit Bal. in d. §. fi. quando appellatio esset deserta etiam si nec appellans nec appellatus fuerit psecutus: quia debebit per iudicem ad quem ipse appellans condemnari in expensis, vt ibi p eum. intellige, quando iudex ad quem fuisset aditus per appellantem, alias si nunquam fuit aditus, tunc licèt possit pronunciare appellationem desertam, vt in c. oblatę. s. eod. tamen non condemnat tunc in expensis, sed iudex a quo maximè si erat ordinarius, vt in c. reprehensibilis. s. eod. vt determinat Feder. in d. consi. cogita tamen. In glo. in ver. admittat. in fi. vide ibi no. in glo. in ver. exhiberi, & dixit no. Bald. in l. appellatione. in princ. C. eodem titulo, quòd si iudex dat apostolos simpliciter, & nō qualificatos, quòd in dubio videtur deferre, vt etiam no. Ioan. Mon. in d. cap. j. secundum eum ibi. In glo. in ver. ca die. in fi. intellige hoc in diffinitiua, secus in interlocutoria, puta si iudex ad quem reuocat attentata, quę reuocatio est sententia interlocutoria, nam licèt tunc non condemnauerit in expensis nec eodem die, tamen poterit semper quousque diffinitiuè pronunciet, vt determinat Rota in decisi. 13. quę incipit, Item si iudex, & de materia vide per Ioan. And. in c. ex parte. §. in fi. s. de rescrip. & ibi per Archid. & conclude secundum Do. quòd si condemnatio expensarum fit per iudicem ad quem appellatur, & poterit fieri tantum eadem die, qua remittit ad iudicem ad quem, vel eadem die qua pronunciaret bene appellatum, & ita procedat tex. hic per l. Paul. ff. de re iudica. Sed iudex a quo ad quem fit remissio, & ipse poterit condemnare vsque ad sententiam diffi. in expensis vel eo. die, vt no. in c. fi. j. eo. & quid de expensis, quę debentur iure actionis plenè per Bar. & Bald. in l. terminato. C. de fructibus & lit. expensis. & vide supra in proxi. apostil.

S V M M A R I V M.

1. *Iudex ad quem potest remittere appellationem frustratoriam ad iudicem a quo inuitis partibus, & iudice a quo.*
2. *Delatio appellationis etiam friuola deuoluit causam ad iudicem ad quem.*
3. *Sententia in dubio intelligitur de diffinitiua, non de interlocutoria.*
4. *Causa appellationis quare non potest delegari iudici appellationis.*
5. *Iudex a quo si detulit appellationi, an possit causam reassumere sine consensu partium. & nu. 6. & 7.*
8. *Iudex a quo si assignat terminum ad prosequendam appellationem, an talis assignatio habeat vim delationis.*
9. *Appellatio si interponitur a diffinitiua iudex a quo debet eidem indistinctè deferre, licèt secus si sit interlocutoria.*
10. *Iudex an videatur deferre appellationi, si notarius scripsit, quam appellationem iudex benignè recepit.*

1 Si verò. † Nota j. iudicem ad quem etiam inuito iudice a quo, & inuitis partibus posse repellere appellationem frustratoriam, & remittere negotium ad iudicem a quo. Secundo no. quòd licèt aliàs fiat differentia inter ordinarium, & delegatum, an possint a se abdicare iurisdictionem, vt not. in cap. significantibus. supra de offic. delega. tamen deferendo appellationi quilibet iudex indistinctè abdicat a se iurisdictionem, etiam si delatio sit iniusta, de quo in-

2 fra. † Tertiò tene menti ibi totius causæ, quòd per delationem appellationis ab interlocutoria etiam friuolæ deuoluitur ad superiorem iurisdictio, & eius exercitium non solum super eo, super quo est appellatum, sed etiam quo ad totam causæ cognitionem, vt hic est text. not. qui procedit etiam si talis delatio fiat ob reuerentiam, cum iste tex. indistinctè loquatur secundum Ioan. Andr. vt hic per eum. Sed limita istum tex. procedere, quando constat partes esse de iurisdictione iudicis a quo qui detulit, alias si non constaret, sed dubitatur, vt quia opponit de incompetentia iudicis, & iudex pronunciat, & ab eo appellatur, tunc licet eius delatio deferat ad superiorem negotium appellationis, non tamen negotium principale, secundum Ioan. Andr. hic & Specu. eodem titulo. §. qualiter, in fi. & ita sequuntur hic Domi. & Lap. in clemen. j. eod. titulo, quod limitat Feder. in consi. 187. in 3. colum. nisi iudex a quo esset in possessione talis iurisdictionis, quia tunc secus

3 esset, vt ibi per eum. † Vltimò not. quòd appellatione [a] sententiæ in dubio debet intelligi de diffinitiua, & non de interlocutoria, & sic in potiori significatu. Idem voluit glo. in l. j. §. quòd in sententijs. ff. quando appellandum sit. ideo si statutum requireret vel permitteret consilium sapientis in sententia, in dubio intelligitur in diffi. non in interlocutoria secundum Bald. in l. j. in 3. colum. C. ne liceat tertio prouocare. In glo. in versicu. refutari. in princi. idem tenet Archid. & Ioan. Andr. & facit quod no. Innocen. in cap. ab excommunicato. supra de rescrip. in glo. 2. & tex. hic ibi remittenda. qui videtur innuere, quòd iurisdictio remansit, ex quo voluntariè potest fieri remissio, ad hoc capit. quamuis. supra de offic. delega. & etiam is qui. supra per eum eodem hic, & ita debet intelligi text. hic, qui dicit transfusam, vt etiam remanserit penes eum. & ita tenet Domi. notans ex hac glo. quòd dilatio appellationis non priuat iudicem habitu iurisdictionis ipsius causæ, sed solum exercitium transfertur ad superiorem. ex quo infertur, quòd deserta appellatione iudex a quo possit de causa princi-

4 pali cognoscere, de quo infra in glo. penul. † In eadem glossa, in fi. tene menti secundum Domi. quòd licèt iudici a quo non possit delegari causa appellationis in tantum quòd delegatio & restrictio non valeret, vt l. eos. & ibi per gl. & Doct. in princip. C. eod. titu. et no. in capit. querelam. in j. glo. s. de tela. et ibi

A D D I T I O.

a Nic. Supe. Appellatione sententię. Adde gl. sing. in verbo per exceptionem. in c. cum olim. de testi. & ibi Car. Zaba. alleg. eam pro sing. & per Io. de Imo. in rub. ff. de re iud. idem Io. de Imo in rub. C. de sen. & interlo.
V. G. Adde, quæ dicatur sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ. Ruy. consi. 18. nume. 3. lib. 5.

ibi per d. Anto. nisi quando Papa ex certa scientia delegaret, vt
p gl. & Bal. in d. l. eius. tamen prędicta sunt vera, qñ appellatio
esset legitima & iusta, cum tunc iudex a quo est suspectus ipsi
appellanti, ne iterum grauet, vt no. in c. ad hæc si in vno. s. eo.
tit. Sed quando appellatio est friuola, & iudex detulit, tunc be
ne posset eidem delegari, & valeret rescriptum, vt vult hic gl.
no. iuncto tex. quia tunc cessat ratio ex quo non grauamur. In
glo. in ver. remittenda. in prin. licet delatio operetur contra iu
dicem deferentem, vt procedere non possit: & vt ad eius instã
tiam causa ad eum non sit remittenda, nec etiam ipse iudex ta
lem delationem reuocare possit etiam re integra, vt tenet hic
Io. And. remittens ad no. in c. constitutus. el 2. s. eod. n. 1. & in c.
meminimus. s. de accu. & ita sequitur hic Do. & etiam operat
contra ipsum appellatum intantum, q ad eius instantiam non
sit facienda remissio de necessitate, licet de honestate fieri de-
beat, maximè, quando debentur apostoli reuerentiales secun-
dum Io. And. hic dicentem, ita debere intelligi quod no. Inno.
in c. interposita. s. eo. per hunc tex. tñ ipsa dilatio nõ operatur
ȝ ipsum iudicem ad quem, vt remittere non possit si velit. Nec
contra ipsas partes cum possint redire ad iudicem, qui detulit
re integra sicut in relatione dĩ fm Archi. hic referentem dicta
Host. in c. licet. s. de offi. leg. de quo ibi per Ioan. And. imò vo-
luit hic. Io. Mon. q ipsa delatio non operetur in præiudicium
partis appellantis, cum possit redire ad iudicem, qui malè detu
lit re integra etiam inuito appellato, vt d. c. interposita. §. ille. se
5 cundum Io. And. vt hic plenè per eum. †Tu aduerte, quia Rota
in deci. 70. quæ inci. Item si iudex, tenet indistinctè contrariũ,
q postquam iudex detulit, non possit causam reassumere etiã
de expresso consensu partium, & idem tenet Rota in deci. 563.
quæ inci. ex hoc insurrexit per hunc tex. tamen ibi cõcludit, q
aut iudex a quo detulit, erat ordinarius, vel talis qui possit adi-
ri per viam simplicis querelę, & procedat opi. Arch. s. quia tũc
partes possunt redire ad illum non obstante delatione, vt in c.
j. s. de foro compe. eo. lib. & c. Romana. in prin. s. eod. tit. Sed si
erat delegatus, & tunc secus ex quo abdicauit a se iurisdictio-
nem, & hoc nisi superior remittat, vt hic. in text. cogita tñ quia
vĩ, q siue sit delegatus, siue ordinarius, possint partes redire re
integra, ex quo possunt appellationi renũciare post delationẽ,
sicut & post denegationẽ apostolorũ, quæ vim delationis hẽt,
vt, s. c. pxi. & lз deferẽs quo ad se abdicet iurisdictionẽ, nõ tñ in
totũ, vt s. in gl. in ver. refutari. ergo eã reassumere põt ex facto
partium. Non ob. d. c. significantibus. s. de offi. delega. quia ibi
per pronunciationem erat abdicatio in totum, & super toto,
hic verò secus, vt j. in ver. saluis. Quid autem si sunt plures iudi
ces, a quibus appellatur, hic per Io. And. & conclude, q si om-
nes deferunt, & habet locum iste tex. cum oẽs loco vnius ha-
beantur, vt l. magistratus. ff. ad munici. & cle. 2. de iure pa. & ita
sequitur hic Do. Si vero vnus defert alter non, & tũc aut vnus
sine altero non poterat procedere nec sic iudex vel saltem ille
qui non detulit, & tunc si ille qui detulit perseuerat in eadem
voluntate, & tunc ipse non poterit procedere nec ille qui non
detulit non tam ex delatione, quam ex volũtate collegę, quia
etiam sine dilatione q nollet procedere impediret collegã. vt
in c. cãm, & in c. cum cãm. s. de off. dele. siue ipse non deferens
dederit apostolos refutatorios siue non dederit in termino re
6 quisitus, vt s. c proxi. †Si vero ipse deferens nõ perseuerat in ea
dem voluntate, & tunc cum talis delatio non sit legitima non
abdicat iurisdictionem ab ipso deferente nec transfert eum in
superiorem, vnde poterit penitere se detulisse, & vna cum col
lega dare apostolos refutatorios, & postea simul procedere, &
hoc casu procedit opi. Io. quam no. in c. constitutus. el 2. s. eod.
tit. vbi tenuit, quòd deferens pęnitere possit. s. quando delatio
non valuit, vt s. secundum Io. And. Si vero vnus sine altero po-
terat procedere vel vnus sine altero iudex erat vel esse poterat
vel saltem ille qui non detulit, vt quia in rescripto erat clausu-
la, q si ambo totaliter, &c. & tunc deferens procedere non po
terit sed bene poterit pęnitere, vt s. sed non deferens bene po-
terit procedere, si tunc vel postea intra terminum iuris dedit
apostolos refutatorios, licet a pnci. tacuerit cum volũtas eius
collegę eum nõ impediat, quod procederet etiam si essent da-
ti cum clã, q si ambo sine prærogatiua. s. de offi. deleg. pruden-
tiam. §. adijcimus. vel cum clausula, vt vos vel alter, vt nota. in c.
cum plures. s. de offi. dele. eo. lib. & ita fuit disputando conclu-
sum fm Io. And. vt hic per eum cuius dicta procedunt qñ tales
iudices insimul incęperunt procedere, & ab omnibus est ap-
pellatum alias vero si unus plurium incępisset procedere eo ca-
su quo potuit, & ab eo appelleẽ, & ille deferat appellationi de-
uoluerẽt tunc per suam delationem ipsa cã principalis ad supe

riorem, & præcluderetur via procedendi alijs collegis fm Lap.
hic qui adducit no. in c. cum super. s. de offi. deleg. &: in c. si con
tra vnum. & in c. cum plures. s. de off. deleg. eo. lib. vide tamen
plenius no. de his, in cle. 1. j. eod. tit. & ibi per Imo. & d. Flo. & p
Bald. in authen. hodie. circa fi. C. de ap. & per Ang. in l. cum do
tem. §. eo autem tempore. ff. solu. mat. & vide An. in cap. si duo.
s. de procu. eod. lib. in 3. glo. Et ex prædictis apparet quid si vica
rius episcopi detulit appellationi, posit delatio reuocari per
episcopum? & videtur quòd non, vt patet ex prædictis, & quia
ipsemet iudex etiam re integra non posset reuocare delationẽ
a se factam. ergo & idem non poterit episcopus cum sit idem
tribunal cum vicario, vt in c. Romana. in prin s. eo. licet in hoc
do. Nic. voluerit contrarium in c. ddectis filijs decano. in fi. s.
7 eo. tit. †In ea. glo. ibi si appellatore negligente * &c. No. incidẽ-
a ter ex hac glo. q si appellans negligit prosequi appellationem
iudex a quo reassumit iurisdictionẽ, & de causa principali co-
gnoscet, non obstante quod deluditur appellationi. Sed Paul.
in cle. sicut, in eo. ti. tenet contrarium per hunc tex. qui non di
stinguit appellans prosequatur vel non. Old. vero in cons. 296.
prout refert hic Domi. tenet iudicem a quo posse reassumere
iurisdictionem, quãdo simul defert, & terminum statuit quasi
tunc vĩ conditionaliter detulisse. secus si simpliciter deferat, &
ita procedat iste tex. intellige nisi deferret ob reuerentiam, vt
patet ex no. per Inn. in c. cordi. s. eod. fm eum. Tu aduerte quia
Rota in dicta deci. 70. & Io. And. hic tenet non esse differentiã
an sit delatum ex reuerentia, vel aliter. concludit tñ hic Do. qđ
qualitercunque iudex deferat reassumant iurisdictionem pro
negligentia appellantis ex qua negligentia inducitur tacita re
nunciatio, & sicut ex expressa, ita ex tacita renũciatione reas-
sumit sibi iurisdictionem, vt s. est dictum. in glo. in versi. refu-
tati. de quo hic plene per Do. dicentem, q alias sequeretur in-
conueniens, quando iudex ad quem esset talis qui non posit
adiri per viam querelæ quia ipse non posset cognoscere de cã
principali, & iudex a quo non posset, quando detulisset quod
8 essęt absurdẽ. †In ea. glo. in fi. no. ex hoc glo. volentem assigna-
tionem termini ad prosequẽ. appellationem non habere vim
dilationis, & idem tenet hic Archi. & Io. And. in d. c. oblatæ. &
Rota in deci. 204. quæ incipit, ex præmisis igit. & Spe eo. tit. §.
qualiter. ver. sed pone. sed an iudex a quo talem terminum assi
gnare posit appellanti siue detulerit siue non. conclude, q si
iudex detulit hoc poterit non ex iurisdictione quã habet in cã
principali cum talis sit ab eo abdicata, vt hic in tex. sed in hoc
est sibi concessa iurisdictio a iure, vt in c. sępe. s. eod. & ita satis
clare probatur. in d. c. cordi. in §. post hæc. fm Io. And. hic & ibi.
& probatur ẽt. in cle. j. eod. titu. & ita tenuit gl. in c. 2. s. de matr.
contracto. & tenet Rota in deci. 356. quæ incipit, Item si appel-
letur non solum, qñ incõtinenti: sed ẽt si ex interuallo assigna-
ret. pro quibus facit tex. in d. §. post hæc. quæ dictio pręest põt
denotare actum qui fit ex interuallo, vt hic in tex. in fi. ibi post
sniam fm Do. referentẽ Rotam in antiquis in deci. 265. tenere,
q iudex qui detulit appellationi, & terminum assignauit pote
rit etiam circa finem termini illum prorogare. facit gl. in ver.
vĩ. in cle. 2. j. eo. iuncto tex. in d. §. post hæc. Si vero iudex nõ de-
tulit appellationi, & hoc constat, & tunc licet Inno. in c. fi. s. de
accu. tenuerit, q non posit, cuius dictum refert Spec. in tit. de
remis. §. viden. ver. verum. tamen ipse Spe. in tit. de app. §. sequi
tur videre in forma illa quæ incipit, reuerendo, vĩ simpliciter
velle, q posit terminum præfigere etiam sub pœna excom-
municationis secundum Io. An. hic ita tenentem, pro quo opti
me facit tex. in d. c. cordi. in 1. & 2. responsio fm Lapum, & ita
sequitur hic Pe. de Anch. & Do. q & fortius procederet, quan
do non appareret, an iudex voluerit deferre vel non, vt sentit
9 gl. hic, & vide de alijs no. in d. cle. 1. & ibi plene p Doct. † In gl.
fi. in prin. potest assignari alia ratio, q iste ver. saluis, potest re-
ferri ad primum dictum huius c. hoc modo, quia licet non de-
beat iudex deferre appellationi interpositę ab interlocutoria
nisi sit legitima, vt hic in prin. tex. si tamẽ appellatio sit a diffi.
debet indistinctè deferri nec est necesse, quod cã exprimatẽ fm
Pau. & ita tenet Lap. in sua alle. 2. post prin. vel posset referri di
ctus ver. saluis. ad proximum dictum hoc modo, quia licet iu-
dex a quo si detulit non posit se intromittere qualitercũq; iu
dex appellationis ab interlocutoria pronũciet eũ iudex a quo
abdicauerit a se iurisdictionem deferendo, si tamen appellerur
s diffi. secus erit cũ iudex a quo possit se intromittere exequẽ-
do si

ADDITIO.

a V. G. Adde quòd negligens in actu non facit sibi in sequenti actu præiudi-
cium, Ruy. consi. 50. nu. 10. lib 5.

do si appellatio reperitur friuola vel pronunciet male appellatum sm no. in c. Romana. §. si. ī. eo. ti. ideo est, ꝙ ver. saluis. loquitur in plurali, vt sic comprehendat dictos casus, vt hic per Do.

10 In eadem gl. in fi. vide pleno dicta in d. §. fi. † Extra gl. quæritur quid si notarius iudicis a quo scripsit sic, quam appellationem iudex benigne recepit, an ex hoc iudex vr̃ deferre. Spe. eo. ti. §. nunc dicendum. in fi. dicit quod non, & idem vr̃ hic sentire Io. And. super tex. super ver. admittat supplendo. s. deferẽdo quasi sola admissio non sufficiat. Sed Paul. in sua dispu. quæ incipit, Iudex appellanti, prout refert Do. in d. c. cordi. in §. in quibus concludit quod si receptio reuerentialis fiat actualiter, vt inclinando caput vel aliter, & tunc non vr̃ deferre, & ita procedat dictum Spec. Sed si receptio reuerentialis fiat, vt quia dicat recipio reuerenter vel simpliciter recipio absque expressione reuerentiæ, & tunc si expressit hęc verba se reuerentiam ad scripturam appellationis, & ipsam scripturam recipiendo, & non videtur deferre, & ita procedere posset dictum Spec. nam ipse tenetur recipere scripturam appellationis, & ne videatur contemnere exprimit hoc quod per reuerentiam facit, & tunc receptio, vt vult tex. hic. quod maxime procedit, qñ adiecit quod apostolos dabit in termino alio, & ad hoc per se assignato, vt in cle. quamuis. j. eod. tit. Sed si post habitam talem scripturam appellationis ipsi appellationi respondendo profert talia verba quæ non possunt referri nec respicere ipsam scripturã vel vocem appellantis sed ipsam appellationem interpositam, & tunc eam recipiendo vr̃ deferre per dictum c. sepe, & d. c. inter posita, & plenius, vide per Dom. in d. §. in quibus. pro quo optime facit tex. hic non impropriando literam, vbi dicitur quod iudex admittendo appellationem videtur deferre, & ita determinat hic no. Archi.

11 † Sed limita prædicta primo nisi iudex diceret non admitto nisi si & inquantũ de iure teneor, quia tunc nunquam videtur deferre, vt tenuit do. Flo. in dicta cle. a. ad fi. j. eo. Secundo limita nisi iudex diceret admitto vel recipio adiiciendo dictam clausulam, si, & inquantum, &c. quia tunc nunquam vr̃ deferre si appellatio sit talis cui deferri non debuerit, facit in simili gl. in c. cum contingat. ī. de offi. deleg. & quod in simili no. p Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fa. licet aliud videatur scripturæ. in l. si quando. de leg. 1. imo si iudex diceret formaliter defero inquantum teneor, non vr̃ deferre si deferẽdum non erat, vt determinat singulariter Bald. in l. edita. C. de edendo. in repe. post mediũ. facit quod no. in l. a. C. quomodo, & qñ iudex, & licet iudex post appellationem frustratoriã differat procedere, non tñ per hoc deferre vr̃ sm Ioã. And. in d. c. meminimus, sm Pet. de Anch. hic quæ tene menti. Et vide per Rotam in dicta decisi. 70. vbi determinat, ꝙ si iudex dat acta de apostolis reuerentialibus vr̃ deferre, licet non vtatur verbo defero, sufficiant ergo æquipollentia verba. Et tanta est potentia ipsius delationis quod licet aliàs in appellatione ab interlocutoria sit data certa forma de qua in d. c. cordi. & in cle. appellãti. eod. tit. si tamen appellaretur sic seruata dicta forma, & sine scriptis, & non expressa, tamen vel etiam post decem dies, tamen si iudex defert talis delatio deuoluit totum negotium ad superiorem, vt dixit singulariter Inn. & Io. And. in d. c. cordi. in §. post hæc, per rationem huius tex. imo & licet in notorijs, & quando quis est confessus non admittatur appellatio secundũ no. in c. Romana. §. si autem post sententiam. ī. eod. titulo, tamen si appe. iudex detulit totum negotium ad superiorem deuoluitur, vt dixit Bald. per hunc text. in l. a. C. quorum appella. & fuit dictum in d. §. si autem, & vide plene per Federi. in dicto consil. 187.

S V M M A R I V M.

1 *Apostoli debent peti per appellantem, & non per appellatum.*
2 *Terminus statutus pro Apostolis est cõmunis tam appellanti quam iudici.*
3 *Apostoli sunt pars appellationis, ita quòd si non petantur præsumitur renunciatum esse appellationi.*
4 *Tempus apostolorum petendorum a quo tempore incipit currere, & nu. 5.*
6 *Annus datus ad prosequendum appellationem a quo tempore currit.*
7 *Appellans antequam petat Apostolos vadit ad iudicem ad quem, & ille citat partes, & procedit in causa, an valeat processus.*

C A P. VI.

1 De diſtributionibus. † No. & ita alle. q diſtributiones quæ dātur pro anniuerſarijs defunctorū, æquiparant̄ quotidianis diſtributionib. vnde ille qui non poſſet percipere quotidianas, nec perciperet de iſtis. quod procedit ēt in his quæ dant̄ pro ſeptimo, vigeſimo, vel alio die. per no. in c. fi. ſ. de teſt. & in c. ex parte. el 3. de ver. ſig. ſm Io. And. & de his ēt no. per Lap. in ſua alle. 49. In glo. fi. in fi. inducit Do. ↄ̄ capitulum canonicorum inuitatū ad funus, vt illi de capitulo qui non vadunt perſonaliter, non habeant cereos. licèt ↄſuetudo ↄ̄trium diſponeret, cum talis ↄſuetudo non valeat, niſi in caſib. exceptis ſ. c. proxi. ſm Do. & idē tenet Lap. in d. alle. & ↄcludit hic Pau. & Dom. q ſi diſtributiones nō darent̄ p diuinis officijs, ſed darent̄ clerico eiuſdē vel alterius eccłię ſiue alterius exercitij, vt per lecturā theologię, vel aliā cām, nō haberet locū ille tex. ex quo non dant̄ rōne diuini officij, vnde eas percipiet ille qui talē actū exercet, pro quo dātur, licèt diuinis officijs non interſit. & ad mīam huius decre. vide per Ro. in dec. 244. ſed quæritur primò, in antiquis, quę inci. Vtrū ſi canonicus. Quid ſi canonicus ħīs locum canonicalē, & ēt beneficijs cū adminiſtratione in ſeruitio Cardinalis in curia Romana, an poterit petere virtute priuilegiorum Cardinalium fructus groſſos qui vltra quotidianas diſtributiones dant̄ ex cōſuetudine vel ſtatuto cuilibet canonico, licèt in monaſterio nō reſideat. & refert hic Dom. q maior pars Doc. in deci. 224. in antiquis, quę inc. Vtrū ſi canonicus. tenet q ſic, maximè ſtante ↄſuetudine eccleſiæ, hñte diſtōnem præbendarū, ſeu portionū groſſarū quas ſolebāt recipere in abſentia, qđ intelligit Domi. qñ tales fructus eſſent debiti ipſi adminiſtrationi, cū priuilegiū faciat eū reputari pro pñte in dicta adminiſtratione, vt no. in c. cū dilectus. ſ. eo. ſecus ſi non eſſent debiti adminiſtrationi, ſed perſonę, quia petere non poterit, cum nō pñt monachi, ēt ſi eſſent pñtes aſtringere Abbatem, vt ēt pro victu det eis annuatim penſio, vt no. per Io. An. in reg. non eſt. j. c. li. & ita pōt procedere opi. aliorū dñorū, qui tenuerūt ↄ̄trium in d. deci. ſm Dom. hic in fi. Sed certè non dēt fieri dria, an portio aſſignet̄ adminiſtrationi, vel perſonæ, quia oī caſu portio ſuccedit loco præbendæ, vt in c. dilectus. el j. ſ. de præben. in fi. & qđ ibi no. Innoc. in fi. & facit ēt c. fi. ſ. de voto. & qđ no. in c. cum M. ſ. de ↄſti. ergo cum reputetur talis canonicus pro pñte ex priuilegio. qñ ſtat cum Cardinali, debet percipere iſtā portionem indiſtinctè, & ſic vr̄ q verior ſit prima opi. ſ. dominorū de Rota. & facit quod eſt dictum ſ. in §. proxi. in glo. fi. † Secun-

a dò quærit̄ ex quo in eccleſia vnus & idem poteſt habere duas voces, & ſic gerit vices plurium perſonarum, vt in c. cū olim. ſ. de re iu. & eſt dictū ſ. tit. proxi. c. pen. an debebit percipere diſtributiones duplicatas. Io. And. ibi, q ſic. facit glo. in c. quia in tm̄. ſ. de præben. vnde refert ſe ↄſuluiſſe in eccleſia Florentina in qua theſauraria erat noua dignitas, & ex ſtatuto theſaurarius, licèt non canonicus habebit vocē in capl̄o & diſtributiones ſicut qlibet canonicus, q ſi poſtea canonicus aſſequat̄ theſaurariā ſimul cū canonicatu, q de iure habebit duplicē vocē in eccleſia, & diſtributiones duplicatas, a niſi ↄſuetudo eſſet in contra-

ADDITIO.

a Nic. Su. Duplicatas. Facit ad hanc q. quod no. Bar. in l. ſi conſul. ff. de adop. vbi ait q ſi officia non ſint ſibi cōtraria vel cōtentioſa, pōt vnus vicē duorū ſubire. & declarat hoc mō, teſtatōr reliqt prioribus huius ciui. 100. diſtribuēda inter eos itē reliqt 40. Titio q eſt de priorib. ipſis, q̄rit̄ nūc an idē Titius poſſit hēre dicta 40. & admitti ad partē dictorū 100. & concludit q ſic. per d. l. ſi conſul. & dicit eſſe tex. in l. Titia. §. qui Marco. & in l. Lalin. & ibi per Dy. ff. de al. & ci. leg. & dicit nō obſtare §. baſilicæ. &c. ſm Dy. quē ibi adducit Bar. de Roma.

Srium. Sed do. Ant. ibi tenet q non habeat distribotiones duplicatas, cum dentur ratione seruitij personalis interessendi diuinis. ipse a sit in diuinis non pōt interesse vt plures, cum non sit nisi vnus, & seruit pro vno, nam si duo hūt illas dignitates & alias interesset, tunc reliquo non interessente nihil daret. ergo &c. pro quo satis facit tex. hic. & q ɔsuluit Fed. in suo ɔsi. nj. quod inci. quæsitum est, in fi. q si quis ex dispensatione in eadem ecclesia habet canonicatum & capellaniam, quòd illa hora qua celebrat vt capellanus priuatur distributionibus quas debet percipere vt canonicus, vt ibi per eum. facit etiam l. alimenta. §. basilicæ. ff de ali. leg. vbi legatum alimentorū non est reuocabile, vnde vnum tollit per aliud, sed distributiones hūt pro alimētis, ergo nō dñt duplicatè in eadē persona ɔcurrere.

De præbendis. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio ad beneficia est facienda diœcesano de iure communi.*
2 *Præsentatio pertinet ad patronum ex vi iuris patronatus, non tamen collatio.*
3 *Monasteria licèt sint exempta a solutione iurium episcopalium, non tamen eorum ecclesiæ vel capellæ.*
4 *Cathedraticum licèt possit specialiter remitti, non tamen venit in remissione generali vel donatione.*

C A P. I.

1 SVscepti. Summa & diuide vt in j. glo. Et secūda pars ibi, sane. Tertia ibi, verum. Quarta ibi, nos itaq;. † No. 4. q de iure cōi pñtatio est facienda diœcesano, & per religiosos. facit c. decernimus. 16. q. 7. ex ɔsuetudine verò vel priuilegio posset hoc ɔpetere & inferiori, & eidem facienda esset, vt s. de offi. deleg. super eo. fm Io. And. Et an habeat nunc locum iste text. vide quod no. in cle. j. 2 de iu. pat. † Scd̃o no. ibi, præsentatio ᵃ pertinet. q ex vi iuris patronatus ad patronum pertinet pręsentatio, & non collatio. facit c. fi. s. de iu. pa. fm Archi. nec sufficeret patrono intra tps eligere, nisi & pñtet, fm Io. And. de quo in c. j. j. de iu. pat. non tamen in actu pñtationis est necesse q vtatur verbo, pñto, sed sufficeret si diceret, eligo, vt in c. 2. & c. nobis. s. de iu. pa. & ibi per Dom. debet m̃ electio seu pñtatio fieri de persona idonea, vt j. in tex. & in c. sicut. s. de sup. neg. præla. & si indignum præsentent sunt ipso iure priuati potestate pręsentandi, fm Arch. ᵇ Et idem sit in laicis, hic per eum & per Io. And. in c. cum vos. s. de offi. ordi. super glo. 2. ᶜ Tertiò no. ibi, episcopali. q † licèt monasteria non teneantur ad iura episcopalia, & sint exempta a lege diœcesana, vt in c. j. s. de sta. mo. tamen secus in eorum ecclesijs, seu capellis in quibus habent ius patronatus, quia tenentur, vt hic, & in c. conquerente. s. de offi. ordi. intellige quando sunt sæculares, secus si regulares, vt 10. q. 3. inter cætera. fm Archi. & Io. And. Vlt. no. casum in quo exempti subijciuntur ordinarijs. & vide alios plures casus per glo. in c. 2. j. de pęni. & remis. eo. lib. In glo. in ver. sustentari, in princ. vide per Host. in c. cum secūdum. s. eo. quando sit, q ecclesia dicatur ita insufficiens, q clerici non possint sustentari, de quo hic per Archi. & Ioan. And. post multa concludentes debere in his attendi ɔsuetudinē patriæ. 41. dist. q squis. & ɔsiderari debent facultates ecclesię quę cogit prouidere, vt in c. qm̃. s. de vi. & hon. cle. & vide per gl. ord. 21. q. j. c. j. quę ecclesia dicat pauper. In ea. gl. ibi, eps ordinaret. idem Inno. in c. de mo. de præben. sed Arch. hic ɔ, quia tex. in d. c. sicut. non loquitur de defectu rerum, de quo hic, sed de defectu personę pñtatę, ideo dicit q hoc casu eps non ordinabit, sed coget illos ad portionem assignādam. sed hodie dic vt in clem. j. de iu. patro. In glo. in ver. onera, in fi. & etiam vt sustentent pauperes quos possunt. 39. distin. §. 4. & intellige prout ibi no. secundum Ioan. And. dicentem etiam post Archi. † q licèt cathedraticum ᵈ possit specialiter remitti, tamen non veniret in generali remissione seu donatione, de quo per Io. An. in c. venerabilis. s. de censi. in glo. 2. In glo. pen. ibi, clericos. scilicet patronus, de quibus hic loquitur fm Arch. intelligentem hunc tex. in patronis clericis habētibus ius instituendi. sed iste intellectus non côuenit literæ, nisi dicatur q loquatur de iam instituto per episcopos ad regimen ecclesiæ, & nunc pñtatos per ipsos epos solum ad curam populi sibi committendam, vt no. in d. c. de monachis. super fi. glo. 2. fm Io. And. Sed Pau. hic dicit, q licèt religiosi possint multis modis habere ecclesiam, tamen in vno solo habet locum hæc deci. duobus tamen concurrentibus, scilicet q habeant præsentare, & omnia tempora lia percipiant, congrua sustentatione presbytero reseruata. & ita residet hic Domi. de quo plenius in d. c. de monachis.

ADDITIONES.

a Vin. God. Verbum, præsentatio, referri debet ad ius patronatus. Dec. cōsi. 117. col. 3. in prin. & consensus patroni qui requiritur in præsentando potest interuenire ante & post. Dec. consi. 172. col. j. & 2.
b Nic. Sup. Archi. Hoc tamen verum pro tunc solum & non in futurum, vt probatissimum est in d. c. sicut. in fi. in tex. & in glo.
c Nico Sup. Super glo. 2. in d. tamen glo. 2. patet contrarium, quia & si non idoneum laicum patronus præsentet, per hoc tñ non priuatur iure præsentādi.
d Vin. God. Adde q præscriptio contra cathedraticum vt nullatenus debeatur, non currit. sed vt minus debeatur sic Do. in c. cum venerabilis. de cens. & in c. j. de præben. in 6. Fely. in c. cum ex offi. de præscri.

SVMMARIVM.

1 *Papa habet plenam potestatem in concedendis titulis beneficiorum.*
2 *Præter, hæc dictio quid significet.*
3 *Beneficia vacantia in curia non veniunt in generali concessione conferendi beneficia.*
4 *Episcopatus an comprehendantur in constitutione, qua cauetur, q omnia beneficia vacantia in curia spectent ad collationem Papæ.*
5 *Abbatia an comprehendantur appellatione dignitatis.*
6 *Consuetudo quando disponit idem quod ius commune, potest eidem reddere vinculum si aliena speciali ratione innatur.*
7 *Beneficia quæ dicantur vacare in curia.*
8 *Beneficia vacantia in curia Romana, de quibus Papa habet plenam potestatem conferendi, an comprehendant beneficia spectantia ad præsentationem laicorum.*
9 *Quid de beneficiis spectantibus ad præsentationem clericorum.*
10 *Tolerantia superioris non iustificat quantumcunque tempore id quod non est quæsibile sine concessione Principis.*
11 *Papa si concedit alicui quòd possit conferre beneficia vacantia, an possit cōferre Papa qui concessit mortuo.*
12 *Papa si conferat beneficia vacantia in curia, an collatio teneat si non exprimat quòd vacant in curia.*

C A P. II.

1 LIcet. † No. j. q Papa habet plenariam pñtem & in ɔcedēdis titulis beneficiorum. facit cle. j. in fi. vt li. pend. & vide in glo. 3. in c. si gratiosè. s. de rescrip. eo. lib. ideo est q ipse solus potest dare ius 2 ad vacaturas, vt hic dicitur, & j. in glo. † Scd̃o no. de hac dictione, præter, ᵃ quæ iuncta orationi negatiuæ ponitur inclusiuè, quandoq; tamen ponit exclusiuè, vt per Inno. & Io. And. in c. dudum. el 2. s. de elect. & per Archi. 13. q. 2. Ebion. & per glo. & Bar. in l. j. ff. de pigno. ac. & in l. actione. C. de transac. & ibi per Bal. Tertiò no. ibi, apud sedem, iuncto tex. j. q. idem est dicere, vacare apud sedem apl̃icam q vacare in curia. ideo dr̃ q vbi est Papa, ibi dr̃ esse curia, vt in c. 2. j. de prini. & per Inno. & Doc. in c. ego N. s. de iureiu. & in c. vbi periculum. s. de elect. & in cle. 3 ne Romani. de elect. † Vlt. no. & ita alle. q in concessione quātumcunque lata & gñaliter facta, non venit potestas conferendi beneficia in curia vacantia, nisi de his fiat specialis mentio. & sic infertur quod si per Papam proprio motu detur ptās cōferendi beneficia vacantia, vel in posterum vacatura qualitercunq; & vbicunq; & qualitercunq;, & de quo oporteret de verbo ad verbū facere mentionem spālem & expressam, m̃ nō veniunt beneficia in curia vacantia, per hunc tex. quod procedit non solum tpe Clementis conditoris huius tex. vt tenet hic Lap. per no. in d. c. fi. s. de rescri. eo. lib. & per Io. And. in c. j. s. de consti. eo. lib. Sed etiam hodie, vt patet hic in tex. qui oēm formam reprobat, nisi fiat expressa mētio de illis, vt tenet hic Pe. de Ancha. & Dom. quia licèt Clemēs non potuerit imponere hanc l. successori, vt d. c. fi. tamen ipse successor non reuocādo legem prædecessoris, ipsam approbare vr̃, & sic eā seruare debet, vt no. in d. c. j. fm Dom. facit qđ no. per Ang. in l. oēs C. de præsc. 30. an. & per Fed. in ɔsi. 225. & no. in c. j. j. de exce. pręla. Et ad prædicta etiam vide per Rotam in deci. 97. quæ incip. Item habens, q etiam ille qui haberet potestatem conferendi beneficia reseruata, non posset conferre beneficia vacantia in curia. & vide etiam per Ro. in deci. 119. quę inci. Item q legatus. & in deci. 481. quæ inci. Item q nuncius. tenentem per hunc tex. quòd

ADDITIO.

a Celsus. Dictione, præter Adde de hac dictione, præter, Panor. c. prouideas. & quod ibi no. in apost. ad eum, in ver. dictio, præter. de offi. vic. & Cal. in cle. 4. nu. j. & quod ibi etiam no. in apost. ad eum in ver. dictio, præter. de sum. trini. & fi. catho.
Vin. God. De dictione ista, præter. Fely. in c. literas. in fine. de præsump.

quòd licèt aliàs potestas conferendi beneficia data executioni per Papam, comprehendat etiam beneficia deuoluta ad Papam, vt in clem. si de beneficio. de præben. licèt non comprehendantur beneficia in curia vacantia, vt hic in tex. & glo. no. in d. cle. j. in ver. siue ad nos. assignat rationem differentiæ, sicut etiam nõ comprehenderẽtur alia beneficia specialiter, vel generaliter Papæ reseruata. argu. tex. hic, qui licèt loquatur in vno genere reseruationis, tamen idem in alijs generib. ſm Rotam in deci. 486. quæ inci. Item ꝙ nuncius. tñ legatus de latere, vel nuncius apostolicus, vel alius habens potestatem a Papa ꝯferendi beneficia qualitercunq; vacantia, non poterit beneficia gñalr. vel specialiter reseruata, conferre. facit quod no. in c. dudum. j. eo. decretum ergo & prohibitio istius tex. hic licèt loquatur de beneficijs in curia vacantibus, tamen hoc fuit positum gratia exempli, cum locum habeat in oib. reseruationib. siue generalib. siue specialibus, vt tenet Rota ŝ. etiam si gratia prædicta esset motu proprio ꝯcessa, vt ibi no. vr. Sed tu de his vide per gl. no. in ver. collatio, in d. cle. j. vt li. pend. & ibi, an beneficia specialiter vel generaliter reseruata dicantur vacare in curia. & plenissimè per Lap. in allega. 84. & ibi, an sit differen-
4 tia inter generalem & specialem reseruationem. † In gl. 2. ibi, seruat curia. licèt quidam teneant ꝯtrium per tex. hic, in ver. ecclesias. vt sic comprehendatur etiam cathedralis, vt in c. cum clerici. ŝ. de ver. sig. tñ Io. And. sequitur hanc glo. pro qua facit cle. 2. de renun. & tex. hic ibi, conferre valeant, quia non sic loqueretur de episcopatibus. & ita Nico. 4. fuit interpretatus. & ita sequitur Do. ex eo quia hoc ius est odiosum cum detrahat ordinariæ potestati, per hanc reseruationem meritò non includit episcopatum, secus si non esset odiosum, sed ius antiquum coadiuuaret, quia tunc appellatione dignitatis veniret etiam episcopatus, vt no. in c. auaritiæ. ŝ. de elect. eo. lib. & vide ad prædicta quod no. in d. clem. j. de renun. & per Inno. in c. cum dile-
5 cti. de concess. præben. & per Io. And. in c. a. j. de hære. † In ea. gl. in fi. facit quod no. Io. Mo. in c. 2. de hæreti. dicens se vidisse declarari appellatione dignitatis abbatiam non contineri. facit 16. q. 7. si quis deinceps. & ſm hoc Archid. hic dicit idem esse de prioratibus per quos monasteria principaliter reguntur. Sed Ioan. And. dicit hic curiam prædicta non recipere. pro quo facit c. quamquam. in fi. ŝ. de elect. eo. lib. vbi in deuolutione ad superiorem, abbatia æquiparatur alijs dignitatib. Sed pro opi. huius glo. est Ioan. Mona. & facit c. si postquam. in princi. ŝ. de elect. eo. lib. vbi cathedralis, & regularis æquiparatur, ſm Lap. ita tenentẽ, idemq; ꝙ dicit hic hunc tex. habere locum in abbatijs, & alijs ad quæ quis habet eligi, & in illa ecclesia superiorem non recognoscit, vt patet hic in tex. electio, prouisio, seu collatio. sed tex. hic ibi, in ver. electio. facit in contrarium, & sic ꝙ abbatia includatur. & ita sequitur hic Ioan. de Lig. & Do. adducẽs, quia abbates dicantur prælati. de æta. & quali. c. j. & ibi no. in c. præsenti. ŝ. de offi. ordi. eo. lib. & facit c. indemnitatibus. de elect. eo. lib. Sed certè opi. huius glo. videtur verior, quam sequitur Lap. per plures no. rationes, in d. alleg. 84. circa fi. & facit d. c. si quis deinceps. vbi probatur, ꝙ abbatia dicitur esse in primo gradu dignitatis, sicut episcopatus, & cæteræ appellantur inferiores dignitates. licèt ergo abbatia sit dignitas, tamen non venit in hac materia odiosa & restringibili, sicut dicitur ŝ. in episcopatu, cum adinuicem æquiparãtur, vt in d. c. si quis deinceps. & plenè per Lap. in d. alle. In gl. in ver. statui-
6 mus, in fi. no. innctio tex. arg. † ꝙ consuetudo disponens idem quod ius commune. potest eidem iuri addere vinculum, quando ipsa aliqua speciali ratione iuuatur, vt erat in hac consuetudine, quæ disponendo de beneficijs vacantibus in curia inducebat aliquam specialitatem, & vinculum vltra ius cõe, quo lite spectabat collatio ad Papam, tam de beneficijs vacantibus in curia, quam alibi, ſm Dom. & sic videtur hic casus contra dictum glo. c. j. de consti. in 6. & pro dicto Ioan. de Lig. Sed certè hic non videtur casus contra illam glo. quia hic loquit̃ de consuetudine quæ aliqua speciali ratione iuuatur, quod non est in terminis illius glo. Præterea non est fortè verum, ꝙ hic addat vinculum, & tribuat ipsi Papæ aliquod nouum ius, vt dicit hic Ioan. And. & Archi. quod patet ex no. ŝ. & 17. q. 4. volumus. sed bene operatur hæc consuetudo hic per Papã approbata, vt liget manus ordinariorum qui aliàs poterant conferre hæc beneficia, vt non cõferant. & iste est intellectus huius literæ, ſm Archi. & Io. And. vt hic plenius per eos. Et ex hoc no. ꝙ consuetudo disponẽs idem quod ius cõe, si ius cõe fortificet, & vltra etiam eius effectum augeat, talis effectus auctus denominatur a cõsuetudine, & non a iure communi. ad hoc l. ius ciuile. ff. de iust. & iu. ſm Pet. de Ancha. vt hic plenius per eum, & vide no. in c. j. ŝ. de consti. In glo. in ver. vacatura, in fi. no. & tenementu glo. licèt ergo legatus de latere possit suæ collationi reseruare vacaturam, vt in c. cum dilectus. ŝ. de iu. pat. & no. in c. præsenti. ŝ. de offi. leg. eo. lib. non tamen potest dispensare cõ-
7 tra concilium. c. a. hic alleg. † In glo. in ver. vacare. in fi. & quæ beneficia dicantur in curia vacare, vide j. c. pñti. & vide hic per Arch. an beneficium renunciatum in curia per procuratorem specialiter ad hoc constitutum, licèt renuncians, seu ꝯstituens sit extra curiam, dicatur vacare in curia? & videtur velle ꝙ sic. & ita tenuit d. glo. no. in cle. j. vt li. pen. & vide per Io. An. in additi. Specu. in titu. de actio. & peti. in §. super actionibus. in fine.
8 † In gl. in ver. collatio. ibi, ad præsentationem laicorum. idem Io. Mo. & facit quod no. in d. c. cum dilectus. & in c. cum in illis. j. eo. & tenet Lap. in d. alle. 84. in 6. col. & alleg. 96. & ibi no. de hoc. & facit glo. & ibi per Io. And. in c. dilectus. ŝ. de offi. le. & per gl. in cle. a. j. de præben. in fi. bene tamen posset Papa ea reseruare, & de eis disponere, ſm Archid. & Io. And. & ea conferre si hoc expressè vult, sed in generalib. literis non veniret, vt per Spe. in tit. 2. §. nunc tractemus. ver. sed nunquid legatus. ſm Lap. hic, & per glo. & Doct. in d. cle. 2. & idem tenuit d. Flo. in d. clem. j. in 6. q. ꝙ in generali reseruatione istius c. & in alia quacunq; reseruatione, non includuntur beneficia patronata laicorum, nisi fiat de eis specialis mentio. & plenè no. per Ro-
9 tam in deci. 331. quæ inci. Item supposito. † In ea. glo. in fi. idem Archi. omnia præsentatio patroni ecclesiastici vim electionis habet ſm Inno. in c. cum autem. ŝ. de iu. pa. Et idem est, ſm Archi. in beneficijs spectantibus ad collationem laicorum ex priuilegio Papæ, sicut est Rex Franciæ, & Angliæ, in certis ecclesijs dicunt habere ius cõferendi præbendas, & facit quod no. j. eo. tit. in c. iii. & per Specu. in d. ver. sed nunquid legatus. Concludit tamen hic Ioan. Mo. ꝙ de mero iure ius conferendi præbendas vel beneficia, cum sit mere spirituale, non cadit in laicum, vt in d. c. si quis deinceps. & in c. præterea. el j. ŝ. de iu. pa. & laicus possidere non potest. ŝ. de præscrip. c. causam. & per ꝯñs nec præscribere, vt in reg. sine posses. j. eo. lib. nec sufficit tolerãtia superioris, licèt aliud sit in his quæ cadere possunt in laicũ absque expressa autoritate sedis Apostolicæ. vt in c. cum iam dudum. ŝ. eo. potest tamen ipsis laicis competere hoc ius conferendi beneficia ex priuilegio Papæ, maximè Regibus. Cum ergo hæc constitutio consuetudinem vel ius illorũ laicorum expressè non tangat, videtur remanere intactum, vt ŝ. de constit. c. j. eo. lib. ſm Io. Mo. dicentem, ꝙ sicut certis ex causis fuit hoc ius ipsis laicis concessum, ita si esset scandalum in auferendo, melius sit eis dimitti. & istud placet Io. An. quod & fortius procedit in ecclesijs quas ipsi vel eorũ progenitores fundauerunt vel dotauerunt, vt hic per eum, qui post Io. Mo. videtur velle, ꝙ dispositio istius tex. non comprehendat beneficia spectantia ad collationem laicorum. Sed certè verior videtur opi. Archid. Et primò per tex. ſm vnum intellectum, in l. 3. §. Diuus. ff. de sepul. vio. quia talis eorum consuetudo satis dicitur hic sublata per contrariam consuetudinem hic approbatam, vt etiam no. in d. c. j. & in c. fi. ŝ. de transl. licèt etiam posset dici ꝙ tale ius eis non competat ex sola consuetudine, vt ŝ. Secũdò probatur per tex. clarissimum hic ibi, quacunq; sit autoritate munitus. licèt ergo ex priuilegio Papæ possit laicis competere ius conferẽdi beneficia, tamen tale ius & tale priuilegium modificatur hic, vt locum non habeat quando talia beneficia vacarent in curia, vt hic clarissimè probatur. & facit etiam tex. ibi, siue literas &c. ex quo enim per literas Papæ cõcedentis priuilegium
a ipsi laici [a] habent tale ius, satis est clare determinatum hic, vt isto casu tale ius locum non habeat, aliàs sequeretur eadem ratione idem esse dicendum in clericis, habentibus ius cõferendi ex præscriptione, cõsuetudine, vel priuilegio, vt ex quo hæc ꝯstitutio spãlr eorũ ius, seu priuilegium nõ tangit quod remaneat saluũ, qđ esset absurdũ, & tñ non esset rõ diuersitatis quo ad hoc inter clericos, & laicos, cum in d. c. j. ŝ. de consti. eo. lib. gñalr locũ habeat in clericis & laicis, sit ergo hic tex. gñalis & clarus hic quò ad omnes, dum dicitur aliquis quacunq; sit au-
10 toritate munitus &c. vt ŝ. est dictum. † No. tñ ex dictis Io. Mo. & Io. An. ꝙ tolerantia superioris non iustificet, ꝙ reperitur gestum quantocunq; tpe duret in his quæ non sunt quæsibilia sine Principis ꝯcessione. de quo in d. c. cum iam dudũ. qđ facit vt laicis non quærat̃ ius in decimis q̃tũcunq; Papa tolleret. Secũdò no. ꝙ illa quæ non sunt quæsibilia sine Principis ꝯcessione non sunt

ADDITIO.

a Vin. God. Laici quando possint disponere de vtili dominio bonorum ecclesiæ ad eos spectante. Ruy. consi. 109. nu. 25. lib. 3.

sunt præscriptibilia. de quo in c. super quibusdam. ī. de ver. sig. 11 ſm Domi. & in c. bonę. el 2. ī. de postula. præla. † Quæritur primò, quid aūt si Papa vni specialiter cōcedit, vt possit beneficia vacantia in curia conferre, an ille ɔferre poterit illo Papa mortuo? conclude ꝙ si successor expresſè hanc potestatem reuocauit, ꝙ potest ante complementum rei, vt in c. pen. ī. de cler. non resi. & in c. fi. ī. de relcri. eo. lib. & non poterit conferre, ex quo nō durat tunc ptās ɔferendi, vt sentit hic Io. An. & sequit Do. Si verò expresſè non reuocauit, & tūc si talis ptās fuit sibi simpliciter concessa, durat, vt videtur velle Io. Mo. & Io. An. & Io. de Lig. per te. decet. j. eo. lib. & c. quoniam Abbas. ī. de offi. dele. & ita procedit eorum opi. sed si nō fuit simpliciter, sed limitatè concessa, & tunc si limitatio fuit facta sub nomine dignitatis concedentis, & durat, secus si sub nomine proprio, vt in c. si gratiosæ. ī. de rescrip. eo. lib. ſm Domi. vbi de hoc. & in c. si cui. j. eo. Sed tu ad prædicta vide tex. no. & ibi per Doct. in c. si 12 super gratia. ī. de offi. dele. eo. lib. † Secundò quæritur, an teneat collatio facta per Papam de talibus beneficijs, si nō exprimat ꝙ in curia vacent? & dicas ꝙ sic, si Papa contulit proprio motu, vt videtur velle hic Lap. per no. in c. si motu proprio. j. ea. alias secus esset. & ita obseruatur, vt in collatione quæ fit de talibus beneficijs fiat expressio, ſm Lap. Sed Pe. de Anch. contra, quia iste tex. non ligat Papam, sed alios, vnde quò ad Papam, nō est fienda differentia qualitercunq; vacent. arg. l. Gallus. §. si eius. de libe. & posthu. & per Inno. in c. cum ex officij. ī. de præscri. & quod no. j. de conces. præben. c. ex parte. & in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. quod vt ipse dicit, procedit quando simpliciter confert, & aliàs si conferat vt vacans per mortem, & vacet per renunciationem, & non valebit, vt ī. de rescrip. eo. lib. c. suspectum. ſm ipsum, cuius opi. procedit si quęratur an Papa possit conferre, & hoc non dubitatur ꝙ possit, sed dubium est an velit hoc conferre potius vni quàm alteri tale beneficium, & idem debet de hac qualitate certificari per plures rationes, vt hic per eum. Sed pro opi. Lap. facit regula cancellariæ Gregorij IX. quæ etiam plus disponit, ꝙ si in persona ex qua inducitur vacatio, concurrunt plures qualitates per quas si regulariter beneficium vacasset in curia, putà quia erat scriptor apostolicus & abbreuiator, & collector &c. de oībus illis debebit fieri expressio pro qua regula etiam facit ꝙ vbicunq; tacet tale quid, quo expresso Papa non sic de facili concessisset literas, taciturnitas talis inducit subreptionem, vt in c. postulasti. ī. de rescri. Sed si fuisset expressum qualiter vacabat in curia, non ita de facili ɔcessisset, cum maiorem effectum habeat in illis conferendis, & in dando vni potius quàm alteri. Ad hoc etiam facit tex. in c. cum olim. ī. de re iu. vbi debet fieri mentio in impetratione de reseruatione facta, ſm Dom. & facit quod no. in c. literas. circa prin. ī. de cōcel. præben. vbi debet exprimi ex qua autoritate aut qualitate conferens possit cōferre. & facit quod no. in cle. j. ē. & per Bal. in l. falsus. C. de fur. ibi ad tertiam particulam. pro quo etiam facit text. hic, vbi in concessione talis potestatis requirit̄ expressio vacationis in curia, ergo & in ipsa collatione, cum taciturnitas vitiet ipsam collationem sicut & mandatum cōferendi, vt no. in d. cle. j. & in d. c. si motu proprio. & facit etiam ratio c. postulasti. ī. de rescri. vbi non solum taciturnitas eius, quod si fuisset expressum Papa nō concessisset literas, inducit subreptionem, sed etiam si concessisset, sed non ita faciliter. & ita in casibus istis Papa non ita de facili cōfert beneficia vacantia in curia, seu concedit alteri conferenda sicut in alijs, vt patet in tex.

SVMMARIVM.

1 *Collatio, hoc verbum includit electionem & prouisionem.*
2 *Constitutio si vno respectu est fauorabilis, alio respectu odiosa, fauorabilis esse dicitur, si constet de mente statuentis quòd voluit statuere in fauorē.*
Adde ad idem nu. 3.
4 *Negligentia alicuius si allegatur, debet prius semper tractari de scientia.*
5 *A, dictio denotat separationem, & ponitur exclusiuè.*
6 *Papa si non prouideat, de beneficijs vacantibus in curia, an collatio deferatur ad ordinarium.*
7 *Reseruatio facta in curia, an expiret per vnicā collationem factā a Papa.*
8 *Commissio specialis requiritur ad conferendum beneficia vacantia in curia, nec sufficit generalis.*
9 *Ordinarius si conferat beneficium vacans in curia, an collatio valeat, si Papa postea non conferat.*

CAP. III.

STatutum. Primò ponitur constitutio Cle. Secundò eius moderatio ibi, vt hi qui. Tertiò eius restrictio, ibi, numerando. † No. j. 1 ibi, collatio, iuncto tex. ī. c. proxi. ꝙ verbū, collatio, includit & electionē & prouisionē, de qua ī. c. proxi. qd ideo est hic, quia large sumitur? facit c. 2. ī. de concel. præben. & ex his infertur, ꝙ si in dignitatibus vel alijs beneficijs prouidetur per viam electionis, habebit locum iste tex. vt tenet hic Ioan. An. & Ioan. de Li. cum tex. hic moderetur præcedentem, vnde debet habere locum omni casu quo procedens, vt in auth. de si. ante instru. do. §. fi. & facit glo. in c. is qui. & c. si postquā. de ele. eo. li. ſm Do. qui hoc idē tenere videtur: licet Arch. teneat hic contrarium, per c. cum in illis. j. eo. & non bene, quia ibi loquitur in impetrationibus, in quibus, vt in odiosis verbū, collatio, non comprehendit electionem, secundū Io. An. pro quo a facit gl. in reg. j. j. eo. lib. & in cle. auditor. de rescri. † In gl. in ver. numerandū. ibi. sed contrarium credo. idem Io. Mon. Arch. & Io. An. & no. ex hac gl. primò, ꝙ quando constitutio vno respectu est fauorabilis, & alio respectu odiosa, dicitur fauorabilis si constat de mente disponentis, ꝙ statuat in fauorem. facit gl. pe. in c. sciant. ī. de ele. eo. li. & in c. si propter. in ver. primo. ī. de rescrip. eo. lib. & vide per gl. & Doc. in l. venia. C. de in ius 3 voc. † Secundò no. ex hac glo. ꝙ tempus præfixum principaliter in fauorem alicuius, & non in odium negligentis, currit in fauorem alicuius etiam contra ignorantes. facit l. fi. C. de præscri. lon. tem. & vide per Bal. in l. quādiu. C. qui admi. & in l. genero. ff. de infa. & ibi per Bal. ponentem, quando sit ꝙ tempus currat ignoranti? cuius dicta refert Pet. de Anc. Tertiò no. ex a glo. ꝙ tempus^a præfixum principaliter in odium negligentis, vt est tempus sex mensium ad conferēdum beneficia, vt in d. c. 2. sicut etiam probat tex. in c. quia diuersitatis. supra de conces. præben. ibi, cum illa &c. licet in hoc aliud velit hic Pet. de Anch. currit a die scientiæ, & sic non currit ignorāti? facit qd no. in c. quia diuersitatis. & per Rotā in deci. 263. quæ inci. Itē si propter negligentiam. & per Bal. in d. l. genero. vbi dixit, ꝙ tempus datum executori ad exequendum non currit ignorāti, sed a die scientiæ. de quo. no. in c. a. j. de testa. & per Bal. in l. 4 id ꝙ pauperibus. C. de epi. & cle. † Quartò no. ex gl. ꝙ quādo de negligentia alicuius tractatur, debet semper prius deduci & probari de scientia? facit gl. no. in l. ex maleficijs. §. longe. ff. de act. & obl. & per Bal. in d. l. quandiu. debet etiam deduci & probari potentia. l. 1. C. de anna. exce. secundum Bal. in d. l. quādiu. intellige de potentia iuris: secus si esset in potētia facti ꝓpter aliquod impedimentum, quia tunc tali impedito currit tēpus, sed datur restitutio, vt in l. j. §. si quis autem. ff. de in. actuq; pri. & ibi per Bar. & per gl. & Doc. in c. q̄ sit. ī. de ele. de quo plene in l. si vnus. cum l. fe. ff. de ser. rusti. prædio. & plene per do. Pe. in tra. canonicè portionis episcopalis. in 2. circa fi. in ea. gl. ibi, sedi vacanti. idem Io. Mo. hic. & Archi. ī. c. proxi. pro quo facit quia contra Romanū Pontificē est inducta hæc præscriptio, vt patet hic. nō aūt contra sedem, ſm Io. An. nouo aūt Papę incipiat currere a die eius electionis, cū ex electione ɔpetat eidē plena iurisdictio, vt ī. de ele. c. licèt. vñ ante coronationē bñficia cōfert & reseruat, & qualiter scribat ante coronationē, & 5 qualē bullā det, no. j. in data huius li. ſm Io. An. † In ea. glo. ibi, dicit a die &c. idem Io. An. & facit gl. in l. 3. in fi. ff. de ac. emp. b vbi dicit, ꝙ ista dictio, a^b, notat separationē, & sic ponitur exclusiuè, ſm gl. no. hic. & in cle. sicut. in ver. a die. de app. ideo si statutū diceret, ꝙ instantia duret per annū a die litis cōtest. nō computatur tali dies, vt per Bal. in l. scire. §. aliud. ff. de excu. tu. & idem si statutū dicit, ꝙ arbiter debeat iudicare intra mēsem a die cōpromissi. de quo ēt no. in auth. hodie. C. de appel. & de hac dictione, a, plene per Dñi. & per Cy. & Bal. in l. a colligato. C. de nup. & in l. j. ff. si quis cau. & per Bar. in l. nuptæ prius. ff. de sena. & in l. patronus. §. Sempronio. de lega. 3. Et cōcludit hic Dñi. ꝙ aut talis dictio profertur a lege, aut ab homine. Primo casu, & tunc an stet inclusiuè, vel non, cōsiderari debet intellectus qui magis amicatur alijs iuribus, & prout illi cōuenit, sumitur. 41. dis. c. fi. & 76. dis. §. nō aūt. si ex alijs iuribus non possit cōstare talis intellectus, & si verbis constare possit qualiter velit ꝙ assumantur, & eo modo assumitur, vt 31. dist. c. j. vbi ponitur inclusiuè. Si verò ex verbis hoc cōstare nō possit, tunc si appareat de mēte legis & illa seruabitur. 93. dist. a subdiacono. Si verò non appareat de mente huius l. & tunc si pareret

ADDITIONES.

a Vinc. G. No. quòd tempora vtilia non currunt ignoranti, nec impedito Ruy. consi. 73. nu. 9. lib. 1.

b Celsus. Ista dictio, a. Adde Gemi. hic, & quod no. in apo. ad eum. nu. 9. in spo. in ver. dictio, a.

Vinc. G. Adde Fely. in c. placuit col. 1. de præscri. Alex. consi. 42 col. 3. l. 3. & vl. de Aret. consi. 71. qui ponit, ꝙ si testis dicat, a prima hora noctis, intelligitur in medio te finita prima hora noctis.

reret odium si inclusiue staret, & non includit. Si verò pareret fauorem, & tunc includit. arg. reg. odia. & reg. in pœnis. eo. lib. & no. in c. si propter. de rescrip. eo. lib. Secundo verò casu principali quando profertur ab homine, & tunc dicẽdum est, q in oibus casibus in quibus dictum est s. q stet inclusiue vel non, ita erit in isto casu. In alijs verò casibus in quib. materia est indifferens, vt quia non habet plus odij quàm fauoris, nec potest constare de mente proferentis, & tunc si refertur ad ipsum ex primẽtem, & sumit tunc ille intellectus qui fit ꝯ ipsum, siue sit inclusiuus, siue non, vt in reg. ꝯ eum. j. eo. lib. & ibi plenius no. alĩs verò in dubio staret exclusiuè, tamen fieret ꝯputum de momento ad momentũ, vt no. in l. j. ff. si quis cau. Si verò nõ refert ad ipsum, & tunc sumitur ille intellectus qui verisimiliter est

6 longior, vt in reg. inspicimus. j. eo. lib. sm Domi. † Et intellige q ordinarius possit conferre post mensem, qñ per Papam non fuisset facta collatio vel prouisio intra illum mensem vt j. eo. c. si apostolica. in fi. sm Io. And. Scdo intellige istam moderationem istius mensis habere locum quãdo ad Papam spectat collatio propter vacationem in curia. Si aũt beneficia essent alio modo reseruata Papę, tunc de talibus nullo tempore potest ordinarius se intromittere, sm Io. And. & Lap. cum ipsi Papę nullum sit præfixum tempus ad conferendum, nisi prout est in iure expressum, prout est hic, & d. c. si apostolica. secus ergo in alijs casibus, imo nec etiam executori Papæ est præfixum aliquod tempus, vt per glo. in clem. si de beneficio. de præben. In beneficijs ergo reseruatis Papæ non habet locum tex. hic, intellige dummodo reseruatio sit facta antequam ordinarius nõ præuenisset in conferendo, vt dicit glo. hic. Item tertiò intellige, q iste tex. non habeat locum in reseruatis, seu in deuolutis ad Papã, nec etiam hẽt locum d. c. si apostolica. quia in his casibus Papa nullo tempore limitato astringitur, etiam si fiat deuolutio ad Papam propter negligentiam inferiorum, sm Ioã. And. & facit quod no. in c. 2. s. de concess. præben. & idem si fiat deuolutio ad Papam per ꝯcilium generale, de quo in c. ne pro defectu. s. eo. sm Lap. & facit quod no. in cle. j. de sup. neg. prælato. Et ad prædicta vide per Rotam in d. decisi. 181. vbi tenet, q beneficia collectorum Papæ semel reseruata, licèt desinant esse collectores, & cesset officium, semper remaneant reseruata, & aliquis præter Papam de eis non poterit disponere. intelligendo de beneficijs tempore collectorię, vel ante obtentis, secus de obtentis post finitum officium, quia illa non sunt reseruata, de quo etiam per Ro. in deci. 207. quæ inci. Item iuxta. & ibi, an ante acceptionem hmõi officij eorum beneficia dicantur reseruata, & vide etiam per Lap. in sua alleg 96. vbi dicit, q beneficia capellanorum dñi Papæ cõmensalium familiarium dicuntur oĩa reseruata & vacare in curia, vt in extraua. Ioã. 22. ad re. in §. cursus. ita q omnia beneficia vacãtia in curia, de quibus facta fuit reseruatio per dictam extraua. Bonifacij, non poterunt conferri per ordinarios collatores, etiam post mẽsem, vel qũcunq, vt s. per Ioan. And. & per Lap. in d. alle. vbi etiam no. concludit, q vacatiu in curia, & dicta reseruatio non intelligatur de beneficijs in quibus laici haberent ius patronatus, dato q talia beneficia vacarẽt per mortem capellanorum, vel

7 aliorum officialium Papæ, de quo s. c. proxi. in glo. † In glo. in ver. per se ipsos. ibi, etiam post mensem. no. & tene menti hãc glo. expirat tamen dicta reseruatio seu vacatio in curia per vnicam collationem factam per Papam, vt in c. cum Vintonien. s. de elect. & ita tenet Lap. in alle. 125. in 5. q. & Ro. in deci. 181. quę inci. Item q beneficia. & in deci. 207. quæ inci. Item iuxta. vide dicta in c. præsenti. in fi. j. eo. In ea. glo. in fi. Archi. ꝯ. sed Io. Mo. & Io. And. sequuntur hanc gln. propter dictionem, tantummodo, hic in tex. quæ sapit negationem, vt in c. cum ecclesia. s. de cau. pos. & ita sequitur Domi. & sic sunt hic specialia. primum, quia quod non possum per me, non possum per alium. secundò, quia potestas conferendi redijt ad ordinariũ non libera sed onerata, vt hic patet. In glo. in ver. remotis, in fi. no. glo. quam

8 sequitur Io. And. & alij Doct. † In glo. fi. in fi. Archi. tenet q requiratur specialis commissio de beneficijs in curia vacãtibus, & non sufficeret generalis commissio cõferendi beneficia, & ita est tenẽdum ante factum, sed post factum valeret collatio, licèt id non exprimatur, vt dicit hic glo. sm Io. And. dicentem, q vicarius dẽret ꝯferre infra dięcesim, qa extra nõ posset, sicut nõ posset ille cuius est vicarius, vt hic in tex. q locũ hẽt nõ solũ in dięcesanis, sed &t in inferioribus puta i Archidiaconis, Abbatibus, vel similibus, habẽtibus collationem, sm Io. An. dicentẽ post Archi. q etiam legatus sedis apostolicę ex quo habet ordinariam, vt s. de offi. leg. c. 2. eo. lib. poterit elapso mense conferre, imò etiam delegatus vel executor datus per literas, quibus grauatur ordinarius collator illius beneficij poterit elapso mẽse illud conferre, ex quo redijt ad manus ipsius ordinarij, sm Io. And. & facit cle. si de beneficio. j. eo. & facit quod no. Lap. in d. alle. 84. in 2. colum. dicens etiam, q licèt optio præbendarum non habeat locum in præbendis vacantibus in cũria, tamen habebit postea locum in ipsis post mensem, si Papa non contulit, vt hic in tex. Debent tamen ipsi ordinarij collatores post mensem conferre postea intra 6. mẽses quos integros habent ad conferendum, illo mense, Papæ non computato, esto q si Papa in cuius locum succedunt habuerit tantum mẽsem,

9 sm Io. And. de quo no. in c. j. j. de iu. patro. † Extra glo. quæritur, quid si ordinarius intra mensem datum Papæ contulit beneficium vacans in curia, an talis collatio valeat, si postea Papa de illo beneficio non prouidit. Ioã. Mo. tenet hic, q non, propter decretum positum s. c. proxi. in fi. & facit j. eo. c. pe. & ita sequitur Io. And. & alij Doct. quando ordinarius confert contra decretum constitutionis. Quid autem si confert cõtra decretum appositum in rescripto impetrationis beneficij, dicit Ioã. Mo. q videtur hoc procedere. quãdo decretum fuit appositum pro ipso Papa, & alius fecit cõtra, aliàs verò si decretum fuisset appositum, non pro Papa, sed pro alio, vt in impetrationibus beneficiorum, etiam tunc si specialis impetrator habens inhibitionem & decretũ nolit eis vti, valeret collatio ordinarij postea sequuta. arg. c. ad apostolicam. s. de reg cum in impetrationibus subintelligitur clausula, si impetrator vti velit, nec offenditur Papa, vel eius decretum. arg. l. proinde. ff. si cer. pe. & pro hoc dicto facit, sm Lap. quod no. Inno. in c. j. j. de concess. præben. In glo. hnc intelligunt in fi. & Specu. in tit. de loc. § nunc aliqua. ver 13. Sed prædicta intelligit Io. And. hic, quando ante collationem ordinarij apparuit illum noluisse vti, secus si post collationem ordinarij ille renunciasset, quia tunc prouisus nõ esset tutus sine noua collatione, per d. c. pen. sm Io. And. cuius dictum procedit in casu prædicto, scilicet quando agitur de beneficio ecclesiastico cõsequendo in quo inspicitur initium, vt in c. auditis. s. de ele. sm Lap. Sed Pet. de Ancha. videtur tenere prouisum fore tutum absq; alia collatione, licèt impetrans cũ decreto post collationem renunciet. arg. l. filio præterito. ff. de iniu. te. & quod no. Inno. in c. mandatum. s. de rescrip. dicit &t, q nõ videt rescriptum pro illo qui vti noluit, & maximè quia rescriptum cum decreto habet tãtum conditionem, vt s. & sic quod fit contra, non est nullum, sed pendet ex futuro euentu. facit quod no. in c. 2. j. de vsu. & in ver. 13. & in c. j. j. de cõcess. præben. vt hic plenè per eum. Sed certè cum decretum statim habeat effectum, vt no. d. c. j. non videtur q possit pendere. & etiã no. in cle. j. de conces. præben. & sic verior videtur opi. Io. An. & Lap. nec ob. q subintelligatur conditio, si vti velit impetrans, quia intelligitur quòad eius commodum, vel incommodum, non autem q si contra fiat, illud quod fit non sit nullum tanq̃ attentatum contra decretum, quod ligat etiam ignorantes, & etiam si fiat contra ab ignorantibus, vt est tex. in d. c. pe. de quo vide quod ibi no. est dictũ. Et vide hic plenè per Lap. an illud quod fit contra decretum respiciat factũ interponentis, & fiat contra ab ipso interponente pro se, & valet, vt not. in c. j. s. de constit. eo. lib. & idem si pro alio quando proprio motu, secus si ad petitionẽ alterius, quia tunc non valet, nisi ex certa scientia fiat, vt s. c. proxi. Si verò decretum respicit factum alterius, & tunc aut is qui habet decretum vult eo vti, & nõ valet quòd fit contra etiam ignorantem, ignorans tñ non incurrit aliam pœnam, vt in c. si beneficia. j. eo. intellige prædicta si sit decretum Papæ, vt s. de rescrip. eo. lib. tibi qui. Sed si esset decretum alterius, & tunc valet, nisi scienter fiat contra, vt no. j. eo. in c. si apostolicæ, & in d. c. tibi qui. Si verò habens decretum nõ vult eo vti, & si voluntas pręcedit factum, & valet. Sed si sequatur, tunc si est factum in quo attẽditur initium, vt in electione, collatione beneficij, & sententia non valet, vt d. c. auditis. secus si non attendatur initium, vt no. in c. 2. s. de his quæ fi. a præla. & c. cura. s. de iu. pa. & ita potest procedere quod no. Ioan. An. & Inno. in d. c. j. & Spe. in d. ver. 13. & Io. And. hic sm Dom. & vide per glo. & Doct. in c. ad dissoluendum. s. de spon. impu. & in c. statutum. §. cum verò. s. de rescrip. eo. lib.

S V M M A R I V M.

1. *Rescripta ad beneficia sunt ambitiosa, & ideo restringenda.*
2. *Beneficiorum appellatione, an contineantur pensiones.*
3. *Vsque, dictio ponitur inclusiuè in literis beneficialibus.*
4. *Papa si mandet quòd prouideatur alicui de beneficio, vsque ad talem summam, an poterit ei prouideri de pluribus beneficijs vsque ad similem summam.*
5. *An autem veniat beneficium curatum.*

CAP.

C A P. IIII.

Quamuis. Primò ponitur regula, & instantia. Secundò ibi, & ideo, deciditur vnus casus, ſm dictam instantiam. Tertiò ibi, quamquam, deciditur alius casus. Quartò ibi, secus cōtra instantiam alius casus subijcitur. 1 † No. j. & ita alle. ꝙ rescripta [a] ad beneficia impetranda sunt ambitiosa, ideo sunt strictè interpretanda, & ratio est quia impetrantes accedunt ad honores vel lucra, & talia rescripta tendunt in præiudicium ordinarij collatoris, ideo sunt restringenda, ſm Io. And. facit glo. no. in cle. 2. de offi. ord. & propter hoc, etiam rescripta ad litem sunt strictè interpretanda, cum per illa eodem modo detrahatur ordinariæ iurisdictioni, vt in c. Rodulphus. ꝟ. de rescrip. ſm Io. And. Et idem in alijs priuilegijs, vt in c. j. & in c. ne aliqui. & in c. cū personæ. j. de priui. Et per rationem huius tex. dicit hic Archi. ꝙ si Papa mandat prouideri Titio cum clausula, si pro alijs nō scripserimus, elidentur literę Titij, & si scripserit etiam pro vno sm Io. & ita seruat curia, ſm eum, & Io. And. vide per eum in c. mādante. ꝟ. de rescrip. in glo. a. & facit c. Abbate. ꝟ. de ver. signi. & l. non est sine liberis. ff. eo. titu. 2 † Secundò no. ꝙ in literis beneficialib. appellatione beneficiorum non veniunt pensiones, [b] & sic illud quod in sola specialitate cōsistit, quæ pensio etiam laicis concedi posset. 16. q. j. possessiones. & q. 6. illud. & per pensionem quis non tenetur ad residentiam, nec intitulatur, secus in beneficijs ecclesiasticis, quæ dātur in titulum, & in spiritualitate consistunt, & obligatur quis ad residentiam. ꝟ. de cle. nō resi. c. fi. vt dicit Ioan. And. j. in 5. glo. In glo. 2. in prin. limita primò, quia in beneficijs non fit largissima interpretatio, quando concederentur ad alterius impetrationem, vt hic in tex. & no. in c. ꝙ dilectio. ꝟ. de consan. & affi. Et idem quando tenderent in præiudicium alterius, vt in c. ex tuarum. ꝟ. de vsu pal. & dicit notabiliter Inno. in c. cum dilecti. hic alle. Et idem quando staret consuetudo in contrarium, & aliàs scandalum resultaret, vt d. c. cum dilecti. Et idem quando priuilegium efficeretur inutile, si latissime interpretaretur. ff. de offic. præsi. l. sæpe. & voluit Bar. in l. fi. hic alle. & vide per Io. And. & Docto. in c. olim. ꝟ. de verb. signi. In glo. in ver. vsq; ibi, in secūdo verò de maiori, hęc glo. non procedit, quia nec etiam de maiori poterit prouideri, cum ita excedatur forma mādati in maiori, sicut in minori in quo prouideri non posset, vt c. cui de non. hic alleg. ſm Pau. & idem tenuit in clem. j. in ver. cęteri. de concel. pręben. & refert hic Io. de Fant. & Domi. ꝙ Io. And. sua propria manu correxit istam glo. contra quam ipse tenet, in d. c. cui de non. facit glo. in ver. elegerit. in fi. in c. si pluribus. j. eo. & de hoc sin. per Lap. in sua alleg. 76. quæ inci. Innocentius Papa. in 3. col. 3 † In ea. glo. ibi, vsq; ad centum & non vltra. quasi possit prouidere de summa centum. & sic no. ꝙ dictio, vsq; [c] in literis beneficialib. ponitur inclusiuè, de quo per Bald. in l. a caligato. C. de nup. per Bar. in l. patronus. §. j. de leg. 3. & no. in c. si gratiose, & in c. propter. ꝟ. de rescri. eo. lib. 4 † Vlt. no. ibi, in beneficijs, quia per hunc tex. tenet hic Io. And. ꝙ per mandatum simpliciter factum de prouidendo vni vsq; ad certam summam, non facta mentione in vno vel in pluribus beneficijs, potest prouideri non solum de vno beneficio, sed etiam de pluribus vsq; ad illam summā, hic enim de vnico impetrante in singulari loquitur, & tamen ponitur de beneficijs in plurali, & ex hoc reprobat dictū Hostien. contrarium tenentis, in c. cum dilectus. ꝟ. de iu. pat. & ibi per Io. And. & quot beneficia & qualia possit obtinere habēs istas literas generales hic per Archi. & Io. And. & plenius hic per Lap. concludentem, ꝙ si Papa ad petitionem alterius mandat alicui prouideri de beneficijs vsq; ad certam summam, & tunc siue mādet prouideri siue prouideat per se, cum idem importet, ſm glo. in clem. si Romanus. eo. tit. non valebit prouisio facta de curato vel curatis, sed de simplicibus sic, nō solum de duobus, vt tenuit Ioan. Mo. hic, per c. is cui. §. j. j. eo. sed ēt de pluribus vsq; ad summam expressam, ſm Arch. & Io. And. hic, facit quod no. j. eo. cum in illis, in prin. & in c. cui. & in clem. j. eo. tim. Si verò Papa proprio motu expresso in literis mandat alicui prouideri vsq; ad certam summam, tūc poterit prouideri etiam de curatis, etiam plurib. vsq; ad summam expressam, vt in c. si motu. & c. se. j. eo. & in cle. si Romanus. eo. titu. Sed in hoc omnes Doct. tenent cōtrarium, quia licèt motus proprius tollat subreptionem, vt d. c. si motu proprio. tamen non ampliat gratiam verborum, ſm glo. no. in clem. per literas. eo. tit. quando ampliatio esset contra ius cōe, vt est isto casu, secus si non esset contra ius cōe, vt in casu c. si plurib. j. eo. & facit quod no. per ipsum Lap. j. c. proxi. & quia de curatis non est facta mētio, vnde curata non veniunt, vt in d. c. cum in illis. & quia motus proprius non inducit dispensationem, vt per glos. in d. c. si motu. & facit glo. no. in d. cle. si Romanus. volens quod clausula proprij motus non tollat inhabilitatem eius pro quo scribitur. Aduerte tñ primò, quia prædicta procedunt quando per tale mandatum vellet prouidere de plurib. curatis, cum tunc nō possit, ex quo est contra ius cōe, & dispensatio est necessaria, secus si vellet prouidere de vno curato, & alijs simplicibus vsq; ad summam, quia tunc videtur quod possit, quando Papa proprio motu scribit, ex quo tūc venit curatum, vt no. in d. c. cum in illis. & facit quod no. in clem. gratiæ. de rescrip. & in c. j. ꝟ. de consue. eo. lib. & ita posset procedere dictum Lap. ſm Domi. cogita tamē in hoc, quia non videtur ꝙ curata veniant, nisi sit dictum, vt in c. cum in illis. Et clausula proprij motus non ampliat gratiam, vt ꝟ. Secundò aduerte, quia prædicta procedunt, quando mandatur prouideri vsq; ad certam summam simpliciter non expresso in vno vel pluribus beneficijs, secus si diceretur in vno beneficio, non posset tunc prouideri in plurib. vsq; ad summam, sed in vno tantum, quia forma mandati &c. vt in d. c. cui de non. & ita tenet hic Arch. & Io. And. & per Inno. in d. c. cum dilectus. 5 † Sed aduerte primò, quia dubium videt qd' supra dicitur, ꝙ possit prouideri de curato, quia non videtur ꝙ vnq̄ veniat curatum, etiam si proprio motu scribatꝰ, nisi sit dictum de curatis. Nam ex hoc ampliaretꝰ gratia per dictam clausulam, quod esset contra glo. in d. clem. per literas. & ideo hoc dependet ex hoc, an sit verum si Papa scribat proprio motu, ꝙ veniant curata. vide in d. c. cum in illis. Item aduerte, quia posset dici, ꝙ hic non sit casus contra opi. Host. quia tex. hic, dum dicit, & ideo continuat præcedentem, vbi litterę fuerant impetratæ super obtinēdis beneficijs in plurali, & ideo Papa respōdet in beneficijs tantum, non in pensione posse prouideri, nō ꝙ Papa velit disponere, ꝙ si mandetur prouideri vsq; ad summam certam, ꝙ includantur plura beneficia, sed tantum factū narrat. Præterea & si etiam includerentur plura, non tamen vltra duo videntur includi, vt dicit hic Ioā. Mo. pro cuius opi. est casus in c. is cui. §. si verò. j. eo. sed vide, quia Ioan. An. hic in nouella respondet ad istum tex.

A D D I T I O N E S.

a Vin. God. Rescripta quantum fieri potest reducuntur ad intellectum iuris cōmunis. Dec. consi. 13. col. 2. in fi. & consi. 17. circa finem & consi. 209. nu. 1.

b Vinc. God. Pensio an veniat appellatione beneficij ecclesiastici, ponit Hier. Gig. in materia pens. ꝙ. 4. resp. nu. 2.

c Vin. God. De hac dictione, vsq;, Alex. in l. ex facto §. item quæro. col. 2. ff. de vul. & pup. Soc. consi. 25. do. Franc. sindicus. ver quare assumo. cum seq. lib. j. & Fely. in c. quo ad consultationem. col. 2. de re iud.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia cathedralis, an veniat appellatione ecclesiarum in materia larga.*
2 *Diœcesis non venit sub ciuitatis nomine, nec econtra.*
3 *Ecclesia cathedralis dicitur esse honorabilior alijs ecclesiis diœcesis.*
4 *Verbum positum in literis beneficialib. quod potest denotare diuersas qualitates, debet intelligi de qualitate conuenientè personæ impetrantis.*
5 *Cathedralis ecclesia non venit in literis gratiosis, nedum in literis pauperum. Nec potestas prouidendi de beneficio in ipsa ecclesia cathedrali, et si beneficium sit mansionaria vel capellania.*
6 *Literæ redduntur subreptitiæ, si stylus curiæ non fuerit seruatus.*
7 *Nomen Sancti in cathedralibus ecclesiis de stylo curiæ non exprimitur.*
8 *Ecclesiæ appellatione venit cathedralis, & metropolitana, imò & ecclesiarum prouinciæ appellatione veniunt etiam ecclesiæ exemptæ quę sunt in prouincia.*
9 *Ciuitas & ecclesia sunt correlatiua, sicut pater & filius.*

1 §. Quamquam. † No. j. ꝙ appellatione ecclesiarum ciuitatis in materia larga, venit ēt ecclesia cathedralis, de quo in c. j. ꝟ. de vsu pal. sicut & aliàs dicitur, ꝙ appellatione clericorum ciuitatis veniunt etiam canonici ecclesiæ cathedralis, vt in c. cum tibi. de ver. sig. & vide in c. per exemptionem. j. de priuile. & ibi quid econtra, an appella. canonicorum veniant clerici. Appellatione [a] tamen ecclesiarum prouincię etiam in materia restringibili includuntur omnes ecclesiæ ipsius prouinciæ. & ecclesia metropolitana & cathedralis, vt hic in tex. & vide quod no. in c. sedes. ꝟ. de rescrip. 2 † Secundò no. ibi, ciuitatis, vel diœcesis, ꝙ in litteris beneficialibus sub nomine ciuitatis non venit diœcesis, vel econtra, & idem

A D D I T I O.

a Nic. Sup. Vide quod no. Host. supra eo. pro illorum. post prin. & in sum. de ver. sig. §. a quo fieri. ver. quid si præcipiatur. vbi dicit, ꝙ ciuitas, & diœcesis sunt correlatiua, sicut pater & filius, & sic vnum nō est alterum. sed prouincia nō est correlatiua ciuitatis, licet ciuitatum conclusiua vel collectiua, sic etiam concludit propriam ciuitatem. facit 6. q. 3. scitote. & 6. q. 3. non liceat. cum c. sequenti.

idem in reſcrip.ad lites,vt in c.Rodul.ſ.de reſcri. & ibi de hoc, & in c.accepimus.in fi.pen.glo.ſ.de æta.& qualita. ſecundum Ioan.An. & idem in priuilegijs,cum illa ſint reſtringenda quatenus concernunt præiudicium tertij.ſ.de offic.dele.ſuper eo. Si autem fieret mentio de diœceſi in iure cõi,tunc verbum diœceſis,cum tunc includatur ciuitas,eam includeret,vt tenet hic Io.de Fan.& facit gl.in c.j.ſ.de rerũ permu.& ibi no. & in d.c. Rodul.& in cle.ne Romani.§.ſane.de ele.& tenet Imo.in c.fi. in prin.ſ.eo.

3 † Vltimò no.q ecclesia cathedralis dicitur eſſe honorabilior alijs eccleſijs diœceſis. ideo eſt q in impetratione in forma de beneficijs diœceſanis vel ciuitatis non venit beneficium in eccleſia cathedrali,vt hic in tex.qđ inducit Do.vt in proceſſionibus, & in alijs ipſa eccleſia & eius canonici debeant a cęteris honorari.facit ideo c.ſtatutum.in prin.ſ. de reſcript.eo. lib. Item facit q canonicus eccleſiæ cathedralis non poſſit transferri ad eccleſiam ruralem, ſed nõ ſeruatur, ſm Io. And.hic, & Archi.in c.j.ſ.de conſuetu.eo.lib.& vide glo.in c. Deus qui. de vi. & hone.cleri. In glo. in ver. aliàs.ibi, c.j.vide ibi per Hoſtien.& per glo.in ver.in eiſdem.in clem. vt hi qui. de æta.& quali.& per Io.And.in c.poſt electionem. de conceſ. præben.vbi ponit de populo,familia,& exercitu,vt includantur etiam eorum maiores.In ea.gl.in fi.ibi eſt ſpeciale propter periculum, quod ex periurio imminere poteſt, ſm Ioan.And.

4 † In glo.in ver.includi, in fi.idem Io. Mo.& Archid.& Paulus pro ratione aſſignans,quia literæ iuſtitiæ non minuunt obligationem.& no.ex gl.q literæ ɔceſſæ in forma c.cũ ſm.ſ.e.æquiparant lr̃is iuſtitiæ,& nõ ſunt ſtrictè interpretãdę, ſicut lr̃ę gratioſę,intellige qñ lr̃ę iuſtitię diriguñt ad ipſum obligatũ, ita q non detrahit iuriſdictioni ordinarij,aliàs quatenus detraherẽt eſſent ſtrictè interpretandæ,vt ſ.per Io.An.

5 † In glo.in ver.extendit.ibi,ſatis credo.idem Archi.dicens q ita fuit pronunciatum in forma pauperum, & facit c.fi.§. adijcimus.j.de ſen.excom.vt hic per Io.And.& ſic non ſolum in lr̃is gr̃oſis, ſed ẽt in lr̃is pauperum non venit eccleſia cathedralis, nec ptãs prouidendi de beneficio in ipſa eccleſia cathedrali, etiam ſi beneficium ſit manſionaria vel capellania, vt hic in gloſ. Sed limita hoc primò,niſi in literis pauperum quæ diriguñt ad obligatũ, cum tunc ſint lr̃æ iuſtitiæ & large interpretandæ,vt j.eo.ſi pauper.& ſic eccleſia cathedralis includiť,vt ſ.in glo. Sc̃dò limita, niſi tales literæ gratioſæ,vel in forma pauperum conceſſæ ſint motu ꝓprio, quia tum ceſſat ratio iſtius tex.& includerẽt ipſa eccleſia cathedralis quæ rr̃ venit appellatione eccleſiarum. facit quod no.in d.c.ſi motu proprio.& j.eo.in c.ſi plurib. & hic in princ. & in cle.ſi Romanus.j.eo.de quo ſ.in prin.c. Tertiò limita,niſi appareat de mente Papæ volentis eam includi,vt tenet iſta gl.in fi.& facit tex.hic, in prin.huius c. & quod no.per Gaſp.de Cal.in conſi.36.huius tit. Exceptis ergo caſibus prædictis nunq̃ includiť eccleſia cathedralis in lr̃is in quibus fit mẽtio eccleſiarum ciuitatis, vel diœceſis. Et idem ſi per ipſas literas ſimpliciter mandetur alicui prouideri de beneficio in ciuitate vel diœceſi, vt non includatur cathedralis, vt voluit Compoſt.in c.capitulum.de reſcri. Nec etiam includerẽt cathedralis ſi mandeť q conferať vnum vel duo beneficia, cum in prouiſionib.beneficiorum non veniant beneficia eccleſiæ cathedralis,licèt veniat canonicatus aliarũ eccleſiarum inferiorũ,vt voluit Gaſ.in ɔſi.31.huius tit.vt refert hic Do.in fi.& tenet Rota in deci.257.quæ inci.Item q habens.in fi.Qñ verò mandatur prouideri de beneficijs ſpectantib. ad collationem epi̅, & tũc includeť beneficium,ẽt cathedralis eccl̃ę ſi ep̃s habeat ibi collationẽ,vt probat tex.hic ibi, hoc caſu a ɔtrio ſenſu,quaſi ſecus in alijs,ſm Io.An.hic.& idem tenuit in addi.Spe.in tit. de act. & peti.§.ſuper actionib.in ver.item caue.cũ ad ep̃m principaliter ſpectet collatio in eccl̃ia cathedrali,vt in c.cũ in eccleſijs. de electione.& idẽ tenuit Rota in antiquis,in dec.106.& in nouis.& ind.deci.247.& Domi.hic.Imo ẽt tenuit Io.An.in d.addi. q tunc veniunt beneficia quæ ep̃s cõfert ex iure ſpeciali. & ita tenuit Io.de Fan.per c.cum in illis.j.e.& facit gl.in ver.ſpectat.in cle.ſi de beneficio.eo.n.Intellige tñ hoc qñ ad ep̃m ſpectaret collatio ex iure ſpeciali perpetuo,ſecus ſi ad tempus,putà ſi pro illa vice fuiſſet ei data poteſtas conferendi ex gratia, quia tunc non venirent beneficia in eccleſia cathedrali, vt hic in tex. & ita ſaluari poſſet dictum Ioan. de Lig. qui in hoc tenuit ɔtrium ad hoc c.mandatum. & quod ibi no.j.eo. & in c.in cauſis.ſ.de ele.& in c.ſi compromiſſarius.ſ.de elect.eo. lib.ſm Domi. Quid autem ſi mandetur alicui prouideri de beneficio in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel diœceſ.an poterit prouideri de præbenda exiſtente in aliqua dictarum eccleſiarum inferiorum a cathedrali collegiatarum.Ioan.An.q non. in c.fi.j.eo.& idem do. Ant.ibi, quia appl̃one beneficij ſtrictè loquendo nõ comprehendiť præbẽda.Sed do.Flo.ibi ɔ,per illũ tex.& ita vr̃ reſidere ibi Imo.vt ibi per eũ.& tenet Ro.in d.deci.247.& Do. hic,vt ſ. Si aũt mandať prouideri alicui in aliqua eccleſia, non poſſet tunc prouideri de ipſa eccleſia, ſed ſolum de aliquo beneficio exiſtente in ipſa eccleſia,vt tenet glo.ſingu.in cle.j.eo. tit.in ver.incerta.& facit d.c.fi.& gl.no.in ver.in eiſdem.in cle. vt hi qui.de ætate & qualita.& tenet Imo.in d.c.fi.

6 † In ea.glo. a ibi,per ſtilum curiæ.no.ex gl. q ſtilus [a] curiæ ſeruandus eſt.alr̃ redderent lr̃æ ſubreptitię,& non valerent.facit ẽt glo.no.in c. cũm.el 2.ſ.de teſti.& vide per Hoſt.in c.mandatum.ſ.de reſcri. & qđ no.in c.q̃ graui.ſ. de crim.falſi, vide ẽt in c.ex lr̃s. & qđ ibi no.de ſtilo.ſ.de ɔſti. & in c.pen.ſ.de capel.mo. & per Ang. in l.3.circa fi.ff.de teſti.

7 † In ea.glo.in fi.no. primò ex glo. q de ſtilo curiæ in cathedralibus eccleſijs non exprimitur nomen Sancti.facit c.cum clerici.ſ.de ver.ſig.& c.dudum.ſ. de elec.& ita ſequuntur Docto. Et ad c.cum in veteri.ſ.de elect. rñdet,vt hic per Io.And. Sc̃dò no.ex glo.q in eccleſijs inferioribus a cathedralibus debet exprimi nomen Sancti, quod tamẽ fallit in locis ſolennibus habentibus matrices eccleſias, vt patet ſ. de reſcrip. cum adeo. vbi non exprimitur nomen Sancti,licèt illa eccleſia non ſit cathedralis,ſm Io.And. dicentem idem eſſe in ſimilib. eccleſijs. ſi tamẽ in his locis ſolennibus exprimeretur nomen Sancti, non vitiareť ꝓp hoc reſcriptum, vt tenuit Lap.in ſua alleg.16.in fi.

8 † In glo.in ver.prouinciæ.in fi. poterit ergo archiepiſcopus ibi prouidere in eccleſia cathedrali, cum appellatione eccleſiarum prouinciæ veniat cathedralis,& metropolitana,vt hic in tex.imo appellatione eccleſiarũ prouinciæ,veniunt ẽt eccl̃ię exemptę quæ ſunt in prouincia,ſm gl.in d.c.pro illorũ.ſecus ſi diceret in aliqua ſuarũ eccleſiarũ prouinciæ,quia eccl̃ia exempta nõ põt dici ſua, ſed bene diceť eſſe in prouincia,ſeu diœceſi.facit glo.no.in cle.j.de exceſ.præla.Et dicit hic Io.And.q ſi mandať prouideri in aliqua eccleſiarum patriarchatus,eodẽ modo includereť eccl̃ia patriarchalis,cũ plus ſit noiare patriarchatũ q̃ prouinciam. & idem dicit ſi mandať prouideri in aliqua eccleſiarũ regni, vel principatus, vel marchionatus,ducatus,vel comitatus, vt poſſit prouideri in eccleſia cathedrali,vel in principali eccleſia quæ ibi eſſet, ſm Ioan. And.quod no. & facit quod no.6.q.3. ſcitote.& ſ.de ſta. mona. in ſingulis.in prin.& in c.bonę.el 2.ſ.de poſtu.præla. In glo.in ver.vberiorem.in prin.an autem gr̃a de qua hic in tex.ſit ſemper vberior. Ioan.Mona.hic q non, ſed tñ in caſu hic expreſſo,ſcilicet quando fit mentio de prouincia. & hoc innuit text. hic ibi,hoc caſu a contrario ſenſu, quaſi non in alio. & ex hoc dicit q ſi Papa diſpẽſat cum illegitimo,vt poſſit obtinere præbendam in eccleſia cathedrali, non poterit prædictã ɔſequi in metropolitana,cũ diſpenſatio ſit odioſa & reſtringẽda.ſ.de filijs presb.c.j.& 2.ſed certè iſte tex.non facit,cũ debeat opponi hoc caſu hic expreſſo,q̃ alio,ſcilicet ſ.expreſſo, ſm Archi.vnde alium caſum non excludit,vt videť hic velle Io.And.pro dĩcto tñ Io.Mo.facit 12.diſt.nos conſuetudinem.ſm Domi.& ita tranſit hic Pe.de Anc.& vide quod no.in d.cle.j. & per Old.in ſuo ɔſ.213. Si aũt quærať in quo eſt vberior gr̃a quando fit mentio de prouincia q̃ illa in qua fit mentio de ciuitate vel diœceſi, dic q eſt vberior quò ad ampliationem loci & eccleſiarum, vt hic in tex.non autem quo ad proferendum. ideo ſi Papa fecit vnam gratiam in forma ſ.in tex.expreſſa,& alij poſtea fecit gratiam, in hac vltima forma de prouincia, præferť primus in beneficio poſtea vacante in eccleſia non cathedrali. & hoc niſi ſc̃d̃s in ſua gr̃a haberet clãm anteferri.facit c.q̃uis.& c.ſi propter.ſ.de reſcri.eo.lib.vel niſi eſſent ęquales in data,quia tunc præferreť hñs vberiorem gratiam,vt no.per Io.And.in c.duobus.ſ.de reſcrip.ſm Lap.hic,& ita ſequitur Pet.de Anchara.& Do.

9 † In ea.glo.in fi.vide per Hoſt.in d.c.pro illorum.in prin. & in ſumma.de ver.ſig. §. à quo fieri põt.ver.quid ſi pręcipiat. vbi dicit,q ciuitas & diœceſis ſunt correlatiua,ſicut pater & filius.& ſic vnum non eſt reliquum,ſed prouincia non eſt correlatiua ad ciuitates, ſed illarum concluſiuè, ita quòd etiam ciuitatem propriam concludit. ad hoc 6. q.3. ſcitote. & 3. q.6. non licèt.& c.ſeq.ſecundum Ioan.And.& vide glo. no. in l.fi.C.de præſcriptio.longi tempo.

A D D I T I O.

a Vin.God.Stilus quot modis capiatur.Iaſ.in l j.C.de ſacroſan.eccle col.pen.Fely.in c.ex parte.ver.ſtilus.de reſc.

S V M M A R I V M.

1 *In conſuetudine, vel præſcriptione inducenda coniunguntur tempora incipientis,& ſucceſſorum,ſi continua fuerint.*

2 *Præſcriptio legitimè completa tolli vel interrumpi non poteſt per aliam*

præ-

præscriptioni contrarium, ante cœptam vel post completam præscriptionem interuenientem, si modici fuerit temporis.

3 *Verbum, diuersas qualitates denotans, si in litteris beneficialibus apponatur, de qualitate impetrantis personæ conuenienter intelligendum erit.*

4 *Principis intentionem inferior sine ipsius expresso consensu elidere non potest.*

5 *Præscriptio legitima quando requiritur, an sufficiat consuetudo decem annorum.*

6 *Beneficium, si spatio 40. annorum assumpsit sibi nomen beneficij sęcularis, an si postea gubernetur per monachum, efficiatur beneficium regulare.*

7 *Impetrans beneficium non tenetur facere mentionem de collatione quā nō tenuit.*

8 *Impetratio valet, licèt non fiat mentio de possessione tenentis beneficium.*

9 *Beneficium si dicatur rectum fuisse per 40. annos, & ita præscriptum, vt inde regatur per sæculares, an requiratur titulus.*

CAP. V.

CVm de beneficio. Impetranti beneficium sæculare prouidetur de beneficio, per sęculares clericos vsq; ad præscriptionem legitimam gubernato, clerico verò sæculari impetranti prioratum simpliciter non prouidetur, de cōsueto per regulares gubernari .h.d. & habet duas partes. secunda ibi, quādo. & hæc secunda ponit dictum a quo casum 1 excipit ibi, nisi.† Nota primò ibi, vel pluribus, ꝙ in inducenda ꝯsuetudine, vel præscriptione ꝯiūgunt̄ tempora incipientis & successorum, qñ fuerunt ꝯtinua. facit ſ. de cā pos. cum ecclesia. & 16. q. 3. §. hæc de præscriptionibus. Secundò no. ibi, pacificè & continuè. duo requiri, vt super statu beneficij inducatur legitima præscriptio, scilicet cursus temporis legitimus, & possessio continua & pacifica. facit c. illud. ſ. de præscript. secus ergo si a fuisset interrupta, vt l. naturaliter. ff. de vsucapi.[a] Et qualiter probetur possessio continua, per glo. no. in c. voluimus. 16. q. 4. & in c. accedentibus. ſ. de priuileg. & ibi per Doct. potest ergo ex præscriptione vel consuetudine induci status in beneficio, vt sic debeat regi & gubernari per certum genus clericorum, vt hic dicitur. facit c. abbate. ſ. de ver. signi. & c. cum dilectus. ſ. 2 de consuetu.† Tertiò no. & tene menti ibi, ante vel post. ꝙ præscriptio legitimè completa nō potest tolli vel interrumpi per actum ꝯrium præscriptioni ante cœptam vel post completam præscriptionē interuenientem, qñ est modici tpis, vt patet hic 3 ibi, qū.† Vlti. no. ꝙ qñ in litteris beneficialibus apponitur verbum quod potest denotare diuersas qualitates, intelligitur de qualitate ꝯueniente personæ impetrantis, prioratus enim pōt verificari in regulari, & in sęculari. ideo si mandat̄ prouideri de prioratu clerico sęculari, intelligit̄ de prioratu sæculari, etiam si non fiat mentio in rescripto ꝙ sit consuetus regi per sæculares, ſm Io. And. ad hoc quod no. per Host. in c. possessiones. de rebus ecclesiæ. gratia ergo licèt sit simplex, tamen interpretatur ſm qualitatem personæ impetrātis, vt hic probatur. In gl. j. in fi. no. glo. iuncto tex. ꝙ etiam in persona vnius rectoris, qui habuisset ecclesiam per 40. annos, potest compleri pręscriptio super statu vel iure ipsius ecclesiæ, vel alio iure acquirendo, vt per glo. in c. cum ecclesia. hic alle. & ideo tex. dicit hic vno vel pluribus. & vide j. in glo. proxi. In glo. 2. in fi. idem Io. And. per c. constitutus. ſ. de filijs presbyte. idem si ipsi clerici tenuissent ad firmam, vt habetur in clem. frequens. ver. quidam etiam. de exces. præla. ſm Do. nec etiam locum habet hæc præscriptio, dato ꝙ clerici, vt rectores instituti, tenuissēt per 40. annos, sed non rationabiliter, vt ꝯ prohibitionem Papę, & eius decretum ſm Archi. dicentem, ꝙ si Papa cōcessit priuilegium monachis, per qđ prohibuit abbati ne ꝯferat prioratus vel beneficia monachorum clericis sæcularibus, si ipsi abbates ꝯtulerint ea clericis sęcularib. pro tpe 40. annorum non habebit locū iste tex. vt patet hic ibi, legitima, & maximè si decretum apposuit. fa-4 cit c. dilecto. ſ. eo.† per qđ decretū apparet de intentione Principis, quam inferior elidere non potest sine ipsius expresso consensu, vt per glo. 4. dist. §. leges. & per Inno. de proba. ad nostram. ſm Archi. & Io. And. ex quib. no. non valere consuetudinem ꝯ constitutionem vel dispositionem Papę prohibitiuam, maximè si est ibi decretum quantocūq; tpe sit seruata, nisi detur scientia & expressus cōsensus ipsius Principis. & ita procedit glo. in d. §. leges. vt hic per Do. & per Doct. in cle. fi. de æta. 5 & quali.† In glo. in ver. legitima. in princi. idem Io. Mo. Archi. & Ioan. And. dicens, ꝙ ex quo hic requiritur legitima præscriptio non sufficeret consuetudo decem annorum, dato ꝙ non sit contra legem, sed præter legem, per no. in c. fi. in 3. glo. de consuetu. eo. lib. quod secus esset si non expressisset verbū, pręscriptio, ſm Do. Sed tu vide plenè per Rotam in decisi. 302. quæ incip. item fuit dubitatum. vbi vr̄ ꝯcludi, ꝙ aut probat̄ ꝯ clericū sæcularē impetrantem, ꝙ beneficium fuit ante gubernatū per illares per 40. annos, vel ꝙ in prima institutione fuit ordinatū, ꝙ regeret̄ per eos, tunc non obtinebit clericus sæcularis impetrans, nisi probetur ꝙ continuè fuerit gubernatum per 40. annos a clericis sæcularib. quod ideo est primo casu, quia pręscriptio statum non tollit̄, nisi per ꝯriam præscriptionem 40. annorū, vt in c. accedentib. ſ. de exces. præla. & quia in scđo casu obstat dispositio iuris cōis, ideo requirit̄ pręscriptio 40. an. ſ. de re. spo. c. ad decimas. eo. lib. & c. Cumana. ſ. de ele. Sed si ꝯ clericū impetrātem non probet̄ plenè de statu antiquo ipsius beneficij, tūc si Papa expressit in literis de beneficio ꝯsueto regi per sæculares clericos, intelligit̄ de ꝯsueto vsq; ad præscriptionem 40. annorū, vt voluit ſ. Arch. & Lap. hic, quod satis probat̄ hic in tex. ibi, ēt, quæ est dictio ampliatiua. & facit ēt dictio, qūb que[b] hic, quæ denotat, ꝙ ēt si per religiosos non fuerit gubernatum, vel si sit gubernatū, qñq;, & præscriptio non sit completa, habeat locum iste tex. Si verò Papa non expressit de ꝯsueto regi per sæculares, & si aliquis status antiquus ꝓbatur, puta ꝙ per annū fuit sæcularis, & postea fuit regularis per decem vel viginti annos, ita ꝙ nō venit ad legitimam præscriptionem, & tunc si impetrans probat vltimum statum sæcularem per decē annos ꝯsuetū, & sufficit talis præscriptio decennalis. tñ pro statu sæculari facit ius cōe, ex quo de iure cōi oīa beneficia sunt sęcularia, & non agit̄ hic de mutatione status beneficij, ex quo status regularis non est adhuc præscriptus, cum ante præscriptionem completam non dicatur impressus status. facit glo. in ver. solitæ. in cle. 2. de sta. mo. aliàs verò si agatur de mutatione status in alterius pręiudicium, aliud esset, vt d. c. Cumana. Si verò scribatur pro sæculari non adiecto verbo cōsueto, nec probet̄ aliquis antiquus status, sufficiet tunc impetranti probare, ꝙ vltimus status fuit sæcularis, ēt si nō probet̄ ꝙ ipse status fuerit per 10. annos, ex quo nihil ex aduerso de alio statu probat̄. facit quod no. in c. possessiones. ſ. de reb. eccl. & j. de sen. excom. si iudex. & de ele. querelam. & de iu. pa. cōsultationib. & ita tenet Rota ibi, vt refert Dom. licèt Rota ibi sentiat sufficere probari de vltimo statu, ēt qñ scribit̄ de ꝯsueto, ſm formam huius c. dūmodo non allegeī, nec probetur aliquis alius status. quod non vr̄ verum, vt patet ex dictione, ēt, hic posita. & no. j. in glo. proxima. & videtur hoc velle Do. & Gaspar in consi. 28. huius tit. vt hic plenè per Do. Et nota, quia licèt clerico sæculari impetranti sufficiat probare, ꝙ beneficium sit rectum per 10. annos, vel vltimo tpe vt possit qñq; obtinere, vt ſ. tñ vt sit causata legitima præscriptio super statu ipsius beneficij, requirit̄ tūc ꝙ tale beneficiū sit rectum per 40. an. per rectores in eo institu-6 tos, ſm glo. hic.† In glo. in ver. post. in fi. idem Archi. ideo si beneficium assumpsit sibi nomen & statū sæcularis beneficij per præscriptionē 40. an. non tollet̄ eius status, licèt postea tale beneficium rectū fuerit vt stare per aliquod tpˢ per monachum, ibi positū per abbatem, vel aliū remouendum ad libitū, nec valeret talis collatio facta per abbatē per quā mutat̄ status tanq̄ factus per illū qui per talē immutationē facere nō potuit. facit ſ. de sup. negli. præla. sicut. cum status ecclesiarum quò ad ipsarum mutationem, dicat̄ dependere à potestate epi non abbatis, vt in clem. ne in agro. §. ad hæc. de statu mo. imo poterit eps elapso tpe collationis ꝯferre, ſm no. per Inno. in c. admonet. ſ. de renun. & poterit impetrari tale beneficium, nec erit necesse fieri mentionem de tali possessione. facit quod no. j. eo. c. licèt. & ſ. de ꝯces. præbē. cum nostris. & sic sæcularis clericus impetrans tale beneficium illud consequetur, licèt nullam mentionē fecerit, ꝙ fuerit in dicto casu per monachos gubernatū. facit qđ no. in c. præsenti. ſ. de off. ord. eo. li. ſm Archi. & Io. An. ex quorum dictis no. primò, ꝙ eps mutare potest statum beneficij de sęculari, in regularem, vel econtra, sed inferior ab epo, putà abbas vel alius, non pōt, quia vr̄ limitandum, nisi talis habeat iurisdictionem quasi epalem in loco, vt videtur velle Lapus. facit quod no. in c. sicut. ſ. de exces. præla. & in d. §. ad hæc.

Secun-

ADDITIONES.

a Nic. Supe. Nec refert siue vi, seu sine vi interruptio fiat, vt ea l. patet per Pau. de Cast. & C. de præscrip. 30. an. cum notissimi. §. imo. Fallit tamen in capto, qui eo ipso quòd captus est, deijcitur, fingitur tamen in peculiari retinere, vt j. eo. ti. 11. §. j.

Vin. God. Adde an præscriptio inducat ius vendicandi etiam ab antiquo vero domino. Cor. consi. 13. quatuor. litera g. & consi. 22. in præsenti. litera q. li. 3. & quando præscriptio acquirat dominium vtile. Fely. late in rub. de pręscri.

b Vin. God. De huiusmodi dictione, quandoque, plenè per Bar. in l. j. col. 9. ff. de condi. & demon. vide Soc. in rub. ff. de exce. in prin. & quæ ibi posui in addi.

7 † Secundò no. quod impetrans beneficium iam collatum, si ipsa collatio ipso iure non tenuit, non tenetur de illa facere mentionem, de quo in d.c. licet. facit quod no. per glo. & Doct. in c. cum plures. §. de nsti. de[illegible] e. co. lib. 8 † Tertiò no. quod valet impetratio non facta mentione de possessione tenentis beneficium, quod intellige nisi possederit per 40. annos, vel etiam minori tempore cum bona fide, & possessio sit colorata ex titulo, secundum no. in d.c. cum nostris, quia tunc impetratio nõ valeret, vt in c. 2. j. de decimis. & in c. dudum. §. de priuile. secundum Lap. dicentem, quod per literas, de quibus hic in tex. clerico sæculari impetranti non poterit prouideri de beneficio, in cuius possessione erãt religiosi tempore impetrationis, vel regebant vt religiosum cõsuetum per clericos sæculares gubernari, nisi fuerit facta mẽtio in literis de tali religiosa possessione. Nec ob. tex. hic, dum dicit, quandoque ministrauerint, quia non dicit quod ministrarent tempore impetrationis. vnde facit pro ipsis religiosis, secundum Lap. & ita tenuit Gaspar in suo consi. 28 huius tit. Tu intellige quando talis possessio erat cum bona fide colorata, aliàs valerent litteræ, licèt non fieret mentio de possessione facti, vt d.c. cum nostris. & ibi per glo. & Docto. secundum Domi. In glo. in ver. prioratu. in fi. si impetrans est regularis debebit prouideri de regulari, secundum Io. Mona. & facit no. in d.c. possessiones. quia regularis non potest obtinere beneficium sæculare, vt in c. super. eo. §. de regula. In glos. pen. in fi. idem Archid. & dicit hic Bal. quod tunc non poterit sibi prouideri de sæculari propter mutationem status. & vide quod no. in 9 c. j. de cle. coniug. eo. lib. & in clem. fi. de rescrip. † in glo. fi. ibi, per 40. annos. an autem requiratur titulus in præscriptione causanda super statu sæcularis beneficij, vt sic dicatur consuetum regi per sæculares, dic quod non, secundum Lap. cum in prima institutione omne beneficiũ sit sæculare, & sic talis præscriptio non est contra ius cõe, sed contra ius priuatum. facit quod no. in c. cum dilectus. §. de consue. Sed in præscriptione causanda super statu regularis beneficij. & tunc licèt ad repellendũ impetrãtem sufficiat administratio status per 40. annos continuos sine titulo, non tñ quò ad præiudicandum diœcesano loci, nisi interuenerit titulus vel præscriptio in cuius contrarium non sit memoria, vt in c. j. §. de præscrip. eo. lib. ex quo est contra ius cõe, saltem quò ad ea quæ sunt legis diœcesanæ a qua dicta loca sunt exempta, vt in c. j. §. de statu mo. & facit quod no. Io. And. in c. de monachis. §. eo. titu. in 2. glo. mag. vltra medium. ver. notandum. vbi addit hoc esse verum, quando allegatur præscriptio, secus si consuetudo, vt in c. fi. §. de offi. Archi. & quod ibi no. secundum Lap. hic. de quo dic, vt no. in d.c. j. In ea. glo. in fi. & tunc non poterit prouideri clerico sæculari de tali prioratu gubernato per tales religiosos, secundum glo. hic quam intellige si religiosi in eo instituti gubernauerũt talem prioratum bona fide, aliàs non esset causata præscriptio super statu ipsius prioratus, vt in dicto c. j. & posset de tali prouideri clerico sæculari. Secundò intellige, quando religiosi instituti rexerunt prioratum religiosè, & ita econtra quãdo per sæculares est rectum sæculariter. vnde si religiosi fuissent instituti in tali prioratu vel bñficio sæculari, & id non religiosè, sed sæculariter gubernassent per tempus 40. annorum, prout gubernare debent beneficium sæculare, secundum no. 13. q. j. c. 3. & per glo. in clem. fi. de cele. missa. & in clem. quia regulares. de sup. neg. præla. & per Fede. in suo consi. 131. non diceretur tunc rea ctum per religiosos, sed per sæculares,[a] & de tali beneficio posset prouideri sæculari impetranti, & etiam in forma, de qua §. in princ. huius c. secundum Lap. & Ioan. de Ligna. dicentem, quod si religiosus præficiatur ecclesiæ parochiali sæculari, prout dicitur in c. quod Dei. §. de sta. mo. tunc licèt sit per talem gubernata per 40. annos, poterit tñ postea etiam sæculari assignari. & ita tenet Gasp. in consi. 19 in tit. de præben. secundum Domi hic. Non tñ posset sæculari impetranti prioratum, vel beneficium prouideri de prioratu, vel beneficio, cui ab ipso initio sit impressus talis status regularis, vt quia a principio fuit sic actum vt regatur per regulares, quod fieri potest per epm, non autem per abbatem, nisi haberet iurisdictionem quasi epalem, vt in c. accedentib. §. de excess. præla. & c. auditis. §. de præscri. secundum Lap. Et prædicta locum hñt, quando constat de statu prioratus vel beneficij, aliàs verò si de hoc nõ constaret, vt quia quandoque fuit gubernatum per clericos sæculares, & quandoque per religiosos, nõ tñ tanto tempore quod sit legitimè præscriptũ, tunc licèt non dicatur aliquis status impressus, vt in simili dr per gl. in ver. licitè. in d. cle. 2. secundum Do. hic, tñ hoc casu debet attendi cuius conditionis homines pro maiori parte tẽporis fuerint ibi conuersati, & maximè si pro maiori parte tenentes fuerint vltimi possessores. secundum Arch, quod intellige, vt sentit hic Io. An. & clarius Lap. quando simpliciter mandatur prouideri de beneficio vel prioratu, vt sic tunc attendatur vltimus status beneficij, quia ipsa possessio attenditur quæ sola nocet & prodest impetranti, vt in c. dudum. §. de priuile. & in c. 2. j. de decimis. & ita sequitur Ioan. de Ligna. facit glo. in ver. ecclesias. in clem. per literas. j. eo. secundũ Domi. & facit l. si mater. C. ne de statu defun. quod procedit quãdo alius status non allegatur, aliàs requireretur probari vltimum statum fuisse obseruatum per decem annos, vt §. in gl. Et hoc si ecclesia est sæcularis, aliàs si clãris, tunc fortè requiritur, quod sit obseruatum per 40. an. ex quo primæuus status beneficij præsumitur fuisse sæcularis, vt §. Si verò mãdet prouideri de beneficio consueto, & tunc vltimus status non sufficeret, vt vult tex. hic, secundum Io. And. pro quo facit, quia verbũ, consueto, intelligitur de præscripto, vt in c. humana. §. de ele. cum per verbũ, consueto, denotetur dominium & proprietas, non possessio tantum, secundum Lap. de quo. ã. in glo. in ver. legitimè. Quãdo verò mandatur prouideri de beneficio consueto gubernari per sæculares, non posset prouideri de beneficio nouiter creato ante datam literarum & ordinato, quod per clericos regulares regatur cum forma mandati &c. j. eo. cui de non. non seruaretur, secundum Lap. & Dom. dicentes istum tex. habere locum in mandato de prouidendo a quocunque emanet, etiam a Papa & proprio motu, quia motus proprij nihil operantur hoc casu, licèt quandoque operentur, vt j. eo. si pluribus. Habet etiam locum iste text. hic in prio. in omni beneficio, siue sit ecclesia parochialis, siue prælatura, siue præbenda, cum verbum, beneficio, de quo hic, largè sumitur, secundum Ioan. And. quod intelligit hic Lap. nisi sit epatus, vel abbatia, quia tunc includerentur, pro no. in c. 2. §. eo. Sed Domi. hic concludit vt si mandet prouideri de epatibus, vel abbatijs, idem sit prout hic disponit, cum eadem sit ratio. nõ enim ex hoc sequitur quod propter hoc veniant appellatione beneficiorum in literis beneficialibus. Vltimò scias, quod si beneficium aliàs simplex, & non sacerdotale, sit collatum vni vel pluribus sacerdotibus, & per eos successiuè sit rectum per 40. annos, tamen hoc non obstante poterit postea conferri non sacerdoti, cum status sæcularis clerici sit compassibilis, cum status sacerdotis non sit in statu sæculari & regulari, vt hic dicitur, & per Gaspa. in dicto consi. 19.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Et est ratio quia non est spectandum quid fiat, sed quàm bene vel male fiat. § de collu dete. c. j. in secunda glo.
Vin. God. Hinc est, quod tam et si multa facta teneant quæ a principio non tenerent hoc verum est si lex vltra confirmet, alias secus. l. no dubium. & ibi Bar. de legi. Alex. in l. 2 § dubium. ff. quando appel. sit. Cor. consi. 46. In causa, litera f. la 2 & consi. 54. videtur litera c & seq. lib j.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ parochiales, & alia beneficia possunt esse annexa præbendis.*
2 *Personatum cum cura an quis retinere possit sine dispensatione si sint annexa.*
3 *Canonicus qui habet curam annexam suæ præbendæ dicitur habere iurisdictionem in vicarium ibi constitutum.*
4 *Legatus de latere an possit dispensare super pluralitate beneficiorum incompatibilium.*
5 *Consuetudo potest inducere vt quis possit retinere canonicatum, cui est annexa ecclesia parochialis sine dispensatione.*

CAP. VI.

1 SVper eo. † Nota primò ecclesias parochiales, & alia beneficia curata posse esse annexa præbendæ. i. canonicatui ibi præbendas annexæ, & sic appella. præbendæ venit hic totale canonicatum, secundum Do. Secundò no. ibi, spũalem iurisdictionẽ. quod iurisdictio spũalis, vt epalis, vel quasi potest ex cõsuetudine acquiri canonicatui præbendato. facit j. de priuil. abbates. in fi. secundum Ioan. And.
2 † Vltimò no. quod in eodem loco potest quis absque dispensatione retinere personatum curatum, & præbendam etsi præbenda sit
a annexa ecclesiæ parochiali. ex quo infertur, quod accessorium,[a] licèt sit magis dignum, tñ non mutat naturam principalis. de quo in c. tuæ. §. de procu. & per Bar. in l. j. ff. de auto. tuto. & no. in reg. accessorium. j. eo. lib. In glo. 2. in fi. concludit hic Ioã. de Lig. quod si loquamur de cura fori contentiosi, tunc clarum est quod illam habet canonicus, vt in terminis huius c. & no. in extrau. execrabilis. in ver. perpetuos. Sed de cura fori pœnitentialis, cũ in illa concurrat habitus & actus, & si quæratur de habitu, & illa est penes canonicũ. Si de actu, & sic de exercitio ipsius curæ, & talis est penes vicariũ, secundum eũ. vñ ipse vicarius hẽt curã. facit gl. in ver. sacerdotibus. in cle. dudũ. de sepul. & no. in c. exposuisti. §. eo. & ibi per Io. An.

ADDITIO.

a Vin. God. Accessorium an trahere possit ad se principale Fely. in c. cũ M. Fer. col 9 de const. & an accessorium teneat quando principale non tenet. Alex. consi. 3 lib. 4. videndum est per Dec. in consi. 188. col. pen.

Io.An.in 3.gl.& d.Ant.ibi,idem tenentē,ſm Do.hic.& ita ēt vr tenere Pe.de Anc.in c.j.ſ.e.ti.& li.& d.Flo.in cle.j.de of.vic.& intellige pdicta qñ eccłia eſſet annexa pbendæ,ſecus ſi non eſſet annexa,ſed certa portio prębendę canonicè aſſignata,quia tunc non ipſe canonicus, ſed ſolus rector eccłiæ haberet curā. ſ.e.tit.auaritiæ.ſm Do.de quo in d.c.expoſuiſti.& plenè no.in d.cle.j.quæ de eccleſijs. & in c.G. perpetu°.ſ.de fide inſtru.vbi

3 no.cui ꝯpetat ipſa adminiſtratio temporalium. † Et no.ex hac gl.in fi.ꝙ canonicus hñs eccleſiam parochialē annexam dicaī habere iuriſdōnem ſpūalem in vicariū ibi poſitū,& ſic excōicare poſſe,cū curā hēat aīarū,qđ vr eſſe ꝯ Lap.dicentē hic ſe ꝯſuluiſſe per hūc tex. iūcto c.permittimus.ſ.de æta.& quali.e.li.ꝙ eṗs diſpenſare poſſit cū eo qui peregit 20.an.in archidiaconatu,cui erant annexæ duæ eccleſiæ parochiales tanq̄ dignitati, cui cura non imminebat aīarum,cū ipſe Arc.non haberet ptātem excōicandi,interdicendi,vel viſitandi, ſed ſolū examinandi clericos , & eos repertos idoneos eṗo præſentandi. & facit d.extrauagans execrabilis.§.q̄tum aūt. Sed aduerte, quia hæc gl.nū facit in ꝯrium,quia licèt dicta ptās ꝯpetat Archid.non tñ competit principalr, vel reſpectu principalis, ſed per quādam ꝯñtiam rōne illius annexionis, vnde hoc non dēt ꝯſiderari, ex quo non ꝯſiderantr ea quæ ex accidenti ꝯpetunt,an dicat cu ratus.& ita pōt ſaluari dictum Lapi,& huius gl. ſm Do.pro quibus facit tex.hic,& quod dicit Io.And.volens,ꝙ ſicut in terminis huius c. non eſt neceſſaria diſpēſatio, ita non ſit neceſſaria expreſſio curæ ipſius eccleſiæ parochialis,ſi ipſe cano.hñs annexā eccłiam parochialem impetret aliud beneficium, ſed ſufficit ſibi de ipſo canonicatu mentionē facere.facit d.reg. acceſſoriū.& qđ no.in 5.gl.in cle.j.j.eo.ſm Io.And. cuius dictū procedere pōt,ſm Lap.qñ eccłia parochialis eſſet annexa præbendæ,ſecus ſi ſimul eſſent annexæ,ita ꝙ neutra ſubeſſet,vel foret acceſſoria alterius,ſed vtraq; eſſet de per ſe, quia tūc de vtraq; deberet fieri nominatio. facit d.cle.j.j.eo.tit. & quod no.in c.j. ſ.ne ſede vacan.in gl.2.& j.de conſe.eccle.vel alta.c.j.& in cle. per literas.j.eo.titu.in ver.eccleſias. Et vide glo. no.in c.gratia. ſ.de reſcri.eo.lib.& ibi,quid de beneficijs vnitis. & ita tenent Docto.in c.cum in illis.in prin.j.eo. In glo.pen.in fi.no.glo.&

4 ita tenet Lap.in ſua alleg.36.in fi.† In glo.fi.in prin.legatus verò de latere non poſſet diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium.& vide per Rotam in deci. 286.quæ in-

5 cipit, Item ꝙ legatus. † In ea.gloſ.in fi.no.ex glo. ꝙ poteſt per conſuetudinem induci,vt in eadem eccleſia poſſit quis retinere canonicatum prębendatum , cui eſt annexa eccleſia parochialis,& etiam aliam dignitatem ſine alicuius diſpenſatione, de quo vide in c.j.ſ.de conſue.eo.lib.Secundò no.ex glo.quòd epiſcopus poteſt ſuper hoc diſpenſare. de quo j.in c. de multa. ſ.eo.& in dicto c.j.& vide glo.fi.in clemen.fi.j.eo.titu. vbi no. an poſſit quis ſimul plura beneficia retinere, & cuius diſpenſatio ſit neceſſaria.de quo etiam in c.gratia.ſ.de reſcrip.eo.lib. & in clemen.gratiæ.j.de reſcrip. & per Federi. in ſuo conſi.115. & 200.& per Lap.in dicta alleg. 36.

S V M M A R I V M.

1 *Ius ad petendum præbendam acquiritur ex ſola collatione canonicatus.*

2 *Prioritas iuris in beneficialibus conſideratur ex tempore dati tituli, non autem ex tempore poſſeſſionis recepta.*

C A P. VII.

1 **F**Vm cui. † No.j.ius ad petendū, & ꝯſequendū præbendā acquiri ex ſola collatione canonicatus, ētabſq; eo ꝙ alr in canonicū ſit receptus.facit c.relatū.ſ.e.& j.eo.ſi clericus, quia ſpālis gratia ſtatim afficit præbendā,vt hic.& j.eo.in c.ſi poſtq̄.& ibi dicet. Scđò no.ibi,prouiſionis,iuncto tex.ſ. ꝙ prouiſio idē eſt, quod collatio,de quo in c.cum in illis.§.cum aūt.j.eo.titu. & vide glo.in ver.prouiſionem.& ibi per Archid. & Io.And.in c.j.

2 ſ.de elect.eo. lib.† Vltimò no. & ita allegatur ꝙ in beneficialibus prioratus iuris conſideratur ex tempore dati tituli,non ex tpe receptæ poſſeſſionis,vel receptionis,vel prę́ſentationis.facit quod no. in c.tibi qui.ſ. de reſcrip.eo.lib. & in c.vxore.ſ.de his quæ fiunt a maio.parte.& ita eodem modo dr̄, ꝙ non ſolū ad prioritatem temporis, ſed etiam quò ad alias qualitates inſpicitur tpſ datæ in beneficialib.vt in c. ſi eo tempore.ſ.de reſcrip.eo.lib. de quo j.eo.in c.ſi cui.In glo.fi.ibi, abſurdum &c. Idem no.in dicto c.tibi qui.ſecundum Io.And.dicentem hunc text.procedere ſiue tales ſecundò impetrantes primò præſentauerunt eorum literas executoribus,ſiue illis ad quos ſpectat collatio , vel receptio. & hoc quando in literis erat clauſula, non obſtante quòd in dicta eccleſia de duobus vel pluribus eſſet grauata, aliàs quòd non forent recipiendi, vt no. in c. duobus. in fi. ſ. de reſcript. eo. lib.& dic vt ibi no.in c.mandatum. de reſcript.

S V M M A R I V M.

1 *Impetrans literas ad beneficia,licèt taceat defectum ordinum, nō propterea vitiatur reſcriptum,licèt beneficium quod petit ſit curatum .*

Adde ad idem nu. 2.

3 *Electio facta de aliquo ad beneficium curatum,an ſit valida licèt ipſe non ſit conſtitutus in ſacris ordinibus.*

4 *Literę generales in forma pauperum, an ſe extendant ad beneficium illius qui habet collationem vnius beneficij tantum.*

5 *Clerici conſtituti in minoribus ordinibus tantum, an poſſint aſſumi ad beneficia curata ſine diſpenſatione, vide bonam diſtinctionem.*

6 *Stilus in literis ſi non eſt appoſitus,non eſt eis credendum.*

C A P. VIII.

SI pro clericis. Primò ponitur deciſio caſus. Secundò eius determinatio ibi, oportebit. Nota primò caſum in quo literæ gratioſæ,& in forma pauperum conceſſæ æquiparantur, regulariter tamen differunt. ſ.eo.c. quāmuis. & j.eo.ſi

1 pauper. † Secundò tene menti, & ita allegatur, quòd defectus ſacrorum ordinum, & eius taciturnitas nō vitiat literas ad beneficia,nec ſubreptionem inducit,etiam ſi ſcribatur pro beneficijs curatis,vel aliàs ſacrum ordinem requirentibus, & ſic patet ꝙ beneficia requirentia ſacros ordines,non requirant tempora, nec ordines tēpore promotionis vel impetrationis , ſed ſufficit, ꝙ poſtea intra tempus iuris aſſumantur , intellige niſi expreſſe aliud diſponatur,vt dicto c.nemo deinceps.ſ.de elec. eo.lib.& j.in glo.dicetur.Ipſe tamē impetrans beneficium debet ad minus exprimere, ꝙ ſit clericus, vt in c. ſi clericus.j. eo. quia laicus non eſt habilis ad impetrandum beneficia,& impetratio facta per laicum, & per eum qui non eſt clericus eſt nulla,vt in c.cum adeo.& ibi per glo.& in c.ex literis.ſ. de tranſla. etiam ſi eſſet facta per eum qui eſſet in propoſito velle promoueri ad clericatū, cum omni caſu neceſſe ſit ꝙ tempore impetrationis ſit clericus, & inſpicitur tempus datarum literarum, vt ſ.de reſcrip.c.ſi eo tēpore.eo.lib.vnde non ſufficeret ꝙ poſt impetrationem promoueretur ad clericatum,ſm Ioā.An.in c. 2.ſ.de inſti.licèt Spec.in tit.de act.& pe.ver.quid de tonſurato. velit contrarium in hoc.& non bene,quia etiam ſi Papa ſcriberet ex certa ſcientia pro aliquo qui non eſſet clericus , tamen iſte non poſſet promoueri antequam fiat clericus, ſm Imo. in

a d.c.2.quę omnia tene menti.† Vltimò ꝙ licèt patiens defectum in ordinibus poſſit impetrare & conſequi beneficium,non facta mentione de defectu ordinum , adeo quod etiam non eſt neceſſe fieri mentionem de qualitate ordinis annexi & requiſiti in illo beneficio,vt eſt tex.in c.ei cui.j.eo.& dicetur j. in gl. licèt fieri debeat mentio de qualitate ipſius beneficij , vt in c. cum in illis. j.eo. tamen propter hoc non habilitatur perſona impetrantis quò ad retentionem , niſi poſtea ordines aſſumat intra tempus iuris. & ſic facit ꝙ licèt diſpenſetur cum minore, vt non obſtante ætate poſſit eccleſiam curatam retinere, non tamen talis diſpenſatio habilitat ipſum,vt non debeat ſe facere promoueri ætate adueniēte.de quo in c.cum ex eo.ſ.de ele.

3 eo.lib.† In glo.2 in prin refert Io.An.hic fuiſſe diſputatum, & determinatum, ꝙ valeat electio facta de conſtituto tantum in minoribus ad eccleſiam parochialem , maximè ex quo ſcienter per epiſcopum ſit ꝯfirmata, licèt verbo diſpenſationis vſus non fuerit.de quo in c.2.ſ. de ſciſmaticis. Secundò ꝙ ſi electus tempore electionis & confirmationis erat in peccato mortali , non tamen notorio & poſtea emendatus intra annum factus ſit ſacerdos , non poterit remoueri , ex quo crimen non erat tale quod impediret executionem ordinis poſt pœnitentiam.de quo vide per Ioan. And.in c. niſi.ſ.de renun.in glo.ex

a loco.& vide Ioan.And. in c.auditis.ſ.de elect.ſuper glo.fi.[a] In ea.glo.in fi.ratio differentiæ eſt,ſecundum Pet.de Ancha.quia defectus ordinis poteſt ſuppleri ex voluntate ipſius impetrantis, & in breui, quod non eſt in tribus alijs defectibus. In glo. in ver.animarum.in fi. Quærit primò, an impetranti exiſtenti in maiori ordine poterit prouideri de beneficio,quod requireret minorem ordinem. Archi.hic ꝙ non. & idem Ioan. Mona. in c.cum aliquibus.ſ.de reſcrip.eo.lib.Sed Ioan.And. hic contra.& idem ſequuntur Docto.quia per aſſumptionem maioris

ordinis

A D D I T I O.

a Nico. Superan. Clarius tamen patet in c. inquiſitionis. de accuſa. paulo poſt principium vbi duo notantur crimina executionem impedientia, homicidium videlicet & ſimonia.

ordinis non receditur a mino. ɨ. de homic. c. continebatur. & c. degradatio. j. de pęnis. & ita sequitur Rota in deci. 3. & vide in c. cum in illis j eo. 4 † Quæritur, an per literas generales, etiam in forma pauperum cõcessas, q̃n scribatur alicui prouideri de aliquo beneficio in certa ecclesia, possit prouideri de beneficio spectante ad collationem illius qui vnicum tantum beneficiũ conferre habet, Arch. hic ꝙ non, per no. 3. q. 7. §. fi. & quia in gratia dicit, ꝙ prouideat de aliquo beneficio, & verbum, aliquo, pluralitatem importat, sm Archi. pro quo est glo. singu. in ver. certa. in cle. j. j. eo. tit. & idem tenet Rota in deci. 206. quæ inci. Item voluerũt. ẽt si scribatur epõ vel alteri, vt prouideat de beneficio spectãte ad collationem, vel prouisionem cuiuscunq́;, vt non possit prouideri de beneficio spectante ad collationem illius, qui vnicum beneficium habet conferre, etiam si dictum nõ fuerit in gratia de aliquo beneficio, sed de beneficio simpl. vt ibi per Rotam. an poterit ille, cui scribitur per has literas generales, prouidere de beneficio spectante ad collationem alterius. Arc. hic vr velle ꝙ sic, nisi aliud appareat ex forma literarũ quæ sp attendi debet, vt ɨ. de priui. porrò, de quo hic per Arch. & Do. & per Io. An. in c. pro illorũ. ɨ. e. vbi dicit debere attẽdi verba rescripti, & scribiĩ epõ pro suo subdito, ꝙ et dẽat prouidere in aliqua ecclarũ suarũ, poterit prouidere in ecclesijs sibi subiectis quò ad epalem iurisdõnem, licẽt ad eũ nõ spectet collatio. ar. c. ex tuarũ. ɨ. de priui. sed si diceret in aliqua ecclesiarũ tuæ dięcesis, poterit tunc prouidere etiam in exemptis ecclesijs, quę sunt & esse dicunt in dię. vt p gl. in ver. anni. in cle. frequẽs. de exce. p̃la. Sed tu vide plenè de hoc ar. per d. Ni. & Imo. in d. c. pro illorũ. & ibi, q̃n in lrĩs apponiĩ cla, ꝯdictores ꝯpescẽdo, vel autoritate nr̃a ꝓuideas. vt ibi p eos. & qđ eſt dictũ ɨ. eo. h. in c. q̃uis. §. j. 5 † In gl. i ver. ꝓuidere. ia fi. si q̃rat an ꝯstituti i minorib. tm̃ possint assumi ad beneficia curata sine dispẽsatione, aduerte ad 3. casus prin. quia aliq̃ñ assumiĩ per viam præsentationis faciendæ per patronos, & tunc põt sine dispẽsatione assumi, vt in c. a. hic all. Et scd̃o assumiĩ per viam impetrationis, vel per literas Papæ. & idem quia põt sine dignitate assumi, vt dicit glo. hic, ẽt si ipsis in literis nõ fiat mentio ordinum, vt est tex. hic, qui procedit vt voluit hic Lap. ẽt si mandeĩ per literas Papæ prouideri de dignitate curata & collegiata, vt valeant literæ, non facta mentione de defectu ordinum, maximè si in literis apostolicis clericus noĩatur. j. eo. si clericus. pro quo facit, quia magis viget rõ, vt in ecclia parochiali promouẽdus sit in sacris quàm in dignitate maximè collegiata, vt patet in c. cum ex eo. hic allc. & in c. statutum. & c. licet canon. eo. tit. sm Lap. pro quo facit tex. hic loquens de beneficijs curatis, quorum appellatione venit etiam dignitas, vt per gl. in reg. j. j. eo. & in cle. auditor. de rescrip. Et prædicta procedunt in beneficijs vel dignitatib. requirentib. sacrum ordinem de iure, consuetudine, vel statuto ecclesiæ, non m̃ contemporaneè tpe prouisionis. Quid aũt si requiranĩ contemporaneè, putà sꝯsuetudo vel statutum disponat ꝙ conferri non possit non existenti in sacris, tunc nisi in dictis literis statuta vel consuetudines tollant per clam, non obstante, non poterunt talia beneficia conferri per dictas literas non existenti in sacris, sm Archi. & Io. And. & tenet Rota in d. deci. 3. ex hoc dicens, ꝙ cum in literis pauperum non tollantur statuta vel cõsuetudines, quia non apponit cla, non obstante, sequitur ꝙ non poterit per dictas literas prouideri de talibus beneficijs. Sed si in literis per dictam clausulã, non obstante, sint sublata statuta vel consuetudines, vt cõiter fit in literis gratiosis, tunc si talis qualitas ordinum fuit impressa per statutum, vel aliam dispositionem ecclesiasticarum personarum poterit de eis prouideri non existenti in sacris, cum Papa intendat talibus præiudicare. ar. c. propos uit. ɨ. de concess. præb. vt tenet Rota ibi. & ita procedere poterit opi. Io. Mo. Archi. & Io. An. tenentiũ istũ tex. habere locũ, q̃n talia statuta, vel ꝯsuetudines tolluñ per ipsas literas Papales, de quo in c. cũ in illis. in 3. glo. & in c. ei cui. j. eo & in c. cũ aliquib. ɨ. de rescri. eo. li. Si verò talis status fuit impressus per laicum tpe fundationis vel dotationis, tunc tales clæ gñales non extendunt se ad talia, cum Papa non intendat per eas eis præiudicare, vt no. in c. cũ dilectus. ɨ. de integra. vt tenet Rota in d. deci. vt refert hic Do. & facit quod no. in c. a. ɨ. eo. titu. & lib. Tertio verò casu principali quando assumeretur quis aliter q̃ per viam præsentationis vel impetrationis, putà per viam electionis, tunc gl. hic, & in d. c. cum ex eo. voluit ꝙ constitutus in minorib. non possit assumi ad ecclesiam curatam sine dispensatione, per c. præterea. hic alleg. quod in hoc non est correctum. quod procedit saltem quo ad ecclesias parochiales, sm Ioan. An. qui hanc opi. tenere vr̃, licẽt Archi. teneat aliam opi. vt indistinctè possint assumi ad talia beneficia sine dispensatione, & idem tenet hic conciliũ per d. c. cum ex eo. vbi patet, ꝙ cõstitutus in minorib. promouetur ad talia beneficia. facit etiam tex. hic, vbi nil dr̃ de dispensatione, sed loquitur de iure cõi. & opi. Archi. tenet Pau. in cle. vnica. de of. vic. cũ non sit rõ, quare potius ꝯstitutus in minoribus possit assumi per viã p̃ntationis, vt d. c. a. vel per viã impetrationis vt hic, q̃ per viam electionis, quia est ordinaria & fauorabilis. & via p̃ntationis vel impetrationis est extraordinaria, & sic odiosa. & hanc opi. sequiĩ Io. de Lig. & Io. de Fan. hic. & Ioan. Cal. & Gas. in d. c. dudum. el j. ɨ. de elec. & Pet. de Ancha. in d. c. licet canon. & in d. cle. j. vbi idem tenet do. Anto. & d. Flo. licẽt Imo. ibi, & in d. c. licet canon. videtur sequi opi. glo. per text. in d. c. dudum dicens tutius esse ita tenere. & idem post do. Ant. in d. c. dudum. Tu aduerte, quia Lap. hic tenuit, ꝙ cõstitutus in minoribus eligi possit ad dignitatem curatam etiam collegiatam, vt in gl. fi. j. q. j. quicquid. Sed in hoc Pau. & Imo. in d. cle. j. tenet ꝯ̃rium. & idem in d. c. licet. & Dom. ibi per tex. in d. c. dudum. qui de dignitate loquitur. tutius est tenere sm Do. Flo. in d. cle. j. & hoc in dignitatibus curatis in quibus prouidetur per viam electionis. Sed in alijs inferioribus beneficijs curatis, de quibus loquitur d. c. præterea. poterit hodie de iure cõi assumi constitutus in minoribus, vt est cõmunis opi. per tex. hic, & in d. c. licet. & in d. c. cum ex eo. & in d. c. a. vt etiam tenet Domi. in d. c. licet. Et intellige prædicta, nisi sint talia beneficia quæ contemporaneè requirãt sacrum ordinem tempore prouisionis, & quæ conferri non possint non constitutis in sacris, quia tunc secus esset, vt ɨ. est dictum. & eodem modo posset prouideri de ecclesia curata constituto in minoribus per viam collationis, vt in dicto c. cum ex eo. & tenet Imo. in d. c. dudum. 6 † In glo. in versi. oportebit. in fi. & talis stilus est seruandus, intantum ꝙ si talis stilus non esset in literis, non esset eis credendum, vt per glo. in c. q̃uis. ɨ. eo. In glo. fi. ibi, cum in cunctis. hodie imponitur alia pęna reseruatis etiam antiquis, vt patet in cle. vt hi qui. secundo responso. de ætate & quali.

S V M M A R I V M.

1 *Literis legati est credendum super collatione beneficiorum pertinentium ad suam collationem.*

2 *Papa si approbat factum alterius mandando sua autoritate illud exequi, dicitur facere proprium factum, non alienum.*

3 *Legatus de latere an possit facere reseruationem cum acceptãdi beneficio, de quibus hic.*

4 *Prouisio de beneficio quando dicatur Papalis.*

C A P. IX.

SI eum. Impleto per Papã mãdato alterius super ꝓuision e faciẽda, intelliĩ esse facta prouisio autoritate Papæ. h. d. Et primò decidiĩ casus, ex quo ad decisionẽ alterius inferĩ ibi, & Io. 1 † No. j. ibi, suas lrãs, credendũ esse literis legati super collationib. beneficiorũ pertinentium ad eũ iure legationis, de quo in c. post cessionẽ. ɨ. de proba. crediĩ ẽt verbo Cardinalis asserentis se legatũ, vt 96. dist. nobilissimus. nisi esset præiudiciũ tertij, quia tunc nõ crederet sine literis, sm gl. fi. in c. sicut. ɨ. de sen. excõ. de quo a per Duc. in c. ꝙ super his. ɨ. de fide instr. 2 † Scd̃o no. ꝙ si Papa approbat factum alterius, & mandat sua autoritate id exequi, dicitur tunc facere factum proprium, & non alienum, quia omnia nostra facimus quib. autoritatem nostram impartimur. facit c. si apostolicæ. j. eo. & quod no. in c. cum aliquibus. ɨ. de rescrip. eo. lib. Vltimò no. ar. ꝙ factum legati non dicatur factum apostolicæ sedis, vt d. c. si apostolicæ. & c. hi qui. j. eo. & in c. si abbatem. ɨ. de electio. eo. lib. & vide per glo. in ver. apostolicæ 3 sedis. in clemen. quia contingit. de religio. domi. † In glo. a. ibi reseruat &c. Sed an poterit legatus facere reseruationem cum beneficio acceptandi. Ioan. And. hic ꝙ non, cum sit contra mentem c. præsenti. ɨ. de offi. leg. eo. lib. Sed Lapus contra, cum ibi prohibeatur reseruatio alterius beneficij spectantis ad collationem eiusdem, & sic de duob. beneficijs, sed isto casu agitur de reseruatione vnius beneficij tantum, licẽt cum potestate acceptandi, & non agitur de tollẽda potestate ei ad quẽ spectat, nisi in vno beneficio tm̃, sed ibi in pluribus & idem sequiĩ Io. de Lig. quia isto casu est vna reseruatio a tm̃ cum p̃tate acceptandi, & non plures quæ ibi prohibentur. facit qđ no. in c. ex parte. el j. ɨ. de offi. deleg. & in c. executor. j. de cõce. p̃ben. sm Do. In ea. glo. in fi. posset ẽt ipse legatus ꝑcipere, vt statim recipiatur in canonicũ ille pro quo reseruauit præbendã proximè

A D D I T I O.

a Vin. Go No. ꝙ reseruationes bñficiorũ factæ per Papã q̃n videanĩ remitti per nouã cõstitutionẽ. & plura de materia reseruationis tradunt p Dec. cõsi. 168.

xime vacaturā, vt hic in tex. ibi, obtemperatū non fuerat. & ibi auēta ipsius legati, vt sic determinet duplex dictū. l. de pbenda & canonicatu, & non de præbenda tm̄, & ita pertrāsit hic Io. An. de quo per eum in d. c. si apostolicæ. in gl. non in forma cō muni. & per Spec. in titu. de leg. §. nunc tractemus. ver. sed si legatus. Et dicit hic Io. de Lig. cōiter approbari, vt sic anteq̄ vacet præbenda possit legatus mandare aliquem recipi in canonicū. pōt enim pbendā non vacantē reseruare, vt afficiatur pro certa psona, ergo & canonicatū facere cōferre, cū illa dicantur annexa, vt in c. si clericus. j. e. & ita sequitur hic Io. de Pantu. ad hoc inducens tex. vt s. aliàs iste tex. esset de casu nō dubio, q̄a cum fuisset dubiū pro quo ille legatus solū reseruasset si non mandasset recipi, si postea sit per literas Papæ receptus, nō diceretur receptus auctoritate legati, sed si legatus mandauit eū recipi, & quia non fuit receptus, Papa postea mandauit illum recipi iuxta ptinentiā literarū legati, & recipiat, tunc bene erit dubiū, cuius auctoritate dicat receptus, cuius decidit iste tex. in eum. & pro hac parte vr̄ tex. in c. hi qui. in prin. j. e. Nec non intelligitur ibi de legato habente speciale mandatū, q̄a tunc dr̄ receptus Papæ auctoritate & nō legati, prout ibi dr̄ in scd'o rn̄so, fm̄ Domi. Et pdicta procedunt siue in ecclesia nō sit statutus numerus & iuratus, vt vult hic Lapus & Domi. siue ēt si sit statutus per inferiorē a Papa & iuratus, non tñ ↄfirmatus, vel auctorizatus per Papā, quia licet tale iur̄m vel statutū obstet qñ impetrans de ipsis non facit mentionē, s. de rescrip. cō. stitutus. & ēt de ipsis statuentib. s. eo. tit. dilecto. tñ non obstat legato de latere, & ad eius mandatū poterit & debebit venire ↄ tale statutū sine metu periurij, ēt per ipsos canonicos. arg. c. venientes s. de iureiu. & facit qd' no. Archi. in c. auctoritate. 15. q. 6. dicens, q̄ si aliqs iurat nō exire domū per 15. dies, si citetur a iudice, tenetur parere, nec erit periurus. & ita voluit Spe. in titu. de citatione. §. j. ver. quid si quis. & Io. An. in c. cū parati. s. de ap. & in c. quia plerique. s. de offi. ord. e. li. & intellige pdicta qñ in literis legati fieret mentio de iur̄o & statuto: aliàs recipere non tenetur, cum obstet statuentibus, licèt si scienter recipiāt, teneat receptio, & erunt periuri, vt tenet Spe. in d. ver. sed si legatus, fm̄ Lap. Sed si in ecclesia numerus esset statutus & iuratus, & per Papā approbatus, tunc canonici eidē obedire vel recipere non tenentur, cum numerum infringere non possint, vt voluit glo. sing. in c. pro illorū. s. e. ti. valeret tñ receptio si reciperent, cū eorū fauori possint renūciare, vt no. Spe. in ver. sed si legatus. & Io. An. in d. c. dilecto. & ibi per Inn. & Doct. In gl. in ver. auctoritate, in fi. vide qd' dixit Io. An. in regula q̄ prior. j. e. q̄ si cōstet mandantē executioni factū intentarū per alium velle, q̄ censeatur propriū, & procedat iste tex. q̄ patet, quia dixit, auctoritate nostra: in dubio verò non apparente qua intentione fecerit, tunc potius vr̄ exequi factum alterius q̄ velit ppriū facere, vt in c. literis. s. de rescri. fm̄ eum ibi, vt refert hic Do.

4 † In glo. in ver. receptus, in fi. no. q̄ talis prouisio dr̄ papalis. & rō est, quia iste nullum ius fuit consecutus per factum legati, sed per Papā habuit. vnde totum est papale, cum fuerit noua iuris collatio papaliter facta, fm̄ Pau. & tex. hic loquens de prouisione legati non obstat, quia intelligitur de prouisione facienda, non aūt de facta, fm̄ Arch. & Io. An. nam si gratia esset facta per legatum, tunc mandatū Papæ postea emanans foret executiuū, non aūt cōcessiuū, ut quia forte de facto non admittebatur ad possessionē, fm̄ Pau. aliàs adaptari nō posset finis istius tex. dum dicit, q̄ talis est oībus præferendus in assecutione præbendæ: vnde loquitur de eo cui non erat facta collatio, fm̄ Domi. Nec ob. si diceretur, q̄ si per factum legati iste non fuerit aliquod ius assecutus, sed per Papam, q̄ tūc talis sine dubio diceretur auctoritate Papæ receptus absque eo, q̄ in literis exprimeretur auctoritate nostra, quia respondetur q̄ ipse legatus incepit, & Papa illud inceptum perfecit, vnde in dubio videtur potius factum alterius exequi quam factum proprium facere. & per hoc non obstat glo. 2. s. & quod ibi dictum fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Formæ prouidendi de beneficijs per Papam sunt quatuor de quibus hic.*

2 *Alternatiua dispositio est primo implenda quæ prius peruenit ad casum inclusum in dispositione.*

3 *Alioquin, verbum respicit primam vacaturam & sic ordinem vacandi, nō autem potestatem conferendi ordinem.*

4 *Alternatiua vel disiunctiua non resoluitur in coniunctiuam in mandatis.*

C A P. X.

Mandato. Mandatū alternatiuū plures collationes includens, verificatur in primo vacante, sed in vacantibus simul, ordo scripturæ attēditur. h. d. fm̄ Do. & primo ponit thema, cuius duo dubia soluūtur, primū ibi, de beneficio. fm̄ ibi, si verò.

1 † No. j. ibi, sub ea forma. vnam formā de quatuor formis prouidēdi alicui de beneficio, & prima est ista, de qua hic in tex. qñ Papa scribit de certa persona & bñficio incerto. Qñq; & secūdo scribit pro certa psona & pro certo bñficio. & de istis duabus formis habetur s. de offic. delega. ex parte. el j. Tertia forma est qñ scribitur pro persona incerta, & certo beneficio, & de ista habetur s. de offi. deleg. is cui. 2. respon. eo. lib. Qñq; scribitur pro incerta persona, & incerto beneficio, & tunc gratia respicit eum cui scribitur, vt j. eo dudū. in prin. & c. q̄uis. vt hic plene per Io. An. & j. dicetur.

a † Secundo no. ibi, primo vacabit q̄ in alternatiuis dispositionibus illud est primo implendum qd' prius peruenit ad casum in dispositione inclusum. Vltimo no. q̄ in præstationibus alternatiuis ᵃ seruari dēt ordo scripturæ, qñ qualitas additur secundæ in defectū vel subsidiū primæ, de quo per glo. in c. metropolitano. 63. dist. & 8. q. j. licèt ergo. facit reg. in alternatiuis. iuncta glo. j. eo. vr̄ ēt hic Papa addidisse de collatione bñficij alterius in subsidiū si non vacaret ad collationē illius cui scribitur, & talis appel. alternatiua ordinis nō ptationis: regl'r verò alternatiua intelligitur esse ptationis, & nō ordinis, ut per glo. in c. cū plures. s. de offi. dele. eo. li. In glo. j. in fi. & ibi posuit de duplici forma. Et de prima est hodie tex. hic. Scd'a forma est si diceretur, puideas tali de bñficio spectāte ad collationē tuam, alioquin de bñficio spectante ad collationē cuiuscunque, & tunc voluit hic Arch. q̄ ex quo is cui scribitur, hēt bñficia ad suā collationē spectantia, ēt si non vacant, nō poterit de alijs puidere, quasi plus importet ista dictio, alioquin, q̄ alternatiua, vel hoc dictū pcedit si scriberet in forma, q̄ ponit Spe. in ti. de ac. & peti. §. sup actionib. ver. Item si scribitur, puta q̄ mihi de bñficio prouideat si quod ad sui collationē pertinet: alioquin de alio ad cuiuscunque collationem spectāte, quia intentio scribentis est tunc grauare alios solum qñ ille non haberet beneficia conferre. aliter verò dictum Arch. nō procederet, quia dictio, alioquin, vr̄ respicere vacationem, nō aūt ptātem conferendi, quod maxime procedit qñ scribitur sine ptāte acceptandi, fm̄ Io. An. & sequitur Io. de Lig. Sed Io. de Fan. dicit super hoc cogitandum, cum non uideatur bene posse colligi diuersitas in dictis formis, ut hic refert Do. dicēs, q̄ contra dictum Ioan. An. facit, quia dictio, alioquin, est relatiua, & referri debet ad qualitates expressas, vt per glos. in ver. alioquin. in c. vt circa. de elec. eo. lib. & per Bar. in l. j. ff. de condi. & demon. ideo si dicitur, prouideas tali de beneficio ad tuā alioquin ad cuiuscunque collationē spectante, non pōt referri ad uacationem quæ non fuit expressa, sed ad collationē, secus si fuisset expressum de vacaturo, puta quia dixit, prouideas de beneficio vacaturo ad tuam collationem, alioquin &c. quia cū dictum alioquin debeat determinare suum añs, videlicet verbum, vacaturo, non aūt qualitatem adiectam suo antecedenti, vt est uerbum, tuam, q̄ venit restrictiuè ad uerbum, vacaturo, tunc posset procedere dictum Io. An. intellige qñ verbū, vacaturo ad tuam, iūgitur dictio. alioquin, ut in terminis prædictis, quia tūc intelligitur, si non vacat ad tuā, cōferas de vacātibus ad collationē alterius pertinentibus. Si verè non iungat, sed disiunctiuè ponatur, ut si dicat, uolentes tibi gratiā facere de bñficio vacaturo, mandamus tali, ut tibi ↄferat beneficiū ad suam, alioquin ad collationē cuiuscunque, tūc nō posset conferre de pertinentibus ad collationē aliorū, nisi qñ non hr̄et cōferre de suis, fm̄ Do.

3 † Cogita, q̄a tenendū vr̄ qd' dicit hic Io. An. Nam
b dictio, alioquin, ᵇ hēt respicere primā vacaturā, & sic ordinē uacandi, nō aūt ptārem ordinē cōferēdi, ut colligit ex tex. hic, q̄a uerbū ad collationē importat uacarionē. i. q̄ primo uacauerit. Sed qñ nō possit apparere de ordine uacandi, q̄a plura bñficia simul uacauerūt, tūc est qd' attendit ordo scripturæ, & posset pcedere qd' s. dicit Do. In gl. 2. in fi. rō est, q̄a qd' cōe est epo cū alio, eps suū dicere non pōt. ff. de au. et ar. leg. l. Quintus. et Papa nō expresso nō intēdit preiudicare, uel nouā formā dare, et per hoc rūdet ad c. dilectus. s. de offic. leg. fm̄ Ioan. de quo j.

In

A D D I T I O N E S.

a *Vinc.* God. Alternatiua resoluitur in coniunctam ex mente disponentis, & ratione absurdi euitandi. Paris. consi. 44 nu. 10. lib. 1. & aliquando alternatiua significat ordinem Ruy. consi. 69. nu. 4. lib. 3.

b Cel. Dictio, alioquin. Tu dic, q̄ ista dictio non solum facit orationem conditionalem, sed in se ipsa orationem continet, & inducit conditionem contrariam dispositioni præcedenti, & exponitur alioquin. i. si prædicta non fuerint, ut no. Bar. in l. si finita §. ex hoc edicto ff. de dam. infe. & in l. legan. §. pe. cum si. per Bar. alle. ff de dolo. plenis. per Bal. in l. j. col. 5. versi. quarto quæro. ff de condi. & demon.

Adde de ista dictione, alioquin, Ias. in §. in personam. nume. 8. & 13. Inst. de act.

In glo.4.in fi.idem Arch.In glo.in ver.ſimul.in prin.& procedit iſte tex.ſiue ſimul vacent, videlicet tpe datæ, ſiue poſt datã, ſm Archi.& Io.An.qui dicunt, q ſi ſcribatur epõ de bñficio ad eius collationẽ ſpectante, & vacent ſimul tria bñficia, & eps oia alij conferat, q ſolum vltimũ euincitur, & vltima collatio tractabitur.& eſt rõ, quia eps erat aſtrictus ad vnã dimittendã, poterat ergo dimittere quã volebat.l. plerunque.ff. de iure do. & ſic duo prima fuerunt rite collata.& facit quod no.j. c.ſi pluribus.in ver.elegerit.qđ limitat hic Do. qñ eſſet appoſita clauſula proprij motus, q a tunc dẽt dimittere bñficiũ maioris valoris, vel illud qđ optauerit ille pro quo ſcribitur, vt hr̃ in ca.ſi pluribus. Scđo limita, niſi eſſet appoſita cl'a acceptandi intra menſem, & cum decreto, q a ordinarius non poſſet intra menſem conferre, & tollere illi optionẽ, vt in cle.j. de cõceſ.p̃ben. ſm Dñi.Regulariter ergo dicto caſu vltimũ bñficium, qđ vacauit, poterit vẽdicari. facit in ſimili qđ dr̃, qñ excedit modus in donatione facta per patrẽ in p̃iudiciũ filiorũ, vel per prelatũ in p̃iudiciũ eccleſiæ, qñ plures donationes facit: nã per vltimam inſurgit inofficioſitas, & illa tñ reuocatur, & non aliæ p̃ceden tes.de p̃la.no.in c.cæterum.ĩ.de dona.& de pr̃e no. in l.j. C.de inoffi.dona.& in l.Titia.§.Imperator.de leg.2.ſecus tñ eſt in falcidia detraheda, q a licẽt p p vltimũ legatũ falcidia immineat, tñ non ex illo ſolo, ſed ex oĩbus dẽt detrahi.& rõ, q a in legatis oia eodẽ tpe ɔfirmant.ſ.per mortem teſtatoris. l. ſi ſeruus cõis Meuij.de iu.ſer.Idẽ intellige vbi apparet de prioritate, vel poſteriorıtate collationis, ſed ſi non appareret, ſed eodẽ tpe fuit factæ, tunc cũ eps oia ɔferẽdo deliquerit rõne talis delicti datꝰ ptãs aduerſario, ſeu illi impetranti quã voluerit eccleſiã vendicare, quia ſi hoc operatur negligentia, fortius delictũ, vt in d.c. ſi pluribus.& ĩ.de cõceſ.præbẽ.c. 2. & in l.cũ quidã.de le. 2. Et p̃dicta p̃cedunt qñ ſimul vacant, ſed ſi ſucceſſiue, tunc primũ debet, vt eſt tex.hic.& illud ſolũ afficitur, & eius collatio non valet, vt hic.& in d.c.dilectus.el 2.ĩ.eo.In gl.in ver.ordinẽ.in fi. vbi de hoc in 4.gl.& ibi per Io.An.& dicit hic Io.Mo.& Ioan. An.ratiter, ordinẽ non eſſe ſpectandũ, vt l.nec ordo.ff.de ſol. & l.cũ pater.§.fidei tuæ.de leg.2.qđ limita primo, qñ ex ordine euitatur diſpendiũ, ut l.quoties.hic allegata. [a] Scđo limita, qñ ex ordine tollitur ſuſpicio indebitæ gratiæ.l.gñaliter.§.quis ergo.ff.de fideicom.li.Tertio limita, vbi ſi nõ ſeruaretur ordo, fieret indebita exoneratio, & ius alterius læderetur, vt eſt tex. hic.Quarto limita', qñ eſſet materia in qua ex prioritate tẽporis inducit̃ prærogatiua iuris.l.ſi duas.ff.de excu.tut. & ibi per Bal.& no.in c.duobus.ĩ.de reſcri. eo. li. Quinto limita in diuinis, vt de cõſecra.diſt.2.in Chriſto pr̃.& ibi p Arch. Sexto limita, niſi in dubio, & qñ dubitaret, tunc enim ordo ſcripturæ attẽditur, & ex ordine p̃ſumitur voluntas, vt l. Gallus.§.j.ff.de lib. & poſtb.& l.hæredes mei.§.ſi.& d.l.quotiens. & l.ſi ſeruus cõmunis.ff.de ſtip.ſeruo.Septimo limita, qñ ipſe ordo hr̃et in ſe rõnẽ, & ſtatuentis voluntatẽ, vt d.c.cũ dilecta.& per Bal.in d.l. ſi duas.Et dixit hic Io.Ao. q eſt via brocardica.& p p hoc glo. no.in ver.exiſtat in c.j.ĩ.de iura.calum.eo.li. dixit nunq̃ ex ordine ſcripturæ eſſe licitum arg. qñ in iure ɔ̃trium reperitur expreſſum.& vide no.per Bal.in j.cõſtitutione C.§.quib. [b] In gl. fi.ibi, ſe exonerare. ſupple & aliũ onerare, qđ fieri nõ dẽt, vt l. 3.in prio.ff.de eo qđ cer.lo.ſm Arch.& Io.An. In ead.glo.in fi. Idem Arch.volens hunc tex.& hanc glo.p̃cedere, qñ beneficiũ qđ primo vacabit, vel bñficia ſimul vacantia ſpectabãt ad collationẽ illius vel illorũ diuiſim, & per ſe.vnde punctari dẽt tex.poſt verbũ, ſpectantia.& ante verbũ, ſimul: ſecus ſi ſpectarent ſimul ad collationẽ iſtorũ grauatorũ, quia licẽt Papa ſcriberet, q p̃uideat de bñficio ſpectante ad collationẽ ſuã, vel alterius, ſi vacat beneficiũ ſpectans ad collationẽ pariter vtriuſque, de tali bñficio non debebit prouideri, cũ in executione mandati Papa velit ſolũ alterũ grauare, non vtrũq;: alſ nõ eſſet dñia inter cõiunctiuã uel diſiunctiuã, & an ſcribat ſimplr̃, uel cũ cl'a, cõiter, uel diuiſim, qđ eſt falſum, ut j.eo.titu.c.ſi.Nec ob.regu.plus.& reg.in toto.j.eo.lib.per quã videbatꝰ, q ſi Papa intendit grauare quẽlibet inſolidũ, fortius quẽlibet pro parte, quia p̃dicta non hñt locũ, vbi attendit forma mandati, vt eſt hoc caſu, vt no.j.eo.titu.cui de non.& in dicta reg.plus.ſm Io.An.pro quo facit tex.hic.ibi, q a te, quaſi velit, q in tali forma includat ſolũ beneficiũ ſpectans ad illius collationẽ, nõ cõe, ſm Domi. & Io.de Lig.dicentẽ fortius hoc tẽ p̃cedere, qñ bñficium vacans ſpectat ad collationẽ illius pro quo ſcribit, & alterius tertij, eadem rõne.& facit c.cũ in illis.in fi.j.eo.ſm Do. † Ex quibus omnibus infertur, q in mandatis alternatiua vel diſiunctiua non reſoluitur in coniunctam, de quo plene in l. ſi is qui ducenta §.vtrũ.ff.de rebus dub.per Bar.in l.cũ quidam.ff.de ver. ſig.vn de ſi Papa conceſſit alicui poteſtatem legitimandi ſpurios, vel inceſtuoſos, non cõceſſit legitimare ſpurium & inceſtuoſum ſimul.de quo per Bar.in l.2.ff.de verb.obli. & in l. ſi ita ſcriptũ. ff.de lib.& poſth.& p Do.in c.at ſi clerici.ĩ.de iud.& in c. p venerabilẽ.j.qui filij ſint leg.& per Io.An.in addi.Spe.in rub.c.ti.

ADDITIONES.

a Id eſt de vſufru.legato ſuper uer.impedien.

b Ber de Roma. Pro hoc vide glo. no. in d.l.cum pater.in pr.§.vbi dicitur, q ex verborum conceptione, & perſonarum affectione ſequendus uel abijciendus eſt ordo ſcripturæ.

.SVMMARIVM.

1 *Impetrans debet ad minus exprimere, quòd eſt clericus, licèt taciturnitas ſacrorum ordinum non vitiet reſcriptum.*

2 *Papa ſi mandat alicui prouideri ſimpliciter de beneficio, intelligitur de primo, non autem de ſecundo.*

3 *Præbenda inſtituta pro canonico ſi conferatur, an intelligatur etiam collatus canonicatus.*

4 *Negligens quis dicatur relinquitur arbitrio iudicis.*

5 *Aequitas de iure eſt tenenda.*

CAP. XI.

SI clericus. Soluit duos caſus dubios circa illum qui gratiam proſequi negligit.& primo primã rõnem ſubdens ibi, cũ ſacta.ſecundo ſcđam ibi, verũ. rõnẽ diuerſitatis interſerẽs ibi, tunc: cum determinat ibi, dũmodo, & declarat ibi, & eidẽ, & decretũ apponit ibi, alſ facta, ſm Io.An. † No.j. q licẽt defectus ſacrorũ ordinũ, & eius taciturnitas nõ vitiet literas ad bñficia, nec ſubreptionẽ inducat.ĩ.eo.ti. ſi clericus. ipſe tñ impetrãs beneficiũ debet ad minus exprimere, q ſit clericus, ut hic: & facit quod no.in c.poſtulaſti.& c.cũ adeo. & ita per glo.ĩ.de reſcrip.& de tranſa.c.ex literis.† In tex.ibi, aliam.no. q ſi mandatur alicui ſimplr̃ prouideri de bñficio, intelligitur de primo, nõ de ſecũdo.ſic ĩ.c.proxi.ex quo no. q diſpoſitio ſimpliciter emanans intelligitur de primo actu.facit c.non põt.j. eo.& l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſi. Vlti.no. & ita allc. q propter negligentiã gratia extinguitur, in tñ q non reuiuiſcit.ſ. ex veteri iure, ſed ex nouo ſic.l.cũ ſeruus. ff. de adi. leg.& ĩ.de renun.ex tranſmiſſa.ſm Arch.& Ioan.And.& dicit hic Lap. q gratia fortius extinguitur rõne doli, vt eſt ſi impetrans ſciẽter facit ſibi cõferri præbendã alteri debitã.ad hoc j.eo.ti.c.cũ qui. & c.ſi bñficia.& per gl.in c.cũ ſm.& c.inter cætera. in fi.ĩ.eo. In gl.2.in prin.vide de alijs formis, qđ no.j.de ɔceſ. p̃ben.in c. ſi ſolum.in prin.& dixit hic Arch.& Io.An.in tñ formã mandati eſſe ſeruandã, vt j.eo.cui de nõ. q ſi fieret in forma, de qua hic, ẽt ſi non ſit adiectũ illud verbũ, poſtea, per tex.tñ non poterit executor anteq̃ vacet p̃bẽda cõpellere canonicos, ut impetrantẽ recipiant in canonicum, cum ordo ſcripturæ debeat in p̃dictis attendi, vt ĩ.in c.p̃xi. † Sed quid ſi cõferatur p̃benda vacans inſtituta pro canonico, an intelligatur collatus ẽt canonicatus. [a] Arch.& Io.An.tenent q ſic, per reſpectũ quẽ hẽt p̃benda ad canonicatũ, cũ ex eo procedat & pro eo inſtituta ſit: tutius tñ eſſet ſi prouiſor dicat, cõfero tibi p̃bendã cũ plenitudine iuris canonicatus.ĩ.de cõceſ.p̃ben.p̃poſuit. & facit quod no.Io. An.poſt Cõpo.in c.cũ M.ĩ.de cõſti. ſuper glo. vnde eis. Et ex his infertur, q receptio de qua hic in facto cõſiſtit, cũ ex collatione p̃bendæ ſit canonicatus, ſm Arch.& Ioã. An. & ita ſequitur Io.de Li.& Lap.j.eo.ti.ſi poſtq̃. ſed Imo.& Pe.de Ancha.tenent ɔ̃trium de iure, quia licẽt canonicatus & p̃bẽda habeãt quandã cõnexitatẽ, tñ ſunt diuerſa & vnũ ɔferri põt abſque altero, & p ſolã collationẽ p̃bendæ vacãtis, nõ vr̃ collatus canonicatus, vt eſt tex.hic.facit c.cũ eccleſia.j. eo. ti. nec p̃bat iure, q ex collatione p̃bendæ videat̃ collatus canonicatus, lʒ in practica ſeruet qđ dicit Arch.& Io.An.Sed certe ẽt de iure p̃cederet eorũ dictũ, loquendo de præbenda inſtituta p canonicatu, ut p̃bat̃ in c. p̃uenit.el 2.in fi.ĩ.de app.vbi patet, q ſola cõceſſio præbẽdæ habet vim collationis, ẽt canonicatus. facit ẽt tex.in c.p̃poſuit.ĩ. de ɔceſ.p̃b. vbi nõ facta mẽtione canonicatus ſiue quis ſolũ de præbẽda inueſtitus.& d.c.cum eccleſia.nõ ob. quia non loquitur de p̃benda inſtituta pro canonico, ſed pro epõ.& idem ſi præbenda eſſet deputata pro laico, vt no.ĩ. de

ADDITIO.

a Vel Etiam canonicatus.Adde Car.in cle.ſi.col.2.de reſcri. & Gemi.hic. nu.3. & quod ibi notatur in apoſt.ad eum.in ver. etiam canonicatus & Fed. de Senis.conſi.209.

V.G.Nota, q præbendæ appellatione veniunt omnia beneficia.Fel in c poſtulaſti.col.9 verſi. tertia conclu. de reſcrip. An autem præbenda ſacerdotalis poſſit conferri ei qui non eſt actu presbyter, ſed in potentia, ponit Deci in conſi.239.col. 2.& 3.in fi cum ſeq.

de magistris. quia nonnulli. vnde tex. in d.c. cū ecclesia. non facit pro, eum prohibeatur ibi illa ꝯferre, ne canonicorū numerus amplietur, quasi ex eius collatione videatur ꝯferri canonicatus & numerus ampliari, & pro hac parte facit c. super eo. ſ. eo. vbi nomen ꝑbendæ compræhendit canonicatū, & ꝑbendam, ideo ea collata vr̄ canonicatus collatus, ſm Do. & ita vr̄ velle Rota in decisi. 457. quæ incipit, Item quæritur. Et hoc ita vr̄ tenere glo. in d.c. proposuit. & Imo. ibi super glo. in ver. irritauit. ponens quid ē, an per collationē canonicatus videaī collata præbenda? de quo ibi plene per eum. & dicetur j. eo. in c. si postq̄. Pro quo ēt facit, quia licèt præbēda sit accessoria, & minus digna, tn̄ eum veniat in consequentiā, ea collata vr̄ collatus canonicatus, cū volens ꝯñs videatur velle antecedens, vt l. ad rem mobilē. & l. ad legatū. ff. de ꝓcura. & l. illud. ff. de acqui. hæred. vt no. in c. ex ore. ſ. de his quæ fiunt a ma. pat. ca. †In gl. in ver. negligenter. in fi. no. glo. & semper allegatur, ꝙ iudicis arbitrio relinquitur, qn̄ quis dicatur negligens. de quo ꝑ Lap. & Do. in c. tibi qui. ſ. de rescri. eo. lib. & per Io. An. in c. capitulū. super glo. & ita. ſ. de rescri. Est tn̄ necessariò ante oīa probandum de scientia, vt si dicatur quis fuisse negligens, ſm glo. no. in c. statutū. ſ. eo. Qn̄ verò dicatur quis habuisse scientiā præbēdæ vel beneficij vacantis, vide in cle. j. in fi. j. de cōces. ꝑben. & ibi per glo. & per Rotā in deci. 263. quæ incipit, Itē si p.p. In rescriptis verò ad lites per quantū tp̄s inducatur negligētia, no. in c. plerunq;. ſ. de rescri. In glo. in ver. aliam. ibi, possum petere pro quo facit tex. hic ibi, qn̄ vacat. id est quandiu vacat, petere negligēter omittat. & ita sequitur hic Arch. & Io. An. ꝑ no. per Host. in c. capitulū. ſ. de rescri. vbi dicit, ꝙ si prius est prouisum secundo, obstat tunc exceptio primo impetranti, vt in d. c. tibi qui. sed si re integra reclamat, auditur, & sufficit ꝙ petat anteq̄ sit collata secundo. Et si eo agente & petente cōferaī alteri, collatio esset nulla, & non reconualesceret talis collatio per subsequentē negligentiā. ar. c. auditis. ſ. de elec. & reg. non firmatur. j. e. li. dēt enim ꝓcedere negligentia impetrantis collationē alteri faciendā, vt sic valeat. Sed Lap. in d.c. tibi qui. tenet negligentiā impetrantis ipsum excludere anteq̄ alteri fiat collatio, & ideo si primus fuit negligens de cætero illā petere non pōt: imò debetur scd̄o impetrāti, vt in d.c. tibi qui. in fi. & hic nō dēt sumi ar. a ꝯ̄rio sensu, ex quo reperiē ꝯ̄rium expssum in d.c. tibi qui. vt voluit glo. no. in c. j. ſ. de ęta. & qual. eo. li. nec ob. c. si tibi absenti. hic alle. quia loquitur in collatione, in qua hr̄ plus iuris, & est fauorabilis: secus in impetratione quæ est odiosa, vt ſ. eo. q̄uis. ſm Lap. & Io. de Lig. in d.c. tibi. Sed Imo. & Do. ibi dicunt dictū Lapi ꝓcedere qn̄ in ecclesia illa fuisset secundus impetrans: aliàs si nō erat alius impetrans procedat glo. hic, & dictū Io. An. & Arch. volentiū, ꝙ si non fuit deuentū ad collationē, possit ipse impetrans ꝑbendā petere & obtinere, licèt fuerit in notabili negligentia, & nō expirat officiū executoris ante collationē alteri factam, quasi velit iste tex. ꝙ nunq̄ dicatur quis esse in notabili negligentia, nisi post colla. alteri factam: intelligendo qn̄ in ecclesia non esset alius secundo impetrans. & vide glo. in ver. negligentiā. in fi. & per gl. in ver. intra mensem. in cle. j. de cōces. ꝑben. Sed aduerte, quia verū vr̄, ꝙ ordinarius possit eidem volūtariè cōferre si velit, si nō sit ibi secundus impetrans, tn̄ qn̄ fuit in negligentia vr̄, ꝙ eam ab executore petere nō possit, nec ab ordinario, vt sic ex debito teneaī cōferre vigore ipsius grē q̄ est extincta per negligentiā, vt ꝓbat tex. hic, qui loquiē de negligentia qn̄ vacat ꝑbēda, & tp̄e quo vacat, nec requirit tex. ꝙ negligentia ꝓficiatur per collationē, imò per negligentiā extinguiē gratia, nō per ipsam collationē, vt patet ex tex. ibi, cū facta &c. ꝓterea tex. hic ibi, nec tu, esset superfluus, cū tunc per ipsam collationē extinguatur grā, qd̄ tex. hic non dicit, & qa tex. hic frustra q̄reret, an ipse executor posset eā cōferre si ea fuisset collata. Sed dic, ꝙ tex. loquiē de scd̄a, an possit ꝓuidere de secunda, qa ꝓ̄supponit primā fuisse collatā, vt patet ex tex. vide tn̄ per Lapū & Do. hic in fi. & in cle. vnica. j. de cōces. præbē. In ea. glo. in fi. Quid aūt de habente gratiā cum ptāte acceptandi bñficiū intra mēsem, an poterit post mēsem acceptare adhuc vacantē? vide no. per Rotā in deci. 328. q̄ incipit, Item ꝙ hñs. & ꝑ glo. in ver. intra mensem. in d. cle. j. de cōces. ꝑben. †In gl. in ver. extincta, in fi. qcq̄d putauerit magis æquū de iure est tenendū, ꝓut dicit ista gl. in prin. vt hodie est diffinitū hic in tex. per quē tex. dicit hic Ioā. An. tolli qd̄ no. in c. relatū. ſ. eo. tit. vt ibi per Io. An. in gl. dicit Inn. videlicet de illo primo, cuius ꝑbenda teneē per ſm, & primus execrando liē ꝯ̄tentit suo ordine hr̄e aliā uacaturā, ꝙ illa sibi debeaē, cū nulli fiat ꝑiudiciū: nā hoc est falsum, vt est tex. hic. Sed licet executor nō possit prouidere de illa præbēda, an possit facere illū recipi in canonicū? Lapus hic, ꝙ non, qa primo dēt ꝓcedere collatio ꝑbendæ, ut ſ. in tex. & qa gratia tota licet est extincta: vnde ptās executoris nō durat, cū veniat accessoriè, & nō principaliter, ut in c. si super grā. hic alleg. secus in casu §. sequentis, vbi pōt se intromittere de receptione in canonicū, lʒ nō de collatione ꝑbendæ & receptione ad eā, & ita sequitur Io. de Lig. Sed Io. de Fan. ꝯ̄, quia in hoc casus sequens nō differt ab isto, & esset ꝯtra tex. ibi, ab initio &c. quasi secus post negligentiā. Quare debet intelligi dictum Lapi de exceptione facti post collationem canonicatus, secundum Domi.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus quis esse potest sine præbenda si sit in spe. nu. 2.*

3 *Papa si mandat alicui quòd prouideat impetranti de beneficio spectante ad eius collationem, debet etiam ei prouideri de beneficio spectante ad collationem Papæ.*

Verum. No. j. ꝙ licèt quis ex negligentia ꝑdat ꝑbendā sibi debitā, nū tn̄ perdit ius canonicatus a principio acquisitū, qa negligentia in vno nocet in altero: secus si fuisset negligēs in canonicatu, ut hic colligiē, & in glo. in vers. officijs. de quo j.[a] † Scd̄o no. ꝙ pōt qs esse canonicus sine ꝑbēda, nō tn̄ sine spe, cū expectet, ut in c. relatū. ſ. e. & j. e. c. si postquàm. qd̄ intelligit Lapus, nisi fuerit in dolo, ut qa sciēter fecerit sibi ꝓuideri de ꝑbenda ad aliū spectante. arg. c. cū qui. j. eo. qa tunc rōne doli est sine spe. facit regula d'inum. j. eo. li. & ita posset limitari d.c. relatū. & d.c. si postq̄. ſm Dom. Tertio no. ꝙ si non pōt pareri in totū mādato, est parendū pro ea parte qua pōt, cū hic fuerit executū mandatū in canonicatu, & nō in præbenda. & ex hoc tenuit Lap. in sua alle. 14. circa fi. ꝙ si mandat ꝓuideri de canonicatu & ꝑbenda, cū uacauerit, licèt nō possit ꝓuideri de ꝑbenda, qa nō sit ibi numerus ꝑbendarū, debebit tn̄ prouideri de canonicatu, & hēbit portiones vnà cum alijs. Quarto no. ibi poterit præbendā aliā &c. ꝙ exclusus[b] a prosecutione sui iuris ex iure spāli, poterit ad id admitti ex iure cōi, qn̄ non est extincta res, cuius de cā cōpetit tale ius, qd̄ inducit hic Domi. ad id qd̄ tenuit Io. Cald. in sua q. ꝙ negligēs petere apostolos intra tres dies sibi assignatos, licèt sit exclusus a ꝓsecutione illi' appellationis, tn̄ poterit iterato appellare, ex quo restat aliq̄d de decē diebus datis ad appel. & facit qd̄ ptās executoris nō extendiē ad nō cōpræhensa in līis, ſm ordinē, & formā ipsius mandati, ut per Io. An. ſ. in prin. huius c.[c] Ideoq; si hñs mandatū nō exequaē onus ꝓuidendi de ꝑbenda, spectat ius ad ordinariū collatorē, an tn̄ iste ordinarius ꝯferens ꝑbendā de qua hic in defectū executorū, dicaī cōferre ut ordinarius vel delegatus? Guil. in extrauag. sedes apostolica. in gl. mag. in fi. tenet, ꝙ ut spālis delegatus siue executor Papæ, & sic ad Papā esset appellandū, cū ex collatione Papæ canonicatū obtineat, pro cuius dicto facit de rescri. līas. Sed in ꝯ̄rium facit, ſm Do. qa iste hēt iurisdictionē a lege, ergo in dubio est ordinaria, ut no. in c. cū ab ecclesiarū. ſ. de offi. ordi. & qa ubi ordinarius aliq̄d supplet in defectū delegati Papæ, illud facit ut ordinarius, ut in c. significauit. ſ. de offi. ordi. & ita est hic ſm eum. Sed certe vr̄, ꝙ ut delegatus, qa in tali ꝑbenda dēt iste cæteris anteferri, qd̄ esset si iure ordinario deberet ꝯferri. In gl. in uer. effectus, in fi. ergo hēt locū iste tex. in eo qui ꝯsecutus est canonicatū a Papa, uel a delegāte, seu executore Papæ, imò ēt in eo qui effectus est canonicus a legato de latere vigore suæ legationis sub expectatione ꝑbēdæ, dūmodo nō sit alius expectās auctoritate Papæ, ut j. c. ꝓx. ſm Lap. †In gl. in uer. negligentiā, in prin. qn̄ tn̄ illa ꝑbēda sibi debita iterū uacaret, posset tūc petere, ꝙ sibi ꝯferaē, sicut petere posset de alia ꝑbēda, ꝓut hic dr̄ in tex. ut hic per Lapū. qui tex. an hēat locū qn̄ debebaī certa & expssā ꝑbenda, & sic uacatura in specie, nō in gñe, & quid si debebaī ꝑbenda uacatura per mortē talis, an si est negligens in illa, possit postea aliā petere, dato ꝙ sit canonicus effectus? dic per Lapum, & Do. & facit quod no. in c. ei cui. in prin. per Ioan. An. j. eo. no. Specu. in titu. de probatio. §. j. uer. quid si pars agri. & in c. ueniens. el 2. ſ. de testib. In ead. glo. in fi. uoluit hic Lap. quòd si talis præbenda non sit alteri collata, quòd is ad quem spectat, poterit ex sua liberalitate conferre negligenti, sed

ADDITIONES.

a Et etiam secus, si ipsa præbenda connexa esset canonicatui, quia tunc negligētia in vno bene noceret in alio, ut in l. fi. C. de his qui a non do. manu. sunt. cū si. ibi notatis.

V.G. Adde, ꝙ negligens in vno actu non facit sibi in sequēti actu præiudiciū, ut tradit Ruy. consi. 50. nu. 10. lib. 5.

b V.G. Nota, ꝙ exclusus ab actione, intelligitur etiam exclusus ab exceptione. Ruy. consi. 33. nu. 5. lib. 5.

c Pro quo vide quod hic notat Domi. & quod no. in c. pen. de offic. deleg.

ſed de neceſſitate non teneť de illa neglecta ꝓuidere, ſed de alia, vt hic plene per eum. & in cle. vnica. de cõceſ. pbẽ. pro cuius dicto facit finis huius c. vbi decretũ apponiť ſuper alia, nõ ſuper neglecta, ſm Do. Sed certe ẽt de neceſſitate teneť ꝓuidere ipſe executor de illa neglecta, ex quo alteri collata nõ fuit, & ita vult finis iſtius gl. & Io. An. ſ. in prin. dummõ nõ ſit alina expectans auctoritate apoſtolica, vt dictũ fuit. & facit gl. j. j. ꝓx.

3 † In glo. in ver. ſpectat, in fi. no. ex glo. ꝙ in mandato Papæ ad collationẽ alterius includiť ẽt illud qđ ſpectat ad eius collationẽ de iure ſpãli, ſm Do. de quo ſ. eo. c. quãuis. & plene in cle. ſi de beneficio. j. eo. In glo. fi. in prin. remaneret tñ ſibi ius ſaluũ in tertia pbenda vacante, ẽt cum effectu decreti, ſm Archi. & Io. An. Et aduerte, ꝙ aliqñ mandať prouideri de pbenda, & poſtea de canonicatu, tunc propter negligentiã in pbenda perdiť non ſolũ gratia in pbenda, ſed ẽt in canonicatu, vt hic in prin. Aliqñ mandať prouideri de certo canonicatu, & poſtea de pbenda, tunc per negligentiã in canonicatu expirat gratia, puta ſecundus cõſequitur talẽ canonicatũ, eo ſciente & patiẽte, qđ ſecus ſi manderť ꝓuideri de canonicatu incerto, qa negligentia non pꝛiudicat, nec ſecũdus eidem pręferretur, licèt in canonicũ prius recipiatur. facit c. eum cui. ſ. eo. nec ob. tex. hic, & in c. tibi qui. nam non loquitur de canonicatu, ſed de pbenda. Si verò mandetur prouideri de canonicatu incerto, & poſtca de pbenda, tunc ſi ille pro quo ſcribitur non fuit negligens in canonicatu, ut quia per tale mandatũ fuit receptus, ſed fuit negligens in pbenda. & hẽt locũ tex. hic, in §. verũ. aut fuit negligentia in ipſo canonicatu, non aũt in pbenda, ut quia nõ vacabat, & tunc negligentia non pꝛiudicat, vt ſ. aut fuit negligens in canonicatu, & pbenda, ut quia tunc uacabat pbenda, & ſibi pꝛiudicat in canonicatu, & pbenda, cum nec illam, nec aliã poſſit hr̃e. ad hoc j. q. j. ſunt quidam. quod ꝓcedit qñ cũ illo ꝯcurrit ſecundus impetrans, ut d. c. tibi qui. ſm Lapũ, qui hoc vr̃ hic uelle. de quo hic plene per Do. In ea. glo. in fi. uide gl. ſ. in uer. dũmodo, licèt alijs uerbis utatur, de quibus hic per Domi.

S V M M A R I V M.

1. *Approbati a maiori parte ſunt præferendi approbatis ab inferiore, licèt recepti ab inferiore præcedant tempore.*
2. *Legatus Papæ poteſt compellere canonicos, ut recipiant illum pro quo præbendam reſeruat in canonicum, etiam antequàm præbenda vacet.*
3. *Impetrans a Papa eſt potior in iure omnibus alijs, licèt ſit tempore poſterior.*
4. *Receptus auctoritate legati qui ad hoc habet ſpeciale mandatum, videtur receptus auctoritate Papæ delegantis.*
5. *Legatus ſi facit aliquem recipi vt legatus, an videatur receptus auctoritate apoſtolica.*

C A P. XII.

SI qui. Receptus auctoritate Papę, ẽt ad mandatum alterius, pꝛeferendus eſt alijs in pbenda. u. d. uel ſic. Receptus auctoritate Papę pręferť in pbenda poſtea uacante oĩbus receptis auctoritate inferiorũ. h. d. Et primo diffinit de pręrogatiua receptorũ, ſecundo de ipſorũ qualitate. ibi, eũ quoque. † No. j. receptos uel approbatos a maiori ſeu digniori debere pręferri omnibus receptis, & approbatis ab inferiore, dato ꝙ ab inferiore recepti tpe pręcederent, quod inducit hic Io. An. ad milites, [a] ſeu doctores ſi quęratur de eorũ pręrogatiua, de quo uide in c. ſtatuimus. & c. per tuas. ſ. de maio. & obe. † Secundo no. ibi, legatorũ. legatum Papæ poſſe compellere canonicos, ut recipiant illum in canonicũ, pro quo prębendã reſeruauit, ẽt anteq̃ prębẽda vacet. ſm Do. Aduerte tñ, quia licèt hic probetur, ꝙ auctoritate legati poſſit canonicus recipi anteq̃ præbenda vacet, non tñ probatur, quòd canonici poſſint ad hoc cõpelli: poſſunt. n. ſi volunt, ſed an inuiti cogantur, uide no. in c. ſi eum. ſ. eo. titu. Tertio no. ibi, receptis antea. ꝙ anteq̃ pbenda vacet, poſſunt recipi canonici vltra numerũ, non ſolũ auto. Papæ, ſed aliorũ, de quo in d. c. ſi eum. ſed an habeant tunc uocẽ in capitulo, & diſtributiones? Arch. hic, ꝙ ſic, de quo per Io. An. in c. eum M. ſ. de conſti. in glo. hic ponit. & in c. tranſmiſſam. ſ. de elec. In gl. j. in prin. & per Spe. in titu. 2. §. nunc tractemus. ver. de illo.

3 † In glo. 2. in prin. patet ergo, ꝙ habens gratiam a Papa, licèt in tempore ſit ſuperior, tñ in iure eſt potior omnibus habẽtibus gratiam ab inferiore, licèt prioribus in tpe, quod ꝓcedit in iure ad rem ut hic: ſecus eſt de iure in re, ut j. e. ti. ſi a ſede. nam ſi appareret de prioritate pꝛeferretur prior in tpe habẽs ius in re, dato ꝙ haberet gratiam ab inferiore, ut ibi. & per glo. in c. 1. in fi. ſ. de offi. lega. eo. lib. Et uide hic per Archi. & Io. An. rationem quare habens cauſam a Papa in terminis huius c. præferatur omnibus prioribus in tpe, & dicunt quod ideo eſt, qa dare ius ad uacaturam eſt prohibitum. ſ. de conceſ. præben. c. 2. cui conſilio per legatũ vel capitulum non poteſt pręiudicari. ſ. eo. titu. dilecto. ſolus ergo Papa qui conſilijs non ligatur. ſ. de ele. ſignificaſti. poteſt dare ius ad uacaturã, ut in c. a. ſ. eod. Dat autẽ hoc ius cum uacabit non obſtante numero. Et ſi dicatur, ꝙ ẽt legatus dare poteſt ius ad uacaturã, eũ poſſit reſeruare beneficia uacatura, quæ reſeruatio adeo afficit, ꝙ non ualeret poſtea collatio alteri facta, ut in c. 3. & 4. ſ. de offi. le. eo. lib. nam legatus hoc facit ex conſtitutione papali, & fortius afficit & plus durat reſeruatio Papæ q̃ legati, quia licèt reſeruatio legati afficiat ordinariũ, non tñ ualet ꝯ Papã uel habentẽ cauſam ab ipſo, ẽt poſt, ut hic in prin. tex. quaſi Papa legatos non priuilegiauerit ꝯ ſe. ſ. de cenſi. cum inſtantia, de quo hic per Arch. & Ioã. An. ut hic plene per eos. quæ dicta tene menti. Ad c. ſi a ſede. j. eo. uide j.

4 † In glo. fi. in prin. no. ex glo. ꝙ receptus auctoritate legati habentis in hoc a Papa ſpãle mandatũ, vr̃ receptus potius auctoritate Papę delegantis, & ſic apoſtolica, q̃ auctoritate legati, quod procedit qñ cõſtat, ꝙ ut delegatus Papæ mandauerit, hoc expſſo. Sed in dubio qua auctoritate pꝛeſumatur mãdaſſe? Io. de Lig. hic tenet ꝙ ut legatus. per no. in c. mandatũ. ſ. de reſcrip. & per glo. in uer. teſtari. in l. pro hærede. ff. de acqui. hæred. & in l. j. ff. de iudi. & ita vr̃ velle Pe. de Anch. & facit quod no. per Ioan. An. in c. ſi poſtq̃. ſ. de elec. eo. lib. ſm Do. dicentẽ prædicta procedere, quando uirtute legantis tale quid fieri poterat, alias uidetur factum, ut a delegato Papę, ut probatur in c. niſi. ſ. eo. titu. in c. cum aliquibus. ſ. de reſcri. eo. li. & ibi uide plene de hoc. Quando uerò legatus mandaſſet aliquẽ in canonicũ recipi auctoritate qua põt. dic ꝙ ſi in mãdato narret ſe legatum, & vr̃ auctoritate legati mandare, vt ſ. Sed ſi narraret ſe legatum, & delegatum ſimul, & dicit auctoritate qua poteſt, tunc in his quæ facere non poſſet, vt legatus, iudicatur facere vt delegatus, vt ſic res potius valeat q̃ pereat, vt in c. abbate. ſ. de verbo. ſigni. imò etiam ſi ſolum narret ſe legatũ, adijciendo tñ illa verba, quòd faciat auctoritate qua põt, ſemper videť facere vt delegatus, qñ alias illud facere non poſſet vt legatus, vt tenet hic Io. de Lig. & Io. de Fan. & facit quod voluit Imo. in c. cũ ex officij. ſ. de pręſcri. & Spe. in tit. 2. §. ſequitur. ver. quid ſi eps̃. & Io. And. in c. ꝙ clericis. ſ. de fo. compe. in j. gl. & in d. c. ſi poſtquã. & ꝑ Lapũ in c. q̃uis. ſ. e. Si verò mandat aliqd quod põt virtute legationis, & adijciat, auctoritate qua põt, & tũc vr̃ vt legatus, & non vt delegatus facere, ſicut qñ ſimpliciter mãdaret, vt ſ. ſm Io. de Li. & Do. Sed Ioã. An. ꝯ, in d. c. ſi poſtq̃. & Lapus in d. c. cũ aliquibus, vt in dubio, ex quo põt videat facere potius vt delegatus, & ſic auctoritate apoſtolica, pro quo glo. hic iuncto tex. & c. ſi a ſede. ſ. eo. quia acceptando mandatũ videtur eius vigore facere, vt d. c. cum aliquibus. & in clem. 1. de procura. ſecus tñ eſſet ſi mandatum non acceptaſſet. In ea. gl. ibi, ſed ꝯtrium eſt verum. no. ex glo. 1. ꝙ in receptis auctoritate apoſtolica pręfertur qui eſt prior in tpe. ſic ſ. eo. c. ſi eũ. & c. is cui.

5 † Secundo no. ꝙ ſi legatus facit aliquem recipi vt legatus, tunc non dicitur receptus auctoritate apoſtolica, ideo eſt ꝙ receptus auctoritate apoſtolica, dato ꝙ ſit poſterior in tpe præferť tali recepto auctoritate legati, vt hic in tex. Tertio no. ꝙ ſi legatus facit aliquẽ recipi, vt legatus, tũc receptus vt a delegato Papæ eſſet potior. ſ. de offi. le. ſtuduiſti. ſm Io. An. ẽt ſi ipſe legatus faceret, & non ſolũ in præbenda poſtea vacãte, ut hic in tex. ſed etiam quod fieret collatio, vt voluit Ioan. Cal. in conſil. 8. huius ti. dicens, quòd ſi legatus [b] auctoritate apoſtolica poſſet conferre etiam beneficia, & ipſe auctoritate legationis reſeruauit vnum beneficium pro Titio, & poſtea illo vacante illud contulit Petro auctoritate apoſtolica, & nihilominus Titius fecit illud ſibi cõferri per ſuũ executorẽ, ꝙ tunc pꝛeualet collatio facta Petro, nõ obſtante reſeruatione & collatione facta Titio virtute legationis. & de hoc dicit eẽ caſum hic in primo & ſcđo rñſo ſimul iunctis, qa ſi ſola receptio facta per legatũ auctoritate Papę facit ipſũ pꝛeferri receptis antea auctoritate legati in præbenda poſtca vacante, multò fortius hoc operabiť collatio,

ADDITIONES.

a Cel. Ad milites. Adde de hoc pleniſſime per Lud. Ro. in l. ſi uerò. §. de viro. in 39. fallen. ff. ſolu. mat. & Alex. in l. de albo ſcriben. & Fel. in rub. de maio. & ob. nu. 5. col. 2. verſi. miles imperialis præcedit ducalem.

V. G. Adde, ꝙ doctor dicitur nobilis. Soc. in conſi. 39. perſpectis. nume. 27. li. 2. & ꝙ doctoratus ſit dignitas, uide Hypo. de Marſ. in repeti. l. eiclum. nu. 5. de quęſt. An autem doctor præferatur militi, Fely. in rub. de maio. & obed. & in c. quanto. ad fin. col. 3. ibi 3. concluſio. de magiſt.

b V. G. Legatus Papæ quando poſſit facere conſtitutiones in prouincia ſua, & interpretari eas. Cor. conſi. 221. uidetur litera c. lib. 3.

sula proprij motus, debet fieri larga interpretatio, vt d.c. si plu ribus. sequitur, q includantur dignitates & beneficia curata, vt dicit glo. hic. de quo dicetur in d.c. si motu proprio. in fi. In ea. glo. ibi, super clericis. vbi Io. And. idem videtur velle, & Archi. hic, quia hic excipiuntur beneficia curata, vnde non intelligit de ordinibus. In ead. glo. in fi. idem sequitur Io. And. & Imo. in d.c. fi. eo. tit. Quando tamen ex statuto vel alia constitutione requireretur, q tempore collationis vel impetrationis esset quis in tali ordine, tunc inspicitur tempus datæ, & postea promoueri non posset secundum Lap. & Domi. de quo in d. c. si clericus, & in d.c. ei cui. Extra gl. vide per do. Flor. in d.c. fi. Quid si in literis dicatur, q cum in tali diœcesi sint nonnulli plebanatus ecclesiarum collegiatarum & curatarum, q de vno debeat prouideri impetranti, an poterit prouideri de plebanatu curato. & dicit se consuluisse, q non, quia cum tunc debeat fieri stricta interpretatio, vt d.c. quamuis, & verba rescripti debeant comprehendere solum illud beneficium quod non comprehendunt, vt j. eod. non potest. Sed dicto casu non infertur necessariò de cura, vt in d. cle. j. quod etiam patet, quia potest contingere, q in ecclesia collegiata, & curata sit dignitas principalis, non curata, forte ex priuilegio vel præscriptione, & alia forte posset esse dignitas in ecclesia quæ haberet curã, facit quod no. Inn. in c. de multa. ē. eod. de archidiaconatu Parmensi, vnde in casu prædicto non fuit dictum q esset Plebanatus curatus & collegiatus, sed ecclesiæ collegiatæ, & curatæ, quod sonat in idem ac si dixisset, in ecclesia collegiata, & curata, idem Imo. ibi dicit, q eius dictum non est sine dubio, & tutius est, q ad opi. vitandas
a fiat specifica declaratio, secundum eum [a] ibi.

ADDITIO.

a Ad opinio. Imo. facit dictum Ioã. And. infra de re. iur. in regu. in obscuris, & in reg. inspicimus. cum ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Scribimus, hoc verbum potest verificari in eo quod nondum est scriptum.*
2 *Papa si mandat alicui prouideri de dignitate, & modus prouisionis non exprimatur, an poterit prouideri de dignitate electiua.*
3 *Papa non præsumitur velle grauare vniuersitatem quæ vtitur iure communi.*
4 *Electio pertinet ad collegium, præsentatio ad patronum.*
5 *Collatio est quædam iuris translatio habens vim electionis, & confirmationis.*
6 *Prouisio est idem quod collatio.*
7 *Dispositio est verbum generale, & idem significat quod ordinatio.*

Illis. In beneficiorum prouisionibus non includitur electiuus, si alij modi prouidendi exprimantur. hoc dicit, secundum intellectum quem sequitur hic Domi. & communiter ibi. vel sic secundum alium intellectum. In prouisionib. beneficiorum non includitur electiuus, nisi de eo specialis men-
a tio fiat, [a] hoc dicit. †In tex. ibi, scribimus. no. quod verbum, scri
1 bimus, potest verificari in eo quod nondum est actualiter scriptum, sed in potentia scribendi, quod inducit hic Do. ad vnũ dubium, quod semel habuit de facto, quia Papa cõcesserat vni gratiam dicendo, tibi qui scribis in registro nostro &c. & ipse nondum scripserat, quia casus scribẽdi nõ occurrerat, sed erat deputatus ad hoc per habentem potestatem, nam licet Papa dixerit, qui scribis, debet intelligi quò ad habitum scribendi, quia est aptus scribere, licèt actualiter non scripserit, & ita ponitur hic, vbi Papa dixit, scribimus, & tamen non comprehenditur illud quod nondum est scriptum, secundum Do. In tex. ibi, etiam. no. de hac dictione quæ ampliat, vt hic apparet. facit c. quoniam. ē. de vita, & ho. & j. eod. cum singula, communiter verò ponitur adiunctiuè, vt l. j. C. qui admi. secundum Archi. & Io. And. In tex. ibi, præsentationem. no. ar. quòd prouideri pos-
2 set de prælaturis per uiam præsentationis. †Vltimò tene menti quod est dictũ in summario. Et pro declaratione istius tex. quæritur primò. Quid si in literis mandatur prouideri de dignitate & non exprimatur aliquis modus prouisionis, an poterit tunc prouideri de dignitate cui prouidetur per electionem. glos. in ver. quamuis. in d. clem. j. tenet, q sic, quia iste tex. habet locum quando exprimitur aliquis modus prouisionis, vt sic vno expresso non ueniat alter non expressus, secus si non exprimatur aliquis modus prouisionis, quia tunc omnis modus includi-
b tur, [b] unde si mandetur prouideri de dignitate includitur dignitas quomodocunque prouideatur, etiam super electionẽ, vel aliter, & ita sequitur hic Ioan. And. per illam glo. idem etiã tenet hic Pau. dicens, quòd licet tutius sit, quod omnes modi exprimantur in rescripto, tamẽ si unus modus exprimitur, nõ ueniret alter, sed si nullus exprimeretur omnes modi prouisionis includerentur, secundum eum. Sed Lap. videtur hic tenere contrarium, dicens idem tenere Ioan. Mon. in reg. in generali. j. eod. lib. q si mandatur prouideri de dignitate etiam curata, non veniret dignitas electiua, sed Domi. hic sequitur opi. glo. in d clem. j. ita etiam tenet Rota in decisio. 196. quæ incipit, Item quòd habens. Imo. in d. clem. j. & domi. Flo. ibi, in 5. o. facit quod no. in c. susceptum. ē. de rescrip. eo. lib. q quãdo nullus modus uacationis exprimitur, includitur omnis modus, licet vno expresso alius non veniat, vt ibi, & voluit glo. in ver. uacationibus. in c. cupientes. in prin. ē. de electio. eod. lib. & pro hac parte facit tex. j. c. proxi. cogita, quia cum in literis ad beneficia debeat fieri stricta interpretatio, vt d.c. fi. & c. quamuis. ē. eo. videtur q proprius intellectus istius tex. & in d. clem. j. sit q nunquam veniat beneficium electiuum, nisi de electione fiat specialis mentio, sicut alias dicitur in prin. istius c. quod nunquam veniat ecclesia curata, nisi fiat expressio, & tamen eodem modo posset dici, vt illud procedat, quando exprimerentur diuersæ qualitates ecclesiarum, ut de personalibus, vel dignitatibus, vt sic vna expressa nõ veniat altera, & sic curata, secus si nulla qualitas exprimatur, quod esset absurdum. Secundò quæritur pro declaratione istius decre. quid si mandetur alicui de beneficio prouideri secundum formam istius tex. an poterit, prouideri de beneficio cui prouidetur per uiã electionis, si hoc non sit expressum. tex. hic, facit q sic, ex quo enim expressit de personalibus, & dignitatibus, & non dixit de beneficijs, sequitur q beneficia quæ non sunt dignitates, vel personatus, non prohibeantur hic in tex. licet prouideatur de eis per electionem & confirmationem, facit etiam tex. j. §. proxi. loquens de beneficiis, & non repetit de electione, quare dicit Ioan. Andr. quòd vellet super hoc doceri, dicens tamen quòd non ueniant bene
c ficia electiua, [c] & ita uoluit glo. in uer. de dignitate. clem. 1. nec ob. tex. hic, quia narratur factum, sed Gas. in consi. 12. huius tit. tenuit istam partem, quam secundum eum sequitur Guil. in d. clem. 1. sed postea ipse dicit se consuluisse bis contrarium, quia iste tex. habet tantum locum in illis electionibus, in quib. habet locum ca. quia propter. ē. de elect. cum hic solum loquatur in dignitatibus & personatibus in quibus communiter prouidetur per uiam electionis, ut no. in d.c. statutum. per Ioan. An. & facit pro hac parte stilus curiæ, qui quando scribatur de modo electiuo, non dicit, ad quod, vel, ad quem, sed, ad quam, vel, ad quas, dans intelligere q huiusmodi expressio sit necessaria in dignitatibus, & non in alijs inferioribus beneficiis, & dicit q ista opi. placuit Archi. j. eo. c. cum de non, & ē. de rescr. si eo tpe, & hoc maxime dixit procedere, quando gratia concernit principalem prælaturam, ad quam etiam quis per electionem assumitur, & ita dicit esse de mente Zen. in d. clem. 1. sed Domi. hic sequitur opi. glo. & Ioan. And. non ob. prima ratio, quia nimis restringeret istum tex. restringendo ad c. quia propter. Et stilus curiæ licet sic exprimat, quando scribit de dignitatibus, vt sic denotat, q minora beneficia non ueniant, non tamen per hoc concludit, q ueniant inferiora beneficia electiua per expressionem alicuius ex modis prouisionis, cuius contrarium uult iste tex. secundum Domi. dicentem hoc magis probari per rationem §. j. proxi. quæ est, q in talibus gratiis expressio vnius modi prouidendi non se extendat ad alterum, nec facit differẽtiã qualia sint beneficia, vnde cum ista mandata & literæ ad beneficia sint ambitiosa & restringenda, expressio vnius modi denegat inclusionẽ alterius, vt hic patet, & facit d.c. subscriptione. Et hanc partem sequitur do. Flo. in d. clem. 1. in 1. q. Tu aduerte, quia sine dubio hoc procederet, quando exprimeretur aliquis modus prouidendi. Sed si simpliciter mandatur prouideri de beneficio. non expresso aliquo modo prouisionis, tunc posset dubitari an veniat simplex beneficium electiuum. & videtur q non, per rationem istius tex. et facit etiam pro hac parte tex. in c. si. ē. eod. tit. Sed in cõtrarium facit determinatio præcedentis q. quia si quando mãdatur prouideri de dignitate nullo modo prouidendi expresso, venit dignitas electiua, et ita et eadem

ADDITIONES.

a Facit quod dicitur in c. licet, & c. quamuis. supra eod lib & ti. & infra de sen. excom. quia periculosum, vbi dicitur, quòd ea quæ sunt specialiter notanda, nisi specialiter notentur, exclusa intelliguntur.
b Pro quo vide c. verum. de condi. appo. in prima gl circa fi. vbi dicitur, quòd si modus non seruetur in contractu, non obest, nisi in ipso contractu caueatur, vt non ualeat, nisi modus seruetur.
V. G. Nota, q quando verba illa non sunt satis clara, quia intelliguntur facta sub modo, non sub conditione, secundum Bar. in l. cum nota. colum. 1. C de transl. Albe. in consi. 4. casus iste. nu. 34.
c Imo dicit ibi Io. And. q sic, allegatque cle 1. de relig. domibus.
V. G. Quando dicatur beneficium electiuum, vel collectiuum, vt: s. 18. Fely. in c in nostra. col. 13. de rescrip.

eadem ratione si mādatur prouideri de beneficio, nō expresso aliquo modo prouisionis, includatur tunc simplex electiuum, & ita tenet Rota in decis. 196. †In gl. in ver. electionem, in prin. rationem assignat Io. Mon. in d. reg. in generali, nam ideo electio non includitur, quia non est verisimile, quòd Papa voluerit grauare vniuersitatem quę vtitur iure communi, vel saltem plus accedit ad ius commune. Quod ius non dat electionem in ecclesia collegiata vni personę etiam Episcopo, vt in c. cum ecclesia. s. de elect. Item quia hoc verbum, quorumcunque, in materia odiosa, vt est ista, non comprehendit vniuersitatem, vnde impetrans contra Titium & quosdam alios non posset conuenire vniuersitatem, vt s. eod. lib. de rescri. c. 2. vbi de hoc, & per Ioan. Andr. hoc tenentem tantum in casu istius §. secus esset dicendum in collatione spectante ad vniuersitatem vel collegium, si fiat expressio de spectanob. ad collationem quorumcunque, quia illorum beneficia venirent si ad collationē collegij vel vniuersitatis spectarent, licet secus, quando ex electione, & ratio differentię est, quia actus hic expressi in tex. regulariter spectant ad singulos, sed electio ad corpus quod grauare Papa non intendit, secundum Ioā. de Lig. & quia melius pręsumitur prouideri per plures quam per vnum, secundū Io. de Fan. sed istę rationes non bene cōcludunt, quia sequeretur ꝙ non deberet includi collatio spectans ad corpus collegij, & tamen hoc non est verum, vt s. per Ioan. Andr. Et ideo concludit do. Flo. in d. clem. j. in 2. q. ꝙ si dignitati prouidetur per uiam collationis, & non per electionem quantumcunque ipsa dignitas sit collegiata, comprehendetur talis dignitas, quando in literis mandatur prouideri ad collationem, secus si prouiderēt per uiam electionis, vt s. tunc autem dicitur prouideri per electionem, quando electio debet per superiorem confirmari, ut voluit glo. sing. in clem. quia contingit. de relig. dom. in §. vt autem. in ver. electionem, & ita dicit domi. Flo. in d. clem. j. in 4. q. & in d. §. vt aūt. in 4. no. & in talibus beneficijs electiuis habet locum tex. hic, vnde si electio canonicatus confirmatur, dicetur beneficium electiuum, secus si electio non confirmatur, quia in talibus non requirentibus confirmationem, licet fiat electio, non habet locum tex. hic, nec etiam in d. clemē. j. quod sing. tene menti. Sed vera ratio est illa quæ hic in tex. exprimitur, quia uno modo expresso non uenit alter secundum Dom. hęc tamen ratio non tollit dubium istius §. an sub verbo, dispositionis, prouisionis, vel collationis includeretur electio, vnde vera ratio est illa quæ assignatur hic in gl. quia ista inter se differunt, vnde uno expresso non venit alter. †In ead. glo. in fi. differunt ergo isti modi prouidendi inter se, nam electio pertinet ad collegium, vt s. & no. in c. j. s. de elect. Pręsentatio pertinet ad patronum, qui etiam si sit ecclesiasticus conferre nō potest, sed tantum pręsentare. s. de iure patro. [a] ca. fi. Nec consequitur electus ex electione, & pręsentatus ex præsentatione totale ius, quia requiritur confirmatio, & institutio per alium, ut no. s. de elect. auaritiæ. & j. de insti. c. j. Licet tamen Papa scriberet ad pręsentationem quorumcunque non includeret patronos laicos, & sic non posset prouidere de beneficio spectante ad laicos patronos, secundum Hostien. in c. cum dilectus. s. de iure patro. & tenet hic Lap. & Domi. & vide quod dictum fuit s. eod. c. 2. & ibi per glo. & quod est dictum in c. 3. eod. titu. & lib. & j. §. proxi. †Collatio verò est quędam iuris translatio, & hēt vim electionis, & confirmationis, vt no. in c. j. s. de elec. eo. lib. in 3. glo. & in c. vt circa. in glo. 2. Nam electio tribuit ius ad rē, vt per glo. in ver. collatio. in clem. j. vt li. pend. sed collatio tribuit ius in re, secundum Inno. in cap. constitutis. el 2. de appel. †Prouisio verò idem est quod collatio, cum ista sint synonima, vt in c. dudum. in prin. s eod. & j. eod. cui de non, secundum Io. And. Largo tamen sumpto vocabulo prouisio compręhendit omnem modum per quem ecclesiæ prouidetur, secundum gl. no. in ver. prouisioni, in clem. fi. de elec. secundum Do. [b] †Dispositio verò est uerbum generale, vt s. eod. c. 2. tamen videtur sonare id quod ordinatio, vt s. de testa. cum tibi, & ordinatio sumitur pro institutione, ut per glo. in c. post electionem. s. de cō cel. preben. & ita sumitur hic, secundum Ioan. And. & dicit hic Pau. ꝙ dispositio poterit compręhendere prouisionem, quę fit ex iure deuoluto, vt in c. si postquam. s. de elect. eod. lib. & hēt vim electionis, & confirmationis, ut no. Innocen. in c. constitutus. s. de appel. secundum Domi, dicentem quòd verbū, dispositio, [c] est uerbum generale aptum comprehendere omnem modum per quem prouidetur beneficijs, sicut verbum, prouisio, & si profertur in materia larga comprehēderet quemlibet modum, nisi esset talis casus cui non posset adaptari, nisi modus collationis, quia tunc illum solum comprehendit, ut per glo. in ver. dispositionem. in clemen. quia regulares. de sup. negli. pręla. Sed si materia est stricta & ambitiosa, tunc non comprehendit nisi institutionem, vt dicit hic Ioan. And. & sic licèt verbum, prouisio, & dispositio, late sumpto vocabulo includat etiam electionem, vt s. & per glo. in d. clem. fi. tamen in materia istius §. ambitiosa, & restringenda non includit, ut uult glo. hic, & facit tex. in clem. j. j. eod. secundum Domi. nec includit præsentationem, nisi subiecta materia aliud suadeat, ut no. per Rotam in decisio. 446. quæ incip. Item fuit dubitatum vtrum habens. Institutio vero differt a collatione, quia instituitur electus, vel pręsentatus per alium. j. de institu. cap. j. aliter tamen sumitur j. de conces. pręb. ne captandę. circa fi. & inde qđ no. s. de insti. in c. autoritatis, & in summa Hosti. eo. tit. §. quid est, de quo etiam. j. §. proximo.

ADDITIONES.

a Adde quod no. supra de iu. patr. ꝙ autem, & c. illud, & c. seculum.
V G. Hinc est, ꝙ si patronus dicat, præsento illum ad ecclesiam, concedendo ei patronatum, non per hoc facit eum patronum, sed dat tantummodo ius petendæ institutionis. Felyn. in capit. cum venerabilis. colum. 1. versiculo, ad idem. de except.

b De hoc clare habetur in c. cum inter canonicos. supra de elect & infra eo. tit. lib. 6. & in c. 1. in tertio respon.

c V G. Nota, ꝙ dispositio facilius recipit interpretationem restrictiuam, quam conditio. Ruy. consi. 110. nu. 13. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Literæ beneficiales vnum modum prouidendi continentes, non includunt alios.*

2 *Modus vnus prouidendi si exprimatur, sequente clausula generali vel quocunque modo, an veniant alij modi, quam expressi in literis.*

3 *Papa si mandat prouideri alicui de beneficio quod spectat ad institutionem Episcopi, an ueniat beneficium quod pertinet ad collationem Episcopi ad præsentationem alterius.*

4 *Papa si mandat alicui prouideri de beneficio spectante ad electionem vel præsentationem alicuius, an prouideri poterit de beneficio spectante ad ipsius electionem, vel præsentationem, sed ad institutionem vel alterius confirmationem.*

1 **Cum autem.** †Literę beneficiales vnum modū prouidendi continentes, alios non includunt, hoc dicit. Nota & ita allega. ꝙ vbi in literis ad beneficia, vnus modus prouidendi exprimitur, alii modi videnē exclusi, & sic omne quod non est expressum in rescripto, videtur exclusum, facit c. si suspectum. s. de rescrip. eod. lib. & quod ibi no. per Ioan. Andr. [a] quod procedit etiam si illud non est, quod expressum sit minus, cum in literis ad beneficia non procedat arg. de maiori ad minus, & sic non sequitur quod est plus, ergo & minus, & sic modus prouidendi quod est minus. argu. vt patet. j. eod. c. cui de non, secundum Ioan. And. †Quid autem si exprimitur vnus modus prouidendi, & postea apponatur clausula generalis, vel alio quocunque modo, &c. an veniant tunc alij modi quam expressi in literis. Pau. hic tenet ꝙ sic, & refert hic Gu[illegible]dem tenuisse in clemē. quia regulares. s. de sup. negli. pręla. arg. c. qui ad agendum. s. de procu. eo. lib. quod intelligit hic Domi. quando in literis exprimitur modus collatiuus, adiecta postea d. clausula generali. si tamen diceretur ad electionē, pręsentationem, vel alium quemcunque modum, non includeretur collatio, cum clausula generalis non includat maiora vel grauiora expressis, ut in clementi. non potest. j. de procu. & in c. sedes. s. de rescrip. & ita tenet do. Flo. in d. clemen. 1. in 2. oppo. sed collatio est maior electione vel pręsentatione, cum includat electionem & confirmationem, ut per glo. & Docto. in c. j. s. de elect. eod. lib. ergo non videtur, quod dicta clausula tūc includat modum collatiuum in hac materia stricte intelligenda, vt hic in tex. & vide quod in simili no. de dicta clausula, vel alio quouis modo, in c. susceptum. s. de rescrip. eod. lib. In glos. in ver. noscatur. in fi. patet ergo esse differentiam inter institutionem & collationem, de quo hic plene per Archi. & in c. 1. j. de institutioni. †Quid autem si Papa mandat prouideri de bn̄ficio spectante ad institutionem Episcopi, an poterit executor prouidere de beneficio in quo Episcopus instituit tantum ad pręsentationem vel electionem alterius. Hic per Ioan. An. concluditur, quod si patronus sit laicus, uel clericus ratione patrimonii, tunc sine dubio beneficium spectans ad eorum pręsentationē non includetur, nec posset de eo prouideri, per no. in c. cum dilectus. s. de iure patro. vbi licet Papa scriberet de beneficio spectante ad pręsentationem quorumcunque, tamen nō includeret patronos laicos, & sic non posset prouidere de beneficio

ADDITIO.

a Hoc tamen intelligas in materia stricta, ut supra eod. lib. & eo. tit. quamuis & ff. de liberis & posth. l. commodissime, & idem hic per Do.

neficio spectante ad laicos patronos, secundum Hostien. ibi, & tenet Lap. s. §. proxi. & facit quod habetur s. eo. tit. c. 2. & ibi per gl. & ita sequitur hic Io. de Lig. Si verò ius patronatus spectat ad ecclesiam, tunc Ioan. And. arguit pro, & contra, & dicit ꝙ hoc egeret declaratione. super quo concludit hic Io. de Lig. ꝙ executor possit de illo beneficio prouidere, quia actus cōfirmationis vel institutionis de necessitate præsupponit actum electionis & præsentationis. vnde propter connexitatem videtur velle Papa grauare eligentem vel præsentantem. Nec ob. iste tex. disponens, ꝙ si mandetur prouideri de spectante ad institutionem vnius, prouideri non posset de pertinente ad præsentationem ipsius, quia verum est, quādo ad vnam personam isti actus referuntur, quo casu vnus actus in alium non implicat, sed in diuersis personis vnus actus bene implicat in alium, & idem sequitur Inno. & Domi. dicens, ꝙ cum pars institutionis de per se esse non possit, nisi procedat electio vel confirmatio, ergo totum videtur voluisse includere. arg. de pœ. dist. j. vulgaris, & facit l. illud. ff. de acq. her. vt sic volens consequens
a videatur velle antecedens, sine quo stare non potest.[a] † Quid
4 autem sit in terminis econtra, si Papa mandat prouideri de beneficio spectante ad electionem vel præsentationem alicuius, an poterit prouideri de beneficio spectante ad ipsius electionem vel præsentationem, sed ad alterius confirmationem vel institutionem. Io. And. hic tenet, ꝙ sic, quia arctat tunc ius confirmantis vel instituentis, cum cōfirmatio & institutio sint accessoria ad electionem & pręsentationem, vnde sequitur naturam principalis, vt in reg. accessorium. j. eo. lib. Et vide hic per Domi. referentem Guil. in extrauag. sedes, Io. 22. in ver. ordinarium. dicentem, ꝙ si scribatur de beneficio spectante ad ordinationem talis, cum verbum, ordinare, sit latum, & compræ-
b hendat omnem modum,[b] quo quis debet de re sua disponere, iure proprio poterit prouideri de beneficio spectāte ad ipsius collationem, pręsentationem, vel aliam dispositionem, vt s. de
c offic. deleg. super eo.[c] Et per hanc formam præiudicabit Episcopo, qui haberet instituere, vt ibi plene per eum, & hic per Domi. Dubium tamen facit, quia licet largo sumpto vocabulo ordinatio compræhendat omnem modum per quem prouidetur ecclesiæ, tamen in materia stricta, sicut est in literis ad beneficia, vt hic dicitur, videtur quòd non compræhendat omnem modum, sed tantum institutionem, vt per glo. in c. post electionem. s. de concess. pręben. & per Io. And. & Do. s. c. proxi. & vide de hoc prout ibi dictum fuit.

ADDITIONES.

a Adde c. translato, de consti. &, cap. pręterea, & c. prudentiam. de offic. delega. cum suis concord.

b Pro quo vide Fede. consi. 195. idem sentientem.

c Ad hoc de iure patrona. quod autem. in fi. & supra eodem lib. de offic. ordina. capitu. ordina. ij.

SVMMARIVM.

1 *Locutio pluralis est copulatiua saltem implicitè.*

2 *Mandatum si refertur ad diuersas personas non verificatur in re spectante tantum ad alterum.*

3 *Meum an sit quod commune mibi cum alio est.*

4 *Papa alterum grauare non intendit ex quo illud non exprimit.*

5 *Legatum factum vxori de his quæ ad eius vsum parata erant, non intelligitur de paratis ad communem vsum ipsius mariti.*

Si verò. Mandatum simpliciter duos includens, alterum solum non adstringit. Et econtra directum vni
1 duos non afficit, hoc dicit secundum Domi. † No. j. ibi, aliquorum, ꝙ omnis pluralis locutio est copulatiua saltem implicitè, sicut est vniuersalis propositio, vnde ad hoc, vt sit vera, oportet omnes eius partes esse veras, vt in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubijs, & l. si quis ita stipu. fuerit decem. ff. de verb. ob. secus tamen esset in disiunctiua, quia sufficeret alteram partem esse veram, vt in d. §. vtrum. secundum Ioan. Mo. & Ioan. And. de quo in reg. in alternatiuis. j. eod. lib. & in c. inter cętera.
2 de rescri. † Secundò no. ꝙ si mandatum, vel alia dispositio refertur ad rem spectantem ad diuersas personas, nō uerificatur in re spectante ad alterum tantum, sed intelligitur de re communi ad eos pertinente, facit c. si duo. s. de procu. eod. lib. de quo j. Vltimò no. ꝙ dispositio seu mādatum super re vnius, vel ad aliquem spectante, intelligitur de ea quæ est in totum ipsius, non autem de illa quæ esset sibi communis cum alio, pro quo facit tex. in c. vt litigantes. in prin. s. de offi. ordi. vbi vere & proprie illud dicitur esse suum proprium, quod est suum, & non com-
3 mune. † Illud ergo quod dicitur quod cōmune est, meum[a] est
a respectu dispositionis partis meæ, vt l. serui electione. §. j. ff. de leg. j. est verum ficte, & sic non propriè, & verè. & ita tenet Bar. in d. §. j. in fi. idem etiam tenet hic Io. Mon. & Ioan. And. in fi. dicens. quod commune mihi & alteri proprie non est meum, vt in l. illud. ff. de ritu nu. quod est notandum ad statuta in quibus verba debent intelligi verè & propriè, vt in c. in nostra, de iniurijs. & in l. 3. §. hæc verba, de neg. gest. Et propter hoc forte non transit sine dubio dictum Bal. in l. j. C. qui testa. vbi dixit, ꝙ si statutum duplicat pœnam offendentis alterum, in re propria offensi habet locum, etiam si in parte illa res sit offensi, & sic communis cum alio, dummodo non sit communis cum ipso offendente, & tamen contrarium videtur dicendum, tum quia in pœnis debet fieri mitior interpretatio, vt in reg. in pœnis. j. eo. li. tum quia verba debent in statutis intelligi propriè, & verè, vt s. tum etiam quia vbi verba debent intelligi strictè, dispositio super re vnius non intelligitur de re communi, vt est tex. hic, cogita, & vide per Doct. in d. l. j. & in d. §. j. In materia tamē fauorabili bene includetur illud quod esset commune cū alijs,
b vt in l. si quis suos. ff. de leg.[b] 3. & facit cap. j. & quod ibi no. s. de vsu pal. & propter hoc Ioan. Cal. in suo consi. 21. huius ti. dixit, ꝙ si Papa reseruat omnia beneficia ciuitatis, exceptis illis quæ pertinent ad collationē Episcopi, & capituli, tunc enim cum talis reseruatio sit odiosa, & exceptio sit fauorabilis sub illa exceptione includentur beneficia quæ spectant simul communiter ad collationem vnà cum alijs, & ita sequitur Dom. Pro quo facit gl. no. in c. pręsenti. in fi. s. de offi. lega. eod. lib. quæ voluit ꝙ pendente vna reseruatione de beneficio spectante ad collationem vnius, non possit legatus facere aliam reseruationē de alio beneficio quod cōmuniter spectat ad collationem illius & alterius. per eandem rationem, & uide per Io. Mo. in reg. in generali. j. eo. lib. & per Ioan. Cal. in d. consi. & Bar. & alios Do
4 cto. in d. §. j. & per Bald. in d. l. j. † In glo. in vers. non adiecto. ibi, alterum tantum, sed ad omnes simul, Imo etiam si ad omnes spectaret, non simul, sed successiue, prout habet in c. ad audientiam. in 3. glo. s. de eccle. ędi. puta si Papa mandet prouideri de beneficio spectante ad pręsentationem plebani & abbatis, & plebanus præsentat abbati, & abbas Episcopo, poterit de tali beneficio prouideri, quia sufficit quòd ad eos simul spectet pręsentatio, ita quòd non ad alterum tantum, vt hic in tex. secun-
c dum Ioan. And.[c] Quid autem si alter tantum istorum abbatis vel plebani esset expressus. concludit Io. And. cum debeat ponderari pręsentatio quę fit Episcopo, ex qua sequitur institutio, & de ea loquuntur iura de præsentatione tractantia, erit tunc abbas exprimendus, & si exprimatur, includetur tale beneficiū. Nam & si uerbum, institutionis, fuisset expressum, pręiudicaretur pręsentanti, ut dictum fuit s. §. proxi. fortius isto casu præiudicabitur plebano, sicut in simili dicitur si impetretur ad collationem alicuius, & ipse habeat conferre de consensu aliquorum, in tali mandato eius beneficium includetur, ut probatur j. ne sede vac. c. j. §. j. nec sufficit exprimere illum qui habet consentire, ergo & idem in pręsentatione. Nec ob. c. literis. s. de rescrip. quia respondetur in reg. qui prior. in fi. in mercurialibus. ibi enim dicitur, ꝙ inspiciēdum est initium quò ad illud quod ibi dicitur, ut attribuatur grauamen inchoanti, non proficienti ex debito honestatis, sed non negatur ibi quin dicatur receptus autoritate eius qui perficit, maximè cum per monitorias non detur ius quod afficiat, secundum Domi. hic, secundū Ioā. And. qui ex prędictis uidetur uelle, quòd si exprimatur, plebanus, non sufficeret, ex quo non sufficit exprimere illum qui habet consentire, cum ipse non sit collator uel præsentator plebanus enim iste, potius habet consentire, quam pręsentare, ut hic sentit Ioan. And. nec de eius pręsentatione intelligit quando fit mentio de pręsentatione, cum non sit propria pręsentatio, cum non fiat Episcopo, ex quibus uidetur, ꝙ non procedat sine dubio primum dictum Ioan. Andr. s. dicentis, ꝙ si mandetur prouideri de tali beneficio spectante ad pręsentationem plebani, & abbatis, posset prouideri de tali beneficio, quia certe talis pręsentatio, non communiter, sed ad solum spectat abbatem, licèt de consensu ipsius plebani, ut s. alias si posset de eo prouideri. grauaretur solus abbas, quod non fuit de intentione

ADDITIONES.

a V. G. Adde quod meum proprie loquendo dicitur, quod vendicari potest. Bar. Cęp. in tracta. de simul. contract. præsu. 13. nume. 59. quod habetur in lib. 4. tracta. folio 194

b Nisi de uoluntate mandantis aliud constet, quia tunc secus, non obstante tali rescripto, ut in d. l. si quis suos. in glos. & supra eodem l. Iulianus. §. seruos. Berna. de Roma.

c Secus verò esset si plebanus, & abbas inter se pepigissent alternatim præsentare, seu alternis vicibus, quod facere possent, vt in clem. 2. de iure patr. & secundum Docto. hic, & Papa scriberet, ut prouideatur de beneficio ad vtriusque præsentationem spectante, quia tunc per hunc tex. non includeretur. Ber. de Roma.

tione Papæ, vt hic in glo. & dicetur ĩ.in gl.fi.imo & si spectaret ad vtrunque, tunc spectaret cuilibet singulo, & de per se, & ad quemlibet insolidum, ideo non posset de tali prouideri, cũ Papa sic mandãdo videatur eos voluisse grauare communiter, & non quemlibet in sua totali potestate, vt patet hic in tex. †In gl. fi.in fi.facit ff.de leg.2.l. legatis. vbi legatum factũ vxori de his quæ parata erant ad ipsius vsum, non intelligitur de paratis ad communem vsum ipsius & viri, secundum Ioã. And. & tamen contrarium videbatur, cum in testamentis fiat plenior interpretatio, vt in l.in testamento.ff.de reg.iur.& sic videtur, ꝙ etiã in materia larga & fauorabili, quod commune est mihi & alteri propriè non est meum, & sic non veniant communia. quod videtur contra id quod dictum fuit ĩ.in tex.cogita, ideo si Papa mandet prouideri de beneficio spectante ad collationem talis, prouideri poterit de eo quod spectat ad collationem ipsius solius, imo & si spectaret ad eius collationem, tamen cum consensu alterius posset de eo prouideri, vt voluit Ioan. Andr. hic, vt patet ĩ. in glos. proxi.& idem tenet Rota in antiquis. in decisio.90.quæ incipit, Quæritur. vbi voluit, ꝙ si Papa mandat cõferri beneficium spectans ad collationem abbatis, & abbas habeat aliqua beneficia conferre solus, & aliqua cum consensu Episcopi, poterit conferri etiam beneficium quod cum cõsensu Episcopi habet conferre, ex quo prin.collatio dicti beneficij specterad abbatem. j.ne se.vac.c.j.& ipse solus grauetur. Et idẽ si mandetur prouideri de beneficio spectante ad præsentationem alicuius, nam vt dicit Ioan. And.hic poterit prouideri nõ solum de illo quod spectat ad præsentationem illius solius, sed etiam si spectet ad eius præsentationem pro illa vice, vt quando plures patroni conuenerunt de præsentando alternis vicibus, vt in clem.2.j.de iure patro.cum patronus illa vice conferat iure proprio, & solus grauetur, facit l.quotiens.ff.de vsufru. & j.de iure patro.c.j.Sed etiam prouideri potent de beneficio spectante ad illius præsentationem, tamen cum consensu alterius, vt dictum fuit ĩ.in glo.proxi. non tamen posset prouideri de beneficio spectante ad illius præsentationem pro maiori parte, & pro minori ad præsentationem alterius, sicut & non posset, quando mandatur prouideri de beneficio spectante ad collationem vnius, prouideri de beneficio quod spectat ad collationem ipsius pro maiori parte, & ad collationem alterius ꝓ minori, secundum Ioan.And.hic, licet Io. Mon. in hoc vltimo aliud velit, & non bene, cum ex hoc grauaretur ille de quo Papa non intellexit, quod esset absurdum, vt dicit gl.hic, in princip. & Ioan.Mon.hoc idem fatetur hic, & satis est expressum hic in tex.

S V M M A R I V M.

1. *Beneficium potest conferri absenti, & nu.3.*
2. *Beneficium si sit collatum absenti, non quæritur ei ius donec illud acceptat.*
4. *Renunciatio beneficij non acceptati non requirit autoritatem superioris.*
5. *Collatio facta absenti debet ei notificari, vt possit probari per testes vel per publicum instrumentum.*
6. *Terminus potest statui alicui vt approbet actum dependentem ex sua voluntate.*
7. *Consanguineus licet possit agere pro consanguineo, tamen lex eum non facit procuratorem.*
8. *Procurator generalis ad negotia non potest impetrare beneficia, secus si generalis sit ad beneficia constitutus.*
9. *Mandatum speciale requiritur, non tantum, vt quæratur ius in beneficio per procuratorem, sed etiam ad quærendam eius possessionem.*
10. *Procurator si acceptet beneficium post terminum datum ad acceptandum, an valeat acceptatio.*
11. *Beneficium si sit alicui absenti collatum, illud potest alteri conferri, donec intellecta voluntate eius cui est collatum.*
12. *Episcopus an beneficium quod ad certum tempus conferre non potest, possit illud vnire.*
13. *Beneficium si sit alicui collatum in absentia sua, si dissenserit, an re integra possit adhuc consentire vt illud habeat.*
14. *Reseruatio Papæ facta motu proprio non impedit ius alteri quæsitum, etiam ad rem.*
15. *Ordinarius contulit beneficium Titio, Papa contulit illud Petro cum clausula, si non fuerit tempore data alteri ius quæsitum, deinde Titius dictum beneficium non acceptauit, an ordinarius poterit alteri conferre in præiudicium Papæ.*

C A P. XVII.

SI tibi absenti. Soluit quinque dubia circa beneficium collatum absenti nondum acceptatum, primum an sit illius, ibi, licet. Secundum an possit alteri conferre, ibi, ipse tamen. Tertium an si conferatur, valeat collatio, ibi, ꝙ si. Quartũ si sit lapsus terminus datus ad acceptandum, ibi, sed si Episcopus. Quintum, quid si prouisus post terminum præueniat collatorem, ibi, antequam. †No. j. quòd ille cui beneficium confertur, non est necesse ꝙ sit præsens ipse, vel alter pro eo recipiens, sed potest fieri absenti, vt hic, & etiam ignoranti, vt in c. gratia.ĩ.de rescrip.eod.lib. Et idem in electione in qua non est necessaria præsentia electi, ut in c.innotuit.ĩ.de elect. & ibi per Ioan. And.& per Inno.in c.cum dilecti.eod.tit.& per Dom. in c.si forte, & c.quam sit.ĩ.de elect.eod.lib.& per Bar. in l.unum ex familia.§.si de falcidia.ff.de leg.2. An autem teneat collatio bñficij clandestinè [a] facta. Archi.tenet hic quòd sic, de quo videtur tex.ĩ.vt ecclesiastica beneficia.c.ut nostrum, vbi Io.And. idem tenet in simplicibus beneficijs, secus in dignitatibus, de quo in c.quia propter.in fi.ĩ.de elect.& dicit Innoc.in c.j.circa fi.ĩ.de fide instrumẽ. quòd est magna suspicio contra naturam & contra iustum, quando actus fuit clandestinè factus, imo gl. no.in l.j.C.de interdi.matri.voluit, ꝙ tunc super ipso facto præsumatur dolus & fraus.de quo ibi per Docto.& in d.cap. ut nostrum. [b] Est tamen necesse ꝙ collatio clandestina possit probari, alias non valeret, [c] vt hic per Pau.& Docto.& allegatur vna glo.sing.in ver.sanctum.in Auth.de instrumentorum cautela, circa fi.ꝙ ad probandum contractum clandestinum requiruntur ad minus tres testes ratione dictæ suspicionis & fraudis. †Secũdò no.ibi, ius in ipso beneficio, ꝙ per collationem factam absenti de beneficio non acquiritur ei ius in beneficio, ut suum dici possit antequã acceptet, sed bene acquiritur ius ad ipsum beneficium, vt dicatur sibi debitum, cum aliud sit beneficium esse suum, cum ea hoc competat sibi ius in re, & aliud est esse sibi debitum, cum tunc competat ius ad rem, secundum Lap. facit quod no.in c.fi.j.de conces.preben.& in clem.auditor, & ibi per glo.in ver.debitum, de rescrip.& in clem.j.vt li.pen.in ver.collatio.in prin. †Tertiò no.ibi, ut tuum, &c.ꝙ per collationem factam acceptanti quæritur ius in beneficio, ut sic possit dici beneficium esse suum, intellige quo ad titulum, non autẽ quò ad uerum dominium, ut in c.2.ĩ. de dona. ex quo infertur, ꝙ licet istud pronomen, meum, & tuum, importet dominium, vt l.Quintus.ff.de auro & argen.leg.tamen si profertur in materia, in qua non est dare uerum dominium, cõprehendit eu, qui habet aliquod ius in re seu ad rem de qua agitur, vt est tex. hic, & sic sequitur quòd procederet libellus, in quo clericus diceret beneficium esse suum, & de istis pronominibus, meum, & tuum, vide bo.gl.in c.1.ĩ.de postu.prela.& in c.quo iure.§.di. †Quartò no.ibi, recuses, ꝙ in renunciatione beneficii nõdum acceptati sufficit sola recusatio illius, cui est collatum absque præsentia superioris, de quo in c.si elec.ĩ.de elect.eod.lib. & in c.quod in dubiis.de renun. Quintò no.ibi, non libero, quod licet beneficium collatum absenti antequam acceptet dicatur vacare, tamen interim non est liberum, imo affectum, secundum Ioã.Mon. & Ioan. Andr. unde antequam absens declaret animum suum, non potest conferens ab illa collatione recedere, ut hic est tex.sing.& alibi nõ reperitur, & sic est hic casus in quo beneficium uacans non potest conferri. sunt & aliĩ casus qui no.in c.cum accessissent.ĩ.de consti.& ideo dixit hic Io.And.ꝙ est dare beneficium uacans & liberum, & bñficium vacans & non liberum. †Sextò nota, ꝙ collatio absenti facta debet ei notificari & legitime, ut sic possit probari per testes uel publicum instrumentum, ut per Archi.& Io.And. & vide hodie in clem.causam.in fi.de ele. Regulariter enim omnis actus factus in absentia partis debet sibi notificari, ut per glo. in cle. 2.de appel. [d] † Vltimò nota, ꝙ potest statui terminus ut sic debeat quis acceptare uel improbare actum ex sua uoluntate dependentem. facit tex.no.in l.Iul.§.si quis colludente.ff.de acti. emp. & in l. quamdiu.ff.de acqui.hered.& in l. mancipiorum. ff.de opt. lega.& in c.fi.ĩ.de consue.eod.lib. Et potest hoc casu elapso

ADDITIONES.

a V. G. Clandestinè fieri, quando quid dicatur. Ruy.consi.149.nu.8.lib.5.

b Adde c.cum inhibitio.de clande.despon.& quod no.Bar.in l.vlt. ff. de rit.nup. arg.infra de admini.tut.l.non existimo.& de autn tuto.l.5.§ fane quid, & de iure fisc.l.non intelligitur.§.si quis. & C.de repu l. vxor Bernar.de Roma.

c Imo esset suspecta de simonia, quia sicut conditio, ita & modus simoniacam facit collationem.d.c.ut nostrum.§ omnibus.in versi.sub modo. Dicit tamen Paulus hic, quòd aut collatio fit ita clandestinè, quòd non possit probari, & non valet, & ita potest procedere dictum Inno. Aut potest probari, & tunc valet, & sic intelligendum c.vt nostrum eadem hic dicit cum Pau.Gem.Ber. de Roma

V. G. Adde an collatio beneficij possit probari per testes, Ias. in Rubr.de acq. pos. colum. 4. dicit, quòd sic. Vide præce. meum Dec consi.69.col.a.

d Facit capit.placuit.el 2.16.quæstio.3.de emp.& vendi.ca.fi.supra de offi.ordi. si canonici, & c.quamuis.

elapso termino variari & mora purgari re integra, & sic durante pristina voluntate illius qui terminum assignauit, facit capi. quamuis. supra de procu. eod. lib. Et ad prædicta vide glo. no. in versicu. intra mensem. in clementi. 1. de conces. præben. & per Rotam in decisio. 328. quæ incipit, Item habens, & per Docto. in capitu. ex tuæ. ꝫ. de cleric. non resi. Quid autem si post terminum iste consensit, & Episcopus alteri contulit, & non apparet quid præcesserit. Concludit Ioan. Andr. cum non appareat Episcopum contulisse elapso termino, obtinebit secundo prouisus, nisi primus probet præuentionem cui hoc onus incumbit per lapsum termini, vt hic probatur ibi, antequam, & ibi, ex tunc. Habet enim probare, quòd ex tunc, idest post consensum præstitum fuerit facta collatio. Ex quo ergo apparet Episcopum contulisse tempore quo potuit, sequitur quod dicens illam collationem non valuisse propter præuentionem habet id probare, facit l. ab ea parte. ff. de proba. & quod no. ꝫ. de senten. excom. venerabilibus. in glo. pen. & in clemen. fi. in glo. in versic. creatum. de rescrip. & ꝫ. eodem in capit. si a sede. secundum Ioan. And. & idem sequuntur Docto. de quo vide plenius in d. clemen. fin. Et sic infertur ex prędictis, quòd si post terminum re integra ille acceptat, talis acceptatio seu consensus operatur, vt collatio postea alteri facta non valeat, [a] licet acceptatio ipsa fuerit facta ab ignorante talem acceptationem, quia non fuerit sibi notificata vt ex isto tex. in fi. & dictis ꝫ. per Ioan. Andr. apparet, nam non requiritur, quòd acceptatio seu consensus pręstitus post terminum notificetur conferenti, licèt collatio facta per conferentem absenti debeat ei notificari, vt supra. In glo. 2. in fi. idem Ioan. Mon. & Archid. intelligit Lap. quò ad hoc vt de tali beneficio antequam prouisus consentiat, alteri prouideri non possit, sed non vt conferens beneficium non subdito possit sibi assignare terminum ad acceptandum, sed debet adiri superior illius, vt ei assignet, facit ad hoc quod no. per Ioan. And. in d. capit. gratia. in glo. hic non est, & tunc elapso termino poterit beneficium alteri conferri, facit cap. 1. supra de sup. neg. præla. & clemen. 2. in fi. de appel. secundum Lap. Sed Ioan. de Lig. contra, cum ista præfixio termini non sit actus contentiosæ iurisdictionis, sed voluntariæ, vt no. in cap. nouiter. supra de offic. leg. imo est actus monitionis, ut no. in simili, in cap. prudentia. ꝫ. de offic. deleg. & idem sequitur hic Domi. cum per collationem ante acceptationem acquiratur ius ad rem, vt hic, vnde ratione talis contractus videtur sibi subditus. argum. ꝫ. de foro competen. Romana. §. contrahentes, ergo potest contumaciam constitui, vt sic priuetur illo iure quæsito, facit glo. in cap. cum causam. ꝫ. de offic. deleg. & in clemen. j. de hæreti. in versic. requisiuerint, ratione enim beneficij sortitur quis forum, vt in capit. postulasti. ꝫ. de foro competen. & in capit. cum nullus. supra de tempo. ordi. eod. libro. [7] † In glo. 3. in princip. idem de eius consanguineo, qui licet pro consanguineo agere possit. l. sed & hæ. §. item parentes. ff. de procu. tamen ipsa lex eum procuratorem non facit. l. 3. §. 1. ff. iudi. solui. vnde per ipsum ante acceptationem beneficij non acquiritur dominium beneficij vel canonicatus, qui consensu eligentium, & electi acquiritur. ꝫ. de electione, cum inter canonicos, secundum Ioan. Andr. Et no. ex glo. iuncto tex. & iunctis prædictis, quòd licet beneficium sit collatum absenti, & de eo eius consanguineus vel eius procu. generalis vel negotiorum gestor fuerit pro ipso absente inuestitus, tamē quòd tale beneficium non efficitur statim ipsius absentis, non potest dici suum antequam ille consentiat seu ratificet, cum requiratur speciale mandatum, de quo ꝫ. & debet talis dominus ratificare intra tempus, intra quod debebat collationi consentire, quia alias ratihabitio non valeat, nisi fiat intra tempus, intra quod actus fieri debet, ut est tex. in l. bonorum. ff. rem ratam haberi, & ibi per Barto. & ita tenent hic Domi. & Rota [b] in decisio. 290. quæ incipit, Item ad recipiendum. [b] potest enim in ipsis spiritualibus interuenire negotiorum gestor, sed oportet, quòd dominus habeat ratū intra tempus, intra quod actus geri debebat, vt voluit glo. no. in capit. quam sit. supra de elect. eod. lib. Sed aduerte primò, quia verum est, quòd vbi agitur de sua vtilitate debeat ratificatio fieri intra illud tempus, vt supra. tamen secus si de suo prę iudicio, quia potest fieri quādocunque, vt tenet Archid. in capit. vt circa. supra de electione, & Barto. in l. Pomponius. ff. de nego. gest. & tenet Rota in decisio. 427. quę incipit, Item si habens. Secundò aduerte, quia in terminis huius decretalis poterit fieri ratificatio, etiam post tempus, cum ille cui est collatum beneficium possit indistincte ratificare post terminum, quando res est integra, vt hic in tex. & vt supra dictum fuit, secus si res non esset integra, & ita procedunt supra dicta, imo etiam si beneficium fuisset collatum absenti, & nullus pro eo sit inuestitus, si postea ipse quandocunque consentiat re integra tenebit collatio & beneficium statim fit suum, vt vult glos. Ioan. Andr. hic super tex. in princip. nam prout ex isto tex. apparet ista spiritualia acquiruntur absenti, licet pro eo nullus receperit, facit 1. quęstione 7. quotiens cordis, & sine possessionis appręhensione, quam potest quis propria autoritate intrare, dummodo violentia nō interueniat, secundum Ioan. And. ita intelligentem tex. infra [8] cap. proxi. de quo ibi. † In eadem glossa. ibi, procur. generalis. intellige de procuratore generali ad omnia negotia, secus si esset procurator generalis ad acceptandum vel impetrandum beneficia, quia tale mandatum sufficeret, cum satis dicatur tunc esse speciale mandatum ad beneficia, ut tenet Ioan. And. & Domi. in d. capit. accedens, & Lap. & Domi. hic. Et posset procurator vigore talis mandati acceptare beneficia cum cura, vel dignitate, licet de eis aliàs expressa mentio facta non fuisset, quia tale mandatum est fauorabile, ideo late interpretandum. Et sic non obst. capitulū, cum in illis. supra eodem, & ita tenuit Imo. in d. cap. accedens. In ea. glos. ibi, statim. no. glo. sentientem, quòd quęratur per procuratorem habentem speciale mandatum ius absenti in beneficio sine alia cessione, & sic directè. Item probat ista glo. quòd ex collatione beneficij statim quęritur ius in re sine alia traditione possessionis, facit tex. eod. cap. quondam, & ita tenet hic Ioan. And. super tex. secus tamen esset in rebus perficiendis, in quibus regulariter non quęritur dominium sine traditione. C. de pac. l. traditionibus, & per Innoc. in c. cum M. ꝫ. de consti. & ita etiam tenuit [9] Imo. per hanc glo. in d. cap. accedens. † In ead. glo. in fi. tene menti sing. glo. quòd non solum ad hoc ut per procuratorem statim si quęratur absenti ius in re in beneficio sine alia ratihabitione, requiritur speciale mandatum ad acceptandum beneficium, vt supra, sed etiam ad quęrendum possessionem ipsius beneficij. Ideo per hanc glo. Rota in decis. 143. quę incipit, Item si habens, quòd si procu. generalis vel coniuncta persona assequatur pacificam possessionem secundi beneficij, non tamen propter hoc vacabit primum, prout dicitur in ca. de multa. ꝫ. eodem, ex quo non habet sufficiens mandatum. Rota tamen in d. decisio. 290. dicit, quòd glo. in clemen. j. in uersic. collatio. ut lite penden. tenet, quòd possessio possit quęri per quēcunque amicum vel consanguineum sine speciali mandato, vnde reducit ad concordiam dictas glossas sic, quòd illa glo. velit, quòd corporalis possessio beneficij, quę est facti, possit recipi per quemcunque sine speciali mandato, cum talis posset dari & accipi per excommunicatum, vt in l. pro illorum. ꝫ. co. secus in possessione per quam ius seu dominium beneficij uel canonicatus requiritur, quia tunc requiritur speciale mandatum, & ita sit glo. hic. Tu aduerte, quia istę glo. non sunt contrarię, imo concordant si rectè inspiciantur, est tamen distinctio prędicta vera in se, & ita est tenendum quicquid dicat hic Domi. & ita sequitur domi. Anto. & Imo. in d. capit. accedens, & ita in effectu probant & volunt istę glo. eo. tamen casu quo procur. generalis, vel amicus, vel consanguineus inuestiretur de beneficio pro absente, licèt non quęratur ius in beneficio, nisi ratihabitione secuta, vt supra, tamen operatur talis collatio facta amico vel consanguineo, vt quęratur ius absenti, ut sic possit acceptare beneficium collatum tali procur. seu amico, vel consanguineo, & interim non poterit conferri per ordinarium, nisi secundum formam istius capituli, quod no. & ita tenet Imo. in d. capit. accedens, & ita etiam est de mente gl. hic. Secus tamen dicit Imo. ibi, a se, si inuestiretur amicus uel consanguineus electi absentis de canonica vel prębēda, quia non acquireretur ius absenti in ipsa canonica vel prębenda, cum requiratur consensus electi, & eligentium. supra de elect. cum inter canonicos, & ita dicit tenere Innocen. in d. capitu. accedens. Sed aduerte, quia idem videtur tenendum in canonia vel præbenda, vt interim non posit fieri alia electio. nam eodem modo in collatione requiritur consensus eius cui fit collatio,

ADDITIONES.

a Et idem esset, secundum Docto. si dissensisset, tamen antequam alteri collatio fieret consentiret.

b Adde c. non solent. 1. q. 6. super ver. quod mox reus ratum habet, & extra de re. iur. eo. lib. in regu. ratihabitionem. arg. ex hoc. can. si & ratio est, quia actio semel extincta non reuiuiscit. 14. q. 6. si res. de consec. dist. 4. quāuis. ff. de sol. l. qui res §. aream. Et secundum Docto. hic sicut per mutuum consensum inter eum, & ecclesiam contrahitur matrimonium spirituale supra de ele. cum inter, ita per dissensum dissoluitur, ut in reg. 1. supra de regu. iur. Bernar. de Roma.

&c j.c.proxi.secundum Compo.in d.c.capitulum.in 8. col. ver. item quid si litera.ibi tamen dicit,quod alij forte & melius tenent,quòd collatio tunc non valebit vel saltem reuocabitur,sicut dicitur in processu habito per illum qui sciuit reuocatio. mandati procuratoris partis aduersæ,ut in c.mandato.ꝫ.de pro cu. & quia iste fuit in dolo recipiendo præbendam quam sciuit alteri debitam.arg.l.si fundum.C.de euic.& ff.de contrahē. emp. si in empt.§.item si.cū in beneficijs debeat omnis dolus abesse,ut in c.cum dilectꝰ.ꝫ.de elect. secundum Ioā. And. & ita residet in effectu hic. Lap. vero hic dicit esse differentiam inter scientiam collatoris,& illius cui confertur,quia primo casu collatio non valet, nec quò ad conferentem, nec quo ad alios quibus confertur etiam ignorantes. Sed secundo casu valeret collatio ex parte collatoris,non autem ex parte eius cui cōfertur,vnde non poterit collationi cōsentire,& ita transit hic Do. Sed aduerte,quia non videtur differentia,nec ratio quare magis simplex scientia impediat illum cui fieret collatio quam ipsum conferentem quem non impediret, vt ꝫ. vnde scientia ipsius canonici perueniens ex præsentatione sibi facta, non sufficeret ad impediendum suam collationem,cum non dicatur ex hoc inducta affectio,cum requiratur quod præsentatio fiat ipsi collatori,vt hic patet,secundum Pe.de Anch. intelligentē hoc verum,nisi talis canonicus impedisset præsentationem literarum,vel occultasset eam de qua fuerit sibi prouisum,cum tunc censeatur in dolo,& habeatur perinde ac si facta fuisset præsentatio ipsi capitulo,facit l.quamuis.ff.de bo.auto.iudi.& cle. de vna.de renun.in fi.& glos.j.proximo.de quo hic plene per eū.

5 †In glo.in ver.factam,in princip.vide per Innocen.& Io.And, in c.in causis.qualiter debeat vniuersitas [a] conuocari.In ea.gl. ibi,ille qui habet conuocare capitulum.uide per Ioan.And. in c.j.ꝫ.de maio.& obe.in glo.plene hic ponentem quis possit cōuocare capitulum,de quo etiam per Innocen.in c. 2. ꝫ. de noui ope.nuncia.de quo etiam per Barto.in l.j.ff.de albo scriben.& in l.obseruare.C.de collato.& in l.quod donatarum,& in l.curiales.C.de prædijs curial.lib.10.& l.maior.ff.ad munici. & no. in c.fi.ꝫ.de pac.eod.lib.In eadem glo.ibi,citationibus,& denūciationibus &c. no. ex glo. practicam citationis faciendæ, seu denunciandæ,vel literas præsentandi capitulo, vel vniuersitati,de quo etiam per glo.in c.bonæ.hic alleg. & per Bal. in l. ēt. C.de execu.rei iudi.& per Bar. in extrauagan.ad reprimendā. super verbo,citatione.cuius dicta refert hic Pe.de Anch.ex eis colligens,sufficere præsentationem fieri capio ipsius capituli, sicut conuenitur,& agit secundum no.in c.edoceri.ꝫ.de rescri. In ead.glo. in fi. Non obst. cap. cum in illis.§. fina.ꝫ.de præbē. eod. lib. quia si per mandatum Papæ factum vni includeretur ibi alius,esset transgressio voluntatis Papæ, [b] qui voluit grauare vnum solum,hic vero seruatur voluntas Papæ, ex quo præsentatio facta vni ex duobus quos Papa grauabat, beneficium afficit,secundum Io.And.& procedit hæc glo.quando ad duos communiter spectaret collatio,ita quod unus sine altero conferre non poterat, secus si ad quemlibet insolidum spectaret collatio , quia tunc præsentatio facta vni non afficeret manus alterius,& tunc esset necesse quod vtrique ipsorum fieret præsentatio, [c] vt sic vtrique potestas impediatur.arg.glo.no.in cle. vnica.de renun.secundum Lap.& Domi.

6 †In gl.in ver. ex tunc in fi.an autem si nullus canonicatus vacet possit executor in literis deputatus cooferre canonicatum ante vacationē. Archi. hic quod sic, siue in literis dicatur quod exequatur, prout hic dicitur quod conferat,quod Compost.intelligit verum, quando in literis esset clausula,nō obstante certo canonicorum numero,& sic seruat curia,secundum eum in c.cam re.ꝫ.de rescr. Sed alij tenent primum dictum indistinctè, siue illa clausula sit apposita,siue non,ratio quia capitulum id fuisset facturū, ergo idem faciet executor,& hęc opi.secundum Arch.videtur approbata hic in tex. vbi de illa clausula non fit mentio. Itē ex quo numerus non erat iuratus,capitulum non tenebatur excipere,alias secus,secundum no.in c.constitu.ꝫ.de rescrip. super 3.glo.secundum Ioan.And.cui tamen placet opi.Compost.per no.in d.c.constitu.in fi.primæ glo.Cautè tamen facit capitulū si compareat & excipiat de numero,ne videatur suę exceptioni renunciare,quod posset,ut per Ioan.And.in c.duobus.in gl. quęro.ver.restat.de rescrip.sicut & possunt numerum augere, super quo vide no.in c.dilecti.super glo.imo.ꝫ.de pręben.secūdum Ioan.And. Sed aduerte , quia licet de stilo curię procedit opinio Compost.quia nisi sit clausula, non obstante certo canonicorum numero,executor id non poterit, cui stilo est standū , secundum glo.in c.quamuis.el j.ꝫ.de pręb.eo.lib.tamen de iure verior est opinio Archi.& secundum Ioan,de Lig. & Lap. dicentem tamen,quod capitulo non obesset lapsus talis termini,vel renunciatio , quominus agere possit ad repulsionem illius,secundum no.per Io.And.in d.reg.mora.in 2. q. & in eius solutione,secundum eum.Domini.vero,& Pe. de Ancha. hic dicunt opi.Compost.& Io.And.procedere etiam de iure,quia si in literis dicta clausula non est apposita,non includeretur ecclesia habens numerum determinatum,ut patet in d.c. consti. & in c.pro illorum. ꝫ. de pręben. ergo executor non posset in tali ecclesia prouidere , ex quo literę suę illam non includunt. arg.c.fi.ꝫ.de pręben.& per hoc cessat vna ratio Archidia. quia capitulum non fuisset hoc facturum.Nec ob.tex.hic,cum non ponatur in eo totius tenor rescrip. vnde debet intelligi ꝙ tex. hic loquatur de ecclesia quę in literis erat inclusa.

7 †In glo. fi.in fi.vide in c.accepimus.ꝫ.de ęta.& quali.in glo.2. Sed melior ratio est secundum Domi.quia cōtumax in vno actu non est citandus ad alium actum fiendum, quando haberet connexitatē necessariam cum actu pręcedenti , sicut est hic pręběnda quę habet connexitatem necessariam ad canonicatum,vt in c.relatum.ꝫ.de pręb.& ad c. translato.secundum,de consti.sm eum. quod no.ad limitatio.c.eum qui.hic in glo.alleg. facit c. pręterea.de offi.delega.

ADDITIONES.

a Vinc God.Adde quod vniuersitas non possidet,nec præscribit Cor. consi. 46. in causa , per totum. lib.3.nisi fuerit solenniter congregata.

b Ex hoc loco manifestum est arg.quod quamuis Papa non possit sibi beneficiū retinere,nec facere quin illud conferat.de offi.archipresby. vt singulæ. & de pręben.relatum in fi.potest tamen illud conferre cui vult,siue vni , siue pluribus d.c.relatum.

c Ber.de Roma. Vide ad hoc quod no.Ber.& Pau.de Lea.in c.cum omnes.de cōsti.& Bal.in l.per fundum.ff.de ser.rust.prædi.& quomodo aliquid dicatur cōpluribus vt collegiatis,& quomodo commune vt singulis.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficiorum si ad plures spectat, an per solum mandatum apostolicum afficiantur manus ordinariorum.*
2 *Inhibitio sola executoris, etiam sine reseruatione afficit manus collatoris ordinarij.*
3 *Executorum formę sunt plures de quibus hic pulchre.*
4 *Executor apostolicus an poterit reseruare.*
5 *Expectans plures quando simul concurrunt quis eorum præferatur.*
6 *Inhibitio qua fit per executores apostolicos debet fieri ipsi collatori ordinario,non ipsius vicario,alias non afficit, & nu.7.*
8. *Præsentatio facta soli Episcopo,an sufficiat quo ad afficiendum manus vicarij habentis potestatem conferendi beneficia.*

CAP VI.

SI soli. Habet duas partes principales,quia in prima ponūtur tres casus in quibus litera beneficialis nō afficit.secundus ibi,vel ordinario. tertius ibi,aut soli in secunda parte principali ibi,nisi. ponuntur tres alij casus in quibus afficit. secūdus ibi,aut executor.tertius ibi,vel nisi.

1 †No.1.ibi,soli manus,quod etiam si ad plures spectaret collatio per solum mandatum apostolicū manus non afficiuntur ordinariorum,cum tex. hic intendat solū excludere executorem,non autem numerum ordinariorum, secundum Ioan.And.de quo per eum in c. inter corporalia.in ver.solut.ꝫ.de transla.pręla.& facit quod no. in ca. Episcopus. 24.q.7.No.2.ibi,de canonicatu,& pręben.secundum Domi.ar. in impetratione literarum debere fieri mentionem de canonicatu & prębenda,ex quo infertur ꝙ expressio alterius tantū non sufficeret. [a] Tertiò no. ibi, non adimitur, quod per solum mandatum superioris non afficitur res in mandato contenta, nec priuat subditū potestate quam super illa re [b] habet.

2 † Quarto no.ibi,interdixisset.quòd sola inhibitio executoris,etiam sine reseruatione,vel decreto afficit manus ordinarij collatoris, & ita tenuit Federi.per hunc tex.in suo consi. 66.in 1. col. in fi. & Ioan. And.& alij Docto.hic,nam dictio,pręsertim,hic posita exponitur pro,maxime,secundum Io.And. de quo j.in glos. mag.& intellige in executore dato ad compellendum,nam in dato ad prouidēdum sufficeret sola notificatio, etiam sine alia inhibitione,vel decreto,vt dicit gl.& econtra.j.in fi.sed in executore dato ad compellendum est necesse vel quod inhibeat, vel

ADDITIONES.

a Facit de pręb.eo. lib.cum in illis.§.si vero,& ibi per Io.And.& Gem. Vinc.God. Adde quòd inhibitio facta per iudicem ecclesiasticum super causa coram eo pendente seculari fieri potest etiam sine citatione. Ruyn. consi. 61 nu.6.& 18.lib.1.

b Ber.de Roma. Dicit tamen tex.quod puniendus sit contra mandatum faciens superioris,& ideo ex hoc loco optimum sumitur arg. quod multa non debent fieri,quæ tamen facta tenent,facit cap. vides. 10. distin. extra de eo qui duxit in mat.quam pol.per adul.c.1.& extra de re iu.eod.lib. in reg. non firmatur.C.de legi.l.non dubium.

vel quod decretum apponat, vnde sola notificatio non sufficeret, vt patet ex isto tex. no. quia vltra præsentationem rerum recipitur inhibitio in insinuatione, & hoc nisi in literis Papæ esset decretum, quia tunc habet ligare ignorantes, vt in c. pen. s. de præben. eod. lib. etiam ante præsentationem literarum, vt j. in glo. in ver. contra ipsum, & dic vt ibi. Quintò no. ibi, cum interpositione decreti, quod executor apostolicus pôt ex se decretum apponere, etiam si hoc in literis beneficialibus non fuerit insertum, vt hic patet, de quo per glo. in ver. irritum. in c. j. s. eo. & no. in c. si aposto. tex. s. de præben. eod. lib. Sextò no. ibi, vel nisi, quod sola receptio in canonicum virtute manus apostolicæ inducit affectionem præbendæ, de quo in c. postquam. s. de præben. eod. lib. Vlti. no. effectum qui surgit quando beneficiũ dicitur esse affectum, nam collatio postea alteri facta est nulla & tribuit ius illi pro quo est affecta, intantum, quod illud eum eet a quolibet possessore, agendo, vt a possessore auferatur, & sibi conferatur, secundum Io. And. & idem no. Innocen. in ca. inter. s. de præben. de quo etiam per Ioan. And. in c. j. in prin. s. eo. In glo. 2. in fi. no. ex glo. quod appel. ordinarij comprehenditur secundum subiectam materiam etiam inferior prælatus ab Episcopo. de quo vide per glo. in c. ordinarij. in princi. s. de offi. ordi. eod. lib. & in cap. 2. in ver. loci. j. de vsuris. † In glos. in ver. prouideri. in fi. Aduerte, secundum Ioan. And. quia executorum beneficialium variæ sunt formæ, quidã enim sunt prouisores, & sic ad conferendum, & istorum quidam dantur ad prouidendum post negligentiam ordinarij, vt s. c. proxi. Quandoque sub alia conditione, vt in c. si parte. s. de rescrip. eod. lib. Quandoque ad prouidendum secundum formam literarum legati. s. de præben. si eum, & d. c. si apostolicę. Quandoque dantur cum beneficio acceptandi, non determinato tempore, vt in c. j. & c. ne captandæ. s. eod. Quandoque determinato tempore, & cum decreto, vt in clemen. j. j. eod. Quandoque vt prouideat primò de canonicatu, postea de præbenda, vt in c. si clericus. s. de præben. eod. lib. Quandoque vt solum de præbenda prouideat, vt in d. c. si postquam. Quandoque de vtroque, & cũ hoc de officio & dignitate, vt in c. quia sæpe. s. de præben. Quandoque cum clausula, anteferri, vt j. c. proxi. & s. de præben. cap. pe. Quandoque vt prouideat certę personæ, quandoque incertę, vt in c. is cui. & c. si cui. & c. dudum. & cap. quamuis. el 2. s. de præben. Quidam enim sunt executores ad compellendum, de quibus in c. abbatem. s. de rescri. & de his ponuntur hic in tex. tres formæ, quia aliquando vt compellant ordinarium, vt impleat mandatum Papæ. Aliquando scribitur executori, vt compellat cum decreto, & aliquando sine. Et aliquãdo scribitur in forma, facias assignari, de qua plene no. in d. c. pro illorum. Alij vero executores sunt mixti, scilicet partim ad compellẽdum, & partim ad prouidendum, vt in d. c. tibi qui. s. de rescri. secundum Ioan. And. dicentem, quod varietas ipsorum patet ex prędictis, & aliquando varietas cõsistit circa varietates beneficiorum, & circa personas quæ grauantur, vt patet in ca. quamuis. el 1. & c. cum in illis. & c. mandatum, & c. cum de beneficio. s. de præben. Quandoque variantur ex clausula proprij motus, vt in c. si motu proprio, & c. si pluribus. s. de præben. & in cle. si Romanus. eod. tit. Et quando est varietas circa durabilitatem ipsorum. de quo in c. si pauper. s. de præben. & in cle. si de beneficio. eod. tit. & in cle. gratia. de rescrip. Et in istis omnibus debet diligenter attendi & seruari forma mandati, secundum Io. An. in ver. exequatur. s. c. proxi. Sunt etiam multæ aliæ species executorum, quidam enim sunt executores sententiarum de quibus in c. pastoralis. § quia verò. s. de offic. deleg. & in cap. de cętero. s. de re iudi. Quidam sunt executores litium, vel præceptorum, de quibus in c. super quęstionum. post prin. de offi. deleg. & in l. 3. § si executores. ff. de nego. gesto. & in l. fi. ff. de testi. a Quidam sunt executores testamentorum, de quibus in c. 2. j. de testa. vt hic plene per Ioan. And. In glo. in vers. admittur, in fi. quod procedit primò, etiam si in his tribus casibus de quib. hic in prin. tex. pręsentatio sit facta ipsi executori, cum pręsentatio eidem facta non afficiat, etiã si datus fuisset ad prouiden. vt s. c. pròxi. secundum Ioan. Andr. Secundò procedit siue gratia sit stricta, vt in ecclesia, siue larga, vt in dięcesi, siue latior, vt in prouincia, cum semper isto casu sit idem iuris, licet ista quãdoque differant. de quo in c. executor. s. eod. titu. Tertio procedit, siue scribatur in forma pauperum, siue in forma gratię, cũ & tunc habeat locum iste tex. pro quo facit quod no. in simili in c. si pro clericis. s. de pręben. secundum Ioan. And. In glo. in ver. interdixisset. in fi. Idem quod glo. tenuit Inno. in d. c. pro illorum, & Ioan. And. hic, & si quod aliud tenuerit in d. c. pro illorum. tenendo opi. glo. Sed an † talis executor poterit reseruare. Inno. in d. c. pro illorum. tenet quòd sic. cuius dictum si intelligatur in executore dato ad compellendum, non procederet, cum talis non possit conferre, vnde nec poterit reseruare, secũdum Ioan. And. Sed si intelligatur de executore dato ad prouidendum, vt ipse videtur intelligere, & tunc procedat eius dictum, ex quo talis potest conferre, non tamen est bene dictum dicere, quod prouisione commissa videantur omnia commissa quę ad ipsam faciunt, vt dicit ibi Inn. per c. pręterea. s. de off. deleg. sed solum videntur commissa illa sine quibus commissio expediri nõ potest, & ita loquitur d. ca. pręterea. hinc est quod executor datus ad prouidendum, nõ potest compellere, vt prouideant, secundum dist. in d. c. pro illorum, & per Ioan. And. in d. c. proposuit, in glo sic debent. ver. dicebat enim Inn. & s. c. proxi. in ver. executor. secundum Ioan. And. † In glo. fi. in prin. hęc glo. est ordi. & singu. & habet duas partes principales, primò enim tractat quis pręferatur quando plures expectantes simul concurrunt, & hoc prosequitur vsque ad versi. videndum. In secunda vero parte principali, quę est in d. versi. videndum, tractat quę, seu quales gratię pręhendas afficiant. In ead. glos. ibi, si pauper, scilicet quando primus est consecutus aliud bñficium, secundum Ioan. And. In ead. glo. ibi, de rescrip. si pro te. vide ibi no. & per glo. in ver. executorem. in clemen. j. j. eod. In ead. glo. in ver. videndum. ibi, si Papa contulit canonicatum, idem si conferat aliud beneficium, vt in c. si beneficia. s. de pręben. eod. lib. & ibi vide dicta. In eadem glo. ibi, appellet. no. quod licet sententia, ex qua iudex delegatus pronunciat se non iudicem, an extinguat iurisdictionem, & ab ea possit appellari, vt in c. significantibus. s. de offi. deleg. tamen si non appellet, non tollitur ex hoc effectus literarum in esse deductus, vt patet hic in glo. & circa hoc vide per Domi. in c. super gratia. s. eod. in j. glo. & s. c. proxi. super glo. in ver. capitulo. † In ead. glo. in fi. ad hoc autem vt insinuatio vel inhibitio afficiat, debet fieri ipsi ordinario collatori, secus ergo si eius vicario vel capitulo, vt patet hic in tex. ibi, ordinario, secundum Archid. & Ioan. And. qui Archi. ponit hoc ad literam quod ponit Compost. in d. ca. capitulum, de quo est dictum s. c. proxi. super glo. in ver. capitulo. Adducis etiam ad hoc quod no. in c. dudum. § nos igitur. s. de pręben. eod. lib. quia per consti. vicarij quẽ facit Episcopus, non aufertur ipsi Episcopo potestas conferendi quando vult, & quia pręsentatio facta ipsi capitulo non arctat Episcopum, quando ad ipsum Episcopum solum spectaret collatio, secus si ad Episcopum, & capitulum communiter, vt per glo. in ver. facta. in fi. s. c. proxi. Quid autem si Episcopi copia haberi non posset. Ioan. And. hic primo dicebat, quod sufficeret tunc pręsentatio facta capitulo vel vicario. Sed dicit quod Compost. tenet contrarium, quando Episcopus esset ita in remotis, quod presentationem talem scire non potuit, alias sufficeret, quia pręsumatur sciuisse. arg. ca. fi. supra qui accu. possunt, & ita residet hic Ioan. And. Sed Arch. tenet, quòd etiam tunc sola scientia non sufficeret, ex quo requiritur pręsentatio, vt hic, & est dictum s. cap. proxi. & ita sequitur hic Inno. quare dicit Domi. quod dictum Ioan. And. posset saluari in terminis quibus loquitur scilicet, quando eius copia haberi non posset, quo casu sufficeret intimationem fieri illo modo, ipso Episcopo existente in loco in quo verisimiliter illud potuerit ad suam notitiam peruenire, & isto casu sufficeret sola scientia. ad hoc clem. causam. § verum. de elect. secundum Do. imo secundum aliquos etiam si eius copia posset haberi, sufficeret sola scientia Episcopi de pręsentatione facta vicario, si Episcopus non contradixit, quia talis scientia ęquiparatur speciali mandato. arg. cap. fi. s. de iureiu. eod. lib. quo casu si pręsentatio fieret procuratori habenti speciale mandatum, sufficeret, vt in d. clem. causam. in prin. † Tu aduerte, quia licet pro dicto Ioan. And. faciat ratio c. cum nullus. § Episcopo. s. de tempo. ordi. eod. lib. tamen tenendum uidetur quod dicit Archi. & Imo. per tex. hic, & supra ca. proxi. Non ob. d. clem. causam, quia ibi agitur de scientia seu notitia uera uel pręsumpta, hic uero etiam uera scientia non sufficit, cum tex. hic, & supra c. proxi. requirant pręsentationẽ, seu inhibitionem actualiter fieri ipsi ordinario, unde uera sciẽtia seu notitia alio modo habita non sufficit, cum in istis fiat stricta interpretatio, etiam ut potius res pereat quam ualeat, patet in c. quamuis. el 2. & c. cui de nõ, & c. cum in illis. supra de pręben.

ADDITIO.

a Vinc. God. Nota, quòd executores testamentorum non possunt esse fratres Sancti Francisci. Barto. in l. a filio de alimen. leg. & in l. 1. colum. 3. de leg. 2. & in tract. minor. lib. 3. Mar. Socy. consi. 17. supra dictã causę j. offi. 0. versi. quinimo religiosus. lib. 1.

præben.eod.lib.quia prçiudicatur ordinarij poteſtati,vnde po
teſtas iſtarum literarum tanquam odioſa & præiudicatiua
ordinarijs, debet reſtringi, & poteſtas ipſius ordinarij tan-
quam fauorabilis debet ampliari,vt per glo.no. In clemē. 2. de
offi.ordi.ſufficit ergo ita hic ſcriptum eſſe,vt 6.q.3.ſcriptum,&
l.proſpexit.ff.qui & a quibus.Non ob.d.c.ſi.de iureiu. nam ut
dinarius conferendo alteri per hoc videtur reuocare ſeu repro
bare quod eſt geſtum cum eius vicario, ſeu procuratore, imo
videtur dicendum non ſufficere præſentationem fieri procu-
ratori habenti ſpeciale mandatum ad conferendum,quod po-
teſt, quia ſecūdum omnes non ſufficeret præſentationem fieri
vicario,& tamen debet intelligi de habente ſpeciale mandatū,
quia alias beneficia conferre non poſſet,vt in c.ſi.ī.de offi.vic.
eod.lib.item quia per ſpeciale mandatum non aufertur ipſi or
dinario poteſtas conferendi,vt in d.c.dudum. ergo licet procu
rator,vel vicarius tunc poſſet conferre, tamen ex quo ordina-
rius eodem modo poteſt conferre, non ſufficeret præſentatio
8 facta alteri eorum tantum,vt per glo.ī.c.proxi. † Et ex hoc, &
per eandem rationem dicendum, quod prçſentatio facta ſoli
Epiſcopo non ſufficiat quo ad afficiendum manus vicarij ha-
bentis eodem modo poteſtatem conferendi,quod facit ad no.
in c.ſi a ſede.ī.eod.lib.bene tamen verum videtur,quod ſi vica
rius,vel procurator haberet ſpeciale mandatum recipiēdi præ
ſentationes,vel inhibitiones, quod iſto caſu ſufficeret præſen-
tatio,vel inhibitio eis facta, & ſic ex prædictis tenenda vr̄ opi.
Archi. cum limitatione Pe. de Anchi.hic, vt ſufficiat ſcientia
quando eſt iuncta cum latitatione eius, cui præſentatio erat fa
cienda,vnde ſi ordinarius dat cauſam,quod præſentatio litera
rum ad eum fieri non poſſit,& latitat,vel aliter, tunc procede-
ret dictum Ioan. And.vt in regu.cum ſtat.ī.eod.lib.& facit glo.
in verſic.facta.ī.cap. proximo, & ibi dictum fuit ſuper gloſ. in
verſic. capitu.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula anteferri, non conceditur contra habentes ab eodem concedente, ſed ab alio.*
2 *Conſequitur quis ex alterius perſona quod ex ſua conſequi non poteſt.*

C A P. VII.

AVtoritate. Ponit tres gratias factas tribus ſucceſſiue in eadem eccleſia, ſcilicet
tertio eum prærogatiua ſuper primum, ex quibus
quæſtionem format,quam ſecundo ibi,cum igitur,
1 ſoluit rōnē reddens ibi,licet eius,& ar.inducēs,ibi ſicut.† No.
j.ibi,non autem noſtra receptione.de ſtilo curiæ, qui ſeruatur
quando apponitur clauſula,anteferri, quia non conceditur illa
contra habentes gratiam ab eo concedente, ſed ab alio diuer-
ſo.de quo in c.pe.ī.de prçben.eo.lib.& licet dicamus per clau
ſulam,anteferri,non prçiudicari illi cui eſt quæſitum ius in re,
vt ī.c.proxi.& d.c.pen.tamen bene præiudicat illi cui eſt quçſi
tum ius ad rem,vt hic in tex.quod ideo eſt,quia habens ius ad
rem habebat illud ab alio,ſecus ergo ſi haberet ab eodem con
cedente,quia dicta clauſula non operatur contra habentes gra
tiam ab eodem,niſi aliter conſtaret de mente concedentis, ut
eſt tex.in d.c. pen. vbi de hac clauſula per Ioan. And. Secundò
no.ibi,tria.primò,ſcilicet qui erat in canonicū primo receptus
autoritate prçdeceſſoris,vt ī in tex.ex quo no.quod gratia per
quam eſt collatus canonicatus,& mandatur prçbenda confer-
ri,non expirat morte Papç concedentis,etiam quo ad prçben-
a dam poſtea ᵃ vacaturam,quod no.ad c.ſi eui. ī.de prçben. eod.
lib. & ſic eſt hic caſus in quo primus impetrans non obtinet
primam prçben.& alios caſus vide ī.c.proxi.in gl. ma. in prin.
2 † Tertio no.ibi,ex perſona tamen tertij &c.caſum in quo quis
conſequitur ex perſona alterius quod ex ſua perſona non poſ-
ſet,ad hoc quod no.in c.cum olim.ī.de re iudi.in ſi. per Innoc.
& in l.ſi poſt mortem.in ſi.ff.de contratab. & in l. petente. de
temporibus in Integ.reſti.& in l.ſi iudex.ff.de minoribus.Et vl
tra no. quòd illud quod eſt inutile mihi ex perſona mea, pote-
rit eſſe vtile alteri ex perſona mea.ad hoc l.poſthumus. §. ſi q̄s
ex his.ff.de inoffi.teſtam.& in l.fin.§.j.ff.de iu. dot. Vltimo no.
hic expreſſum licitū eſſe decidere caſum in materia beneficia
li per leges etiam loquentes in materia vltimarum voluntatū,
quod no.ad gl.& ibi dicam, in c.j.§.econtra.ī.eod.lib.In glo.in
ver.primam.ibi, & ſic ſeruetur, & idem ſi daretur clauſula in
terminis econtra,puta ſi diceretur quod præferatur omnibus
autoritate ſua receptis non prçdeceſſorum ſuorum, quia eo
modo inſpiceretur mens concedentis, quia tunc primus pri-
mam habebit, & tertius ſecundam, cum prçferatur ſecundo,
& ſecundus tertiam habebit,ſecundum Pau.& Ioan. And. di-
centes iſtum tex.habere locum in alijs ſimilibus caſibus, puta
ſi diceretur,quod prçferatur omnibus vltra tale tempus expe-
ctantibus.In ea.glo.in ſi.de iſto brocardo, ſi vinco vincentem
te,ergo vinco te.vide plene per Cyn.in auth.licet.alleg. & hic
per Ioan.And.& per Docto.in l.de acc.hic alleg.In glo.ſin.ibi,
locum non habebat,vt in authē. & cum ſolis,& authē. defun-
cto.C.de legiti.hæred.ex quibus no.hic Archidia.quòd ex iure
correcto poſſit argui.de quo vide no.in cap.nouit.ī. de iudi. &
per glo.not.in l.j.ff.de coniungen. cum eman. ſib. quando lex
eſt correcta in dicto,& nō in ratione ipſius. de quo hic per Ar-
chi.& Ioan.And.

A D D I T I O.

a Ber.de Roma. Et eſt ratio euidens,quia per prçbendam nondum collatam res non eſt integra,pro qua facit l., Cæſar.ff.de pub.& ibi per Bar.Et quod ſemel cęptum eſt qualiter habetur pro completo.ff.de au.& arg.leg.& ſi non ſunt. §.argento..alias habetur, quid ergo Et qui annonam de ciuitate trahere cęp[i]t, non tenetur ſuperuenienti edicto,quo trahi prohibetur, vt Hoſt. & poſt eum Inno dicunt in 2.c.ī de conſti & in mercu.Ioan And. ſuper reg.cum in ta partium.ar.6.ad primam partem,& quæ ſemel capta eſt iuriſdictio intelli gitur perpetuata, dummodo res non ſit integra, vt dictum eſt ī.nec expirat per mortem delegantis de reſcri.paſtoralis.in ſi de offi.deleg.gratum,& ca. prudentiam,& c.licet,& ff de procu.l.ſi defunctus, cum l.ſequen.

S V M M A R I V M.

1 *Papa dicitur promotus ad Papatum etiam ante coronationem.*
2 *Clauſula, anteferri, non præfert impetrantes illis quibus eſt ius quæſitum in re.*
3 *Interpretatio canonis ſpectat ad eius conditorem, ſiue habentem poteſtatem condendi canonis.*

C A P. VIII.

QVoniam. Gratiarum reuocatio includit recep-
tos in canonicos præbendam di-
ſtinctam expectantes, etiam ſi quotidianas diſtri-
butiones percipiebant, ſecus ſi prçbendam diſtin-
ctam non expectabant,ſed augmentum portionis,& etiam in
eludit habentes ius ad rem,ſi nondum in vacantibus ad colla-
tionem eſt deuentum. hoc dicit, ſecundum Domi. & primò
ponit mentem reuocatoris.ſecundo ibi,prçſenti. declarat cir-
1 ca illam quinque dubia.† No.primò, quòd etiam ante corona-
tionem Bonifacij,vt colligitur ex glo.in hoc,& ex gl.pen.ī.ſu-
per data huius libri, ſecundum Ioan.Andr.& Domi.de quo in
l.bene.C.de quadrien.prçſcriptio.& in clemē.Romani, de iu-
reiuran.Secundò no.quod omnia hic expreſſa comprçhendū-
tur appellatione beneficij eccleſiaſtici, imo etiam videtur hic
a probari,quòd appellatione beneficij ᵃ veniat canonicatus ſub
expectatione prçben.vt hic patet.de quo vide plene per Rotā
2 in deci.443.quç incipit,Item ſi legatus. † Tertio no. ibi, ius ac-
quiſitum in re,licet ad rem non.ar.quod clauſula,anteferri, nō
prçfert impetrantes illis primis impetrantib. quibus eſſet ouç
ſitum ius in re,& ita tenet hic Ioan.And.& in c.cauſam quç.ī.
de reſcrip.Secus tamen eſſet de iure ad rem,vt hic patet,ſecun
dum Ioan.An.& facit tex.ī.c.proxi.vbi clauſula,anteferri,prç-
iudicat primo impetranti recepto in canonicum, cui iam erat
quçſitum ius ad rem,ſecundum Do.In tex.ibi,prçſentia. no.q
in reuocatione priuilegiorum Romanorum pontificum non
requiritur conſilium vel conſenſus Cardinalium,cum tex.hic
tantum dicat de præſentia,ſecundum Ioan.And. & vide in ca.
ad apoſtolicæ.ī.de re iu.eod.lib.in j.glo.Quartò no.ibi, omni-
no caſſauimus,quod ſucceſſor pōt reuocare priuilegia prçde-
ceſſorum,quia par in parem &c.vt in c.ſi.ī.de reſcrip. eod. lib.
& an talis reuocatio præiudicet ignorantibus dictam reuoca-
tionem,no.in c.j.§.j.ī.eod.& an poſſint reuocari contractus rā
3 tē facti,vide in c.j.ī.de proba.& ibi per Docto.† Vlti.no.ibi,in-
terpretatio,& allegat̄,quod interpretatio canonis ſpectat ad cō
ditorem canonis,ſeu ad habentem poteſtatem iura condendi,
vnde eius eſt interpretari,cuius eſt condere,& dicebat Bal.in l.
ſi.C.de legibus,quod hoc nō debet reſtringi ad perſonam, ſed
ad dignitatem & officium,ideo Imperator, vel Papa qui nunc
eſt,poſſet interpretari omnes leges, vel decretales prædeceſſo
rum,pro quo eſt tex.in c.inter alia.ī.de ſent.excomm.Et idem
eſt in ſtatutis,quia interpretatio ſtatutorum ſpectat ad condito
rem,vt in l.omni nouatione.C.de ſacroſan.eccl.intellige eadē
poteſtate durante, ſecus ſi poteſtas vel officium defecit, & ideo
dicebat Ioan.And.in c.ex parte.ī.de verb.ſignifi.quod officia-
les deputati ad condenda ſtatuta, non poſſunt illa interpreta-
ri,ſed ad illos ſpectat interpretatio, quorum autoritate ſunt fa-
cta,& idē voluit Bal.in l.leges.la 3.C. de legib. & in d. l. omni.
vbi

A D D I T I O.

a Vinc. God. Beneficiorum appellatione an veniat canonicatus, ſiue prçbenda. Fely.in ca in noſtra de reſcri.non tamen comprenduntur hoſpitalia. Fely. in c.de quarta.col.4.de reſcri.Cor.conſ.3.in præſenti litera A.lib.3.

vbi etiam dixit, si vertitur aliquod dubium super verbis statutorum, debet recurri ad dominum ciuitatis, cuius autoritate facta fuerunt. Et intellige prędicta de interpretatione generali, quæ facit fidem, & ius apud dominum, vt d.l.fi. alias vero quilibet iudex potest iura & statuta interpretari, sed talis interpretatio non operatur, nisi in causa coram eo vertente. de quo in c.j.ꝫ.de postu.præla.& ibi per glo.in ver.interpretatus, & facit quod dicit Inno.in c.cum speciali.ꝫ.de appel & in c.olim.ꝫ.de verb.signi.& ita est de mente Ioan.And.hic.In glo.2.in fi.vide de reuocatione aliorum priuilegiorum Celestini, in extrauaganti Ioan. 22. quæ incip. sancta Romana. abi dicitur, quod ipse Papa Bonifacius 8. reuocauit omnia priuilegia ab ipso Celestino concessa, quæ per ipsum Bonifac. approbata non essent.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum censetur esse eiusdem iuris cuius est istud cui adiungitur.*

1 Si autem. †No.j.ibi,augmentum.quòd augmentum censetur esse eiusdem iuris cuius est res principalis cui adiungitur, quod inducit Domi. vt habens priuilegium transeundi per territoriũ alicuius sine solutione gabellæ, possit eodem modo transire per territorium illi additum, pro quo facit, quia disposita in principali intelliguntur tacite repetita in augmento, vt est tex.in l.etiam.C.de iure do. vbi Cy. & Bal. dicebant, statuta ciuitatis habere locum in locis de nouo additis seu factu de territorio illius ciuitatis, puta si statutum dicat, ꝙ banniti non possint conuersari in territorio ciuitatis. de quo etiam in cap.super eo. ꝫ. de censibus. Vlti.no.ꝙ ecclesia potest quandoque habere determinatum numerum canonicorum, & non præbendarum, seu portionum, vt hic. Et quandoque potest habere determinatum numerum In vtroque, vt in ca. dilecto.ꝫ.de præbē. Et quandoque in neutro, vt in c.ex parte, ꝫ. eo. & de his vide plene per Ro. in deci. 460. quæ incip. Quæritur quanti temporis. Et patet hanc esse differentiam inter portiones, seu prębendas, quia in ecclesia aliquando non sunt præbēdæ distinctæ, sed portiones diuidendæ inter canonicos certi numeri, & tales portiones dantur secundum numerum canonicorum, & habent instar prębendarum, & sunt priuilegiatæ, vt prębendæ de quibus per Innocen. et Ioan. And. in cap. dilectus.el j.ꝫ. de prębē. vbi etiam tenet, quod regulares religiosi illas habere non possint. de quo hic per Pet. de Ancha. & per Innocen.& Ioan.And.in c.edocere.ꝫ.de rescrip. In glo.magna in fi.pro opi.Hostien.adducit hic Ioan. And. l.si cui serui. ff.de leg.1.& clemen.vnica.in fi. de præben.vbi clausulę quãdoque ponuntur ad exequendam gratiam, non ad augendam, & licet in practica seruaretur prima opi.Host.de iure tamen non procedit, secundum Imo.quia ratio Hostien. quod sit magis impetrabile in ista ecclesia quam in illa, non procedit in literis beneficialibus, in quibus non licet arguere de maiori ad minus, ut in ca.cui de non.ꝫ.de pręben.eod.lib. Sed aduerte, quia Ioã. And.videtur hic residere in ista opi. Hosti.& eam sequitur do. Anto.in c.constitutus.ꝫ. de rescrip. vbi dicit esse casum de hac q.ibi enim impetratio erat facta de vacante, vel de proxima vacatura, & tamen ibi dicitur quod si determinatio numeri non pręcessit executorias obtinebit impetrans, vt patet ibi in fi. tex.per quem tex.limitabat glo.hic, vt procedat, quando numerus non est taxatus tempore impetrationis, nec tempore executionis, quia tunc statim recipietur in canonicum, & habebit portiones, sicut alij, & hoc nisi obstet exceptio paupertatis, vt dicit glo. Si vero numerus non erat determinatus tempore impetrationis, sed tempore executionis sic, tunc impetratio valebit, non tamen recipietur statim, sed expectabit vacaturam, vt probat tex.ibi, in fi.& ita limitatur hic glo.& ita sequitur hic Dom.& hanc glo.sequitur Lap. in sua alleg.14. vbi etiã dixit per hanc glo.quod reseruatio facta de prębenda vacante,

a vel vacatura, extenditur ad ecclesiam[a] non numeratam, & vide ad prędicta per Innocen. in capit.relatum. supra de pręben. & in simili per glo.in ver.vacaturam. in capit. dudum.de præben.eod.lib.

ADDITIO.

a Vide ad hoc Host.supra eod.titu.ex parte Hastensis.& Pau. in clemen. literas. supra de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Vocis dandæ in capitulo potestas non dependet a præbenda, sed a canonicatu.*

2 *Præbendæ, & portiones veniunt appellatione beneficiorum.*

1 In illis. †No. j.ibi, quantum ad capitulum, quòd potestas vocis dandæ in capitulo non dependet a iure prębendali, sed a iure can. ideo est quod receptus vltra numerum autoritate apostolica debet habere vocem in capitulo, & locũ in choro, & quotidianas distributiones. de quo tamen per Io. And.& Docto.in c.cum M.ꝫ de constitu. & plene per Ro. in deci.443.circa fi. Secundò no.ibi, plenitudinem &c. quod dicitur habere plenitudinem iuris canonicatus ille qui habet pertinentia ad canonicos, licet prębendam non habeat, sed eam expectet. quod inducit hic Domi.ad statuta loquentia de cano

a nicis habentib.plenitudinem iuris canon. †Vlt.no.ibi, alia beneficia, quod prębendę, & portiones ueniunt appellatione beneficiorum, de quo est dictum in c.quamuis.el a.ꝫ. de præben. eod.lib.& vide glo.in clemen.j.ꝫ.eod.non tamen veniunt quotidianę distributiones appellatione beneficij, seu præbendæ,

a vel portionis, vt[a] patet ꝫ.in tex.ibi, ac distributionum. per quẽ tex.dicebat Ro.in decisio.134.quę incip.Item quando.quod si fiat mentio de fructibus beneficij vsque ad certam summam, tales quotidianæ distributiones non computantur in valorem beneficij, de quo etiam per Ioan.And.in addi.Spe.super rubri. & ita sequitur hic Domi.In glo.in versi.existit.in fi.ideo dicebat hic Pau. quod in ecclesia sunt quædam portiones quę vocantur consecutiuæ, quia si in illa est certus numerus canoni. & ipsorum prouentus diuiduntur in tot partes quot sunt canonici, & si sunt ibi supra numerum, datur illis sua pars, & de illis loquitur tex.ꝫ.§.proxi. Quædam sunt portiones quę appellantur priuilegiatæ, vt quando in ecclesia est certus numerus canonicorum, & prębendarum, quę tamen nõ sunt distinctę, sed diuiduntur fructus in tot partes quot sunt canonici intra numerum, & tunc in istis procedat tex hic, cum tales portiones sint loco prębendarum canonicorum existentium, intra numerum, secundum eum, vnde expectantes expectabant nouum ius distinctum a primo, ideo reuocatoria locũ habet.

ADDITIO.

a Ber.de Roma. Et ratio secundum dominos eiusdem Rotæ est, quia distributiones huiusmodi dantur ratione certi ministerij, puta interessantib diuinis, vt in c.licet, de præben.& de cle.non resi.c.vno.lib.6.& ibi per Ioan.And.& latius per eundem in addi.Spe.eo.tit.& per Pe.de Anch.in repe.cle.pri. eo tit. & per Oldra.consi.112.

SVMMARIVM.

1 *Executor apostolicus potest reseruare, inhibere, & decretum apponere.*

2 *Literæ beneficiales & alij actus præcedentes collationem non tribuunt ius in re, etiam si interuenerit reseruatio vel decretum.*

3 *Collatio tribuit ius in re si fiat de beneficio vacante, secus si de vacaturo.*

1 Sane. †Nota primò quod executor apostolicus potest reseruare, inhibere, & decretum apponere, facit tex. in capitu.si soli.ꝫ.eodem, imo etiam hoc potest executor de-

a putatus a legato, vt per Lapum in sua alleg.14.in princip. †Secundò no.hic tex.pro habentibus ius ad rem, & ius in re, nam literę beneficiales, & quicunque actus pręcedentes collationem non tribuunt ius in re, dato quod interuenit reseruatio, & Interpositio decreti, & dato etiam, quod intercesserit petitio impetrantis, vt hic patet, quo casu per petitionem videtur beneficium acceptari, vt in clemen.1.infra eodem. imo etiam dato quod interuenerit sententia qua fuisset adiudicatum beneficium, cum per sententiam non conferatur ius in re, nec transit dominium, nisi post actualem executionem, vt in §.fin. Insti.de offic.iudic.& l.nepoti.ff.de fun.instrum.& satis probatur hoc, ubi decretum uel reseruatio non tribuit ius in re, ergo nec sententia quę illis ęquiparatur, ut in cap. j.§. adducebatur.supra eodem, secundum Pet.de Ancha. Tu aduerte, quia si alicui adiudicatur beneficium per sentẽtiam tanquam suum, tunc uidetur quod debeat transferri ius in rẽ, ut in d.capit.j. in fi. secus si per sententiam pronunciaretur beneficiũ alicui fore debitum, quia tunc transfertur, & declaratur ius ad rem, & ita uoluit glo.no.in uer.debitum.in clemen. auditor. de rescri. Nec obst. quod per sententiam non transit possessio, ut dixit Innocen.in c.cum nostris.ꝫ.de concess.pręben.nam & per collationem non transit possessio, & tamen confertur ius in re, ut

3 hic, & in d.c.si tibi. † Vltimo no.quod per collationem tribuitur ius in re, quod intellige primò, si fiat de uacante. secus si de uacatura, ut in cap.1.supra eod.secundum Ioan. And. Secundò

a intellige, quando talis collatio[a] est acceptata per eum cui fit collatio, uel per eius procuratorem, alias non tribuetur ius in re, sed ad rem, ut hic in tex.ſm Lap.adducentẽ ad hoc no.in ca. cum inter canonicos.ꝫ.de elect.& ꝫ.eo.tit. in c.ne captandę, & ꝫ.de pręben.eod.lib.in cap.si tibi absenti, & cap.cui.& in cle.1. in fi.ut lite pen.

ADDITIO.

a Vinc.God. Collatio facta de beneficio cum clausula ista, confero tibi beneficium si vacat, valet. Felyn. in capit. cum contingat. colum. penul.versicu.6. de offic. delega.

Ne sede

Ne sede vacante. *Rub.*

SVMMARIVM.

CAP. I.

Si ad Episcopum. Primò determinat dubiũ, quando communiter spectat collatio ad Episcopũ, & capitulum. quod dubium formficat ibi, etiã si. secundò ibi, cum verò. ponitur determinatio, quando collatio pertinet ad Episcopum solum de alterius consilio vel consensu, & vnus casus excipitur ibi, nisi. tertiò ibi, vbi vero, ponit quando col. ad alium pertinet de consi. ipsius Episcopi, & rõ reddit ibi, quia in petendo. h. d. Collatio ad Epm & capitulum simul pertinens, vno ipsorum 1 effecto inhabili, alter confert. †No. j. ibi, prębendarum, quia idẽ est in alijs bñficijs large sumẽdo, cum eadẽ sit ratio, ſm Io. An. & sic largo sumpto vocabulo appel. præbendarũ venit non solum canonicatus & prębẽda, sed & quodlibet aliud bñficium, qñ est eadẽ rõ, facit quod no. in c. 1. ꝫ. de ele. eo. li. vbi idem dr̃ de cano. pro quo ẽt facit tex. j. in ver. bñficiorum, & sic ẽt facit ꝙ appellatione bñficiorũ, venit ẽt prębẽda, de quo per gl. in reg. a j. ꝫ. eo. lib. & vide dicta in c. q̃uis. el 2. ꝫ. de pręb. eod. lib. †Secũdò 2 no. ꝙ suspensus [a] a collatione bñficiorũ non põt conferre præbendas, & sic mors naturalis ęquiparat ciuili quo ad collationes bñficiorũ, quia parificat hic mortuus naturaliter, & suspensus, vel excõicatus qui beneficia conferre non põt, vt patet j. in tex. cũ tñ mors ciuilis nunq̃ æquiparat naturali, nisi in casibus expressis in iure, ſm glo. 16. q. j. placuit, & in c. suspectũ. ꝫ. de rescri. eo. lib. Tertio no. ibi, vt prælatus, quia idẽ & fortius si vt canonicus, vt patet ex hac dictione, ẽt, quæ ampliatiue ponit, vt in c. cum in illis. §. j. ꝫ. de præben. & in c. quotundam. §. nolẽtes. 3 ꝫ. de ele. eo. lib. †Vlti. no. ꝙ capitulum potest suspendi, licet nõ possit excõicari, vt in c. Romana. §. in vniuersitate. j. de sent. excõ. tñ bñ possunt singulariter oẽs de capitulo excõicari, vt hic dr̃. vt ergo hẽat locum iste tex. requirit ꝙ oẽs singulariter sint b excõicati, [b] vñ si vnus solus super esset qui non esset excõicatus, dẽt Eps cũ illo conferre, cũ talis pręseruet ius capituli & in illo resideat, vt no. in c. gratiã. ꝫ. de postu. p̃la. ſm Io. An. In gl. 2. in fi. idẽ si quasi vacet, vt in casu c. si Episcopus. ꝫ. de sup. negli. præl. In gl. in ver. suspenso. in fi. videlicet. conferendo scienter 4 indigno. †In gl. j. ver. maioris. in fi. & sic illi de capitulo suspẽsi, vel maiori excõicatione excommunicati, non possunt, etiam simul cũ Epo cõferre, sed solus Episcopus potest, vt hic in tex. c & intellige de publice excommunicati, quia si essent occulti, & [c] conferunt vna cum Episcopo, & tunc ex quo non possunt vocari, valebit quod faciunt tanquam capitulum, ex quo spectat ad capitulum ratione publici officij, etiam si postea appareat eos fuisse tunc excommunicatos, secundum ea quę no. per Innocen. & Ioan. And. in c. si vere. ꝫ. de senten. excom. in magna glo. ad fi. & in c. cum dilectus. hic alleg. in ver. suspensus. & in reg. mora. j. eod. lib. in j. q. in solutione. secus si ex iure singulari inter ipsos excommunicatos & non excommunicatos ageretur, quia tunc vox excommunicatorum, etiam occulte non valeret, probata tali excommunicatione, vt in d. c. cum dilectus, & c. cum inter R. hic alleg. & no. in cap. illa. eod. titu. per Inno. & Ioan. And. secundum Lap. & Domi. hic in fi. c. & vide quod no. in cap. fin. ꝫ. de procu. & in c. suscitatus. de rescrip. & in c. j. ꝫ. de excep.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Nota quod suspensus potest eligere, non eligi. vide tamen Fely in c. apostolicæ col. 6. de excep. & an suspenso a beneficio debeatur modica sustentatio Fely. in d. c apostolicæ. col. 5. ver. modica sustentatio.

b Hunc casum no. notauit Ioan. And in reg. cum quid vna via prohibetur. infra eod. lib. de regul. iur. quam exceptionem commenda memoriæ, quia facit ad multa.

c Vide ad hoc Lap. alleg. 136. & alleg. 139.

SVMMARIVM.

Cum verò. Si collatio spectat ad Episcopum de cõsilio vel cõsensu capituli, Epo mortuo, vel alias inhabili, nec sit in mora, capitulum conferre non potest. 1 h. d. †In tex. ibi suspenso. intellige generaliter siue a collatione beneficiorum, siue ẽt ab officio, quia nullo casu suspensus põt beneficia conferre, vt in c. cum dilectus. ꝫ. de consue. ſm Io. An. & idem vr̃ de suspenso a beneficio, de quo tñ per gl. in ver. suspensi. in cle. cupientes. de pęnis. Vlt. no. ibi, intromittere, quia qñ Eps est suspensus, capitulum sicut nõ potest tunc conferre, ita nec poterit commendare, sed mortuo Epo, licet cõferre nõ possit, tñ poterit ea custodiẽda alteri cõmendare, vt tenet hic Io. And. & in c. 2. ꝫ. eo. tit. ratio differentiæ est, quia commendare est iurisdictionis, ſm no. in c. nemo. ꝫ. de ele. eo. lib. sed capitulũ succedit in iurisdictione sede vacante, vt in ca. his ꝗ. & ca. cũ olim. ꝫ. de ma. & obe. quod secus est qñ Eps est suspẽsus, ſm 2 Do. †Et an capitulũ vacante sede possit recipere resignationes bñficiorũ spectantiũ ad collationẽ Epi, vide pleone p Ro. in deci. 311. q̃ inci. Itẽ fuit dubitatũ vtrũ capitulum, licet aũt capitulũ sede vacã. ꝯferre nõ possit bñficia spectantia ad collationem a Epi, põt tñ ꝯfirmare electiones, & instituere pñtatos, [a] vt in c. j. ꝫ. de insti. eo. lib. & ibi vide. In gl. in ver. assensu. in princi. tenet hic Do. ꝙ de iure cõi collatio spectat ad Epm cũ consilio capituli, vt est casus in c. quãto, & c. nouit. ꝫ. de his que fi. a prela. & ita tenet Io. An. in c. si capitulo. ꝫ. tit. proxi. ſm Domi. tu vide de hoc no. in c. a collatione. ꝫ. de appel. & in c. cũ in ecclesijs. ꝫ. de 3 pręb. eo. lib. In ea. gl. in fi. de hoc dicet j. in fi. istius c. †In glo. in ver. mora. in prin. poterit ergo cap. supplere morã. & negligentiã ipsius Epi, & sic est hic casus in quo minor supplet negligentiã maioris, licet cõtrariũ dixerit Inn. in c. quia diuersitatẽ. ꝫ. de concess. pręben. & rõ est, quia Eps & capitulum sunt vnum corpus, cuius Eps est caput, & canonici mẽbra, vt in d. c. nouit, vñ speciale cõiugiũ est inter eos. ꝫ. de test. requisisti. §. secus. rõ ratione talis coniunctionis citius fit deuolutio ad vnũ reliquũ. ar. l. j. C. qñ nõ pe. pat. & in c. si. 65. dist. ſm Io. Mo. qđ tñ intellige in bñficiis pertinentibus ad collationẽ Epi suo iure, & sic de ꝯsilio capituli, & ita loquit iste tex secus si ex iure ad eũ deuolutio, quia tunc nõ ad capitulũ, sed ad superiorẽ eius deuoluit talis ptãs, vt ꝫ. de ele. ne pro defectu. & rõ est, quia maior est cõtio in proprijs q̃ in deuolutis, vt in d. c. §. secus, ſm Archi. & Ioã. And. de quo ẽt plene p eũ in c. cũ in cunctis. ꝫ. de ele. in gl. fi. & in c. q̃. ꝫ. de ele. eo. lib. de quo vide ibi plene no. Secundò intellige prędicta, qñ ad Epm spectat collatio cũ ꝯsensu vel ꝯsilio capituli, & tunc capitulũ supplet negligentiã Epi & ex delicto & negligentia ipsius deuoluit ptãs ad ipsum capitulũ, licet ex solo defectu non, vt dr̃ hic in tex. secus vero si collatio spectaret ad Epm & capitulũ simul, quia ex negligentia alicuius nõ deuolueret ad aliũ ptãs, sed bñ ex impedimẽto vel delicto alterius, licet non ex defectu, & intellige de delicto qđ cõmittit in conferendo, alias non fieret deuolutio, hęc possunt colligi de ele. cum in cũctis. §. fi. & c. bñ, & c. auditis, & c. cũ Vintoniensis, & ex ibi no. & de ꝯcess. pręb. postulasti. & c. 2. & hic ſm Lap. ut refert hic Do. in fi. istius c. & Pe. de Anch. hic in prin. Sed hoc di cũ[?] nõ vr̃ verũ, quia si attẽdit ratio societatis, quia sunt vnũ corpus, vt ꝫ. dr̃, tunc fortius deberet supplere negligentiã alterius ex eis, qñ spectat collatio ad Epm & capitulũ, similiter qñ spectat ad solum Epm de consilio vel cõsensu capituli, nec est verum ꝙ capitulum vt minor non possit supplere negligentiam 4 Epi, quia imo potest, vt est tex. in c. 2. de concess. pręb. †Et circa pdicta conclude, ꝙ si collatio spectat simul ad pręlatum, & capitulum, & tunc vnus non supplet negligẽtiam alterius, vt in c. fi. ꝫ. de sup. ne. p̃la. Si vero collatio spectet ad solum Epm, vel pręlatum, tunc eius negligentiam supplet capitulũ, sicut eõ, vt in c. 2. ꝫ. de concess. pręb. Quando vero collatio spectat ad Episcopum vel pręlatum cum consilio vel consensu capituli, tunc ex quo cẽsetur spectare ad ipsum Epm solum, ut patet ex hoc tex. poterit capitulũ eius negligentiã supplere, licet eius defectũ supplere non possit, vt hic in tex. & facit d. c. ſm, & vide in cle. vt hi qui. in gl. ver. constitutus. ꝫ. de ęta. & quali. & ibi Do. Ant. & ita vr̃ tenendũ, quicquid dicat hic Lap. In ea. glo. ibi, & non ante cõferre possit, idẽ Archi. dicens & Host. hoc tenuisse in c. fi. ꝫ. de ele. ſm Io. And. quod intellige si negligens fuit in conferendo, tunc enim dẽt expectari per sex mẽses, secus si in peten-

ADDITIO.

a Ber. de Roma. Adde quod no. Inno. in c. admonet, & in c. quod in dubijs. supra de renuncia. quod procedit secundum Io. And. in cle. vnica. de rerum permu. & Pau. in clemen. 1. de hære. in beneficijs, quorum collatio pertinet ad Episcopum & capitulum simul.

in petendo absolutionem, quia tunc sufficit quod Episcopus sit in mora, vt in capitulum transeat talis potestas, vt vult glo. quæ in hoc casu bene dicit, secundum Do. pro quo facit, quia frustra expectarentur sex menses hoc casu, ideo etiam post talem moram non possit conferre. Sed certe posset contingere, quod tunc esset absolutus. † In ea glo. in fi. no. ex gl. quod arbitrio iudicis relinquitur, quando dicatur quis esse in mora. & idem tenet Archi. & Io. And. facit gl. in c. si clericus. s. de præb. eo. tit. dicens quod arbitrio iudicis relinquitur, quando dicatur quis fuisse in negligentia. & dicit hic Io. And. post Archi. quod ille dr esse in mora qui petit licentiam, & postea se retraxit ab instantia petendi, vt in l. mora. ff. de vsur. & idem si ordinauit nuncios vt irent pro petenda relaxatione, qui ab eo licentiati adhuc in eius domo persistunt, vt l. miles. ff. ex quibus cau. ma. secus si iter arripuissent, vt in l. qui mittuntur. §. fi. ff. eo. tit. & in c. meminimus. de app. secundum Io. And. intelligentē, quod in prædictis debeat versari arbitrium ipsius iudicis, vt s. in glo. cum eius dictū procedit, quando bonus vir arbitraretur illum esse in mora, cum eius arbitrio relinquatur, vt s. in gl. imo & forte bonus iudex arbitrabitur, si aliter non appareat de mora vel negligentia illum esse in mora vel negligentia, qui intra sex menses per se vel alium non petijsset relaxationem quam petere potuit, cum petitio relaxationis, vt præcedens collationem, ab ea regulari debeat. ar. c. præterea. s. de offi. deleg. Quid autem si debens petere relaxationem fuit in mora [a] per mensem, postea abfuit causa reipublicæ & institit pro licentia, & illam non habuit, & iterum cessauit, & in mora fuerit, postea institit. Archi. & Ioan. And. volunt quod negligentiæ sint coniungendæ, & excusationes seu media impedimenta sunt deducenda, vt tunc non currat tempus semestre, vel succurratur huic tanquam iustam causam habenti, sicut absenti subducerentur de tempore præscriptionis, vt in l. quod tempore. C. de resti. mili. secundū Ioan. And. sentientem, quod in mora committenda ponderetur tempus semestre ad petendam absolutionem, quod procedit nisi aliter de ipsa mora appareret, quia tunc aliud tempus non est expectandum, vt s. tale enim tps currit impedito, vt in c. quia diuersitatis. s. de concess. præb. & vide gl. in ver. numerandum. in c. statuto. de præb. eod. lib.

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde, quod mora non contrahitur quando quis potest se tueri aliqua exceptione. Goz. consi. 35. nu. 17. & quando mora possit purgari, & quando non, Ruyn. consi. 133. nu. 5. & consi. 26. lib. 3. & consi. 20. nu. 4. lib. 4. & consi. 74. nu. 2. & 4. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum non succedit in requisitione consilij, quod erat ab Episcopo requirendum.*
2 *Consilium habens præstare non potest alteri committere.*
3 *Dispositio huius §. quando locum habeat.*
4 *Consilium quandoque ponitur pro consensu, videlicet, non facias hoc sine consensu.*
5 *Consilium an sit necessario sequendum, vide hic distinctionem.*
6 *Actus si fieri debet de consensu & consilio alterius, sufficit solus consensus illius rationem reddit.*
tui, vt est tex. hic, & ita tenet hic Bal. in 6. colum & est dictum ℥. cum etiam filio instituto in sola legitima possit pupillariter substitui, vt in l. sed si plures. hic alleg. in §. ad substitutos. & ibi per Imo. de quo ℥. in 4. not. 55 † In glo. in ver. liberis. in fi. in princ. quando sit quod pluralis [a] locutio resoluatur in singularitatẽ, per Bal. in l. j. hic alleg. & per Bar. in l si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & dicetur in regula, pluralis. ℥. eod. lib. & licet pluralis numerus ad minus requirat duos, vt dicta regula, pluralis. & l. fin. ff. ad Trebel. tamen hic dicit gl. ideo procedit, quia eadem videtur ratio, quando decedit cum vno filio, sicut quando cum pluribus, arg. l. cum acutissimi. C. de fideicom. facit l. 3. §. 1. ff. de nego. gest. vbi verba edicti loquentia de gerente negotia aliena, verificantur in gerente vnum negotium tantum, & vide ibi concordantias in glo. vnde ex his dicebat Bal. in l. j. C. de condi. inser. quod si statutum diceret, quod stantib. filijs mas. soror non succedat, q̃ etsi vnus solus filius supersit, excludit sororem. Item si statutum dicat, q̃ muliere decedente sine filijs vir lucretur partem dotis, q̃ sufficit vt mulier decedat cũ vno filio, vel filia, vt sic maritus excludatur, quod no. Et pro declaratione istius glos. plura sunt aduertenda, & primo qui veniant app. liberorum in hac substitutione facta, si decesserit sine liberis, de qua hic in tex. & dic, quod veniunt filij & nepotes, & alij descendentes, vt l. liberorum. ff. de verbo. signifi. & in l. iubemus. §. pen. C. ad Trebel. & plene per Barto. in d. l. liberorum. & sufficit tunc, quod moriatur quis cum vno filio vel nepote, vt excludatur substitutus, vt dicit glo. hic, imo est tex. no. in l. 1. hic alleg. & in d. §. pen. quod non dicitur decedere sine liberis, qui reliquit nepotem aut neptem ex filia, imo dixit plus no. Bald. idem, quod si esset dictum, si decesserit sine liberis ex suo corpore natis, quod eodem modo non veniet nepos vel neptis ex filia, argum. d. l. cum acutissimi, & idem videtur tenere Bart. in d. l. liberorum. in fi. per l. Lucius. la 2. ff. de hære. institu. & facit glo. in Authen. de non elig. secundo nub. § cum igitur, & ita sequitur Pau. in d. l. j. Sed si esset dictum, si decesserit sine liberis masculis, an veniat tunc nepos ex filia. & videtur quod sic, cum sit de liberis, vt d. l. 1. & d. l. liberorum. & sic mascu. & facit c. 1. de eo qui sibi & suis hæred. mascul. & ita est tenendum in substitutionibus. Sed in concessione feudi vel emphyteusis, quando adijcit istud verbum masculis, debet intelligi de masculis descendentibus ex masculis, & sic nõ de nepote ex filia, vt tenet no. Specu. in titu. de loca. §. nunc vero aliqua. in ver. 146. & ita procedat quod dicit Bal. in d. l. j. secũdum Pan. de Cast. ibi, quod no. idem tenet Bal. in authẽ. si quas. in fi. C. de sacrosan. eccle. dicens, quod si quis receperit emphyteusim pro se filijs & nepotibus mascul. quod non includitur nepos mascu. ex filia. Secundo est aduertendum in hac substitutione, si decesserit sine liberis, an sit necesse q̃ liberi sint hæredes, [b] vt excludant substitutum. & dic quod non, per tex. in l. filius. §. cum quis erit. ff. de leg. 1. dato etiam quod hæreditatem repudient, vel sint exhæredati, secundum glo. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. licet glos. dixerit contrarium & male, in d. §. cum quis. vt ibi per Bar. & per Cy. in d. l. j. C. de condi. inser. licet secus esset, si filij essent deportati, vel fratres minores ibi. Tertio est aduertendum, quid si est dictum, si decesserit sine hæredib. glo. in d. l. ex facto. §. fin. tenet idem esse, quia intelligitur si decesserit sine liberis, & sufficit, quod extent liberi, licet sint exhæredati, vel nolint esse hæredes, & ita tenet Bart. & Imo. in d. §. cum quis. & in d. §. fi. licet Bar. ibi sentiat contrarium, & non bene, quando istud verbum apponeretur in conditione. Quando autem apponeretur in concessione emphyteusis, vel feudi facta pro se & hæredibus suis, an veniant filij, licet non sint hæredes, vide per Bald. in d. l. 1. & in l. liberti libertæque. C. de oper. libe. & per Barto. in l. iurisiurandi. §. si liber. ff. de oper. lib. Quarto est aduertendum, quia ista conditio, si decesserit sine liberis, vt deficiat, debet intelligi de superuiuentibus post mortem eius, cui ista conditio apponitur, vnde si liberi ante eum vel simul cum eo moriantur, non faciunt conditionem fideicommiss. deficere, vt est tex. no. in d. l. ex facto. §. penul. & ibi vide sing. cui incumbat onus probandi, quod liberi superuixerint, vel non, de quo ibi per Ange. & Imo. & per Bald. in l. quod pater. ff. de reb. dub. Quinto est aduertendum, quid si in substitutione non esset dictum, si decesserit sine liberis, sed si decesserit sine filijs, an inter hæc sit differentia. & dic quod non, quia appel. filij hoc casu comprehenduntur omnes liberi, & sic nepotes alij vlteriores, vt est tex. no. in d. l. Lucius. & tenet Bar. in d. l. liberorum, & sic venient tũc neptes vel nepotes etiam ex filia, vt in d. l. 1. & intellige prædicta procedere siue substitutio facta sit a patre, siue ab alio extraneo, vt est tex. no. in d. l. Lucius. vbi etiam no. probatur hoc procedere, etiam si testator dixerit, si decesserit sine filiis ex suo corpore natis, q̃ eodem modo comprehendit omnes liberos, & sic nepotes & vlteriores, prout tenet Bar. in d. l. liberorum. & Ang. in d. l. Lucius. Sed an tunc monasterium, quod habetur loco filij, vt in auth. nisi rogati. C. ad Treb. excludat ipsum substitutum, vide ibi per Docto. in c. in presentia. ℥. de proba. & per Bar. in l. si ita quis. §. is cui. ff. de leg. 2. Et scias, quod app. filiorum veniũt tam masculi quam feminæ, vt in l. filij. & l. iusto. ff. de verbo. signifi. Et generaliter an & quando appel. filiorum veniant nepotes, & alij vlteriores, & quid in statutis, rescriptis, vel priuilegijs, vide plene per Bal. in d. l. liberorum, & ibi an veniant ex propria significatione, an vero ex interpretatione. Sexto est aduertendum 56 † in hac substitutione, si decesserit sine filiis, vel liberis, an sufficiat quod liberi sint naturales tantum. & dic quod sic, nisi de mente testatoris aliud appareat, vt in d. l. ex facto. §. subrogatus. secus tamen esset, si essent filij spurij, vt in authen. ex complexu. C. de incest. nup. de quo plenissime per Bar. & alios Doc. in d. §. si quis rogatus. & ibi quid de legitimis tantum, & sic de adop. de quo etiam per Docto. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & subst. & in l. libertinum. C. de interdi. ma. & hic per Archi. Et quid de filijs legitimatis, an excludant substitutum, vide per Docto. in l. fina. C. de his qui ve. æta. Septimo & vlti. est aduertendum, quia cum hic in tex. fuerit facta substitutio per nomina collectiua, puta si vterque ex filijs decesserit sine liberis, an sufficiat quod alter ex filijs institutis moriatur sine liberis, vt sic pauperes hic substituti admittantur ad illius portionem. Ioan. And. hic quod non, per tex. in l. pe. C. de impu. & alijs subst. quia est necesse, quod conditio substitutionis in persona vtriusque verificetur. Sed si in substitutione pauperum non fuisset appositum hoc verbum, vtrunque: sed si testator sic dixisset, filium & filiam instituo hæredes, & si decesserint in pupillari ætate, instituo pauperes Christi, an si vnus ex filijs moriatur, admittantur pauperes sic substituti ad partem ipsius morientis, an vero requiratur quod eueniat conditio in persona vtriusque, vide per Ioan. And. arguentem pro & contra, & tamen se tenuit ad no. in d. l. pen. & ibi per glo. & Cy. & alios Docto. Et quid si testator dicat, si ambo decesserint sine filiis, vel si omnes decesserint siue filiis, an requiratur, quod eueniat conditio, in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. vbi plene de his, & hic per Bald. in 21. columna. de quo infra dicetur in materia substitutionis compendiosæ. 57 † In glos. in uer. filiæ. ibi, & econtra. facit ff. de reb. dub. l. qui duas. post princip. & nota ex glos. quod illa dicitur esse directa substitutio, quæ fit per verba directa, quando substitutus directe & non per mediam personam venit vel uenire potest ad hæreditatem substituentis, uel substituti, ut si dicatur, talis sit hæres, secundum Ioan. And. unde dicebat Barto. in l. Centurio. ff. de uulga. & pupilla. circa finem, ponendo regulam, quod uerba directa sunt illa, quæ de sui natura importanr, ut ille, cui relinquitur, de sua manu accipiat, nec ibi alterius factum requiritur, ut est tex. & glos. in uer. directis. in l. eam quam. C. de fideicommiss. Bald. uero in l. fina. C. de sacrosan. eccle. posuit quinque regulas cognoscendi uerba directa ab obliquis, seu indirectis, dicens inter alia, quod una regula de uerbis directis est talis, quia omne uerbum, per quod immediate succeditur testatori, est uerbum directum, ut per glos. in d. l. eam quã. Alia regula est, quia uerba directa important successionem descendere ab instituto in substitutum immediate, si ipse institutus moriatur, secundum glos. in d. l. eam quã. Item alia regula est, quod omne uerbum, quod alterius ministerium excludit in uniuersali substitutione, est directum, ut nota. in l. si quis ita. ff. de usufruc. lega. Important ergo uerba directa, quod quis directe per manum suam accipiat, nec factum alterius exigitur, ut in l. omne uerbum. C. commu. de lega. & per glos. in d. l. eam quam. ut testator ipse facit, & nemo alius facit, puta si testator dicat, si filius meus decesserit sine filijs, Titius sit hæres, nam isto casu iste Titius substitutus a se capit hæreditatem, & non ab alio, secundum Bald. hic in 15. columna.

quæ

ADDITIONES.

a Vin. God. Nota, quod pluralitas resoluitur in singularitates, quando est eadem ratio de vno quo ad vnum, vel de pluribus quo ad plures, alias non resoluitur in plures singularitates, quando non est eadem ratio. Ruyn. consi. 66. nume. 6. lib. 3.

b Vin. God. Hinc est, quod emphyteusis ecclesiastica concessa alicui pro se & hæredibus, licet intelligatur de liberis, tamen oportet quod sint hæredes recipientis, ad hoc, vt admittantur. Ruy. consi. 153. nu. 1. lib. 1.

quæ omnia no. & tene menti tanquam necessaria pro intelligentia istius decreta. & totius materiæ ipsarum substitutionum. Et aduerte primo, quod inter ista verba directa, de quibus j. quædam sunt verba directa ciuilia, quæ ideo sic dicuntur, quia iure ciuili sunt inducta, vt verbum hæres esto, vt in l. lege obuenire. ff. de verbo. signifi. vel per verbum, sit heres, vt per glos. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupil. & idem in verbo, instituo, vt in l. j. & per totum. ff. de hæred. institu. secundum Bar. in d. l. Centurio. in 3. colum. ver. primo quæro, quis sit effectus &c. Quædam vero non sunt ciuilia, sed magis communia, & sic dicuntur verba directa iurisgentium, ideo quia sonant quod de manu sua quis accipiat, non ab alio, vt per gl. in d. l. eam quam. in verbo, accipiat, & in verbo, capiat, & in verbo, moriatur. de quo hic in tex. & glo. hic per Barto. in d. l. Centurio. Et prima possunt appellari directa directo, secunda directa non directo, prout dicit hic Ioan. And. in nouel. in sua addi. mag. in fi. verbum, quia verba directa non ciuilia non multum videntur differre a verbis cōmunibus, vt tangit Bart. in d. l. Centurio. in fine, & in illa q. quando in personis diuersarum diuersa verba ponuntur, ideo non est multum insistendum

58 † Secundo aduerte, quia verba directa sunt j. scripta, videlicet. Primo est verbum hæres esto, quod est directum ciuile, vt supra, & per gl. in l. precibus. C. de impu. & alijs substi. & idem de verbo, hæres sit, vt per glos. in d. l. verbis ciuilibus. & tenet glo. hic, & Ioan. And. & Bald. hic in 8. colum. & hoc, siue exprimatur a testatore, siue tacite suppleatur, vt in l. j. in fi. ff. de hæred. institu. & ita tenet Bald. in l. fina. in fi. C. de sacrosan. eccle. & Barto. in d. l. Centurio. circa fi. dicens prędicta vera, quando ista verba diriguntur ad ipsum hæredem, & sic testator ipse facit, secus si alius faceret, puta si diceret, volo quod talem hæredem recipias, quia tunc esset fideicommis. vt l. pater filium. in fi. de leg. 3. & idem si diceret, rogo vt Titium hæredem facias, vt l. filius. §. vt quis hæredem. ff. de lega. 1. Secundo est verbum, dominus esto. vt l. his verbis. ff. de hæred. instit. secundum Bal. in d. l. fina. in fi. Tertio est verbum, moriatur. de quo est tex. & glo. hic in versic. filiæ. & ita sequitur ibi Ioan. And. & Barto. in d. l. Centurio. in 3. colum. in fi. & Bald. in d. l. fina. in fi. & de hoc verbo in iure canonico alibi non reperitur, quam hic, imo refert Ange. in d. l. Centurio. quod Barto. & Bal. dicebant dictum verbum non reperiri de iure ciuili, nec in tex. nec in glo. sed ipse dicit, quod est tex. in Authen. de incest. nup. in §. fina. & Bal. hic in 15. colum. adducit l. extraneum. C. de hæred. institu. dicit tamen Ange. quod istud verbum, moriatur, est dubium, & erit

59 directum & obliquum secundum subiectam materiam. † Ideo est, quod text. hic dicit, quod ista substitutio facta per verbum moriatur, in dubio directa est censenda, cum possit valere iure directo, eo quod conuenit tempori & personis, vbi ergo conuenerit obliqua, & sic dictum verbum ponitur est commune, & idem videtur tenere Bal. hic, idem Io. Flo. & Imo. in cap. cum tibi. de testam. in 9. colum. licet glo. hic teneat, quod in dubio sit directum, quia tamen verbum directum non ciuile non multum videtur differre a communi, ideo in hoc non est insistendum, vt s. est dictum secundum Imo. in d. l. Centurio. in antepenul. colum. Quarto est verbum instituo, quia talis modus significandi datus est sibi a iure, vt ff. & C. de hæred. institu. secundum Barto. in d. l. Centurio. & Bald. in d. l. fina. & satis probatur hic in tex. secundum Bal. hic, & idem tenet Imo. in l. 1. in princ. ff. de vulg. & pupil. vt ibi per eum. Quinto est verbum, adijcio, vt Insti. de eo cui libe. cau. & in l. ergo. ff. de fideicommiss. libe. secundum Bald. in d. l. fina. Sexto est verbum, adiudico, vt Institu. de offic. iudic. in fi. & in l. sed & si res. ff. de publi. secundum Bald. in d. l. fina. Sed Bal. in l. quoties. C. fam. erc. tenet, quod sit commune, de quo j. Septimo est verbum assi-

a gno, [a] vt in l. 4. ff. de assi. libe. & in cap. 2. j. de offic. ordi. eod. lib. secundum Bald. in d. l. fina. & idem tenet hic in 7. colum. per l. quoties. iuncta glo. C. fami. erc. Sed aduerte, quia Bald. in d. l. quoties. tenet quod sit verbum commune, ideo dici, quod adiectum certæ rei non importat institutionem, sed legatum, sicut cætera verba communia, sicut esset verbum diuido, & a l. iudico, de quo supra. Non obst. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. institu. quia ibi est verbum præcise directum, & idem tenet Imo. in d. §. si ex fundo. in fi. in sua repe. posset tamen dici, quod sit directum, tamen non ciuile, quæ verba directa non ciuilia modicum differunt a verbis communibus, vt est dictum s. in ver. moriatur. & de hoc verbo assigno, vide hic per Bald. in 14. colu. in princip. & in l. 2. C. communia de leg. in 2. colum. & in l. ingenui. C. de inge. & ma. & in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de lega. 2. Octauo est verbum, accrescat. vt C. quando non petat. in rubro & nigro. & facit l. qui patri. ff. de acqui. hære. non ob. l. codicillis. ff. de vsufru. le. quia ibi in codi. in quibus verba directa obliquantur, vt l. Sceuola. ff. ad Treb. & ita tenent Bal. hic, in d. l. fina. & Bart. in d. l. Centurio. in fi. Nono est verbum credo, & concedo, vt l. 1. ff. de consti. princ. & l. pen. ff. de dona. secundum Bald. in d. l. fina. Decimo est verbum, do. quia dare ius directum significat, vt Insti. de actio. §. sic itaque. secundum Bal. in l. fin. Vndecimo est verbum, distribuo, quia plenum habet significatum, secundum Bal. in d. l. fi. & intellige, quod verbum do, & distribuo, tunc est directum, quando testator actum præstat sibi executionem, quatenus est iuris, secus autem quando includeret alterius ministerium, vt si dicat, quod det, quia tunc esset obliquum, secundum Bal. in d. l. fina. & idem esset si diceret, distribuatur. secundum Io. And. hic, et facit tex. in l. cum pater. §. rogo. ff. de lega. 2. secundum Bald. hic in 17. colum. sonant enim tunc dicta verba, quod de manu alterius quis debeat accipere, et sic censentur obliqua, per no. in d. l. eam quam. et in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufru. le. et ita tenet Imo. in c. cum tibi. j. de test. in 8. colum. in fi. et vide de hoc uerbo distribuatur, j. in gl. proxi. Et idem esset si testator diceret, det bona mea, uel hęreditatē tali, quia istud uerbum det, esset obliquum, ex quo de manu alienus debet accipere, secundum Io. And. hic, et idē tenet hic Bal. Duodecimo est uerbum. capiat. ut in l. Titia cum testamento. §. 4. ff. de lega. 2. Bal. hic, et Bar. in d. l. Centurio. in 3. colum. in fine. Decimotertio est uerbum, accipiat, secundum Bal. hic, quod importat, quod de manu sua non de manu alterius capiat, et idem Bar. in l. Centurio. Decimoquarto est uerbum, constituo, ut in d. l. precibus. in uer. constituit. secundum Bal. in l. humanitatis. C. de impu. et aliis subst. in 2. col. In ead.

60 glo. in fi. No. ex glo. † quod substitutio dicitur indirecta seu obliqua, quando substitutus ad hæreditatem substituentis uel instituti uenire non potest directe, sed per mediam personam, illā capit, et ipsi substituto seu fideicommissario restituit, secundū Io. An. et sic requiritur factum alterius, quam ipsius testatoris, secundum Bar. in d. l. Centurio. et ideo Bal. in d. l. fi. ponit quinque respectus cognoscendi substitutiones obliquas, seu indirectas, de quibus ibi per eum, ideo si testator dixit, rogo hæredem meum, ut restituat hæreditatem Titio, et tunc Titius capit hæreditatem de manu hæredis, non a seipso, ut l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. secundum Bal. hic. unde uerba obliqua seu indirecta sunt j. scripta, uidelicet. Et primo est uerbū, restituat, secundum Io. And. in 7. col. & in 15. col. idem etiam tenet glo. j. in uer. absque. in prin. & Bal. hic, ut in d. §. si quis rogatus. & in l. iubemus. in prin. C. eod. tit. Secundo est uerbum, restituatur, quia importat, quod de manu alterius capiat, secundum Bal. hic, & in d. l. fin. Bar. in d. l. Centurio. per l. cohæredi. §. cum filie. de uulg. & pupil. dixit tamen sing. Bal. in d. l. humanitatis, quod etiam per uerba mere obliqua posset fieri substitutio directa, unde si testator dicit, si filius meus in pupillari ætate decesserit, ego testator hæreditatem meam Titio restituo, ista est directa, quia non requirit ministerium alterius. nec mirandum, quia uerbum restituendi, quādoque applicatur ad significationem directi, ut l. 2. in fi. C. de in. delib. & in l. inter omnes. ff. qui satisd. cog. Et idem dicit Bal. si dicta uerba diriganiur ipsi heredi dicendo, si heres non eris, hereditatem restituas, nā ista est directa uulgaris, ut d. l. inter omnes. quia refertur ad restitutionem facti, non iuris, secundum Bald. ibi, quod no. quia dicit Bald. ibi esse mirabile. Tertio est uerbum, detur. secūdum Bal. in d. l. finali. & Bal. in l. Centurio. per d. l. fundi Trebatiani. Quarto est uerbum, det, secundum Ioan. And. & Bal. hic. Quinto est uerbum, distribuat, uel distribuatur, secundum Ioan. An. & Bal. hic, per d. l. cū pater. §. rogo. de quibus uerbis dic etiam, ut est dictum s. quia possunt quandoque esse directa, ut per Bald. in d. l. fina. & in d. l. hinc ciuitatis. Sexto est uerbum, reddat, secundum Ioan. And. hic. Septimo est uerbum, reddet, secundum Barto. in d. l. Centurio. vt in l. verbum reddi. ff. de ver. signifi. & in l. cum quidam. de lega. 2. quid autem sit de verbo, relinquat, vide j. Octauo est verbum, diuidat. secundum Ioā. And. & Bal. hic, arg. l. cum pater. §. dulcissimus. de lega. 2. licet idem Bald. in d. l. quoties. sentiat, quod hoc verbum sit commune, sed certe ibi loquitur, quando testator loquitur in propria persona, puta si diceret, diuido, quo casu esset commune, sicut

ADDITIO.

a Vinc. God. Verbum assigno, intelligitur secundum subiectam materiam, vt plenius per Alex. in consi. 39. lib. 4. & assignatio facta filijs videtur facta animo concedendi in peculium, nisi contrarium appareat. Ruyn. consi. 186 nu. 6. & 8 lib. 2.

sicut est dictum s. in verbo, do, vel distribuo, de quo j. Nono est verbum, partiatur, secundum Ioan. And. hic. Decimo est verbum, rogo, secundum Bal. hic, argumen. d. §. cum filię. & d. §. rogo. & tenet glo. j. in ver. absque. Quid autem de verbo, lego, & de verbo, relinquo, dic vt j. dicetur. Vndecimo est verbum, mando, secundum glo. j. in ver. absque. circa princi. & ibi de verbo, volo. sed posset dici de hoc verbo, mando, prout dr̄ j. in verbo, nolo. & dic vt ibi, & vidi per Bald. in l. quoniam. C. de testam.

[61] †Et aduerte, quia reperiuntur aliqua verba, quæ sunt communia, vt sunt illa, quę possunt habere vtranque significationem, & sic directam & obliquã substitutionem, vt quod quis de manu sua capiat, vel de manu alterius, secundum glo. in d. l. precibus. & in d. l. Centurio. Super quibus verbis Bal. in d. l. fi. ponit duas regulas. Et primo, quod omne verbum, quod æque proprie stat sub significatione directi & obliqui, adiectum in vniuersitate bonorum est commune, secus si adijciatur rei certæ, quia obliquum, secundum Docto. in l. cogi. §. & generali. ff. ad Trebel. Secunda regula est, quod omne verbum, quod quãdoque reperitur in significatione directi, & quandoque in significatione obliqui, est commune, quia eius significatio conuenit pluribus speciebus. Et sunt verba communia j. scripta. Et primo est verbum substituo, secundum Io. And. hic, & idem tenet gl. in d. l. precibus. pro quo vr̄ tex. in l. iam hoc iure. §. sed alter. ff. de vulg. & pup. & ita tenent Doc. sed an hoc probetur p̱ illum, vide ibi per Doc. & vide per Bar. in d. l. Cẽturio. circa finem. ratio est, quia verbum substituo, non est directum sicut verbũ instituo, vt ibi per eum. Et aduerte, quia Bal. in d. l. precibus. in 14. col. referendo Nico. de Matc. & Bar. ita tenere, dicit prædicta vera, quando verbum substituo, profertur simpliciter & absolute, vt quandocunque filius meus decesserit, talem substituo. Sed si testator vltra extendit, dicendo, talem hæredem substituo, ex vi istius dictionis hæredem, in pupillari ætate substitutio erit directa, quia verbum hæres, est verbum ciuile directum, vt s. est dictum, quod no. Secũdo est verbum perueniat, vt concludit Bar. in d. l. Centurio. & Bal. hic, & in d. l. fi. & Imo. in d. c. Raynutius. in penul. charta. licet Innoc. in c. Raynutius. per illum tex. dixerit, quod sit directum & nõ bene. Tertio est verbum, deueniat, & concludit Bal. hic, & in d. l. fi. & in d. l. iam hoc iure. dicens, quod de hoc est melior tex. quam sit in iure, in c. j. qui feud. da. pos. in 1. q. & idem tenet Imo. in d. c. Raynutius. licet Inno. ibi per illum tex. tenuerit, quod sit directum, & non bene, de quo etiam per Bal. no. in d. l. Centurio. in 3. colũ. in fi. Quarto est verbum, veniat, vt concludit hic Bal. dicens, quod licet tex. in l. venisse. ff. de ver. sig. videatur probare, quod sit directum, tamen tenendum est quod sit commune, sicut verbũ perueniat, facit quod idem Bal. tenet in d. l. Centurio. in 3. colum. Quinto est verbum, pertineat, secundum Bar. & Bal. in d. l. Cẽturio. arg. l. verbum pertinere. ff. de ver. sig. & idem tenet Bald. hic, & in d. l. iam hoc iure. & vide per Bald. in l. si ea lege. C. de pac. inter emp. Sexto est verbum, remaneat, secundum Bar. in d. l. Centurio. & ita tenet Bal. hic, & in d. l. fi. arg. l. si cum ante. C. de do. ante nup. & idem tenet Imo. in d. c. Ray. Septimo est verbum, redeat, secundum Bar. in d. l. Centurio. & Imo. in d. ca. Ray. & idem tenet hic Bal. & in d. l. fi. licet Ioã. And. hic referat aliquos tenere quod sit directum, per l. si duobus. ff. de testam. mili. Sed non obst. quia omne verbum, quod est commune, potest & dici directum, secundum Bal. hic. Octauo est verbum, reuertatur, secundum Io. And. hic, & Bar. in d. l. Centurio. alle. gl. in l. 1. ff. de dona. & idem tenet Imo. in d. c. Ray. licet Cy. in d. l. si ea lege. dixerit quod sit obliquum & non bene, secundũ Bal. ibi, vide Bar. in l. cum quis. alias & quisq;. C. de omni ag. deset. & per Ang. in Auth. de testam. & ea quę pa. Nono est verbum, deuoluatur, secundum Bar. in d. l. Centurio. arg. l. 2. ff. de alt. le. vbi Bar. idem Bal. in d. l. fi. & Imo. in d. c. Ray. licet Io. And. referat hic aliquos tenere, quod sit directum & non bene, secundũ Bal. hic. quod sit directum non ciuile, tenuit etiam d. Ant. in c. in pręsentia. s. de proba. sed tu dicas, quod est commune, vt s. Decimo est verbum succedat, secundum Bal. hic, & Bart. in d. l. Centurio. per tex. in d. c. Ray. vbi dicitur casus. Sed Io. And. hic tenet, quod sit directum, quod intelligit Bald. in d. l. fin. quando refertur ad personam principaliter, & secundario ad res, puta si filius meus decesserit, Titius succedat mihi vel filio meo, secus si referatur principaliter ad res, puta si filius meus decesserit, tunc bona mea succedant Titio, quia tunc commune, de quo ibi plene per Bald. Vndecimo est verbum, deferatur, secũdum Bald. hic, licet tex. hic probet, quod sit directum, sed non obst. cum deferri possit mihi hæreditas, quam ab alio capio, sicut & si a meipso capio, & quod sit commune, tenuit Imo. in d. l. Centurio. in pen. colum. per tex. in l. j. C. de impo. lucr. descri. de quo per Ange. in d. l. precibus. in fi. Duodecimo est verbum, labatur, vt in d. l. 1. secundum Ang. & Imo. in d. l. Centurio. & per Ang. in d. l. precibus. in fi. Decimotertio est verbum, decurrat, vt in l. 2. C. quãdo & qui. quar. pars. lib. 10. & in l. libertis ff. de libe. leg. secundum Ange. in d. l. precibus, in fi. & in d. l. Centurio. ibi per Imo. Decimoquarto est verbum, egrediatur, vt in l. si patri. C. de vsufru. secundum Ang. & Imo. in d. l. Centurio. & per Ange. in d. l. precibus. in fi. Decimoquinto est verbum, regrediatur, vt l. 1. C. de ven. re. fisca. secundum Ange. & Imo. in d. l. Centurio. & per Ang. in d. l. precibus. in fi. Decimo sexto est verbum, potiatur, vt in l. licet. C. de pac. secũdũ Ange. & Imo. in d. l. Centurio. & per Ange. in l. precibus. in fi. Decimoseptimo est verbum, sequatur, secundum glo. in l. 1. ff. de dona. vt tenet Ange. & Imo. in d. l. Centurio. & per Ange. in d. l. precibus. Decimooctauo est verbum, iudico, vt in cap. licet. j. de sepul. eod. lib. & ibi per Ioan. And. & idem tenet Bal. in l. fi. adducens c. 1. qui feud. alien. pos. & l. 1. C. de sacrosan. eccle. & quod no. in §. præterea. Insti. qui. nõ est. permis. face. testam. & vide s. in versic. adiudico. quod est directum. Decimonono est est verbum, diuido, secundum Bal. in dicta l. quoties. & vide s. in verbo, diuidat. quod est obliquum. Vicesimo est verbum, habeat, secundum Barto. in d. l. Centurio. & idem tenet Bald. hic. Vicesimoprimo videtur, quod verbum lego, sit commune, per no. supra in glo. in versic. instituit. in fine, & ita videtur tex. in d. capitulo, Raynutius. licet Bart. in d. l. Centurio. teneat, quod sit obliquum, & ita transit Ange. & Imo. in l. cum ex filio. ff. de uulga. & pupil. cum enim possit adaptari ad directam, & obliquam, ut tenuit Barto. in d. l. Centurio. in 1. q. princ. in fi. ergo sequitur, quod est commune, de quo tamen uide plene no. s. in d. glo. in uersic. instituit. in fi. Vicesimosecundo posset dici, ꝙ sit commune uerbum, deputo. quia dicit Bal. in l. 1. C. communia de leg. in 3. col. quod uerbum deputo, prolatum a testatore importat idem, ac si diceret lego. Vicesimotertio est uerbũ relinquo, ut determinat Bal. hic, & in l. his uerbis. ff. de hæredibus insti. & Imo. ibi in 6. colum. & in d. c. cum tibi. in 27. col. in fi. Vicesimoquarto est uerbum, competat, ut in Authẽ. de resti. fideicom. post medium. secundum Ange. in d. l. precibus. in fi. Vicesimoquinto est uerbum, maneant, ut in l. tale pactum. in fi. ff. de pac.

[62] †Quid aut sit in uerbo, uolo. [a] Bal. hic in 17. colum. dicit, quod de per se nihil importat, nisi ratione adiuncti, unde si iungitur uerbis obliquis, importat fideicommis. ut uolo, quod restituas uel reddas, ut in l. fideicommiss. §. filio. de lega. 3. Si uero iungatur uerbis directis, puta uolo quod talis hæres. & tunc directam substitutionem importat, ut in l. quoniam. C. de testam. & idem tenet Barto. in d. l. uerbis ciuilibus. de quo etiam per Bar. in d. l. quando, & in l. apud Aufidium. ff. de opt. leg. & per glo. j. in uersi. absque. in princ. Quid autem sit, quando uerbis communibus uel obliquis apponerentur istæ dictiones, eoipso uel statim, uel quod restituat totam & integram, uel propria auctoritate, uel libere, uel similia uerba. Bald. in d. l. Centurio. tenet quod tunc habeant uirtutem directæ substitutionis. Bal. & Ang. contra, in d. l. precibus, in antepen. colum. de quo uide no. Imo. in d. capit. Raynu. ad fi. in 5. charta. & per Bald. in d. l. fina. C. de sacrosan. eccle. in uersic. proueniat. & j. dicetur. Et dixit no. Bald. in d. l. fina. in fine, quod non solum lex, sed etiam consuetudo loci & communis usus loquendi posset dare intellectum, et quendam modum significandi uocabulis seu uerbis supradictis alio modo quam esset s̄m eorũ propriam significationem, ar. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. de leg. 3. quod no.

[63] †In glo. in uersic. pauperes. ibi, ualet. no. glo. & idem tenuit Domini. in cap. cum tibi. in fi. s. eod. & pro his glo. est & tex. in l. si quis ad declinandam. hic allega. sicut ergo ualet institutio pauperum nulla habita relatione ad certum, ita & ualet substitutio, quia eadem est ratio, ut de substitutione est tex. nota. hic, & sicut ualet institutio pauperum, ita & ualet legatum factum pauperibus, & incertitudo non uitiat, ut l. id quod pauperibus. & l. alleg. C. de episco. & cleri. & ratio horum est, quia uniuersitas pauperum gerit uicem certæ personæ, unde ipsorum institutio ualet, sicut si collegium licitum instituereretur hæres, ut l. mortuo. ff. de fideius. & l. municipibus. ff. de condi. et demonst. et l. 1. C. de sacrosan. eccle. et l. omni-

ADDITIO.

[a] Vinc. God. De isto verbo volo, quid denotet, Corn. consi. 252. Primo. litera, j. lib. 3. vbi dicit, quod denotat præcisam voluntatem. vide Ias. in l. 1. col. 6. cum seq. C. de sum. trin & Cor. consi. 129 visis litera, f lib 3. vbi quid in contractibus, quid in iudicijs, quid in vltimis voluntatibus.

l. omnibus. ff. ad Trebel. secundum Archid. et Ioan. And. Sed Bald. in d. l. id quod pauperibus, in princip. impugnat hanc rationem dicens, quod non probatur iure, quod pauperes habeant instar collegij, vnde si essent tanquam collegium, non posset distribui certis, quin distribueretur vniuersis, quod est falsum secundum Bal. ibi: posset tamen intelligi ratio Archi. & Ioan. And. quando pauperes certi loci viderentur instituti, quod quando sit, dicetur j. secus vero quando in genere, vt ī. per Bal. valet ergo legatum, & institutio facta de pauperibus, licet sit de personis incertis omni incertitudine, & est speciale fauore paupertatis, alias vero legatum vel institutio facta de proprio incertis non valeret, vt Insti. de leg. §. incertis. & l. in tēpus. §. j. & l. quoties. §. hæres. ff. de hæredi. instituend. & ratio huius est, quia aut testator committit alteri declarationem pauperum, & tunc reducuntur ad certitudinem, vt in l. quem hæredi. ff. de reb. dub. Nec obst. quod dispositio sit tunc captatoria, vt in l. illa institutio. ff. de hæred. insti. quia hoc casu valet fauore pauperum, vt in d. c. cum tibi. & ibi per glo. in d. l. id quod pauperibus, quia vī facta ad pias causas, vt in d. l. si quis ad declinandam. ibi, pietatis intuitu. Si vero testator non committit alteri declarationem, & tunc lex ipsa committit Episcopo, vt in d. l. si quis ad declinandam. secundum Bal. in d. l. id quod pauperibus. in prin. & Pe. de Ancha. hic, de quo & hic per Bal. & vide per Doc. plene in d. c. cum tibi. & in d. l. illa institutio. & per Bal. in l. captatorias. C. de testa. mili. & per Barto. in l. quidam. ff. de reb. dub.

64 † In ea. glo. in fi. no. sing. ex glo. quod si testator facit mentionē de pauperibus, intelligitur de pauperibus proprij domicilij ipsius testatoris, vt in d. l. si quis. hodie tamen non seruatur quod dicitur in d. l. si quis, scilicet quod intelligatur de pauperibus hospitalis, quod est in illo domicilio, vel ciuitate, & quādo essent ibi plura hospitalia, debeatur pauperiori, prout ibi dicit, nam dicit Bal. ibi, quod quando relinquitur pauperibus in genere, vel instituuntur hæredes, Episcopus tanquam pater pauperum capit & distribuit, cui vult, & sic non habet necesse eligere pauperes certi loci, & hoc idem etiam vult hic Archid. & Ioan. And. dum quærunt, an religiosi paupertatis sint præferēdi alijs pauperibus, & pro religiosis facit paupertas, & religio, arg. l. sunt personæ. ff. de relig. facit etiam 16. q. 1. cap. fina. vbi dicitur, quod in pauperibus non tam paupertatem quam religionem debemus attendere pro hospitalibus. facit d. l. si quis. concludunt tamen, quod arbitrio Epi relinquatur, & facit gl. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. quod no. Io. And. in ca. indicante. ī. de testam. in glo. 2. & sic volunt Archid. & Ioan. And. quod si pauperes instituantur, vel substituantur hæredes, non videantur institui vel substitui pauperes certi loci, sed arbitrio Episcopi relinquatur, & ita sequitur hic Pet. de Ancha. & domi. Fly. non obst. d. l. si quis. quia illi legi est derogatum per tex. in §. si quis autem pro redemptione. in Authen. de eccle. tit. vbi Episcopus potest distribuere inter pauperes, qualiter vult, non facta differentia, an in ciuitate sit vnum hospitale vel plura, & sic indistincte committitur arbitrio Episcopi, & ita seruat consuetudo secundum Barto. & Bald. in d. l. si quis. intellige, dummodo eligantur pauperes proprij domicilij ipsius testatoris, licet non eligantur pauperes certi loci, vt vult glo. no. & singu. hic, & ita est de mente Docto. ī. & patet in d. §. si quis autem. & facit l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de conditio. & dem. on. & tenet Imo. in d. ca. cum tibi. in 14. & 15. colum. & ibi etiam tenet Ioan. And. in sequen. quæst. & prædicta procedunt, quando ipsi pauperes sunt simpliciter instituti, vel substituti, vel quando testator mandasset inter pauperes simpliciter distribui. Quid autem si testator instituit pauperes, vel mandet ipsis distribui, quos talis fideicommiss. eliget, an tunc fideicom. miss. cui testator commisit nominationem seu electionem pauperum, teneatur nominare de loco domicilij testatoris. & concludit Ioan. And. quod licet Episcopus teneatur nominare pauperes domicilij, vt ī. tamen fideicommiss. ille non tenetur, imo potest ipsos nominare, vndecunque sint, & hoc per plures rationes, de quibus hic per Ioan. And. referentem se ita consuluisse pluries, per l. cum quidam. 2. respon. ff. de lega. 2. & ita sequitur hic Lapus, & Domini. & facit quod consuluit Feder. in suo consi. 32. & refert Bald. in d. l. id quod pauperibus. in 13. quæsito. & per Docto. in cap. cum tu. ī. de vsu. & in cap. quamquam. j. de vsur. eod. lib. Et ad prædicta vide no. per Imo. in dicta capit. cum tibi. in 28. columna. quid si moriatur talis executor, seu fideicommiss. antequam distribuat inter pauperes, vel eos eligat, de quo ibi per eum, & per Bal. ... nota. in l. captatorias. in fi. C. de testam. mili. an executor, cui est commissa electio pauperum, possit eligere post annum.

65 † Et ea dicto. Io. And. in ... fertur, quod possunt institui pauperes eligendi per executorem, seu fideicommissarium, & valet talis institutio, & non dicitur captatoria, quia non consistit substantia institutionis, sed electio personarum, & ita tenet Barto. & Docto. in l. captatorias. ff. de hæredi. institu. potest ergo testator committere fideicommissario electionem pauperum, non tamen posset committere alteri electionem executoris, vel fideicommissarij, quia tales debent esse certi, vt per glos. in cap. ubi qui. supra de rescrip. eod. lib. & ita tenuit Ioan. And. in cap. j. supra de procura. eod. lib. super glo. in versic. certa. & ita etiam sequuntur Docto. ī capi. proximo. & Barto. in l. alio. ff. de ali. lega. & in d. l. quidam. vnde ex hu dicebat Bal. in l. captatorias. C. de testa. mili. quod testator etiam ad pias causas non posset facere executorem ad faciendum alium executorem, vel ad prouidendū de alio in casu, quo alter moriatur, vt tenuit etiam idem Bal. in d. l. executorum. C. de execu. rei iudi. in 2. colum. quæ tene menti. In glos. in versic. mortuo. in fi. & ita petere poterant, ex quo fuerunt relicti executores, alias si testator non prouidisset de executoribus, tunc ipse Episcopus petere posset, vt in d. l. nulli. & l. si quis ad declinandam. secundum Ioan. And. & vide per Barto. in d. l. alio. & in d. l. illa institutio. & per Docto. in d. cap.

66 ... eantibus, & j. cap. proximo. † In glos. in versi. absque. ibi, in tribus vnciis. hoc dictum matris procederet, vbi ipsa sola filio intestato succederet exclusa filia: sed certum est, quod soror ista ex vtroque parente vna cum matre ab intestato succedit, vt in authen. defuncto. C. ad Tertul. ideo allegatio ista matris nō procedit, secundum Ioan. And. qui ideo ita dicit, ex eo quia legitima debet esse tertia eius partis, quam quis esset ab intestato habiturus, vt in authen. nouissima. C. de inoffic. testam. secundum Ioan. de Fan. & Domini. hic, & sic no. ex hac glos. & ex dicto Ioan. And. quod legitima parentum est tertia, licet olim esset quarta, vnde est aucta legitima in parentibus, sicut in filiis, vt vult hic glo. & Ioan. Andr. de quo vide plene dicta super glos. in versic. certa re. in princip. In ead. glo. ibi, hæres esto, vel sit hæres. no. glos. pro his, quæ dicta sunt ā. super glo. in versic. filiæ, & ibi plene de verbis directis. In ead. glo. ibi, volo, rogo, vel mando vt restituas. nota ex glo. quod omnia ista verba sunt indirecta seu obliqua, de quo vide, vt plene est dictum supra, de his.

67 † In ead. glos. alia vulgaris. quare autem dicta substitutio vulgaris dicatur, & quotuplex sit, qualiter, & quibus verbis fiat, quis sit eius effectus, & quæ impediant, vel extinguant eius effectum, vide plene per Barto. & alios Docto. in l. 1. ff. de vulga. & pupil. & per Bald. in d. l. precibus. & per Canonistas in dicto capitulo, Raynutius. & vide ibi per Imolam. In eadem glo. ibi, pupillaris, de hac substitutione pupillari quo iure sit inducta, quare sic dicatur, quot in ea requirantur, quibus verbis fiat, quis sit eius effectus, & quomodo finiatur, vide plene per Bartolum, & Doctores in l. 2. circa principium. ff. de vulga. & pupilla. & per Bald. in d. l. precibus. & per Imo. in d. capitulo, Raynutius. In eadem glo. ibi, exemplaris. quare hæc substitutio sic nominetur, quæ fuerit eius causa, quæ in ea requirantur, quotuplex sit, quibus verbis fiat, quis sit eius effectus, & quibus modis finiatur, vide plene per Barto. & Doctores in l. ex facto. & per Bal. in l. humanitatis. C. de impub. & aliis substitu. & per Docto. in dicto capitulo, Raynutius. & maxime vide ibi plene per Imolam. In eadem glos. ibi, alia breuiloqua. aliter appellatur reciproca, vt in l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. & de hac substitutione vide per glo. mag. in §. qua ratione. Instim. de pup. substitu. & quare dicatur breuiloqua, et quare reciproca, et an hæc substitutio sit species substitutionis de per se, et quibus verbis fiat, et quis sit eius effectus, vide per Barto. in l. Lucius. ff. de vulga. et pupilla. et ibi per Doctores, et per Bald. in l. in testamento. C. de testamen. mili. et in d. l. iam hoc iure. et per Imo. in d. capitulo, Raynutius. In ead. glo. ibi, alia compendiosa, de hac substitutione habetur hic in glo. et in d. capitulo, Raynutius, in princip. in versic. absque liberis, et in versiculo, vel substitutionis, et in d. l. precibus. et in d. §. qua ratione. et in d. l. Centurio. et ibi plene per Bartol. et Doctores, et hic per Ioan. Andre. et alios Doctores, in dicto capitulo, Raynutius, et per Bald. in d. l. precibus. et per Hostien. in summa huius titu. in §. quis sit effectus, in ulti. charta. Et quia huius substitutionis materia est multum vtilis et sæpe contingens, et respicit proprie intelligentiam nostræ decretalis hic, unde pro eius intelligentia aliqua sunt breuiter examinanda. Et primo quid sit substitutio compendiosa. Secundo quare sic vocetur. Tertio an sit species de per se, ab aliis. Quarto per quæ verba fiat. Quinto quot requirantur in ea. Sexto

68 quis ſit eius effectus. Septimo qualiter finiatur. † Circa primũ a dic, ꝙ ſubſtitutio cõpendioſa [a] eſt illa, quæ ſub cõditione mortis alia multa tempora comprehendit, vt eſt de mente Azo. in ſum. de impu. & alijs ſubſtit. ſecundum Barto. in d. l. Centurio. ex cuius dictis infertur, quod etiam ſi ſubſtitutio fieret per verba mere obliqua, ſi multa tempora comprehendat, ſit compendioſa, quod nõ videtur verum, cum talis ſubſtitutio ſit mere fideicommiſ. vt no. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pup. & non eſt compendioſa, cum ſub compendio verborum non comprehendat plures ſubſtitutiones, prout requiritur, ſecundum glo. in d. l. precibus. & Bal. tamen ibi in pen. char. ibi, iuxta hoc quæro nunquid &c. tenet, quod compendioſa, quæ omni tempore valet iure fideicommiſ. poſſit dici compendioſa, quia ſi eſſet mere fideicom. non contineret vulgarem, vt in l. pe. ff. de ven. inſpi. vt ibi per eum. tamen Ioan. And. hic latius ſic dicit, quod ſi ſubſtitutio compendioſa eſt illa, quæ ſub compendio verborum diuerſa tempora & diuerſas ſubſtitutiones includit, & idem ſi non includat, dummodo apta ſit includere, compendioſa eſt, ſecundum Bal. in d. l. precibus. Et per prædicta non videtur procedere, quod idem Bal. dicebat in l. precibus. in pen. char. circa fi. volens, quod ſi teſtator dicat, ſi filius meus hæres erit, & in pupillari ętate deceſſerit, quod iſta eſt pupillaris, ſed ſi ſimpliciter dixerit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, non dicendo illa verba, ſi hæres erit, quod iſta eſt compendioſa reſtricta ad pupillarem ætatem, & effectus eſt magnus, quia ſi eſt compendioſa, continet vulgarem expreſſam, quæ matrem excludit, ſed illa comprehenſa in pupillari, quæ eſt omnino tacita, non excludit matrem, vt j. dicetur, ſecundum Bal. ibi. Sed certe hoc videtur contra tex. in d. l. precibus. vbi oportet, quod compendioſa complectatur diuerſa tempora, i. tempus pupillaris ętatis & poſt, ſed quando non excedit pupillarem ætatem, licet exprimantur diuerſa tempora, ſemper eſſet pupillaris ætatis, non autem compendioſa, vt patet ex ſupradictis. Et adde, quia compendioſa differt a ſubſtitutione breuiloqua, quia compendioſa fieri poteſt vni tantum, ſed non breuiloqua, quia non poteſt fieri niſi plures ſint perſonæ, inter quas fiat hinc inde, ſecundum Bal. in d. l. precibus. & vide per Bal. no. in l. in teſtamento. C. de teſt. mili. in verſi. 3. Item adde, quia dum dicitur ſ. quod compendioſa ſubſtitutio eſt illa, quæ ſub conditione mortis vel alia &c. nam regulariter non adijcitur alia conditio quam mortis, & ſi adijciat adijcitur ſimul cum conditione mortis, facit quod habetur in l. qui liberis. in prin. ff. de vulg. & pup. ſecundum Imo. in d. l. Centu-

69 rio & in d. c. Raynutius. † Circa ſecundum dic, quod ideo dicitur compendioſa, quia ſub compendio verborum plura tempora vel plures ſubſtitutiones comprehendit, ſecundum glo. in d. l. precibus. & Bar. in d. l. Centurio. adde, quia idem ſi non includat, dummodo ſit apta includere, ſecundum Bal. in d. l. precib. & dom. Flo. & Imo. in d. cap. Raynutius, vt ibi plenius per eos. Circa tertium concludit Bar. in d. l. Centurio. ꝙ compendioſa non eſt ſpecies ſubſtitutionis de per ſe, quando ſit a pagano, hoc eſt non a milite, quia cadit in vulgarem, aut pupillarẽ, aut in fideicommiſ. ſed eſt potius quædam adiectio ſubſtitutionis, & idem ſequitur do. Anto. & Imo. in d. c. Rayn. Sed Bal. contra in d. l. precibus. quem ſequitur ibi Sal. quia ſicut breuiloqua ſubſtitutio non eſt adiectio, ſed eſt tertium genus de per ſe, vt in l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. ita & compendioſa eſt quartum genus, quod prædicatur de diuerſis ſpeciebus, vnde genus non dicitur adiectio ſpeciei, vt in l. j. ff. ſi cert. pet. debet ergo compendioſa conſiderari in coniecto, non prout ſubijciatur alicui termino, & tunc ſiue fiat a milite, ſiue a pagano, eſt ſpecies ſubſtitutionis de per ſe, ſecundum Bal. ibi: quando autem fieret a milite, tunc bene tenet Bart. in d. l. Centurio. quod ſit ſpecies de p ſe, ex quo miles poteſt ſubſtituere directo poſt aditam hęreditatem, & poſt pubertatem, vt in d. l. Centurio. & in l. in teſtamento C. de teſtam. mili. cum ſimi. & ex hoc infert Barto. in d. l. Centurio. quod de iure municipali poſſet prouideri, quod alteri poſſit directo ſubſtitui poſt aditam hæreditatem & pubertatem, vnde ſi ſtatutum diceret, quod filię fęminę extantibus maſculis teneantur ſeruare omnia diſpoſita per patrem, quod vigore talis ſtatuti poterit paganus directo ſubſtituere filiæ poſt aditam hæreditatem extantibus maſculis, & erit tunc ſpecies ſubſtitutionis de per ſe. Imo. tamen in d. l. Centurio. & in d. capit. Raynutius, dicit quod iſtud non videtur eſſe tutum exemplum, eo quia ſtatutum nõ dicit expreſſe, quod poſſit ſubſtituere directo poſt aditam hæreditatem, nec etiam tacite videtur hoc inferre, quia poſſet filia ſeruare voluntatem teſtatoris reſtituendo totum per fideicommiſ. ſicut ille, qui eo actus adijt, vt in l. nam quod. §. fin. ff. ad Trebel. ideo dicit, quod melius fuiſſet exemplum, ſi ſtatutum dicat expreſſe, quod pater poſſit eidem directo ſubſtituere poſt aditam hæreditatem.

70 † Circa quartum, per quæ verba fiat, gloſ. iſta hic circa fi. dicit, quod ſubſtitutio compendioſa fit per iſta verba, quandocunque filius meus deceſſerit, vel ſi ſine liberis deceſſerit, talis ſit hæres, vel talem ſubſtituo, vel mutiatur tali, vt eſt tex. hic. Item dicetur ſubſtitutio compendioſa, etiam ſi fieret ad tempus determinatum, puta ſi deceſſerit intra 25. annum, ſecundum glo. in d. l. Centurio. & Imo. ibi in 8. columna. quia plura comprehendit tempora. ſ. pupillaris ætatis & pubertatis, licet non cõprehendat tot tempora, ſicut illa facta per verbum quandocũque. & idem tenuit j. glo. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupi. licet glo. in l. in pupillari. eo. tit. ſumpſerit contrarium & male, vt ibi per Imo. in 2. colum. & in d. l. verbis ciuilibus. in j. glo. dicitur ergo fieri ſubſtitutio compendioſa, non ſolum ſi apponatur verbum, quandocunque, ſed etiam ſi non apponatur, dũmodo vltra tpa pubertatis ſubſtituat, & vide etiam per glo. in d. c. Rayn. in verſic. vel ſubſtitutionis. Et fit aliquando dicta ſubſtitutio per verba directa, aliqñ per verba communia, & q̃ dicant verba directa & quæ obliqua, & quę communia. vide

71 plene dicta ſ. ſuper gl. in ver. filiæ. † Circa quintum, quot requirant in ea, & dic duo requiri. Primo, quod in ea apponantur talia verba, quę de eorum natura poſſint comprehendere plures ſubſtitutiones, quia ſub compendio verborũ debet eſſe apta comprehendere plures ſubſtitutiones, ideo ſi fieret per verba mere obliqua, non eſſet compendioſa, vt no. in d. §. cum filiæ, de quo tamen dic vt ſ. Secundo requiritur, quod apponatur dictio quandocunque, vel alia, quæ de ſui natura tractum temporis ſignificet, ſecundum Bart. in d. l. Centurio. dicentem quod ſi teſtator ſimplr ſubſtituat dicendo, filio meo ſubſtituo, non appoſito verbo, quod requirit tractum tpis, tunc non erit compẽdioſa, ſed vulgaris vel pupillaris, ſi eſſet facta impuberi, per no. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & poſthu. & in l. iam hoc iure. §. j. & 2. ff. de vul. & pup. & ita eſt tenendum, quicquid aliter dixerit Bal. in d. l. precibus. vt ſ. & in l. humanitatis. C. de impu. & alijs

72 ſubſt. ibi, ſecundo quæritur ſi teſtator. † Circa ſextũ. ſ. de effectu ipſius ſubſtitutionis compendioſæ dic, ꝙ talis ſubſtitutio aliquando ſit a milite aliquando a pagano, i. non milite. primo caſu dic vt habetur in d. l. Centurio. & in d. l. precibus. & ibi p Doc. & per Imo. in d. c. Rayn. quia in Italia cõiter iſte arti. non eſt multum vtilis, cum milites noſtri temporis non gaudeant priuilegio militari, cum non promittant nec obſeruẽt ea quæ a iure requiruntur, de quibus per gl. ordi. in l. pe. ff. ex qui. cau. ma. & in d. Anto. in d. c. Ray. dicentem, ꝙ de militibus noſtri temporis non eſt curandum, cum ſint potius milites gaudentes quam veri milites. vnde in ſubſtitutionibus iſtorum idem eſt eſt dicendum, quod dicetur j. in paganis. Idem etiã tenet Bal. in d. l. in teſtamento. in fi. dicens quod milites noſtri non militant cauſa reipublicę, ſed ad pompam. vnde non habent priuilegia, ſed ſunt tãquam priuati, vt no. C. de offi. mag. mili. l. eos. Idem etiam voluit Cy. in l. j. C. de iu. & fac. igno. dicens, quòd milites noſtri temporis ſunt contenti hac prærogatiua, vt honorentur ſolum in ſedendo & bibendo. & idem etiam ſequitur Imo. in d. c. Ray. hi autẽ, qui pro republica vel ſuo principe militant. habent priuilegia militum, de quibus in titu. ff. & C. de teſta. mi. & his eſt datum ſcire arma & non leges, vt in l. fi. in princ. C. de iu. delibe. & multominus eſſe mechanicos ſeu negotiatores, vt C. de commer. & merc. l. nobiliores, ſm Bald. in d. l. in teſtamento. Et adde, quia dixit not. idem Bal. in d. l. precibus. ꝙ domini terrarum habent hodie priuilegia militum, quia ſunt lex animata in terris ſuis: quod videtur intelligẽdum de habentibus iura fiſcalia, & habentibus vicarium a principe, vel Papa, de quibus locutus fuit Bar. in l. cunctos populos. C. de ſum. trini. circa fi. & in l. ex quibuſdam. ff. de iu. fiſci. & Bal. in d. l. j. de hęre. vel act. ven. Ange. in l. ſancimus. C. de do-

73 na. & dic vt ibi per eos. † Sed ſi quæratur de effectu ſubſtitutionis compendioſe factæ a pagano, hoc eſt non milite, tria principaliter ſunt uidenda. Primo, quando ſit ſubſtitutio per uerba directa. Secundo, quando per uerba obliqua. Tertio, quando per uerba communia. Primo caſu, puta ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, talis ſit hæres, uel talem inſtituo. tũc gl. hic,

---

ADDITIO.

a Vinc. God. Subſtitutio compendioſa facta ſuper expreſſione pupillaris ętatis, licet per verba communia, vel directa, comprehendit pupillarem. Cor. in conſ. 11. circa litera, a. lib. 3.

hic,& in d.cap.Raynu.& Innocen.& Hostieo.ibi,& glo. in d. l.precibus.& in d.l.Centurio.& Insti.eo.in glo.magna.in fi.& Azo,in summa,& Cyn.in d.l.precibus.tenent q intra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, postea vero nullo modo,& sic non valebit tunc iure directo, nec iure fideicommis. vt in l.verbis.& in l.in pupillari. ff. de vulg. & pup.& ita communiter tenuerunt omnes Docto. iuris ciuilis, & Canonistæ vsque ad tempora Ioan.And.qui postea hic in nouel. multum singulariter & plenissime tenuit, quod post pupillarem ætatē valeat iure fideicommis. per plures rationes. Et primo, quia verba directa debent trahi ad fideicom. si non possunt valere iure directo,vt l.Sceuola.ff.ad Trebe. Secundo, quia voluntas testatoris,de qua cōstat, debet seruari omni modo quo potest, vt in l. in conditionibus primum locum, & in l. pater Seuerinam.§.conditionum.ff.de condi.& demon. Tertio per tex. in d.l.precibus.intelligendo, quod ibi nō sit specialitas in milite. Quarto pro hac parte dicit esse casum hic,iuncto d. ca. Raynu. nam substitutio hic fuit facta per verba directa,& idem in d.c. Raynutius,vbi verbum succedat, est directum secūdum eum. Et tamen hic dicitur, quod intra pupillarem ętatem valet iure directo.& in d.c.Raynu.dicitur,quod post pubertatem iure fideicom. ergo sequitur, quod si filij decessissent post pupillarē ætatem,valuisset hæc substi.iure fideicom. sicut dicitur in d. c. Raynu.vt hic plene per Ioan.And.Sed Barto.in d.l. Centurio. concordando opi.dicit,quod si substitutio fiat per verba directa ciuilia,vt per verbum,hæres esto,vel hæres sit, vel institutio, tunc procedat opin. glo.quia ex quo semel valuit iure directo, non potest postea trahi ad fideicom. vt in d. l. verbis. & in d.l. in pupillari.Sed si substitutio fiat per verba directa,tamen non ciuilia,vt per verbum,moriatur,vt est tex. hic, & per verbum, succedat,vel capiat,seu accipiat.de quo in d.cap.Rayn.& tunc procedat opi.Ioan.And.Sed Bal.in d. l. precibus.concludit, q si pater substituendo dicat, talis sit hæres filio meo, & procedat opi.glo.secus si dixerit,talis sit mihi hæres,vel sit heres,vel bonorum possessor, & tunc procedat opi. Ioan.And.Sed hanc opi.improbat Rapha.Ful.in d.l.precibus. per l. si ita scriptum. §.si filius.ff.de secun.tabu.& idem Salic.ibi,qui dicit, quod est contra tex.hic,& in d.cap.Raynu.vbi dicit, alter alteri moriatur vel succedat.Item est contra tex.& mentem eius in l. j. §. j. ff.de vulg.& pupil.vbi non refert,an in pupillari substitutione dicatur,sit mihi heres,vel filio meo, & idem quo ad hoc videtur tenere Imo.in d.cap.Raynu.in 14.colum.in ani.substitu.cōpendiosæ.Quare idem Bal.in l.ex tribus.C. de inoffic. testam. sequitur opin.Ioan.And. hic,licet eum aliter non alleget,& vide ibi no.per eum.vnde dicebat domi.Anto.in d.cap. Raynu. quod opin.Ioan.And.seruatur Florentiæ,& quod hodie communiter Canonistæ eam sequuntur,vt sic per quæcunque verba fiat substitutio compendiosa,siue per directa siue per communia,intra tempus pupil.ætatis valeat vt pupillaris, & sic iure directo,sed post pubertatem valeat vt fideicom. & idem tenet do.Flo.in d.capit.Raynu.per plures rationes,de quibus ibi per eum,cui non placet opin. Barto. & idem tenet domi Nic. ibi,idem etiam sequitur no.Sali.in d.l.precibus. vt ibi vide per eum.Et aduerte,quia licet domi.Anto.vt s.ita dicat, tamen ipse videtur residere cū opi.Bart. in qua etiam residet hic Pet. de Ancha.Ioan. de Fa. & Domini. vt hic per eos dicentes, quod opi.Barto.fuit etiam originaliter ipsius Ioan. And. hic facientis differentiam,an substitutio sit directa directo, & directa nō directo,vt hic per eum in fi.istius glo.Sed Bal.hic in 30. colum. sequitur opin.glo.secundum quem non obst.d.cap.Rayn.quia loquitur, quando fuit substitutio facta per verba communia, non autem per verba directa,vt est dictum s.Idem etiam tenet Ang.in d.l.Centurio.& Rapha.Ful.in d.l.precibus, vt vide ibi per eum. Idem etiam concludit & tenet Imo.in d. l. Centurio.in 10. colum. respondens ad omnes rationes in cōtrarium, & idem in d.cap.Raynu. plenius quam alibi, vt ibi vide plene per eum dicentem hanc partem esse de iure veriorem, fatetur tamen ibi,quod opi.Ioan.And.est æquior,vnde cogita in præ-

74 dictis. † Sed quęritur primo,quid si testator dixit, quandocunque filius meus decesserit, talis sit heres, an tunc cum ista dictio quandocunque,compræhendat plura tempora, valeat post pupillarem ætatem,iure fideicom.Iac.de Are.quod sic, argu. l. si cum in annos.ff.qui.mo.vsusfr. ami. Sed communiter tenea tur contrarium, quia dicta dictio, quandocunque. non facit plures substitutiones,vt dicit glo.in a.pa.te,in d.l.Centurio.& facit l.Stichum.§.stipulatio.ff.de verbo.oblig.Non obst. d. l. si cum in annos.quia ibi est actus reiterabilis,& ita sequitur Bal. in d. l. precibus. & Imo.in d.l.Centurio.in 8.colum. vt ibi per eum,& sic concluditur, quod dictio, quandocunque. non facit,vt post tempora pupillaris ętatis dicta substitutio valeat aliquo modo,sed dependet hoc a dubitatione supradicta,licet in contrarium faciat quod dicetur infra in 3.quæstione. Secundo quæritur, quid si sint plures distributiones temporum, puta quandocunque decesserit, & vnoquoque anno &c. videtur, quód valeat post pupillarem ętatem iure fideicomm. ex quo plura tempora compræhendit, pro quo facit quod nota. dixit Ange.in d.§.stipulatio.volens,quod compendiosa facta prędicto modo indistincte admittatur contra matrem. si filius moriatur in pupillari ętate propter geminationem distributorū, de quo ibi per eum,& alios Docto.& dic, vt j. in proxi. quæst. Tertió quęritur,quid si tempora fuerunt expresse distincta, vt quia sit dictum, si filius meus decesserit in pupillari ætate: vel postea quandocunque talis sit heres?& videtur,quód tunc sint duę substitutiones,vna pupillaris,& alia compēdiosa post pubertatem,quo casu valent iure fideicō.pro quo glo.in d. l. verbis ciuilibus,tenens quod substitutio directa facta puberi post puberta. trahatur ad fideicom.ita ergo in isto casu, & videtur tenere glos.in d. l.precibus.in glos.magna, in fine. sed tenendo glo.Institu.de vulg.& pup. in §.extraneo.volens quod non valeat nec iure directo nec iure fideicommis.non esset vis, an sit facta distinctio temporum,vel nō, sed bene posset esse vis, quando esset facta per verba communia, & sic etiam posset intelligi glo.in d.l.precibus.de quo per Imo.in d.l. Centurio. in 13. colum. & d.capitu.Raynutius,in 19. quęstio.vnde dicta dubitatio, an substitutio compendiosa possit fieri a pagano filio puberi vel extraneo per verba directa, ita quod trahatur ad fideicommis.an vero sit funditus nulla,& quod fieri possit, facit glo.in d.l uerbis ciuilibus, & communiter Docto. ibi. Idem etiam uidetur hic tenere Ioan. Andr. in mag. glos. Sed quod sit funditus nulla, tenuit glos.in d.§.extraneo.quę licet primo loco uideatur concordare cum glo.in d.l. uerbis, tamen finaliter tenet contrarium, pro qua facit, ut non ualeat iure directo,quia lex resistit,ut in d.l.uerbis.nec iure fideicommis.quia testator hoc non dixit, & ita uidetur uoluisse Ioan. And. hic super textu, in uersicu. interdum. in fine, ubi transit cum hac opin.& idem super glo.hic in uersic.absque. in addi. in uersic. extinguitur,licet postea in mag.addi.teneat contrarium,ut supra. & quod dicta substitutio sit nulla, tenet Imo.in d. capitu. Raynu. in 18. columna.in artic.substitu.compendiosę,ut ibi no. per eum. Sed certe Docto.communiter sequuntur opin.glo. in d.l. uerbis ciuilibus, propter quę multum fortificatur opin. Ioan. Andre.unde dicebat Ange. in d. l. in pupillari.cum quo transit Imola ibi, quod si testator dixit, quandocunque filius meus decesserit pupillariter, sibi substituo talem, quod post pupillarem ętatem incipit esse noua substitutio, & ualebit iure fideicommis.ut ibi nota.per eum,quę tene menti pro opin. Ioan. And. de qua supra,uide tamen singu.per Imo.in d.capi. Raynu. in 19. columna.quo ad hunc articulum. Quarto quęritur, quid si testator dixerit, quandocunque filius meus decesserit sine liberis, talis sit hęres. glos. in d. l. precibus.tenet quod substitutio fiat per uerba directa, siue per uerba communia semper sit fideicommis. etiam intra pupillarem ętatem, quia ex quo fecit mentionem de liberis, uidetur intellexisse de illo tempore, quo possit habere liberos, & sic post pubertatem,ideo intra pubertatem licet uerba sint directa, trahuntur ad fideicommis. ut in d. l. Sceuola. & idem tenuit glos. in uersic. substitutionis, & Innocen. in dicta capitu. Raynutius. Sed Barto. in d. l. Centurio. & alij omnes Docto. sequuntur contrarium,quia ista adiectio sine liberis, nullo casu mutat naturam substitutionis, quia etiam si non exprimantur, tacite subintelligerentur a iure, ut in l. cum acces. C. de fideicommis. unde expressio nihil debet operari, ut in l.3. ff. de lega. t. quo etiam tex. in d. l. Centurio.ubi dicta uerba fuerunt apposita, & tamen dicitur quod intra tempora pupillaris ętatis ualet iure directo,pro quo etiam est casus in terminis hic in tex. ut est dictum supra,in 8. notab. & de his nota. per Baldum in d.l.precibus.in penul.columna.& per Imo. in dicto capitulo,

75 Raynutius. in 20. columna. † Quinto quęritur, quid si in testamento sit apposita clausula codicillaris. & dic quod licet substitutio sit facta per uerba directa, tamen intra pupillarem ętatem ualebit iure directo, & postea iure fideicommis.

quia

ADDITIO.

a Vin. God.Huiusmodi dictio quandocunque,non tollit præscriptionem.Ruy. consi.150.nu.2.&.& 7 lib 4.

quia uirtute directę clausulę uerba directa obliquantur, ut in d.l. Sceuola. & ita dixit singula. Bal. in d. l. verbis ciuilibus, per glo. nota. ibi, & ita sequitur ibi Ange. & Imo. in d. l. Centurio. in 13. colum. & Ange. in l. in pupillari. ff. de vulga. & pupil. & idem tenet Rapha. Fulgo. in d.l. precibus, adducens etiam glo. Insti. de pup. substi. in §. masculo. in glo. fina. quæ incip. scilicet directa. Et ex hoc cessat ardua dubitatio, de qua est dictum ĩ. quia virtute dictæ clausulæ substitutio facta per verba directa traheretur ad fideicom. post pubertatem, dummodo tamen dicta clausula respiciat futurum tempus, puta si non valet vel valebit iure testamenti, secus si per verba præsentis temporis tantum, quod est singu. menti tenendum, cum hodie tabelliones de consuetudine semper apponant in testamentis clausulam codicillarem, secundum Imo. in d.l. verbis, & in d. capitu. Raynutius. in 18. colum. volentem quod licet dicta clausula apponatur ex consuetudine tabellionis, tamen operatur effectum suum, & idem notabi. tenuit in l. filio præterito. ff. de iniusto testamen. in repe. licet Barto. in l. j. ff. de iu. codicil. dixerit contrarium, & forte non bene. Sexto quæritur, si substitutio compendiosa fiat tantum in re certa. Bar. in d. l. Centurio. concludit, quod si fiat per verba directa ciuilia, vt hæres esto, vel instituo. tunc intra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, & trahatur ad vniuersum, vt in l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. instituen. & hoc per tex. no. in l. cohæredi. §. fina. ff. de vulga. & pupil. secus si sit facta per verba directa non ciuilia, vel per verba communia, quia non trahitur ad vniuersum, sed ad primũ dictum. Quod intelligit Bal. in d.l. precibus. in fi. quando habet conditionem directam, & cum dinumeratione ętatum, vt si decesserit in pupillari ętate, vel postea quandocunque, secus si sit simpliciter dictum, quandocunque decesserit, quia tunc particulare fideicom. non trahetur ad vniuersum, ex quo in in omni ætate debet vniformiter intelligi, ideo erit semper fideicom. & dicit, quod hoc casu non continet tacitam vulgarẽ, quia fideicom. nunquam continet vulgarem, & ita dicit se cõsuluisse, de quo tamen j. dicetur. Sali. tamen in d.l. precibus. in fi. sequitur opin. Barto. etiam sine expressa temporum distributione, & valeat iure directo intra pupillarem ætatem, postea vero iure fideicom. & quia hoc dependet a dubitatione supradicta, ideo dic, vt ibi, de hac etiam j. quando per verba communia fieret substitutio in certa portione, vel quota, an trahatur ad vniuersum, & vide ibi.

76 † Septimo quæritur, an substitutio compendiosa facta per hæc verba, quandocunque filius meus decesserit, lego Titio bona mea intra tempora pupillaris ætatis, ao valeat iure directo. Barto. in d. l. Centurio. quod non, sed quod omni tempore sit fideicom. & ita transit Imo. in d. capit. Raynu. in 22. columna. Bal. tamen in l. fina. C. famil. ercis. tenet contrarium, vnde de hoc arti. dic, vt est dictum supra super glo. in versicu. instituit. in fine, & ibi plene de hoc.

77 † Circa secundum principale, quando substitutio compendiosa est facta per verba obliqua, de quibus verbis est plene dictũ supra, & concludit Bart. in d.l. Centurio. quod substitutio omni tempore est fideicommissaria, & matrem non excludit, vel alium venientem ab intestato, vt in d.l. cohæredi. §. cum filiæ, & isto casu potest detrahi legitima & Trebel. vt ibi dicitur, & sic hoc casu continet tantum vnam substitutionem scilicet, fideicom. non autem vulgarem vel pupil. vel exemplarem. ratio, quia verba obliqua non possunt directari, secundum glo. & Docto. in d.l. verbis, nisi fauore libertatis, vt in l. Anto. ff. de fideicom. lib. Bal. tamen in d.l. humanitatis. C. de imp. & alijs substi. limitat prædicta duobus modis. Et primo, quia si testator dicit, instituo Titium, si hæres non erit, restituat hæreditatem Sempronio, quia tunc cõtinet vulgarem propter impossibilitatem, quia si non esset hęres, non posset restituere, & sic verbum obliquum hoc casu habet vim directi. Secundo limitat, nisi substitutio sit facta per verbum restituo, vt si testator dicat, quandocunque decesserit ego restituo hęreditatem meã tali, quia tunc applicatur ad significationem directi, secũdum Bald. ibi, & dic vt est dictum ĩ. de isto verbo restituo, vel restituat.

78 † Sed quæritur primo, si testator dicat, quandocunque filius meus decesserit, volo quod bona mea dentur vel distribuãtur pauperibus per meos fideicom. infra scriptos. concludit Barto. in d. l. Centurio. quod filio decedente intra pupillarem ętatem substitutio sit directa, etiam si mater sit in medio. postea vero sit fideicommissaria, vt ibi plene per Barto. adducentem not. per Innocen. & Docto. in cap. cum tibi. ĩ. de testamẽ. & per Specu. in ti. de instr. edi. in §. nunc vero aliqua. in versic. sed pone, quod aliquis non instituit. & ibi per Io. And. in addi. & ita simpliciter sequitur Ange. & Bal. in d. l. Centurio. idem etiam tenet d. Pet. in d. cap. cum tibi, vt ibi plene per eum, & idem Sali. in d.l. precibus. quia ex quo Bar. vult, quod subintelligatur verbum accipiat, quod est verbum commune, vt est dictum ĩ. certe sicut Sali. tenet ĩ. quod compendiosa facta etiam per verba directa ciuilia intra pup. ætatem valeat de iure directo, & postea iure fideicom. fortius quando per verba communia, vt est isto casu. Sed aduerte, quia idem Bar. in sua disp. quæ incip. Filium adultum. videtur voluisse contrarium, sed certe hoc non est verum secundum Bart. quia ibi loquitur, quando dicta substitutio fuit facta a filio adulto, merito semper fuit fideicom. quia non potuit esse pupillaris. Sed quo ad casum nostrum Bal. no. in d.l. precibus. in vlti. char. in princip. tenet directe contrarium ad Bar. in d.l. Centurio. vt talis substitutio omni tempore sit fideicommissaria. & ita refert se consuluisse Veronę. Idem etiam sequitur idem Bal. in l. si quis ad declinandã, post prin. C. de epi. & cle. & idem etiam no. tenet do. Flo. in d. c. cum tibi. & dicit ita fuisse Paduæ consilium. & idem concludit Imo. ibi in 8. & 9. colum. & idem in d.l. Cẽturio. in 20. & 22. colum. & idem in d. cap. Rayn. in 23. & 24. colum. in arti. substit. compendiosæ. vbi refert se ita consuluisse, & ita videtur tenendum ex pluribus rationibus, de quibus plene in locis ĩ. allega. per Docto. cum enim dicta substitutio sit facta per verba obliqua, certe vt dicit Bald. in d. l. precibus. si nullus esset datus executor, & testator dixisset verba præmissæ substitutionis, tunc ipse Episcopus haberet distribuere, nec excluderetur mater, vt tenet ipsemet Bart. in d.l. Centurio. & j. dicetur. ergo eodem modo non excludetur mater in casu præmisso, cum eodem modo Episcopus sit executor deputatus a iure, vt in d.l. si quis ad declinandam. sicut commissarius a testatore, & sic eodem modo ambo dicuntur executores, ergo non debet inter eos quo ad hoc fieri differentia. Non obst. d. cap. cum tibi. quia ibi testator non prouidit sibi de aliquo hęrede expresse. Sed in casu isto prouidit de hęrede expresse, ergo cessat tacitus, vt in l. cum ex filio. ff. de vulga. & pup. vnde non est opus dicere, quod hoc casu executor intelligatur factus hæres. Non obst. tex. hic, quia hic fuit facta substitutio per verba directa, secus ergo si per verba obliqua. Non obst. rationes, quæ possent adduci de fauore piæ causæ, vt sic in dubio debeamus inhærere opi. & rationibus fauentibus piæ causę, arg. l. sunt personæ. ff. de reli. facit tex. no. in l. antepe. ff. de manu. & glo. in ca. ex literis. de proba. & ad idem cap. fina. ff. de re iudic. nam prout dicit do. Flo. in d. cap. cum tibi, non debet fauere pię causę in præiudicium matris, per no. in cap. nuper. ĩ de don. inter vir. & in cap. ex tenore. ĩ. de foro compe. facit etiam ratio cap. fina. 17. q. 4. & glo. in d.l. si quis ad declinandam. Et aduerte quo ad prædicta ad duo principaliter, & primo, quia domi. Sali. in d.l. precibus tenuit sine aliquo dubio, quod si testator dixerit, volo quod bona mea, & sic per istud pronomen meum, quod tunc dicta substitutio omni tempore erit fideicommissaria, ex quo dicit tantum de bonis suis, vnde non potest trahi ad bona pupil. & sic non potest esse pupillaris, in qua veniunt omnia bona etiã ipsius pupilli, vt in tex. & in l. sed si plures. §. ad substitutos. de vulg. & pupi. Sed certe ista differentia nullo modo fieri debet nam Barto. in l. si ita scriptum. §. si filio. ff. de se. tab. no. determinat, quod dicta adiectio de bonis meis, non habet alterare naturam substitutionis, ut etiam tenent Docto. in l. 1. & 2. ff. de uulga. & pupil. Secundo, aduerte, quia Bald. in d.l. si quis. uoluit, quod si dicta substitutio sit facta cum expressa distributione temporum, puta si filius meus in pupillari ætate decesserit, uel postea quandocunque, uolo quod bona mea distribuantur inter pauperes, quod intra pupillarem ętatem sit directa propter commemorationem pupillaris ętatis, per nota. per glo. magnã in fi. in d.l. precibus. ex quo ipsi pauperes uidentur pupillariter substituti. Nec obs. quod uerbum distribuantur, sit obliquum, quia isto casu non importat essentiam substitutionis, sed modum exequendi, ut patet in d. l. si quis. in §. distribuantur, & in uersic. distributionem, ubi institutio est directa, & modus exequendi est obliquus: secus tamen dicit Bald. fore si non sit facta distributio temporum, licet sit appositum illud aduerbium, quandocunque, puta quandocunque, filius meus decesserit &c. quia dictio quandocunque, non est temporum distributiua, seu distinctiua, licet sit dictio plurium temporum uniformiter comprehensiua, & sic sub unica conceptione debet uniformiter intelligi, ut ibi plenius per Bald. referentem se ita de facto consuluisse. Sed Imo. in dicto capitulo, Raynutius, in 27. columna. tenet idem esse dicendum etiam in primo casu, quando dicta substitutio esset facta expresse cum distributione tẽporum, ex quo est facta per verba

obliqua,

obliqua:ergo omni tpe erit fideicom. ut in d. l. cohæredi.§.cũ filiæ. Non ob. glo. in d.l. precibus. quia loquitur & debet intelligi, qñ substitutio fieret per verba cõia: secus si per verba obliqua, vt in casu prædicto, ut ibi plene per Imo.& sic no. concludit, ꝙ expressa distinctio temporum cum dictione quãcunque, nihil operatur, qñ substõ fit per verba obliqua, quod no. Secũdo quæritur, quid si testator dixit, si filius meus decesserit sine liberis, bona mea distribuantur pauperibus, nec dicit ꝑ quos. concludit Bar. in d. l. Centurio. ꝙ ista substitutio omni tpe sit fideicom. ex quo est facta per verba mere obliqua, ut d. §. cum filiæ. & rationem dñiæ vide ibi per Bar. & etiam Doc. vt patet ex præcedẽtibus. Tertio quæritur, quid si dixit testator, si filius meus decesserit sine liberis, volo ꝙ bona mea vendãtur, & pretia eorum dentur pauperibus, & non dixit per quem, & concludit Bar. ibi, ꝙ intra tempora pupillaris ætatis talis substitutio sit directa, postea fideicom. & rationem dñiæ vide per eum. Sed certè hoc dependet a prima dubitatione supradicta. & dic vt ibi.

79 †Quarto quæritur, quid si testator dixit sic: volo ꝙ bona mea vendãtur, & pretium distribuatur inter pauperes, quorum electio fiat per manus mei executoris.[a] & concludit Bar. ibi, ꝙ omni tempore sit fideicom. & rationem differentiæ vide ibi per eum, & ita sequitur hic Bal. in 31. col. & vide ꝑ Bar. in suo consi. quod incipit. Filius condidit testamentũ, de quo consi. Bar. facit mentionem in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufru. le. & de alijs etiam plene per Imo. in d. c. cum tibi. in 25. & 26. col. dicentẽ, ꝙ si testator diceret, qñcũq; filius meus in pupillari ętate decesserit, relinquo bona mea pauperibus, & volo ꝙ vendãtur per meos executores &c. nam illo casu ex quo substitutio esset facta per verbum cõe, & sic per verbum relinquo, vt per Bar. in l. his verbis. ff. de hære. insti. quo casu bene posset esse directa filio decedente intra pupillarẽ ætatẽ: secus tñ qñ esset facta per verba mere obliqua, vt patet ex ꝑcedentibus, quia ẽt si testator dixisset, si filius meus decederet intra pupillarẽ ętatẽ, tñ esset fideic. sed ibi plene per Imo.

80 †Quinto & vlti. quæritur, quid si executores moriuntur hæreditate non adita, vel testatore viuo, an institutio fiat caduca. Io. An. in add. Spe. in tit. de instru. edi. in §. nunc aliqua. in ver. sed si vnus ex executoribus obijt, tenet ꝙ non, sed ꝙ eps succedit in locum eorũ, vt in d. l. si quis. & idem sequitur Ang. in d. l. Centurio. post mediũ, & gñaliter, an & qñ eps succedat per mortẽ vnius ex executoribus, vel oĩum, vide per Bart. in l. vnũ ex familia. §. ergo. ff. de lega. 2. & per Imo. in d. c. cum tibi. in 28 col.

81 †Circa tertiũ principale de substitutione compendiosa facta per verba cõia. vt per verbũ, substituo, vel ꝑ similia verba, de quibus verbis cõibus, q̃ sint, est plene dictũ ŝ. & materia istius articuli est magis vtilis, q̃ ꝑcedens, cũ sæpius de facto ꝯtingat. itẽ est magis dubius, cũ dicant Docto. ꝙ in multis dubia istius articuli egerent imperiali decisione, vt patet in extra dicendis. Et conclude, quòd substõ cõpendiosa aut fit puberi, aut impuberi. primo casu facta per verba cõia valet omni tpe iure fideicõ. & idem si fiat alteri, cui non possit pupillariter substitui, puta emancipato, vel extraneo. & rõ est, quia nullo tpe põt valere iure directo, vt in §. extraneo. Insti. de pu. substi. merito valet iure fideicõ. Scd̃o casu qñ fit impuberi, plures fuerunt opi. nam gl. in d. l. precib. & in d. l. Cẽturio. tenent ꝙ omni tpe sit fideic. & intra tpa pubertatis. idem ẽt glo. in ver. vel substitutionis. in d. c. Ray. Idem tenet ibi Inno. & Hostien. & Archi. hic. & idem sequitur Azo in summa. C. de imp. & alijs substi. & idem tenet Odof. Dyn. Guil. Ray. Ia. de Ra. in d. l. precibus. & Bal. in d. l. Centurio. etiã si mater non sit in medio. & ibi no. fortificat hanc opi. rñdendo ad rationes in ꝯtrium, & ad tex. hic respondet, ꝙ fuit hic facta substitutio per verba directa, secus si per verba cõia. Idem etiam tenet in d. l. iam hoc iure. dicens hanc opi. esse cõem, & ꝙ ſm eam consuluerunt Doc. & quòd ipse sæpe consuluit. potissime, quia verbum commune substituo, vel aliud relatum ad plura tempora debet illa determinare, si potest æqualitate seruata, sicut & quando refertur ad personas, vt in d. l. iam hoc iure. ergo omni tempore debet esse fideicom. & quia vna & eadem res non debet diuerso iure cẽseri, ut in l. eum, qui ędes. ff. de vsucap. & addunt plures alias rationes, de quibus ibi per eum. Idem ẽt tenuit in d. l. ex ttibus. vt ibi no. per eũ. Idem ẽt sequitur plenius, quàm alibi in d. l. precibus. vbi facit mentionem de consilio suo, & respondet ad tex. hic, ut ŝ. de quo ẽt ꝑ Imo. in d. l. Centurio. in 14. col. dicentem, ꝙ ista opinio valde esset sustentabilis, si non esset tex. nostræ decretalis hic. Secunda fuit opi. fin. Insti. de pup. subst. in §. qua rõne. in glo. magna, in fi. quòd intra pupillarem ætatem ualeat iure directo, postea verò iure fideicom. & ita sequitur Cy. in d. l. precibus. etiam si mater sit in medio, vt ipse ponit in addi. suis, et refert se ita cõsuluisse. Idem etiam sequitur hic Ioan. An. in nouel. per plures rationes, & maxime per tex. hic, & in d. c. Raynu. & hęc opi. tenenda videtur, vt j. dicetur. Tertia fuit opi. ꝙ intra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, postea verò euanescat in totum, & sic non valeat iure fideicom. & hæc opi. fundatur per iura, & rationes, de quibus est dictum ŝ. quando substitutio fit per verba directa, de qua dic, ut ibi dictum fuit.

82 †Quare Bar. in d. l. Centurio. dicit aduertendum esse quasdam coniecturas, ex quibus si apparet testatorem voluisse, quòd intra tempora pupillaris ætatis ualeat iure directo, & tunc procedat opi. glo. in d. §. qua ratione. ut intra tempora pupillaris ætatis ualeat iure directo, postea iure fideicom. etiam si mater sit in medio, quia licèt in dictis casibus sit pupillaris tacita, tamen admittitur contra matrem ex præsumpta uoluntate testantis, licèt tacita pupillaris comprehensa in expressa vulgari, quæ tantum comprehenditur ex legis dispositione, matrem nõ excludat. & de istis coniecturis j. dicetur. Si uerò nullæ coniecturæ appareant, sed testamentum simpliciter loquitur, & tunc cũ voluntas testatoris sit dubia, si mater est in medio, interpretabitur pro matre tanquàm in benigniorem partem, vt sic omni tempore sit fideicom. ut dicitur in l. quæ duos. ff. de re. dub. & ita potest procedere prima opi. glo. hic, de quibus ŝ. quod procedit, nisi sic ut substituti filij testatoris, qui ex præsumpta uoluntate testatoris matrem excludunt, ut per glo. fi. in d. l. precibus. & prædictis non ob. l. precibus. quia est speciale in milite. Nec ob. tex. hic, quia hic fit substitutio per uerba directa. Sed si non est mr̃, nec alia istarũ persona, de quibus ꝑ Bart. in l. j. & 2. ff. de vulg. & pup. tunc concludit Bar. ꝙ intra pupillarẽ ætatem sit directa pupillaris, postea fideic. non ꝙ substitutio directa conuertatur in obliquam, sed secundum quod futuris iudicabit euentus, præsumetur semper fuisse talis, vnde si filius moritur in pupillari ætate, semper pręsumetur esse pupillaris, sed postea semper fideicom. cum lex sit certa demũ, eo quod est certa natura, vt l. cum quidam §. quod dicitur. ff. de acq. hęred. vt plenius per Barto. in d. l. Centurio. dicentem, quod dictæ coniecturæ depræhendantur. Primo, si testator dicit, quod substitutus accipiat propria auctoritate, nam videtur velle, ꝙ iure directo, vt l. Titia. §. j. ff. de leg. 2. Secundo, si in aliqua parte testamenti constat, quod illud verbum commune testator acceperit pro directo, nam ita in sequentibus accipi debet, vt in l. si seruus plures. §. fin. de leg. 1. puta si antea in testamento testator dixit, accipiat sua manu, nam videtur quod sua auctoritate accipiat, vt l. Meuius. §. fundo. de leg. 2. Tertio si testator dixerit, quandocunque filius meus decesserit, volo hæreditatẽ meam totam & integram ad talem peruenire. Quarto, quando dixit, omnia bona mea ad talem perueniant, quia tunc nihil excipit, vt l. Iulianus. de lega. 3. secus si diceret, omnia bona mobilia vel immobilia, & non dicat, iura & actiones, vt no. in l. morientium. de verbo. signifi. Quinto, quando dixit, perueniant sine aliqua diminutione, vt ibi plenius per eum, & cum opi. Bar tenet hic Pe. de Anch. in quam etiam videtur inclinare Domi. Anto. in d. c. Rayn. eandem etiam sequitur Rapha. Cumanus in d. l. Centurio. qui ex eo quia contra opi. Bar. fortiter facit tex. nostræ decretalis, hic ad eum multipliciter respõdet. Et primo, quia hic fuit facta substitutio per verba directa, vt per verbum moriatur. Secundo, quia forte vxor testatoris hic non fuit mater. Tertio, quia hic filij erant inuicem substituti, ideo non fauetur matri, cum superesset persona, quæ ex præsumpta mente defuncti matrem excludebat, vt dicit Barto. ŝ. & facit l. Lucius. ff. de hæred. instit. Quarto, quia tex. hic nihil facit ad propositum, quod appareat, quia hic substitutio pauperum fuit directa, dum dixit, pauperes hæredes instituendo, & de illa ibi agitur, & hoc modo intelligitur etiam prima substitutio facta inter filios, nam si prima substitutio facta inter filios diceretur esse fideicom. ita quod semel fuisset locus causæ intestati, non posset habere locum secunda substitutio pauperum directa, etiam vbi mater non esset in medio. Sed aduerte, quia tex. hic clare obstat opin. Barto. & Bal. nam hic fuit facta compendiosa filijs impuberibus, & mater erat in medio, & tamen intra pubertatem est directa pupillaris. Et responsiones supra datæ non procedunt, non enim obstat prima, nam ipsemet Barto. in d. l. Centurio. in illa quęst. de compendiosa facta

per

ADDITIO.

a Vinc. God. An autem executor possit eligere se ipsum in pauperem, & sibi dare quod est in pauperes distribuendum. Mar. Socin consi. 11. circ. praesentẽ. uersi. ex quibus & uersi. quinimo. lib. 1.

per verba directa, tenet quod verbum moriatur, ſit commune, imò ex alio dicta reſponſio non procedit, quia licèt hic in tex. in ſubſtitutione facta inter liberos ſit dictũ verbũ, moriatur. tñ hic in tex. ponitur ratio, & regula, & quando congruit verbis, & perſonis, valeat iure directo: ſecus ergo ſi non congrueret perſonis, & ſic poſt pupillarẽ ætatem. Nec ẽt obſtat ſecũda reſponſio, quia eſt euidenter falſa, vt hic patet in tex. & glo. Nec obſtat tertia reſponſio, quia tex. hic exprimat cauſam, & rõnẽ, quare ſubſtitutio eſt directa. ſ. quia congruit verbis, & perſonis. Item quia pater poteſt matrem excludere, quam non poſſet ipſe filius. vnde tex. hic non conſiderat qualitatem ſubſtituti. Nec etiam ob. quarta, quia hic in tex. in ver. præmiſſæ nõque &c. agitur etiam de prima ſubſtitutione facta inter ipſos filios. Itẽ quia dictum inconueniens non poſſet reſultare tenẽdo opi. Ioan. An. ſ. ꝙ ſubſtitutio compendioſa per verba communia etiam matre exiſtente in medio intra tempora pupillaris ætatis ſit directa, nec eſt locus ſucceſſioni ab inteſtato. Itẽ, quia omnes Doc. hic exponunt verbum, inſtituendo, pro ſubſtituendo, & quia aliàs ad quid dixiſſet hic Papa, cum ſubſtitutionibus ſemper interpretatio ſit facienda &c. ſi enim verba fuiſſent ita clara, ꝙ fuiſſent directa, non fuiſſet locus interpretationi prædictę, vt l. ille aut ille. §. cũ in verbis. ff. de leg. 3. & ſic ad rationem iſtius tex. non poteſt reſponderi. Quare per hunc tex. tenenda videtur opi. glo. in d. §. qua ratione, quam ſecundo tenuit Cy. in d. l. precibus. vt ſ. & tertio Io. An. hic. & quarto eam ſequitur Ang. in d. l. Centurio. Non ob. ꝙ verbum moriatur, ſit directum, quia prout eſt dictum ſ. hoc non eſt, niſi quia illud verbum congruit tempori & perſonis: vnde in dubio iudicatur directum, & ſemper ſubſtitutio debet in dubio iudicari directa cum poteſt, vt dicit tex. hic. ſed ſi non congrueret tẽpori & perſonis, iudicaretur obliqua, ergo apparet ꝙ non eſt mete directum, quia tunc non oporteret aliter interpretari dictam ſubſtitutionem fuiſſe directam, vt ſ. vnde dicit Ang. ibi, ꝙ ad iſtum tex. non videt reſponſum. Et ſic iſtud verbum moriatur, eſt dubium, & erit directum & obliquũ ſm ſubiectam materiam, merito dicit tex. hic, ꝙ dicta ſubſtitutio in dubio directa eſt cenſenda, cum poſſit valere iure directo, eo ꝙ congruit tempori & perſonis, vbi ergo non poſſet, erit obliqua. dẽt ergo dictum verbum cenſeri cõe, ſm Ange. concludentem, ꝙ

a ſubſtitutio compendioſa facta impuberi per verba [a] cõia, etiã ſi mater ſit in medio intra tempora pubertatis, ſit directa, vt directa, vt dicit probari hic in tex. Cui etiam non ob. ſi diceret, ꝙ hic ſit ſpeciale ad pias cauſas, nam omnes Doct. hic concludunt non eſſe aliquam ſpecialitatem fauore pauperũ piæ cauſæ, ſed Papa reſpõdet hic de iure cõi, vt patet clare ex hoc tex. Et quinto hanc eandem opi. ſequitur Sal. in d. l. precibus. vt ibi per eum. Sexto eandem tenet d. Flo. in d. c. Raynutius. per tex. hunc, iuncto d. c. Raynutius. vt ſic etiam matre exiſtente in medio intra pupillarem ætatem ualeat iure directo, & poſtea iure fideicom. Septimo in hac eadem opi. reſidet d. Nico. in d. c. Raynu. Octauo eandem opin. ſecutus eſt Rapha. Fulg. per tex. hic, & in d. c. Raynutius. quibus ipſe dicit non videre reſponſum, de quo per eum in d. l. precibus. Nono eandem opi. tenet Imo. in d. ca. Raynutius. in 31. colum. & ibi plenius quam alius per 8. columnas concludit pro hac parte, & dicit ſo ita conſuluiſſe. idem etiam tenuit & ſequitur in d. l. Centurio. in 13. col. & ibi per 4. colum. de hoc articulo. ubi etiam uoluit, ꝙ cũ iſta opinio videatur ſaõs determinata per ius canonicum, & ſic ꝑ tex. hic, & in d. c. Raynutius. ꝙ etiam in terris imperij, & vbiq;

83 erit obſeruandum, quia quoties ſunt opinio. † de iure ciuili, debet tunc ſeruari opinio quæ reperitur approbata per ius canonicum etiã in foro ciuili, & in terris imperij, & vbique, vt no. in c. per venerabilem. qui filij ſint leg. & in c. licet ex ſuſcepta. ſ. de foro compe. & per Docto. in c. quanq̃. C. ad legem falci. Decimo hanc eandem opi. ſequitur domi. Fran. de Rampo. in d. l. precibus. prout refert Imo. in d. c. Raynutius. in 38. col. Vndecimo idem tenet Pau. de Ca. in d. l. precibus. & dicit ꝙ hodie iſta eſt communis opi. ſecundũ quam Doc. Bononien. ſic communiter conſulunt, & ipſe ſæpe conſuluit, & plures ſe ſubſcripſerunt, nec ab ea videtur eſſe recedendum, præſertim cum ſatis ſit conformis voluntati teſtatoris, & nulla bona aut clara reſponſio poteſt dari ad tex. hic, & ad d. c. Raynutius. Et aduerte, quia vt ĩ. patet, Bar. in d. l. Cẽturio. tenuit hanc eandem opinio. quando apparent coniecturæ, ex quibus conſtet quòd teſtator ſic voluerit: vnde videndum reſtat, an eius dicta de iure procedant. & primò quando teſtator dixit, pleno iure vel totã & integram. nam Bal. in d. l. precibus. dicit tria dicta. Primo, ꝙ quando per dictas coniecturas compendioſa poſſet valere iure directo, eſſet ac ſi teſtator expreſſiſſet per illa verba, talis ſit hæres, & ſm hoc ſequeretur, ꝙ poſt pupillarem ætatem euaneſcit in totum, ita ꝙ non valebit iure fideicom. vt eſt dictum ſ. quando compendioſa eſt facta per verba directa. Secundo dicit Bal. ibi contra Bar. & ꝙ dictæ coniecturæ non faciunt compendioſam, magis dici directam, q̃ ſine eis, cum ſemper dicta verba videantur probata a teſtatore cum termino reſtrictiuo. ſcilicet in ſuis bonis, quæ verba licèt ſubſtitutionem pupillarem non arctent, vt l. ſi ita. §. qui filio. ff. de ſecun. tab. tamen dicta verba arctatiua reſtringunt dubiam ſubſtitutionem, argu. l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Treb. ſed reſtrictio ad bona teſtatoris inducit fideicom. l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. & pupil. ergo tales coniecturæ non inducunt, ꝙ ſit magis directa q̃ obliqua. & dicit ꝙ ſi teſtator fuiſſet interrogatus, an vellet ſubſtitutionem extendi ad bona non ſua, veriſimiliter dixiſſet ꝙ non, ideo in dubio non debet ad illa extendi velut ad incognita, ar. l. ſi quis ita. §. pe. ff. de teſta. tute. Tertio dicit Bal. ibi, ꝙ ꝑ illas coniecturas nil aliud intelligit, niſi Trebel. eſſe prohibitã a teſtatore in ſubſtitutione fideicom. & idem etiã dicit Ange. in d. l. precibus. & in d. l. Centurio. cõtra Bar. Sed aduerte quo ad primum, quia non dixit Bar. quòd tunc ſubſtitutio intelligatur facta per illa verba, talis ſit hæres: ſed quòd mens teſtatoris videtur eſſe, ꝙ valeat iure directo eo caſu, quo poteſt valere: vnde non ſequitur, ꝙ poſt pupillarem ætatem non poſſit valere iure fideicom. ex quo fuit facta per verba communia, ſecundum Imo. in d. c. Raynutius. in 30. colum. Quo ad ſecundum dic, quòd per illa verba, totam & integram, ſi non induceretur ſubſtitutio directa, poſſet detrahi legitima, vt d. §. cum filiæ. in qua filius non poteſt grauari, vt in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. ex quo ergo teſtator uoluit, ꝙ tota & integra ꝑueniat ad ſubſtitutum, datur intelligi quòd ſit directa, in qua legitima non detrahitur, vt eſt tex. hic, aliàs non poſſet venire ad ſubſtitutum ſine diminutione vel integræ, prout teſtator voluit. verbum ergo commune, quod poteſt ſe habere ad directã vel obliquam ſubſtitutionem propter eius largã ſignificationem, poteſt dici dubium, & in dubijs ſtamus coniecturis, vt in l. in conditio. primum locum. ff. de condi. & demon. & in l. Licet Imperator. & in l. ſi ſeruus plurium. ff. de leg. i. nec videtur ꝙ dicta bona in verbis ſuis habeant alterare ſubſtitutionẽ, ut in d. §. qui filio. & per Doc. in l. j. ff. de vulg. & pup. Et licèt etiã

b teſtator in dubio [b] non videretur de alijs bonis q̃ ſuis diſponere, tamen illud eſſet verum, quando principaliter illud non voluit, ſed ex quo voluit ſubſtitutionem eſſe directam, cenſetur in conſequentiam voluiſſe ad ſubſtitutum peruenire etiã alia bona pupilli, ne aliàs contingat pupillũ decedere pro parte teſtatũ, & ꝓ pte inteſtatũ: facit qd hr in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutum ꝑ p. de vulga. & pupilla. ſecũdum Imo. in d. l. Centurio. qui modo prędicto ſaluat dicta Bar. vt ſ. Et pro quo quando teſtator dixit, totam & integram: facit quod habetur in l. q. ſolidum. §. etiam. ff. de lega. 2. & ſecus forte eſſet, ſi diceret totã ſimpliciter, & ſic non diceret totam & integram, per no. in l. fi. C. ad legem fal. & in l. quod ſi maritus. ff. de conſti. pecu. Et prædicta procedunt, quando teſtator dixit, totam & integram, vel omnia bona mea, non habet alterare, ut ĩ. ex quo eſt terminus vniuerſalis, & ſic eſt facta in omnibus bonis per rationẽ de qua ſ. per Imo. ſecus tamen videretur, ſi non eſſet facta in omnibus bonis, puta quandocunq; filius meus deceſſerit ſubſtituo Titium in bonis meis, quia tunc etiam intra tẽpora pupillaris ętatis, etiam ſi mater nõ ſit in medio, dicta ſubſtitutio erit fideicom. ex quo apparet expreſſe de mente teſtatoris in ſubſtituendis tantum in bonis ſuis, & faciunt aliæ rationes, de quibus per Bal. in d. l. precibus. Non ob. dictum Bart. in d. §. ſi filio. quia loquitur in expreſſa pupillari, vel vulgari, vel in cõpendioſa facta per verba directa, ſecus ſi ſit facta in bonis teſtatoris per verba communia, & ſic aliàs dubia, quia tunc ex quo verba ſunt clara, & certa, non eſt locus coniecturis, vt in d. §. cum in verbis. & in l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. & ita referunt quidam fuiſſe conſultum Florentiæ, quod dixit Bar. in d. §. ſi filio. non habere locum in compendioſa facta per verba communia in bonis teſtatoris, quod tene menti, quia

eſt

ADDITIONES.

a Vinc. God. Nota, ꝙ uerba teſtatoris debent recipere interpretationem a iure cõi, Ruy. conſi. 49 nu. 11 lib. 2. & improprari potius debent, q̃ ut ꝓſumamus teſtatorem ſuæ poſteritati extraneum prætuliſſe, Ruy. obſ. 155. nume. 6. lib. 2.

b Vinc. God. Dubium ſi eſt, qua mente aliquid ſit factum inter viuos, declaratur ex uerbis prolatis in ultima uoluntate. Iaſ. in l. qui filiabus. col. 3 ff. de leg. 1. Ruy. conſi. 161. nu. 18 lib. 1.

est no. limitatio ad prædicta, & ad glo. & Doct. in l. j. ff. de vul. & pupil. vbi dicunt, quod dictæ demonstrationes non habent alterare naturam substitutionis. Et etiam quia ex his patet maximus effectus resultans per istud vniuersale, omnia vel omnibus, vel quando est dictum integrè, vel sine diminutione, vel pleno iure: nam aliud esset, si aliquod istorum verborum esset appositum, per Imo. in d. c. Raynutius. Item adde aliam coniecturam, quia si testator dicit, quandocunque filius decesserit, talem substituo hæredem: vnde ex quo dicit hæredem substituo, erit directa intra pupillarem ætatem etiam matre existente in medio, vt ibi per eum. Et idem tenet Imo. in d. c. Raynu-

84 tius. in 41. col. in artic. substitutionis compendiosæ. † Item adde aliam coniecturam, quando filius fuit tantum institutus in legitima, quia tunc substitutio sibi facta per verba cõmunia erit directa pupillaris intra pupillarem, etiam si mater sit in medio, postea verò erit nulla. & ratio est, quia nõ potest filio substitui in legitima per fideicom. etiam si substitutio prædicta esset facta cum distributione temporũ, vt in d. l. quẽ in prioribus. secundum Bal. in d. l. ex tribus. Item adde aliam coniecturam per Bal. in l. quamq̃. C. de fideicõ. si testator dixit, quandocũq; filius meus decesserit, talem ei substituo: nam propter illud pronomen demõstratiuũ, ei, dicta substõ erit directa infra pupillarem ætatem: quod verũ videt in in hac substitutione compendiosa facta per verba cõmunia: secus si per verba directa, vel in substit. vulga. vel pup. quia dicta demonstratio nõ alteraret naturam substitutionis, & ita procedat glo. in l. j. & quod ibi dicunt Doc. s. de vulga. & pupil. & facit quod est dictum s. ad d. §. si filio. Et aduerte ad prædictas omnes coniecturas, quia licèt faciant compendiosam ualere iure directo intra pupillarem ætatem, tamen nõ propter ea faciunt, quod dicta cõpendiosa expiret postea: imò valebit iure fideicom. vt no. concludit Imo. in d. c. Raynu. in 40. col. licèt quidam dicant contrariũ & male.

85 † Sed quæritur primo, quid si cõpendiosa per verba cõmunia est facta cum hac dictione, quandocũque, vt quandocunq; filius decesserit, talem substituo, an ſm opin. tenentium, quod omni tempore sit fideicom. dicta dictio aliquid operetur. glos. in d. l. precibus. quòd non, & idem tenet Bal. in d. l. Cẽturio. licèt Io. de Lig. tenuit contrariũ, & non bene, vt per Bal. in d. l. si quis ad declinandam. quia dictio quandocũque, licèt sit pluriũ temporum comprehensiua, tamen non est distinctiua, vt ibi per eum, & in d. l. precibus. & idem tenet in d. l. Centurio. in 3. col. & in d. l. iam hoc iure. & Imo. in d. c. Raynu. in 8. 27. & 28 colũ. & 32. licèt idem Bal. in d. l. ex tribus. tenet contrariũ, etiam si cõpendiosa esset facta per verba directa, tamen tenendo cõem opin. de qua s. quòd compendiosa facta per verba cõia intra tẽpora pupillaris ætatis valeat iure directo, & postea iure fideic. ista quæstio sit parum vtilis, quia etiam sine dicta dictione, qñcunque, idem resultaret effectus. Limita tamen prædicta secũdum Ang. in d. l. Centurio. nisi apponatur duplex distributiuũ temporis, puta si dicatur, qñcunque filius meus decesserit, ipsa quaq; die talem substituo: nam tunc illud idem operatur, quod geminata dispositio, de qua j. proxi. dicetur. & hoc per l. si pluribus. §. j. ff. de verbo. oblig. Sed Imo. in d. c. Raynu. in 42. col. non videtur approbare hoc dictum, quia dictio, qñcunque est potius collectiua quàm distributiua, vt no. in l. si necessarias. §. si annua. ff. de pigno. act. de quo tamen per Ang. & Imo.

86 in d. §. j. † Secundo quæritur, quid si compendiosa est facta cum expressa distributione temporũ, ut si filius meus decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocunque, talem substituo, dic quod glo. no. in d. l. precibus. tenuit quod tunc cẽseantur duæ substitutiones, vna pupillaris expressa, quæ admittitur contra matrem, & alia fideicom. propter distributionem temporũ, & ita sequitur Bar. ibi in fi. & in d. l. Centurio. & Ioan. An. hic, & idẽ Bal. in d. ex tribus. & in d. l. iam hoc iure. & in d. l. si quis ad declinandam. & Imo. in dicta l. Centurio. in 23. col. & in d. c. Ray. in 32. col. & ſm hoc omnes Doc. sunt in concordia, quòd compendiosa facta modo prædicto valeat intra pupillarem ætatẽ iure directo, etiam si mater sit in medio, & postea iure fideicũ. Sed hoc limita primo secundũ Bal. in d. l. ex tribus. ut prædicta procedant, quando distributio temporũ est facta ſm debitas ętates, ut s. secus si testator diceret, si filius meus decesserit intra 25. annum, vel postea quandocunque talem substituo, q. a ex quo non est facta mentio de pupillari ætate, non potest ualere iure directo, sed omni tempore erit fideicom. Non obst. d. l. Centurio. quia aduerbium directo, quod est ibi, soluit contrariũ. Secundo limitat Bar. in d. l. precibus. in penul. col. quando distributio fuit rationabilia distinguendo pupillarem ętatem: secus si irrationabilis, puta si testator dicat, siue hodie, siue cras, siue quandocũque moriatur. nam isto casu confunditur ratio distinctiua: unde confusa distributio nihil distribuit,

87 secundum Bal. ibi. † Tertio quęritur, quid si testator dicat, filio meo impuberi, si decesserit sine liberis, substituo talem, an propter illud verbum, impuberi. videatur talis substitutio restricta ad pupillarem ætatem tantum. concludit Bar. in d. l. Centurio. quod non, ex quo adijcitur verbũ instituo, quod est dispositiuũ, quo casu videtur appositum gratia demõstrationis. Et idẽ tenet Ioan. An. in d. c. Raynutius. secus autem si dictum verbũ impuberi, adiectum esset uerbo executiuo, puta dicendo filio meo impuberi, si decesserit, succedat talis: nam qualitas iũcta uerbo debet esse secundũ tempus uerbi, ut l. in delictis. §. si extraneus ff. de noxa. & ideo intra pupillarem ætatem talis substitutio valebit iure directo, postea uero euanescet in totum, quia tempore quo succeditur, debet esse impubes. Non ob. d. c. Raynu. ubi est adiectum uerbũ succedat, & tamen non restringit substitutionem ad tempus pupillaris ætatis, sed valet etiam postea iure fideicom. quia illud ideo est propter conditionem sine liberis ibi appositam in substitutione, propter quam testator uidetur sensisse etiã de tempore post pupillarẽ ętatem, in qua potest habere liberos: secus si dicta uerba sine liberis, non fuissent adiecta, quia tunc intelligetur substitutio ad tempus pupillaris ętatis, quod est no. pro limitatione & declaratione d. c. Raynu. secundũ Imo. ibi, in 42. col. Quæ autem sit ratio differentiæ, quare uerbũ succedat, vel deueniat, sit executiuũ & nõ dispositiuũ, sicut uerbũ, substituo. Bar. ibi non dicit, tamen forte posset dici secũdũ Bal. in d. l. pcibus. in pe. col. quod quando uerbum pupillo, uel impuberi, adijcitur conditioni, facit illam substitutionem esse pupillarem duraturam tñ intra pupillarem ætatem, dato quod fuerit facta per uerba cõia, nisi apponatur uerbum, sine liberis, quia tunc propter cõmune significatum uerbi, substituo, post pubertatem ualebit iure fideicom. Nec tunc obst. quod est dictum s. in tex. in 8. no. scilicet, quod ista uerba, sine liberis, non habeant alterare naturã substitutionis, quia illud procederet in expressa pupillari, uel in compendiosa facta per uerba directa, secus si per uerba communia, ut s. de quo etiam uide dicta s. in arti. quando compen-

88 diosa sit per uerba directa, in 4. q. † Quarto quæritur, an compẽdiosa facta per uerba cõia in casibus, in quibus s. est cõclusum, quòd contineat pupillarem, contineat etiam vulgarem. Bar. in d. l. Centurio. tenet quòd sic, quia illa uerba, si filius meus decesserit, uel quando decesserit, possunt intelligi siue decedat uiuo patre, siue postea, & siue post testamentũ ante mortem, siue postea, & sic continet vulgarem, quæ uerificatur etiã qñ institutus non potest esse hęres, quia decedit uiuo testatore. Nec ob. quòd si ualet ut directa vulgaris, non debet postea ualere iure fideicom. per no. in d. l. uerbis ciuilibus, quia respondetur, quòd illud procederet, si ualuisset semel iure directo post aditã hæreditatẽ, sed isto casu ualet, ut vulgaris añ aditam hæreditatem, & post aditam hæreditatem iure fideicom. & sic in diuersis casibus, ideo toleratur a iure, & istud etiam tenuit Iaco. de Are. & Cyn. in d. l. precibus. Non ob. quod habetur in d. l. iam hoc iure, quia procedit in substitutione breuiloqua, secus in compendiosa, de qua hic secundũ Imo. in d. c. Raynutius. in 44. col. & uide per eum in d. l. Centu. in 23. col. in casibus etiam, in quibus compendiosa pupillarem non continet, ut quia est facta puberi uel extraneo, & tunc si est facta per uerba mere obliqua, non continet vulgarem: secus si per uerba cõia, & dicebat Bal. in d. l. precibus. quòd uulgaris comprehensa in dicta compendiosa non potest continere tacitam pupil-

a larem, quia unum[a] tantum non continet aliud, ut ibi per eum.

89 † Et prædictis adde Ang. in d. l. Centu. dicens, quod si testator dixerit, si filius meus decesserit in pupillari ætate, uel postea qñcũque sine filijs, quod tũc sub pupillari expressa propter distinctionem temporum continebitur uulgaris tacita, & tunc si testatore uiuo filius decedat in pupillari ętate, substitutus nihil habebit, per l. si tempore captus. ff. de uulg. & pupil. & ff. de captiuis. in l. quod si filius. sed si decessisset post pupillarem ętatem, dicit Ang. ibi, quod substitutus admittetur, quia una uulgaris continetur sub pupillari, & pupillari ætate duran. & alia uulgaris cõtinetur sub illis uerbis, quandocunque, & idem tenet Angel. ibi, si dicta substitutio nõ fuisset geminata, puta si diceret, qñcunque filius meus decesserit, quia tunc infra pubertatem cõtinetur una pupillaris, & etiam una uulgaris, non tamẽ tacita com-

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde, quòd unum ubi est causa finalis alterius, illo sublato & aliud sublatum censetur. Ruy. consi. 12. nu. 1 lib. 1.

6 pore sepulturæ. † Quid autem si non potuit quis sepeliri apud ecclesiam, apud quam elegit sepulturam, propter casum contingentem in personam mortui, forte quia decessit in mari, vel aliter non reperitur, vel est rebellis ciuitatis, dic quod per hoc ecclesia non priuatur legatis sibi factis causa sepulturæ, vt no. in c. in anima. s. eo. & ibi Innocen. hoc sentit & sequitur ibi do. Nico. dicens secus esse, si testator expresse alibi elegisset sepulturam, quia tunc tacitè videretur ademisse legatum factum alteri ecclesiæ causa sepulturæ, & velle quòd habeat illud ecclesia, in qua elegit sepulturam, argu. text. no. in l. alumnæ. §. Seia. & in l. filio. §. mater. ff. de adimen. leg. vbi dicitur, q ex quo remouetur onus, videtur remotum etiam lucrum. Et ex prædictis etiam infertur, q si testator reliquit decem pro sepultura, & decedit excommunicatus, q ex quo non fiat per ecclesiam, q debet cõsequi legatum, & ita sequitur Bal. in l. j. in fi. C. de his quæ pœnæ nomine. argu. l. miles. §. fi. ff. de adul. In ea. glo. ibi, suam canonicam. no. ex glo. q ecclesia parochialis debet recipere canonicam de obuentis ecclesiæ, in qua quis elegit sepulturam etiam minus legitimæ, de quo plene per Doct. in dicto c. in nostra. & per do. Pet. in tracta. canonicæ parochialis. in 6. c. in ver. 5. & ver. 8. In eadem glos. in fi. hæc glos. decidit dubium, de quo s. in glos. in ver. apud quas. In glos. fi. in princip. & sic est hic casus, in quo tota ecclesia cum cœmiterio ipso iure incurrit interdictum.

S V M M A R I V M.

1 *Portio canonica cui ecclesiæ debeatur.*
2 *Religiosus si infra annum probationis decedat in monasterio, an ecclesia parochialis debeat habere canonicam portionem.*

C A P. II.

Vm quis. Canonica portio non debetur ecclesiæ dimissæ, sed parochiali, & plurib. si sunt plures, & noua sepultura potest eligi etiam in loco minus religioso. h. d. Et habet tres partes, sicut tria sunt dicta. secundum ibi, cum ab eo. tertium
1 ibi, si quis. † Nota primò, cui ecclesiæ debeatur[a] canonica pa-
a rochialis, nam debetur illi ecclesiæ, in qua quis consuetus est audire diuina, & percipere ecclesiastica sacramenta. & voluit Innocen. & Io. And. in c. de his. s. eo. q si in vna audiant diuina, & in alia recipiantur sacramenta, q debet inter eas fieri diuisio, sed Per. de Anchara. hic tenet q isto casu debeatur ecclesiæ parochiali, etiam si ibi non audiuerit diuina, nec perceperit sacramenta, dũmodo tamen hoc potuerit facere & debuerit, vt s. de parochijs, vt dñicis. & ita etiam videtur tenere d. Pet. in 7. c. canonicæ parochialis, in ver. 12. quæritur. & idem videtur sentire Bal. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. in ver. tunc breuiter. Domi. tamen, & do. Nico. in c. de his. simpliciter transeunt cum dicto Inno. & Io. And. Vide per Lap. in sua alleg. 60. in fi. vbi singulariter inducit hunc tex. q vbicunque quis sepeliatur parochialis debet habere suam canonicã portionem, licèt etiam sepeliatur quis in ecclesia maiorum. Nam aliud est ius parochiale, & aliud est ius funerandi, vt patet hic in tex. vbi dicitur, q ille, qui est parochianus vnius ecclesiæ, & habet sepulturam maiorum in alia ecclesia, si eligat sepulturã in alia tertia ecclesia, canonica portio debetur non ecclesiæ relictæ, sed parochiali, vt hic in tex. dicitur, & sic ius funerandi non est proprie de iure parochiali, & canonica portio debetur soli ecclesiæ parochiali. & facit j. c. proxi. Vide per do. Nico. in c. cum super. s. eo. in fi. Si eligit quis sepulturam in ecclesia cathedrali, an parochialis debeat habere canonicam. & concludit quòd sic. fuit de mente Hostien. & Ioan. And. in c. requisisti. de testa. & facit quod no. do. Pet. in 6. c. canonicæ parochialis. in princip. Et vide no. in clemen. dudum. §. huiusmodi. j. eodem. & ibi de quibus relictis debeatur canonica ecclesiæ parochiali. & per Docto. in c. j. s. eo. & hic per Archidia. & Pet. de Anchara. Sed plenius per do. Pet. in 6. c. canonicæ episcopalis. & in 4. c. canonicæ parochialis, & in quodam suo consilio, quod incipit, Aduerte. In glo. 2. in fi. pro quo tex. j. c. prox. Quæ autẽ dicatur esse illa ecclesia. dic quòd illa, in qua maiores sui sunt consueti sepeliri per 10. vel 20. annos, cum tale dicatur longum tempus, vt C. de præscrip. longi temporis. per totum. sin Io. And. & ita sequitur hic Do. per no. j. c. prox. in gl. 2. & ibi vide. In glo. 3. in prin. dic, q de iure est quarta, prout dicit glo. quia in illa vt in minori summa oĩa iura concordant, arg. c. j. s. de arbit. eo. lib. secundũ Io. An. nisi de consuetudine appareret, q esset tertia, vt in c. certificari. hic alle. & ibi per Ioã. An. in glo. fina. vbi idem tenet, de quo per d. Per. in prin. canonicæ parochia-
2 lis. † In glo. in versi. dumtaxat. in fi. Quid autem si infra annum probationis decedit quis in monasterio, an ecclesia paro
b chialis debeat[b] habere canonicam. Archid. hic q sic quia non dicitur plene conuersus, vt in c. ea com. qđ. s. de electione. eo. lib. nec adhuc dicitur mutasse domicilium, vt no. 19. q. 2. §. quia ergo. idẽ tenet Pau. in cle. 2. j. eo. ti. & Lap. Abbas. & Ioã. de Fã. hic, per no. in d. c. j. in glo. magna, circa prin. & idem sequitur hic Do. cum iste non possit dici mutasse effectualiter domicilium. facit c. religioso. 2. respon. j. de sen. ea com. Sed Host. & Ioan. An. in d. c. de his. tenent contrarium, quorum opi. potest procedere, quãdo inuitus fecisset profes. vel quando appareret q voluerit vitam mutare, cum tunc videatur domicilium mutasse, & sic desinat esse parochianus. & ita videt velle d. Ant. in d. c. de his. & §. pe. in 6. c. canonicæ parochialis. ver. 12. quæritur. & de his per Bal. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & in auth. nisi rogati. C. ad Treb. dum alle. c. beneficium. j. de regularibus.

A D D I T I O N E S.

a Nic. Sup. Debeatur. Adde Doct. in c. relatum. de sepul. & quid si aliquis audit diuina in vna ecclesia, & alibi recipit sacramenta, & alibi sepulturam eligit, cui ecclesiæ debetur canonica. vide per Pet. de Vbal. in tract. canonicæ parochialis. in 7. c. in 3. col.

b Nic. Sup. Debeat habere canonicam. Adde Doc. in c. de his, eo. tit. in antiquis. Vin. God. Canonica parochialis qua causa sit introducta. Pet. de Vbald in eo. trac. c. 2. nu. j & qua actione & quo interpretatur, idem in c. 3. nu. j q habetur in lib. 11 tract. fol. 139.

S V M M A R I V M.

1 *Domicilium in aliquo loco habens ratione originis, non propterea dicitur habere illud domicilium respectu solutionis canonicæ parochialis.*
2 *Sepultura electio valet, licèt in loco minus religioso fiat. Et hoc si bona fide fieret, secus si dolo, vel ex contemptu, & alias limitationes habes ibidem.*
3 *Parochia, cuius dicatur esse domum in confinio duarum parochiarum positam habitans. & nu. 4.*
5 *Domicilia duo habens, & sic duas ecclesias parochiales, dixit, relinquo decem ecclesiæ meæ parochiali, & non apparet de qua senserit, cui decem hæc relicta intelligantur.*
6 *Dispositio ad pias causas nunquam vitiatur ratione incertitudinis.*
7 *Testator si dicit relinquo decem ecclesiæ meæ parochiali, & tempore testamenti habitat in vna parochia, tempore verò mortis in alia, cui ecclesiæ videantur hæc decem relicta.*
8 *Testator si simpliciter dixerit, relinquo ecclesiæ, & non apparet cui, intelligendum erit de parochiali ecclesia ipsius testatoris.*

Cum ab eo. No. j. ibi, se collocans æqualiter. q ad canonicam portionem non dicitur domicilium, nisi habitetur in loco. vnde infert Do. q licet quis ratio
1 ne originis † habeat domicilium in certo loco, tamen si ibi nõ habitat, non dicatur habere illud domicilium respectu solutionis canonicæ parochialis, tunc enim dicitur quis habere plures ecclesias parochiales, quando habens plura domicilia in vtroque pariter se collocat, secus ergo si in altero non habitet, & secus si in altero inæqualiter se collocet, seu habitet, quia tunc fieret diuisio pro rata habitationis tantum, ar. c. relatum. el j. s. de test. secundum Lap. & Do. hic in fi. Secundo no. ibi, eligitur. quia idem si non eligantur, sed alias ibi de iure sepeliuntur, puta quia ibi est sepulchrũ maiorũ, secũdũ Io. An. hic, & in c. in nra. s. e. & ibi per Inno. Si autẽ quis eligeret sepulturam in altera de duabus ecclesijs parochialibus, tunc ecclesia, in quã sepelitur, debebit diuidi in canonicam cum altera, & residuum qđ causa sepulturæ relinquitur, habebit sibi præcipuũ, sicut in simili dicitur in c. officij & c. requisisti. secundum Io. An. & facit qđ est dictũ s. in prin. c. Tertio no. ibi, diuidere, q si certa portio assignatur propter exercitium alicuius actus, si tale exercitiũ æqualiter diuidatur in plures, nõ habebũt tũc singuli portionem integram, sed debent illam æqualiter inter se
a diuidere. qđ inducit Domi. ad q. de pluribus simul[a] intrantibus castrum, vt debeant habere vnũ tantũ præmiũ. qđ diuidãt inter se. de quo p d. An. in cle. & si principalis. de rescrip. & per Bar.

A D D I T I O.

a Nico. Sup. Simul intrant. [illegible] castrum. Adde Alex. de Imo. in l. qui filia. in § j ff. de leg. j vide [illegible] Imo. in c. [illegible] & si principalis in 2. col. de rescrip. Lud. Rom. [illegible] nouissimus. ff. ad Treb. Albe. in j. parte statutorum, q. 106. inci. quero etiam.

a Bar.in l.hoc argu.ff.de hæredi.insti. † Vltimo nota, quòd valet
electio sepulturæ,licèt fiat in loco minus religioso.quod intel
ligit hic Archidia. quando fieret bona fide,secus si dolo vel ex
contemptu,quia tunc non liceret.& ita procedat tex. in c.fra-
ternitatem.s.eo.Item intellige quando talis locus minus reli-
giosus esset ecclesia habens cœmiterium,aliàs in loco non reli
gioso,vel in ecclesia non habente cœmiteriũ non est licitũ eli-
gere sepulturam,cũ corpora fideliũ debeant quiescere in cœmi
terijs ecclesiarũ,vt in c.j.13.q.2.Item intelligit hic Arc.& Host.
in c.j.s.eo.istum tex.procedere,quãdo canonica portio dat ec-
clesiæ parochiali,anteq̃ fiat electio,sed hæc opinio hodie non
seruat,nec placet Io.And.vt hic per eum. In glo.in ver. domi-
cilia.in princi.imo & plura domicilia possunt haberi, vt nota.
in c.ex parte.& c.fi.s.de foro compe. & eodem modo haberet
tũc locum iste text.vt fieri debeat diuisio inter ipsas ecclesias,
cum eadem sit ratio,secundum Io.And. In ea.glo.ibi, in con-
finio.facit glo.no.in c.licet in regu.16.q.3.in fi. & quod no. In-
no.& Ioã.And.in c.super eo.in ver. limes.s.de paro.& talis in
vtraque parochia tenebitur ad collectas,argu.l. forma.§.si ve-
ro.ff.de censi.& de his plenè per Io. And.in addi. Specu.in tit.
3 de parochijs.super rub.& hic per Domi.† Ex quorum dictis cõ
clude,si quæratur, cuius parochiæ dicatur esse habitans domũ
positam in confinio duarũ parochiarũ, vel duas domos coniũ
ctas positas in duab.parochijs.& quia ius parochiale consistit
in pluribus,conclude q in his, in quib. cadit diuisio, putà quo
ad canonicam parochialem , dicitur esse vtriusque parochiæ,
cum vtriq; ecclesiæ debeatur talis canonica portio, & inter se
4 eam diuidũt,vt hic in glo.† Quo [a] ad decimam vero persona
a lem,& idem voluit Io.An.in dictis addi.quod procedit, nisi ta
lis operam faceret in parte illius domus, vel in vna ex illis do-
mib. sita in vna parochia,quia tunc talis decima personalis ei
dem ecclesiæ debetur,vt vult Ioan.And.hic,arg.l.quartæ.ff.de
fun.instru.Sed quo ad decimam prædialem,putà quia dicta do
mus locatur,& tunc aut tota locatur,& idem, quia fiet diuisio
talis decimæ inter illas ecclesias pro rata . Sed si locat pro par-
te,& tunc decima debetur illi ecclesiæ, in qua est sita illa pars,
& si esset in vtraq; fiet diuisio, vt s.sm Io.And.in addi. Si verò
loquimur in his,in quibus non cadit diuisio,putà quo ad con-
fitendum audiendum diuina, accipiendum ecclesiastica sacra
menta,vel sepeliendum & similia iura parochialia, de quibus
per Hostien.in sum.in titu.de parochijs.§.2.& in his iudicis ar
bitrio relinquitur,qui sm circunstantias factorum habebit ar-
bitrari, cuius ecclesiæ dicatur esse parochianus, vt plenius per
Io.And.in dictis addi.& hic per Do.eius dicta referentem, qui
etiam dicit post Imo. q posset tale exercitium diuidi alternis
vicibus,putà q vno anno recipiat ab vno sacramẽta, & audiat
diuina, & alio anno ab alio, sicut in simili dicitur in clem. 2.j.
de iure patro. & per glos. in ver.retinere.in c. non potest.s.de
præben. eo. lib. Sed circa sepulturam si decederet ea non ele-
cta,posset subito diuidi,in l.fi. C.cõmunia de leg. sm Imo.di-
centem eodem modo posse diuidi sepulturam familiæ alter-
nis vicibus,scilicet,vt s.sm Do.Posset tamen apparere, q taci-
tè voluerit quis sepeliri in vna , vt quia in ea audiuerit diuina,
& perceperit ecclesiastica sacramenta,vt dictũ fuit s.c.prox.&
no.in c.j.s.eo.tit. nam poterit audire diuina, & recipere sacra-
menta in quacunq; parochia voluerit, si alia diuisio facta non
sit,sicut dr̃ de muneribus.personalib.puta in impositione equo-
rũ,quæ fieret per parochias, cum talia munera præstare possit
in quacunq; parochia velit, vt in l.eius. hic allega.sm Io. And.
hic,& ita etiam voluit do. Pet.in 7.c. canonicæ parochialis. in
ver.quarto quæritur.Et prædicta,qñ in vtraq; parochia æqualiter
habitat,aliàs verò si in vna haberet introitũ, & in alia habitat,
tunc subire debet onera personalia in ea parochia, in qua ha-
bitat,cum introitus sit pp habitationem,arg.l.prædijs.§.ante-
pe.& pe.de leg.3.sm Io.An. hic sentientẽ ex his, q talis censeẽ
parochianus illius ecclesiæ, in cuius parochia habitat, licèt in
alia habeat introitũ.& idẽ vr̃ sentire d.Pe.in d.c.7.in ver. quin-
to quærit.Et intellige prædicta,qñ in dictis domib.in q.b.habi-
tat,hẽbat duo ostia,& quodlibet in sua parochia , & in quoli-
bet istorũ aditũ æqualr̃ frequentabat,alr̃s si hr̃et ostiũ tñ in vna
vel esset solitus magis exire & intrare per vnũ ostiũ, & sic ma-
gis frequentare,censeẽ tũc esse parochiani illius parochiæ, vbi
hẽt ostiũ, vt voluit Bart. in d.l.prædijs.§.qui demũ. de quo ẽt no.
5 in l.qđ conclaue.ff.de dã.infec. † Extra gl.quærit primo, hñs duo
domicilia, & sic duas ecclesias parochiales dixit, relinquo de-
b cem ecclesiæ meæ parochiali, [b] non apparet de qua sensit. Io.
An. refert hic aliquos tenere per hunc tex. q tale legatum de-
beat diuidi inter illas eccl'ias.& ista opi.esi æquior per hũc tex.

& ita transit hic Do.& Pet.de Anc. Alij tenent, q insolidũ de-
beatur vtrique, vt in l.qui filiabus.§. si quis.ff. de le. j. Alij verò
volunt,q nulli ecclesiæ debeat rõne incertitudinis, vt in l.duo
sunt Titij.ff.de testa.tute.& l. si quis seruum.§.si iter duos.ff.de
leg.2. Sed alij dicunt recurrendũ esse ad coniecturas,vt est,si al
teram prædiligebat, vt in l.si seruus plurium. ff. de leg.j. vel si
in altera mandauit se sepeliri,ar.l.secũdum naturam.ff. de reg.
iur.& in reg.qui sentit.j.eo.lib. vel si in altera magis conuersa-
batur, vt ff. de leg.3.l. legatis seruis.§. si vnus. Si verò aliqua ex
dictis coniecturis non appareat , dicit q neutra ecclesia habe-
bit,per ea quæ habentur in d.§.si inter duos.& istud sequit.Pe.
& Cy. in l.j.C.de sacrosan.eccle.& Do.Pe.in c.relatum.el 2.s.
de testa.sed Io. An. hic dicit, æquius esset tenere scđam opi.&
idem sequit hic Io. de Lig.dicens q.melius decidi per hũc tex.
quam per alia iura s.all.& ita transit hic Do.& Pet. de Ancha.
Tu aduerte,quia scđa opinio non procedit, ar.l.Titia.§.qui in-
6 uita.ff.de leg.j. nec etiam † procedit tertia, quia ad pias causas
nunquam vitiatur dispõ rõne incertitudinis,vt in l.nulli.& l.si
quis ad declinandam.C.de epi.& cle.& in Auth.de ecclesiast.
titulis.§.siquis in nomine.& tenẽt hoc in c. nos quidẽ.s. de te-
sta. vñ tenenda quarta opinio , vt sit recurrendum ad cõiectu-
ras,ex quibus declaratur voluntas defuncti , vt in l.licet impe-
rator,& in l.si seruus pluriũ.in fi.ff.de le.j.& illi ecclesiæ debea
tur, pro qua plures cõiecturæ faciunt, vt in c. j. & ibi per glo.
13.dis.& cõiecturis existentibus paribus,tunc debeatur paupe-
riori,vt in d.§.si quis in nomine.& per glo.no. in c. indicante.
s.de testa.& per Spe. in ti.de instru.edi.§. nunc.ver. quid si ali-
quis.& per Bar.in l.quæ cõditio. §.fi.ff.de cõdi.& demõ.Et cęte
ris existentibus paribus,tunc eps poterit gratificare alteri to-
tũ assignando vel diuidẽdo vtrique, ar.l.Tinæ textores. de leg.
j.& in c.j.s.de parochijs,vt tenuit Host.& Io.An.in d.c. indicã
te.& ita sequuntur ibi oẽs Doctores,et Imo.in c.relatum. el 2.
7 s.de testa.circa fi. † Secundo quæritur, quid si testator dixit,re-
linquo decem meæ ecclesiæ parochiali,et tempore testamenti
habitat in vna parochia,et tpe mortis habitat in alia.Cy.in d.
l.j.C.de sacrosan. ec.tenet recurrendũ esse ad cõiecturas, et cõ
iecturis cessantibus si legatũ erat modicũ respiciens sumptus
funeris,tunc si in altera sepelitur,illi debetur,si vero esset ma-
gnum , tunc debetur ecclesiæ parochiali , quæ erat tempore
facti testamenti cuius cõtẽplatione fecisse videt,vt in l.nec ad-
iecit.ff.pro socio. et ita trãsit hic Io. An.et Do.Sed Pe.de Anc.
hic intelligit prædicta , quãdo fuisset expressum nomẽ sancti
ipsius ecclesiæ,vel qñ testator non mutauit parochias, sed tpe
testamenti habitabat in una, et tpe mortis in alia, alias uero si
mutauit parochiam,debetur illi parochiæ, quæ erat tpe mor-
tis,qñ illud tps sit cõsiderandum, argu.l. plane. cum sequenti.
ff.de libe.et posthu.et l.quidam.ff. de uino leg. et l. si ita.ff. de
au.et argen.leg. et quia uidetur factum legatũ sub noie digni-
tatis et officij,dicendo, relinquo ecclesiæ meæ. et sic transit in
futuram ecclesiam parochialem,arg.c.qñ abbas.s.de offi.de-
le.& l.annua.§.si.ff.de annuis leg.cogita tñ,quia Io.And.loqui
tur, qñ testator mutauerat parochiam, & sic dimiserat primã,
8 vt s.per eum.† Tertiò quærit, quid si testator simpliciter dixit,
relinquo ecclesiæ,& non apparet de qua,dic q intelligit de ec
clesia parochiali ipsius testatoris,arg.d.l.quæ conditio.in fi.&
in c.j.s.de sepul.& ita tenet do. Nico.in d.c.indicante. Vltimo
quæritur,quid si testator dixit,relinquo decem monasterio,&
non appareat de quo dic vt s.& plenè per glo. & Doct. in d.c.
indicante. Et an in dubio intelligat de monasterio monacho-
rum,an verò de monasterio mulierum,seu monialiũ. vide sin-
gulariter per Bald.in l.fi.C.de dona.ante nup.volentem,quod
debeat intelligi de monasterio monialium,per rationem tex.
no. in l. quisquis.§. at si filius.,C. ad l. Iul.maiesta. & dicto §.si
quis in nomine.

ADDITIONES.

a Nic.sup. Quo ad decimam.Adde c.dudum,de deci.c.conquerente.de offi. ord.
Car. Zaba.in c.de quarta,in primo no.de præscri.

b Nic.Sup. Et non apparet de quo Adde Do in c.fi.eo tit.in antiquis.Doc.in c.
j.de sol.Io.And.in addi : pec in titu.de instr.edi.in §. nunc vero aliqua.ver.
quid si testator.& Io de Imo.in c.relatum el 2. de testa. Abb.consi.99. incip.
Quidam condidit testamentum,in 2.vol.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium habens in vno loco,si transferat se ad alium ex causa limitata, non censetur illuc transferre domicilium, vel cõstituere parochiam.*

2 *Parochianus infirmus si eligat sepulturam apud monasterium sancti Pauli,ibique aliqua legauit,si postea de sua parochia se transferat ad parochiam sancti Pauli, & ibi decedat, prima ecclesia debet habere canonicam.*

3 *Filius decedens intestatus,an debeat sepeliri in sepulchro patris ,vel aui*

qui in diuersis locis fuerunt sepulti.

5 *Mulier debet sepeliri cum vltimo viro.*

6 *Moritur aliquis non electa sepultura, eius aut maiores sepulti sunt apud habentes priuilegium sepeliendi eos, qui eligunt sepulturam apud ipsos, in quo loco talis sepeliri debeat.*

CAP. III.

IS qui. [a] Mutatio ad episcopum facta ad certum locum, non aufert ecclesiæ ius sepulturæ. Et mortua vxore, cum marito vltimo sepelitur. h.d. Et habet duas partes, sicut duo sunt dicta. secūda ibi, 1 mulier.† No.j.ꝙ si habet quis domicilium in vno loco, & trāsferat se ad alium locum ex causa limitata ad tempus, non censet illuc transferre domicilium, & constituere parochiam, qđ inducit ad scholares, vt in dubio nō videant trāstulisse domicilium ad locū studij, de quo plene no. in c.qđ clericis. & c.ex parte.s̄.de foro compe. Item facit, ꝙ ecclesia dicti loci, ad quem se transferunt, non debeat habere canonicam parochialem, ex quo non dicit ibi eorum domicilium, & per pñs nec parochia, prout requiritur, vt s̄.c.proxi. & ita tenuit Host. in c.in nostra. s̄.eo. & Ioā. And. hic. Dicens etiam, si propter guerram aliquis fugit de villa ad ciuitatem, & ibi stans cum familia durante hostilitate moriatur, & elegerit sepulturam in ciuitate, ꝙ tunc ecclesia ipsius villæ & nō ecclesia ciuitatis, in cuius parochia moritur, debet habere canonicam parochialem, ex quo non videtur translatum domicilium de villa ad ciuitatem, cum non habuerit animum ibi perpetuo permanendi, quod requiritur in cōstitutione domicilij, vt l.non vtiq. & l.domicilium. & l.eius qui.§.pen.ff.ad municipa. Et ita tenuit Host. in summa de parochijs.§.pen. & ita residet hic Io. And. & ita est tenendum, licèt Lap. hic contradicat, nisi quando talis steterit in ciuitate, & audiuerit missam, & receperit sacramēta ab ecclesia ciuitatis, quia tunc illa ecclesia deberet esse particeps canonicæ portionis arbitrio boni viri, at. c.j.s̄.eo. quod dictū non procedit, quia vt ecclesia habeat portionem canonicam, nō sufficit ꝙ in ipsa ecclesia audiat diuina, & percipiat ecclesiastica sacramēta, sed debet concurrere ꝙ etiam sit eius parochianus, vt no.s̄.c.prox. & probatur per cle.dudum.§.huiusmodi.j̄.eo.titu. & in d.c. in nostra.16.q.j.no.j. & c.ad apostolicæ.s̄.de decimis. aliàs verò si nō esset eius parochianus, non posset percipere in totū vel in partem ipsam canonicam. & ita tenet in simili Innoc. in c.2.s̄. de decimis. & voluit Ioā. And.s̄.in proxi.q. & tenet Domi. hic, de quo hic plenissime per eum. & do.Pet. in 7.c. canonicæ parochialis. in ver.12. quæritur. & ver.8. quæritur. ibi tamen limitat hoc dictū Io. And. procedere, quando ille, qui se transtulit propter hostilitatem in certo loco, decessisset ibidem durante illa causa, aliàs vero si ea finita non recessisset, sed ibi remansisset, tunc cēseretur domicilium mutasse, & ibi elegisse. & istud idē est de mente Io. And. hic, intellige si constat de animo mutandi domicilium, vt s̄. Vide per do. Nico. in c.certificari. s̄. eo. in 7.col. & per Fede. in consi.246. an sola habitatio faciat dici quē 2 parochianum. & vide s̄. in §. præcedenti, in primo no.† Secundò no. ꝙ licèt quis transferat se ad locum ex causa limitata ad tempus, non tamē ex hoc perdit domicilium nec parochiam, quod inducitur ad q. de parochiano vnius ecclesiæ infirmo eligente sepulturam apud monasterium S.Pau. & ibi aliqua legauit, si postea de sua parochia, in qua morabatur, se trāsferat ad parochiam S.Pau. & ibi decedat, ꝙ prima ecclesia habebit canonicam, arg. c.de his.s̄.eo. fm Io. And. quod fm Do. procedit in eo, qui transfert se in infirmitate, secus si in sanitate, vt in d. 2 c.de his. Tertio no. ibi, potius. quia exponitur pro imo, [a] vnde ponitur hic correctiue fm Archi. & Io. And. & sic no. singulariter, & tene menti, ꝙ decedēs non electa sepultura, debet potius sepeliri in ecclesia & sepultura suorum maiorum, q̄ in ecclesia parochiali. intellige, quando ad eam sine periculo portari potest, & ibi sepeliri, fm Io. And. aliàs si non posset ad ecclesiam maiorum portari, vel non posset ibi sepeliri sine periculo, putà violationis interdicti, vel ex alia causa, & tunc in ecclesia parochiali esset sepeliendus. fm Io. And. Lap. & Dom. Et licèt quo ad sepulturam, & sic quo ad iusfunerandi ecclesiæ, in qua sunt soliti ab antiquo sepeliri maiores, præponderet ecclesiæ parochiali, vt hic est tex. notabilis, tamen quo ad canonicā portionem ecclesia parochialis præponderat tali ecclesiæ, & omnibus alijs ecclesijs, nam in quocūq; loco quis sepeliatur, etiam si in ecclesia maiorum, soli tamē ecclesię parochiali debet canonica portio, vt est tex. no.s̄.c.proxi. in princ. vbi patet, ꝙ qui est parochianus vnius ecclesiæ, & habet sepulturā maiorum in alia ecclesia, si alibi eligat sepulturam, canonica portio non debeatur ecclesiæ relictæ, & sic ecclesiæ sepulturæ maiorum, sed parochiali. Et ita voluit no. Lap. in sua alle.60. in fi. ex quibus patet, ꝙ ius funerandi est diuersum a iure parochiali, imo propriè non est de tali iure parochiali, vt patet hic in tex. Vltimo no. a contrario sensu, ꝙ si ex iusta causa nō potest quis sepeliri in ecclesia suorum maiorum, vel in ecclesia parochiali, sepeliendus erit in ecclesia, in cuius parochia decessit. quod facit ad no. in c.j.s̄.eo.tit. & lib. In glo.j. in fi. quid autem si laborans in extremis committit alteri electionem suæ sepulturæ, quod fieri potest, per no. in c.cum tibi.s̄.de testa. & in l.vtrum.§.cum quidam.ff.de reb.dubijs. Lap. hic in fi. videt velle, ꝙ electio facta per illum valeat, dummodo fiat ante mortem illius, quia post non valeret, & sepeliendus esset in sepulchro maiorum, per istum tex. & s̄.c.proxi. Sed Pet. de Ancha. hic contra, quia fm eū talis electio fieri poterit etiam post mortem illius, ex quo talis cōmissio non expirat per mortem cōmittentis, cū eius effectus sit exequendus post mortem, vt in l.si vero remunerandi.§.fi.ff.mandati. & in c.fi.s̄.tit.proxi. & ita etiam sequi- 3 tur hic Domi. in fi.† In glo.2. in prin. Quid autem sit quo ad forum iudiciale, an inspiciatur origo patris, vel aui. vide per Cy. in l.2.C.de iurisd.om.iudi. & per Spec. in tit. de compe.iudi.adi- 4 tione.§.j.ver.42. & plene per Bar. in l.assumptio.ff.ad muni.† In ea.glo. in fi. Pau. vero hic contra, vt talis debeat sepeliri cū pa- 5 tre, arg. tex.j̄.§.proxi.† vbi mulier debet sepeliri cum vltimo viro, propter vnionem carnis. ita ergo filius cum vltimo parēte, cum dicantur esse vna caro, vt 25.q.6.§.peo. in prin. & dicantur esse eædem personæ, vt in l.fi.C.de impub. & alijs substi. & ita videntur hic residere Lap. & Dom. & d.Pet. in 8.c. canonicæ parochialis. ver.11. quæritur. pro quo facit quod tenuit hic Io. An. in simili q. dum quærit, si proauus, auus, & pater in tribus diuersis locis sepulti fuerunt, & filius moriatur non electa sepultura, tenet ꝙ tunc sit sepeliendus cum patre, per iura hic in glo. alleg. & per d.l.fi. & per d.§.pen. licèt quibusdam videretur, ꝙ tūc esset fortius ius parochialis ecclesiæ per tex. hic, & j̄.c.proxi. Quid autem si pater & auus sunt sepulti in vna ecclesia, & proauus & alij superiores sunt sepulti in ecclesia parochiali, vel alia, & filius decedit non electa sepultura, in quo loco erit sepeliendus. Io. And. in addi. Spec. super ista rub. arguit pro & cōtra, finaliter videtur tenere, ꝙ in sepultura patris & aui, per prędicta. & quia pater & auus appellantur maiores, vt videtur probari in c.j.s̄.eo. iuncto c. Embron.13.q.3. licèt de propria significatione aliud sit, vt l.iurisconsultus.§.parentes.ff.de grad. vt ibi plenius per eum, & hic per Do. eius dicta referentem. Et hanc partem tenuit etiam Old. in suo consi.25. & do.Pe. in 8.c. canonicæ parochialis. vbi tenet hoc procedere, etiam si filius esset naturalis tantum. Et hanc etiam partem videtur tenere d.Nico. in c.j.s̄.eo. vbi plenius de his per eum. Prædicta tamen procedunt, nisi ex coniecturis appareat de præsumpta voluntate illius, ꝙ voluerit potius alteram elegisse, quia tunc in illa esset sepeliendus, putà si proauus fuit doctor, vel miles, & iste moriens esset doctor vel miles, nam pręsumitur ꝙ potius vellet sepeliri cum illis, quàm cum auo, vel patre, qui nō sunt nec milites, neç doct. & idem de alijs coniecturis. in dubio tñ, quādo coniecturæ essent pares hincinde, est præsumendum elegisse sepulchrum patris, fm Io. And. ibi, & Do. hic. Vltimo quę- 6 rit,† quid si aliquis moritur non electa sepultura, & eius maiores sepulti sunt apud habentes priuilegium sepeliendi eligentes sepulturam apud eorum ecclesiam, in quo loco debebit talis sepeliri. Lap. & Domi.j̄.§.proxi. tenent, ꝙ apud talem ecclesiam, & non apud parochialem, quia licèt iste non elegerit sepulturam, tamen ius cōmune elegit volens, ꝙ debeat quis sepeliri in ecclesia maiorum, vt hic, & j̄. c. proxi. quod maxime procederet, quando tales essent priuilegiati in iure sepulturę, secus si illud ius præscripserit, ex quo præscriptio est stricti iuris, vt in c.cum cōtingat. & c.ex parte.s̄.de deci. & sic non possent recipere illos, qui expresse nō elegerant, sed certe eodem modo esset inspiciendus tenor priuilegiorum, vt in c. porrectum. sicut præscriptio ita & priuilegium debet strictè interpretari, quatenus tangit præiudicium tertij, sicut est isto casu, vt in c.olim. & c.quid per nouale.s̄.de ver.signi.

ADDITIO.

a Vin.God. De dictione, imo ꝙ sit correctiua, quę operatur vt vltima dispositio præualeat, Fely. in c.qualiter & quando.col.17.de accusa. & in c.nemo. de simo. Par. de Put. in trac. de sindi. ver. an si iudex.

SVMMARIVM.

1 *Mulier retinet domum & forum viri post eius mortem, si in viduitate permaneat.*

2 *Quid in honore & alijs priuilegijs.*

3 *Mulier si decedat ante virum, an sit sepelienda in sepulchro viri sui, an vero in sepulchro maiorum suorum.*

4 *Quid in concubina.*

1 a **Mulier.** † No. j. mulierem retinere domicilium [a] viri, & forum etiam post eius mortem, dummodo in viduitate persistat, quod procedit, etiam si mulier post mortem viri ad alium locum se transferat, arg. huius tex. indistincte loquentis. facit l. filij. §. vidua. ff. ad municipa. quod glo. ibi intelligit quo ad ea, quae respiciunt fauorem ipsius mulieris, per l. quoties. in prin. C. de priui. scho. lib. 11. & sic sequitur, quod ipsa inuita non possit ennueniri, prout etiam hic dicitur, quia in ipsius sepultura non habet de necessitate sepeliri, sed ita demum si alteram non eligat, secundum Io. And. de quo per Bar. in d. l. filij. & in l. fi. eo. tit. Et intellige de vidua honestè viuere, aliàs verò si luxuriosè viueret, [b] in nullo gauderet priuilegio viri, vt in Auth. de testi. & ea quae parit. circa princ. † Vltimo no. quod honor acquisitus vxori ex qualitatibus mariti non perditur per mortem ipsius dummodo ipsa mulier in viduitate viuat. de quo no. c. ex parte M. de fo. compe. Patet ergo, quod mulier vidua in sepultura mariti est sepelienda. quod procedit, etiam si fuerit reuersa ad domum parentum, secundum Io. And. ex quo iste tex. indistincte loquitur, & quia mulier vidua censetur durare in coniugio mariti, vt in Authen. de nup. §. soluto. & quia priuilegium, quod vidua retineat honores mariti, non datur habitationi, sed personae. ergo ex ea varietate locorum non mutat, vt l. fi. C. de temp. testi. secundum Io. And. & idem tenet do. Pet. in 9. c. canonicae parochialis. §. nunc dicendum. ver. secundo quaero. licèt viri tenuerint contrarium. 7. q. j. sicut. el 2. Et ad quem spectet expensa funeris, an ad maritum, vel ad patrem vxoris, hic per Archid. de quo est tex. in l. si pro rata. & in l. quod si nulla. ff. de relig. Et praedicta procedunt decedente

3 muliere post mortem vltimi mariti. † Sed quaerit primo, quid

c si [c] vxor prius decedat quàm maritus, an sit sepelienda in sepulchro suorum maiorum, an verò in sepulchro maiorum ipsius mariti. dic quod erit sepelienda vbi maritus elegit sepulturam pro seipso, arg. c. soror. 18. q. 2. & sic in noua sepultura, siue in sepultura suorum maiorum. Sed si maritus esset absens, vel aliter, ita quod voluntatem suam declarare non posset, tunc mulier esset sepelienda in ecclesia, in qua maritus ipse sepeliretur, si decederet ea non electa, & sic in ecclesia suorum maiorum vel parochiali, vt s. & si ibi non posset sepeliri, videtur quod tunc sit sepelienda in sepulchro maiorum ipsius vxoris, secundum Lap. & Dom. & ita sequitur do. Nic. in c. de vxore. s. eo. de qua per do. Pet. in d. §. nunc videndum. licèt enim maritus non possit vxori eligere sepulturam, cum hoc non reperiatur iure cautum, nisi ad id se habeat consuetudo, j. c. proxi. vel nisi prius sibi in eodem loco eligat, vt hic patet, tamen satis dicitur tacitè eligere per se suus dispositione in sepulchro suorum maiorum, vt s. Secundò quaeritur, econtra, si vxor praedecessit electa sibi sepultura, an maritus postea decedens non electa sepultura debeat sepeliri in sepulchro vxoris. rationes tex. hic faciunt quod non, quia maritus non sequitur nec honorem nec domicilium vxoris. Item tex. in c. vnaquaeque. 24. q. 2. dicit, quod mulier debet sequi maritum, & nihil dicit econtra. Item absurdum videtur, quod maritus sequatur dispositionem mulieris, arg. l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. In contrarium facit quia propter vnionem, quae fuit inter eos in vita, ius disposuit vt vxor debeat sepeliri in sepulchro mariti, ergo idem econtra, cum maritus & vxor non iudicantur ad imparia, vt videtur tex. in d. c. de vxore. s. e. & facit c. gaudemus. s. de diuor. & quia censentur vna caro, vt in c. maritus. s. de cog. spiri. tamen idem do. Nic. in d. c. de vxore. dicit super hoc esse cogitandum. Tertio quaeritur, quid in sponsa per verba de praesenti antequam sit carnaliter cognita. & dic quod tunc non habet locum iste tex. quia non esset sepelienda in sepulchro sponsi, nisi esset ducta ad domum, vt tenet do. Pet. in d. §. nunc videndum. ver. tertio quaero. cum duobus ver. seq. Quarto quaeritur, quid in sponsa de futuro. & dic quod non debet sepeliri in sepulchro sponsi, vt tenet do. Pet. in d. §. ver. 12.

4 quaero. † Vltimo quaeritur, quid in concubina. dic quod licèt quoad affectionem parum differat vxor a concubina, vt in l. item legato. §. parum. ff. de leg. 3. tamen non debet sepeliri in sepultura concubinarij, si non electa sepultura decedat. & ita probat gl. no. hic in ver. viro. quia iste tex. habet locum in vero marito tantum, non ergo in concubinario. & ita tenet Archi. & Io. And. & do. Pet. in 9. c. canonicae parochialis. §. nunc dicamus. ver. 13. cum concubinatus sit reprobatus de iure canonico, vt no. in ver. tanta. s. qui filij sint legi.

ADDITIONES.

a Nic. Supe. Retinere domicilium. Adde quod dicitur etiam de familia viri, vt in l. cuicunque. C. de re mili. lib. 12. Doct. in c. ex parte R. de foro compe. Abb. in c. super eo. in 2. col. de test.

Vin. God. Vxor vt dicatur de foro viri, scribit Ruy. consi. 58. nu. 2. lib. 3.

b Nico Supe. Priuilegio viri. Adde tex & ibi Sal. in l. his solis. C. de reuo. do. & Abb. in c. vxoratus in prin de conuer. coniuga.

c Nic. Sup. Si vxor prius accedat. Adde c. quis conuincit. & c. vnaquaeque. 13. q. 2. & in c. de vxore. de sepul. in anti.

SVMMARIVM.

1 *Impubes constitutus in patris potestate non potest sibi eligere sepulturam.*

2 *Consuetudo dat ius eligendi sepulturam, licèt videatur esse contra ius.*

3 *Consuetudo dat ius eligendi sepulturam non solum parentibus, sed etiam amicis.*

CAP. IIII.

Licet. Potest pater ex consuetudine filio impuberi eligere sepulturam, puta si per seipsum eligit pro anima, tamen non legat sine consensu patris, nisi in castrensib. vel quasi. h. d. Et secunda para

1 ibi, quamuis. † No. j. quod impubes in patria potestate constitutus,

a non potest sibi eligere sepulturam, [a] imo impubes etiam si esset sui iuris, vel patrem non haberet, hoc non posset etiam cum auctoritate tutoris, vt plene vide per do. Pet. in 11. c. canonicae parochialis. circa prin. Secundo no. hodie expressum, quod pater non potest eligere sepulturam pro filio suo impubere, nisi consuetudo terrae id habeat, ex quo infertur, quod potestas eligendi sepulturam non regulatur a potestate testandi. facit j. §. proxi. nam pater potest pro filio suo impubere indistincte facere sibi testamentum & in bonis maternis, vt in c. si pater. s. ut. proxi. & l. j. ff. de vulga. & pup. & tamen non potest sibi eligere sepulturam, nisi ratione consuetudinis & rationem differentiae vide hic plene per Domi. expensae tamen, funeris filij spectant ad patrem, vt l. filius. ff. de in rem verso. An autem stante tali consuetudine possit pater eligere filio sepulturam in ecclesijs mendicantium habentium priuilegium recipiendi eligentes sepulturam apud eos, vt in cle. dudum. j. eo. Oldr. in consi. 223. quod sic, quia censetur tunc ipse filius apud eos elegisse, cum habeatur ac si ipse filius elegisset sibi sepulturam. & ita sequitur Do. j. §. proxi. & facit quod no. s. c. proxi. in glo. 2. Vltimo no. ibi, consuetudo terrae. quod consuetudo debet esse generalis in illa terra. consuetudo ergo alterius loci vel terrae non extenditur ad aliam, nec illi praeiudicat, vt in c. illud. & ibi per glo. no. 12. di. Secundo, quia consuetudo debet esse generalis in illa terra. vnde dicit hic Arch. quod consuetudo aliquarum ecclesiarum illius terrae non praeiudicaret alijs ecclesijs in eodem loco, vt hic patet, & in d. c. illud. imo ex quo consuetudo ad hoc vt pater possit eligere sepulturam pro filio debet esse generalis illius terrae, non videtur sufficere consuetudo vnius ecclesiae vel plurium in eodem loco, & ita

a videtur velle Fed. in suo consi. 86. & Pe. de Ancha. hic. † In glo. in ver. consuetudo. in fi. Nec ob. quod talis consuetudo concedens ius eligendi sepulturam, non debeat valere, quasi sit contra ius commune, per quod loca sepulchrorum diffiniuntur. quia secundum Io. An. satis est, quod ius commune assistat tali consuetudini, vt hic, & in c. fi. s. de consue. & ibi per Io. An. super glo. pe. Requiritur tamen, quod talis consuetudo sit praescripta, quia quando fit mentio de consuetudine debet intelligi quod sit legitime praescripta, licet aliter non exprimatur, vt est tex. no. in c. Cumana. s. de electione. & ita videtur tenere Fed. in d. consi. Sed an requirantur 40. anni. Oldr. in d. consi. tenet quod sufficiunt decem anni, per no. per glo. & Io. An. in c. fi. s. de consue. e. lib. sed Do. j. §. proxi. contra, quia talis consuetudo est contra ius commune, vt patet hic in tex. prohibente hoc vbi non esset talis consuetudo, unde requiruntur 40. an. ut no. in d. c. fi. Sed certe ius non resistit tali consuetudini, imo assistit, ut hic in tex. ideo sufficit tempus decem annorum, ut per glo. no. in d. c. fi. in uer. consuetudo. In gl. in uer. uel parochiali. ibi, hoc tutius. idem Archi. licet Io. Mo. hic uariet, & cum hac glo. tenet hic Io. de Lig. dicens hoc communiter approbari. & facit 63. di. metropolitanae. & 23. q. j. alienus. & per gl. & s. c. proxi. ubi praefertur sepultura maiorum. & ita sequitur hic Pe. de Anch. & Do. cum ista alternatiua sit ordinis, & non praeposterationis, & est sensus, ut sepeliatur in sepulchro maiorum, si potest, alias in parochiali. Sed si consuetudo esset, quod posset altera istarum eligi, tunc esset seruanda, secundum Do. & ita procederet finis istius gl. secundum eum. Et praedicta procedunt in impubere, si moriatur, vbi debeat sepeliri, quando de consuetudine non appareat. Sed quid sit in pubere, si decedat non electa sepultura. Lap. in sua alleg. 60. videtur velle, quod sit sepeliendus in parochiali, licèt hoc non multum

ADDITIO.

a Nic. Sup. Non potest sibi eligere sepulturam. Adde Anto. de But. in c de vxore. extra eo. in anti.

tū firmet, dependet tamen hoc ex intellectu c.s̄.proxi. & eorū quæ ibi no.ſm Do.j.in fi. Sed certè prout no.s̄.in gl.& s̄.c.prox. potius erit ſepeliendus in eccleſia maiorum, ſi poteſt, aliàs in parochiali, vt ibi eſt dictum. † In ea.glo in fi.no.ex glo.ꝙ cōſuetudo poteſt non ſolum parentib. ſed etiam amicis concedere poteſtatem eligendi ſepulturam. & ſic facit, ꝙ & mater poſſit de conſuetudine eligere ſepulturam filio, cum in ea ſit eadem ratio, quæ in patre, ſm Do. Sed ad hoc contra poteſt concludi, ꝙ valeat conſuetudo, ſi tribuit poteſtatem eligēdi ipſam in patre, ſufficit ꝙ ſit præſcripta per decem annos, ex quo ius cōmune non reſiſtit, vt s̄. Si verò tribuit poteſtatem alijs quàm patri, & tunc licèt valeat talis ꝯſuetudo, tamen debet eſſe præſcripta per 40. annos, ex quo ius cōmune non aſſiſtit, ſed reſiſtit, vt patet hic in tex. loquente ſolum de patre, niſi talis eſſet cōſuetudo tribuens electionem inter eccleſiam parochialem & maiorum, quia conſuetudo poteſt tribuere electionem etiā amicis, vt hic in gloſ. & ſufficeret tunc ꝙ eſſet præſcripta per tempus decem annorum, vt patet ex ratione huius glo.

SVMMARIVM.

1. *Filiusfamilias poteſt de caſtrenſi peculio liberè diſponere pro anima.*
2. *Quid de ſalario, quod lucratur filiusfamilias ex officio tutelari, vel tanquam publicanus.*

Quamuis. No.ꝙ ſicut in alijs ſpiritualib. filiusfa. pubes nō dicitur eſſe in poteſtate patris, ſed ſui iuris, vt in c.fi.s̄.de iudi.eo.lib. ita & quo ad electionem ſepulturæ, quod ideo eſt, quia eſt quid ſpirituale, vt in c. quæſta.cum trib. ſequen.13.q.2. Scd̄ò no.a contrario ſenſu, ꝙ filiusfa. poſſit iudicare pro anima de conſenſu patris. de quo j. † Vlti.no.ꝙ filiusfa. de peculio caſtrenſi vel quaſi poteſt libere & ſine conſenſu patris diſponere pro anima, imo etiam non pro anima, ſed quomodocunq; velit, poteſt de illis teſtari & iudicare, vt in l.fi.C.qui teſtamenta. quod inducit hic Lapus & Pe. de Anch. vt filiusfa. clericus [a] poſſit de obuentis ea cauſa clericatus teſtari ſine patris conſenſu. & ita voluit glo. in c.quia ingredientibus.19.q.3.dicens, ꝙ clericus quantumcunq; ſit in patris poteſtate, poteſt teſtari de his, cum ipſe dicatū miles cœleſtis militiæ, ſm glo.no.in l.miles.ff.de re iudi.de quo per Spec.in tit.de inſtru.edi.§.porro.in fi.& §.ꝯpendioſe.ver.7.& plenius per Doc. in l.ſacroſanctæ.& in auth. presbyteros. C.de ſacroſan.eccl.& in c.quia nos.s̄.de teſta.& plenius vide dicta in rub. de teſt.eo. lib. in glo.in ver.quaſi caſtrenſe.in fi.ſentit gl.ꝙ quicquid quærit aduocatus cauſa aduocationis, dicatur quaſi caſtrenſe, & ſic non ſolum qñ ex publico, ſed etiam ſi a priuatis, puta, a clientulis in aduocando & conſulendo. Et idem voluit glo. in l.ſori.C.de aduo.di.iudi.licèt Spe. voluit contrarium in tit.de actore.§.j.in 5.colum.in ver.nec intelligas. Sed prius dictum eſt verius, quod tenet Io.And.in addi.Specu.in d.§.j.ſuper ver. Item ꝙ agit de peculio.cum talia ſalaria ſuccedāt loco illorum, quæ dabantur ex publico.facit quod in ſimili no.de milite in l. ꝙ ſi forte.ff.de caſtren.pecu.ſm Io.And.ibi, & ita tenuit Cy.& Bal. in l.fi.circa fi.C.de inoſ.teſta.& in l.cum oportet.C.de bo.quę libe. Sed idem Bald.in d.l.ſori.intelligit prædicta vera, quando aduocatus eſt deſcriptus in matricula aduocatorum, & approbatus, & ſic auctoritate publica gerit officium publicū, quod no. Sed quæritur primo, quid ſit in ſalario aſſeſſorum. dic ꝙ cēſetur quaſi caſtrenſe, licèt ex publico non recipiatū, vt voluit gl. in d.l.ſori. & eſt text.in l.velut.C.de aſſeſſori.& ita tenet Bar. ibi, & Bal.in d.l.ſori.& Io.An.in dictis addi. Scd̄ò quærit, quid in ſalario procuratorum.Bal.in d.l. cum oportet. tenuit ꝙ non ſit quaſi caſtrenſe, cum illorum dicatur vile officium, vt patet Inſt.de excep.§.fi.& non eſt publicum officium, ſed priuatum & ita ſequitur hic Pet.de Anch.de quo tamen per Bal.in d.l.fi. Tertio quærit, quid in ſalarijs medicorū.glo. no.in d.l.fi.dixit, ꝙ cenſeā quaſi caſtrenſe. & ita ſequit Bal.ibi, vbi idem dicit de magiſtris ſtudiorum, ſeu literatum. Quarto quærit, quid de ſalario tabellionum.Bal.in d.l.ſori. & in d.l.fi.dicit ꝙ cenſeā quaſi caſtrenſe, cum gerant officium publicum auctoritate & vtilitate, præſertim ſi gerūt officium cum dignitate, ſicut ſunt notarij, qui ſtant in curia Principis. & idem ſequit hic Pet. de Ancha. Sed idem Bal.in d.l.cum oportet.intelligit hoc, quando tale ſalarium procederet ex publico, & ſic ex burſa fiſcali, aliàs ſecus.cogita tamen. † Quinto quærit, quid de ſalario, quod lucratū filiusfa. ex officio tutelari, vel tanq̄ publicanus. dic ꝙ licèt ratione publici officij quæratū, tñ non eſt quaſi caſtrenſe, ſed aduentitium, vt tenet Spe.in d.§.j.& Bal.in d.l.cum oportet, quia talia ſalaria non differūt a mercantijs. & idem de ſalario quod lucrantū mechanici & artifices, vt magiſtri lapidū, licèt habeāt ſalarium ex publico, quia illud a priuata cauſa non ex officio deſcendit, ſm Bal.in d.l.fi. Quæ omnia tene menti, quia in bonis, quæ dicunā quaſi caſtrenſia, non quęritū patri vſusfruct. nec debent cum fratrib. cōmunicari, ſed ſunt præcipua eius, qui talia bona quærit, qđ ſecus eſſet in bonis aduentitijs. & per Bal. in d.l.ſori.in prin.in glo.in ver.iudicare.ibi, pro vltima voluntate.non tamen pro teſtamento ſm Io.And. hic remittentem ſe ad no.in c.ſi pater.in prin.s̄.de teſtamen.eo.lib.& ibi vult, ꝙ filiusfa. in bonis aduentitijs nō poterit teſtari etiam patre permittente etiam ad pias cauſas, licèt poſſit donare cauſa mortis de conſenſu patris, vt hic.ratio differentiæ eſt, quia teſtamentum eſt publici iuris, & non poteſt ex alieno arbitrio depēdere ſecundum eum ibi, de quo articulo vide pleniſſimè dicta in rubri.s̄.de teſta.eo.lib.

ADDITIO.

a Nico.Sup. Clericus poſſit. Adde tex in c.relatum.el 2.in § pen.de teſt. Pet.de Anch.in c.fi.eo.titu Bar Cępol cautē.158 & an poſſit teſtari de acquiſitis, vt eſſet capellanus alicuius, vide per d.Ant.de Bur.in c.requiſiſti. de teſt.
Vinc.God. Adde, ꝙ clericus ab inteſtato habet ſucceſſorem in bonis quæſitis ex induſtria, labore, & intuitu perſonæ. Pariſ.conſi.33.nu.26.lib 4.

SVMMARIVM.

1. *Monachus reſpectu monaſterij poteſt habere proprium, ideo dicitur ꝙ poteſt agere poſſeſſorio, vt reſtituatur ad monaſterium.*
2. *Monachi ſunt ſepeliendi in proprijs monaſterijs.*
3. *Epiſcopus poteſt in alia eccleſia, quam cathedrali eligere ſepulturam.*
4. *Monachus ſi decedit in remotis, non electa ſepultura, vbi debeat ſepeliri.*

CAP. V.

Religioſi. Primo ponit dictum. Scd̄ò tario ibi, videtū velle. Tertiò exceptio, ibi, niſi. † No.j.ibi, a proprijs.ar.ꝙ monachus [a] reſpectu monaſterij dicitū habere propriū, ideo eſt ꝙ monachus poteſt agere poſſeſſorio, vt reſtituat ad monaſterium, vt no.in c.cum dilecta.de reſcrip. Poſſet etiā monachus petere aliquid vt proprium, quando res monaſterij diuiduntū, vt in c.in nullo. 18.q.2. vel etiam vbi ipſe monachus recedit a collegio, 17.q.j.ſi quis rapuerit. Et vbi monachus permittitū, vt in c.parochiano. de ſen.excom. Scd̄ò no.ibi, nequeunt.ꝙ licèt electio ſepulturę conferat in tp̄s, quo monachus ſolutus eſt a monaſterio, cum monachatus ſoluatū [b] per mortem, vt dicitū hic in glo.tamen ipſe monachus ſepulturam ſibi eligere nō poteſt, cum velle vel nolle non habeat, & ſic vbi inſpicitū initium, non ſufficit ꝙ aliquid referatū ad tp̄s promiſſum, ſi tempore quo actus celebratū, eſt inhabilitas perſonæ.facit l.minor.ff.de ſeruis exportandis. & de hoc vide plenè per d.Nico.in c.de vaore.s̄.eo. † Vlti.no.ꝙ monachi ſunt ſepeliendi in [c] proprijs monaſterijs.facit 16.q.2. c.fi.& ratio eſt, quia ibi debētū audire diuina, & percipere ſacramenta, ſm Io.And.de quo in clem.ne in agro.§.fine.el 2.de ſtatu regu. Et plene per d. Pet.in 9.c.canonicæ parochialis.circa fi.in ver.nunc veniamus ad regulares.vbi tenet ꝙ Abbas eodē modo ſit ſepeliendus in monaſterio. Monachus tamē, qui pręeſt prioratui manuali, cum cenſeatū monachus ipſius monaſterij, & illius prioratus, vt in c.j.j̄.de priuilegijs.poterit ſepeliri in monaſterio, vel in prioratu ſm voluntatem abbatis, vel prout eſſet maior cōmoditas. Oblati [d] verò, & conuerſi regularium eccleſiarum debebunt eodem modo ſepeliri in monaſterijs, ſm d.Pet.ibi, de quo etiam per d.Nic.in c.vt priuilegia.s̄.de priuilegijs.& in c.in noſtra.s̄.eo.tit.poſt prin.& de monacho decedente infra annum probationis, vide dicta in c.2.s̄.eo. tit. Et intellige prædicta, quando ſupradicti moriunā non electa ſepultura. Sed an poſſent ſepulturam eligere, dicetū in glo.in verbo, non habeant.in fi. & per hāc rationem patet, ꝙ diſpoſitio iſtius tex.habet tantum locum in clauſtralib. Alij verò, qui habent velle & nolle, poterūt ſibi eligere ſepulturam, de quo plenè per d.Pet.in n.c. canonicæ parochialis. in ver. nunc veniamus ad alium caſum.vbi idem tenet do.Pet.& facit gl. notab. 16.q.j.de præſentium.facit etiam c.ſoror.17.q.2.& ita videtū tenere d.Nico.in c.de vanre.s̄.eo.tit.in 2.col. Conuerſi vero, & oblati regularium eccleſiarum, qui non ſunt profeſſi, bene poſſunt ſibi eligere ſepulturam alibi, ſm do. Pet.ibi, & per do.Nico.in d.c.vt priuilegia. & ibidem de monacho exiſtente intra annum

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Monachus.Adde Dom.in c.cum ad monaſterium s̄.de ſta.mo.
Vin.God.Monachus an obligetur naturaliter.Iaſ.in l.naturaliter ff de cōdi in deb.videtur tenere ꝙ non, ſed Abb.conſ.104.putat ꝙ ſic, vide Io.Fab Inſt.de oblig.§.j.nu.4. & 7.

b Nic.Sup. Soluatur.Glo.in c.2.32.q.7.Abb in c.fraternitatis.de frig.

c Nic.Sup.Sepeliendus.Adde Doct.in c.nimis.de conceſ.præben.

d Nic.Sup.Oblati.Adde Doct.in c.de his.eo.tit.ſcilicet de ſepul.

3 annum probationis, ſm d.Pet.ibi. † Episcopus ᵃ verò potest & a in alia ecclesia, quàm in cathedrali sibi eligere sepulturam, ſm glo. in c.vbicunq; 14.q.2.& tenet d.Pet.ibi. In glo.fi.ibi, in confraternitatem si illi essent professi. iure esset idem in eis, quod in monachis, vt per d.Pet.in d.9.c.& ꝰ.est dictum. In ea. glo. in fi. idem Io.Mo.& Archi.dicentes per hanc distinctionem posse opi.Host. & Innoc. reduci ad concordiam, nam monachus posset sibi eligere sepulturam, cum esset ita in remotis, ꝙ non potest portari ad monasterium, vt probat̃ hic a contrario sensu.& ita procedat c.nimis.hic alle.& idem tenet hic Lapus dicens Archi.ita tenere.& idem etiam Pet.de Anch.hic. Sed Io. And.videtur velle, ꝙ nullo modo possit monachus sibi eligere sepulturam.& idem Do.hic, quia ratio istius text. per quam Papa decidit hunc casum, concludit siue monachus moriatur in remotis, siue non, cum non habeat velle nec nolle. Nec tex. hic a contrario sensu permittit eligere, sed permittit ꝙ tunc non sepeliat in monasterio, ex quo ad eum commode portari non potest, ideo hic in tex.ponit̃ primo reg.negatiua.s. ꝙ nõ possit eligere sepulturam, a qua nihil excipit̃, deinde ponit reg. affirmatiua, quæ est, vt semper in monasterio sint sepeliendi, a qua excipit̃ quando commode portari non posset. & iste est verus intellectus huius tex.ſm Do.tenentem ꝙ monachus licèt moriat̃ in remotis, tamen nõ possit sibi eligere sepulturam. Quia Doct.in d.c.nimis.& in d.c. vt priuilegia. sentiunt a contrario sensu istius tex.primum intellectum ꝰ. De seruo aũt licèt æquib paret̃ ᵇ monacho, vt per Inno.in c.cum olim. el 2.ꝰ. de priuile. tamen tenet Host.& sequit̃ d.Nic.in c.de vxo.ꝰ.eo. ꝙ potest indistincte sibi eligere sepulturam, quia in spiritualib.non consideratur dominica potestas, vt patet in c.j.ꝰ de coniugio seruo.
4 † Quid autem si monachus decedit in remotis nõ electa sepultura, vel ea electa, tenendo ꝙ eligere nõ possit, in quo loco erit sepeliendus. Lap.hic cum quo etiam concordat d.Nic.in c.j.ꝰ. e.tenet ꝙ in ecclesia parochiali in qua decedit, ad hoc 13.q.j.ecclesias.& quod no.Archi.in d.c.j. tenens ꝙ viator debeat in ecclesia parochiali illius loci sepeliri. cuius dictum verum est, ar. c.ad decimas.de quo vide no.in d.c.j.& in c.j.ꝰ.eo.tit.& ibi per d.Ant. tenentem ꝙ rũe debeat monachus sepeliri in monasterio sui ordinis. Sed dubitatur, an eo casu quo monachus in remotis existens possit eligere sepulturam, vel eo casu quo sepelitur extra monasterium, quia est in remotis, ad ecclesia parochialis, in cuius loco decessit, debet habere canonicã. Lap.hic, cum quo transit hic Pet.de Anch.tenet ꝙ sic, vt de eo quod obuenit ecclesiæ, in qua sepelit̃, debeat̃ canonica illi ecclesiæ parochiali, in qua cõsueuit audire diuina & percipere sacramenta, forte quia erat in studio, & ibi decessit. facit qđ no. per Host. & Io.And. in c.in nostra.ꝰ.eo.titu.in ver. reliquit. & ita transit hic Domi.notans ex prædictis, ꝙ ecclesia parochialis, in cuius loco decessit scholaris, qui alibi elegit sepulturam, debeat habere canonicam portionem. facit quod no.per gl.in ver.parochialis.in cle.j.de priuilegijs.de quibus omnibus in d.c.j. & cũ dicto Lapi transire etiam hic Per. de Ancha.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Episcopus Adde, quid si moritur non electa sepultura, in quo loco debet sepeliri, vide per Do in c.requisi.de test. Do in c.j.de sep.extra in anti. Car.in cle dudum.in §.in huiusmodi.in 19.q.de sepul.

b Nic.Sup. Aequiparetur]Adde glo.in c.parochianos, de sen.excom.glo.in c. cum hæredes.§.fi.ff de acqui.pos.Io.de Imo.in c.Ray.de test.Abb. consi.104. inci pro euidentia quæstionis.in j. vol.

De decimis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Fratres prædicatores sunt præferendi fratribus minoribus.*
2 *Remuneratio soluentium decimas, vel pœna non soluentium qualis sit.*

CAP. I.

DIscretioni vestræ. Vt ecclesijs iura debita persoluãtur, est in prædicationibus & in alijs exhortandum.h.d. Et primo põnit inhibitio. Secũdò præceptũ, ibi, imo.† No j.isto supiascripto ex ordine literæ, ꝙ cum ista decretalis dirigatur prædicatoribus & minoribus. ꝙ ipsi prædicatores ᵃ sint præferendi minorib.de quo hic per Archi.& per glo. & Doct.in c.quorundam.ꝰ.de ele.eo.lib.VI.no.ꝙ fratres prædicatores & minores verbo & opere debent persuadere populis, vt soluant decimas, & alia ipsis ecclesijs debita, hodie verò per cle.cupientes. §. & quia.ꝰ.de pen.debent in 8.festiuita ib. anni informare populum in prædicat.omnib.super solutione decimarum. In glo.2. ibi, per omnia concilia.de quib.hic plene per Archi.& Io. An. In ea.gl.in fi.vide notata per Io. And.in regula, qui prior.j.eo. lib.& in c.a nobis.ꝰ.eo.tit.vbi Io. And.concludit cõem opi.esse, ꝙ decimæ hodie sint in præcepto. & ita tenet hic Archi.& in c.decimæ.16.q.j.& in c.duo sunt.in fi.12.q.2.& Per.de Anch. hic, & do. Anto.in c.parochianos.ꝰ.eo. Sed an valeat consuetudo in contrarium. vide plene per Doct.in c.in aliquib. ꝰ.eo.tit.
2 † In glo. in ver. aliarum.in fi.remuneratio autem illorum, qui soluunt prædicta, de quib.hic in glos. habetur hic per Io.And.
b & dixit hic Lapus, ꝙ non soluens decimas ᵇ punitur etiam in hoc, quia si est colonus, imputabit̃ sibi sterilitas, ex quo totum absq; deductione seu remissione ipsi domino soluere tenent̃, vt no.Host.& Io. And.in ver.sine culpa.in c. super sterilitatis. ꝰ.de locato. Et ad prædicta vide S.Tho.in 2.2.q.87. dicentem, ꝙ licèt clerici possint requirere decimas, tamen laudabiliter faciunt, si eas non requirũt in locis, vbi sine scandalo requiri nõ possent propter desuetudinem vel aliam causam, nec tamen illi, qui non soluunt in dictis locis, sunt in statu damnationis, nisi fortè propter obstinationem habentes voluntatem non soluendi, etiam si ab eis petuntur, secundum Tho.

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Prædicatores. Adde glo.in ver prædicatores.in c.fi de paro. Abb in c.nimis.el 2.de exc præla. Bar.in l obser.in §.antequam ff.de offi procon.

b Vin God. Decimæ qua ratione, & ad quem finem solui debeant. Ruy.cõsi.142. nu.3.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium super decimis noualium certæ parochiæ non extẽditur ad decimas noualium ab alio possess.*
2 *Tempus datæ comprehenditur, & attendi debet quo ad vim comprehensiuam.*
3 *Possessio bonæ fidei impedit vires priuilegij.*
4 *Priuilegium, ꝙ quis non soluat collectas de bonis suis, an extendatur ad bona quæsita per priuilegium.*

CAP. II.

STatuto. Priuilegium de decimis noualiũ concedens, pro ea portione, pro qua percipiebant antiquas, non includit decimas noualiũ per alium possessas tempore impetrationis, sed includit tantum loca, vbi percipiebantur antiquę, & portionem
1 antiquam. h.d.† No.j.ibi, alij possidebant, ꝙ priuilegiũ seu concessio super decimis noualium certæ parochiæ non extendit̃ ad decimas noualium, quæ possidentur ab alio. Quæ autem dicantur noualia, hic per Archi. sed vide in c.quid per nouale.ꝰ. de verb.sig. & ibi plene per Io.And.patet ergo, ꝙ priuilegium concessum super certa re, puta super decimis noualium, non extenditur ad res per alium possessas, nisi de illius possessione in priuilegio fuerit facta mẽtio, de quo plene in c.dudum.ꝰ.de priuile.& hic in glo. Secũdò no.ibi, nisi in his tantum. ſm Dom. ꝙ si priuilegium conceditur super vna specie ad mensuram alterius speciei sibi debitæ, non extenditur, nisi ad loca, in quib. talis spẽs est sibi debita, licèt de ipso loco non fuerit facta men
a tio, quod no. † Vlt.no.ibi, tempore impetrationis. ꝙ attendit̃
a tempus datæ ᵃ quo ad vim comprehensiuam ipsius priuilegij, vnde priuilegium non trahit̃ nec comprehẽdit futura, de quo in c.quia circa.& in c.cum capella.ꝰ.de priuilegijs. quod tamẽ procedit, nisi ſm subiectam materiam in priuilegio cõtentam aliud inducat̃, vt est in priuilegio super decimis noualium, qđ extenditur ad noualia futura, non præterita, ſm Io.And.hic, de quo in c.j.ꝰ.de verb.sig.& in d.c. quid per nouale. Et voluit Io. And.in d.c.dudum. ꝙ priuilegium concessum certis religiosis de decimis non soluendis non extenditur ad decimas, quas laici per antiquum feudum possident.& hoc probat per hũc tex. quem quinq; modis ad hoc inducit, de quo ibi plenius per eũ, ſm Io.And.hic dicentem per hanc decretalem esse terminatã q.Io.de Deo, lib.4.q.4.vbi quærebat de ecclesia collegiata, quę erat dotata de decima pascuorum cuiusdam syluæ, de qua decima, quia erat magna, fuerũt factę quatuor præbendæ, ꝙ si postea reducat̃ sylua ad culturam, ꝙ priuilegiati super decimis noualium illius parochiæ non poterunt eam vendicare, per hũc tex.vbi dicitur, ꝙ tale priuilegium non extenditur ad decimas per alium possessas, & quia talis sylua redacta ad culturam cũ primo esset in magno reditu, non cadit sub nouali, vt in d.c. quid per nouale.in fi. Sed posito, ꝙ caderet sub nouali, & deberetur ipsis priuilegiatis, an alij canonici teneantur cõ.care præbendas suas illis quatuor.& arguendo pro & contra, cõcludit
quod

ADDITIO.

a Nic.Sup. Datæ. Adde Io.And.super datæ e.an mercede.

quod non, ex quo sunt diuersæ, sed episcopus debebit illi prouidere ex suo officio, vel de superexcrescentibus, vel de communi mensa, donec præbendæ vacent, vt hic plenè per Io. An. In gl. in ver. contingũt. ibi, priuilegio. idem Archi. & intellige, quando in priuilegio erat expressum de antiquis decimis, quia tunc non veniteni noualia, aliàs autem si simpliciter & indefinite priuilegium est concessum super decimis, tunc includerent omnes decimæ tam antiquæ, quàm etiam decimæ noualium, vt ex tex. no. in c. ex parte. el 3. i. eo. 3 secundum Io. And. † In glo. in ver. possidebant. ibi, vires priuilegij impediat. intellige quo ad illum possidentem, secundum Io. And. dicentem idem esse in litis pendentia, vt & ipsa sola impediat vires priuilegij, etiam si dolosè non teneat, vt in c. fi. i. vt lite pendente. & tene menti ex hac glo. ex qua habetur optima theorica, an & quãdo taciturnitas possessionis rei, super qua fit impetratio, vitiet priuilegium, vel non, quia si est bonæ fidei possessio, vitiat. Secus si est malæ fidei, vel violenta, quod facit ad no. in c. 4 licèt episcopus. † In eadem glos. in fi. tene menti singulariter ex glos. iuncto tex. ad priuilegium exemptionis, quod de suis bonis non teneatur quis soluere collectas, vt non extendatur priuilegium ad bona quæsita post priuilegium, nec etiam ad bona tempore dicti priuilegij, quæ bona erant per alium possessa bona fide, & ad eum post priuilegium reuersa, vt patet ex hac glos. & ex tex. i. de quo dicto c. quia circa. & per Bart. in l. damni. §. si is qui. de damno infec.

S V M M A R I V M.

1. *Taciturnitas certæ qualitatis quando vitiet rescriptum vel non.*
2. *Constitutio licèt regulariter non trahatur ad præterita, hic tamen trahitur, rationem reddit.*
3. *Redditus decimarum comprehenduntur appellatione prouentuum.*
4. *Partis appellatione in dubio continetur dimidia, quod tamen limitatur vt hic.*

Statuimus. Priuilegium decimarum noualium ad mensuram antiquarum limitatum non potest vltra dimidiam includere, & hoc nisi concessum fuerit Cistercienssib. vel Cartusiensib. Et tales priuilegiati super decimis recipiendis ecclesijs parochialib. grauatis assignare debent congruam portionem pro debitis oneribus supportandis. hoc dicit vsque ad §. sane. † Nota primo ibi, quia non est verisimile, 1 quòd taciturnitas certæ qualitatis, qua expressa Papa verisimiliter non concessisset priuilegium tam latum, non vitiat priuilegium, quando exprimitur subiectum illius qualitatis non in specie, sed in genere, sicut exprimitur hic exprimendo, prout percipiebant veteres, sed non pro quarta portione, sed bene restringit talis taciturnitas priuilegium ad quantitatem verisimilem, quod est no. ad c. super literis. i. de rescrip. & ad c. dudum. i. de præben. eo. lib. Secundò nota ibi, in tam graue, quòd licèt priuilegium quatenus tangit iura ipsius concedentis debeat latissime interpretari, vt dixit Innocen. in c. cum dilecti. i. de dona. tamen quatenus tangit præiudicium tertij, est restringendum, & stricte interpretandum, vt hic dicitur. facit c. quid per nouale. & quod no. in c. olim. i. de verbo. signific. 2 † Tertio no. ibi, impetrati. quòd licèt noua constitutio non trahatur ad præterita, vt in c. fi. i. de consti. tamen ideo hic trahitur, quia ista constitutio est veteris iuris declaratoria, vt patet i. in princip. in verbo, declaramus. secundum Ioan. And. facit quod no. in c. cum ni. i. de vsur. Et ex his infertur, quòd si in princip. constitutionis apponitur verbum declaramus, dicitur constitutio veteris iuris declaratoria, licèt postea in ipsa constitutione vel aliqua eius parte apponatur verbum statuimus, sicut patet hic, licèt aliàs verbum statuimus, sit inductiuum noui iuris, secundum glos. in ver. receperit. in c. j. i. de cler. non residen. eodem lib. Quartò nota ibi, sed piutri potius &c. quòd priuilegia concernẽtia grauamen parochialium ecclesiarum debent restringi. & dicitur hoc pium, & benignum, de quo in c. quid per nouale. per do. Nico. & sic verba priuilegiorum debent strictè intelligi, vt sic minus quàm potest lędant tertium, In cuius præiudicium talia priuilegia conceduntur, vt hic dicitur. facit l. impuberi. ff. de admini. tut. & dicto c. quid per nouale. Quintò nota ibi, per huiusmodi concessiones, quòd dispositio istius tex. respicit non solum concessiones factas his duobus ordinibus, de quibus i. ver. proxi. vt tenet hic Archidiac. & Ioan. Mona. sed etiam latius respicit, quicquid est dictum i. & quod plus est, respicit etiam casus i. non positos. & ita vult iste tex. sic generaliter loquens de huiusmodi concessionibus decimarum, quando apparet etiam ex generalitate rationis ordinationis & diffinitionis hic positæ, secundum Io. And. & facit text. j. in §. dicecesanum. ex cuius dicto no. quòd priuilegium Papæ, per quod iura vnius ecclesiæ alteri conceduntur, intelligitur vt illa ecclesia non vltra exigatur, quàm facere possit, quod est no. secundum do. Pet. de Anchara. inducentem prædicta, vt sic ex donatione facta per donatarium non potest ipse donatarius grauari vltra quàm facere possit, deducto ne egeat, vt in l. sunt quidam. ff. de re iud. ita & tertius ex donatione de rebus suis facta per alium vt per Papam, pro-3 ut hic dicitur. † Vltimo nota, quòd appellatione prouentuum veniunt redditus decimarum, quæ decimæ sunt deputatæ pro substentatione ministrorum ecclesiæ, vt hic, & in c. clericis. 4 21. q. j. & est text. clarus in c. 2. i. de offic. custo. † In glo. in ver. a medietatis. in fi. nota quòd appellatione [a] portionis seu partis in dubio debet intelligi de dimidia, quod tamen limita primo, nisi iungatur cum aliquo termino denotante minorem portionem, quia tunc illam tantum includit, vt patet i. in princi. istius §. Secundò limita, nisi verbum pars, vel portio, iungatur cum relatione verificabili in minima parte, vt si detur in aliqua portione, vel parte, quia tunc verificatur in quacunque parte etiam minima, vt voluit glo. singu. in ver. aut earum parte. in clem. j. de foro compet. Tertiò limita, nisi ex mente lo-b quentis appareat, quòd appellatione partis [b] intendit includere minorem partem dimidia, vt probat text. in c. j. j. de senten. excom. secundum Domi. Quartò limita, quia ratione incertitudinis appellatione partis quandoque compræhenditur totum, vt l. vxori. in princi. ff. de leg. 3. vbi dicitur, quòd si testator legat vxori eam partem domus, in qua morari consueuit, & testator tam tempore testamenti quàm mortis totam domum in vsu habuit, dicitur ibi quòd tunc tota domus debetur ratione incertitudinis, secundum glos. ibi, & vide ad prædicta per glos. in c. maiores. 16. q. 7. in fi. & in c. auaritiæ. in ver. pro parte. i. de elect. eo. lib.

A D D I T I O N E S.

a Nic. Sup. Appellatione. Adde l. nomen filiarum. in §. portionis. ff. de ver. signi.
b Nic. Sup. Partis. Adde Abb. in c. super eo in 2. no. de eo, qui eo. consan. 120. sup. Bal. in l. j. in pen. col. C. de inoff. do. Bal. in c. j. in 2. no. de ali. feu. in vs. feu. Vinc. God. Adde quæ dicatur pars rei maxima, & principaliter, Ruy. consi. 71. nu. 4. lib. 2.

S V M M A R I V M.

1. *Recognoscens se habere rem in feudum ab alio, fatetur illum esse dominum feudi.*
2. *Confessio perpetua dicitur, quæ est concessa ad vitam recipientis.*
3. *Fama potest esse super antiquitate feudi.*

Sane. Decimę recepię in feudũ per laicos ante Lateranense concilium, & per eos recognitæ a religiosis in feudum, non possunt ipsis religiosis concedi absq; diœcesanorũ 1 consensu. h. d. † No. j. ibi, recognoscant, quod recognoscens se habere rem in feudum ab alio, confitetur illum esse dñm feudi. c. 2. i. de reb. eccle. eo. lib. Scdò no. ibi, de facto. a contrario sensu, quod si vere & de iure tenuerit ab illis, tunc bene hoc liceret, vt in c. cum apostolica. i. de his quæ fi. a præla. secundum Io. And. de quo ibi. a In tex. ibi, absq; [a] no. de hac dictione, quæ stat inclusiue, alibi vero excludit, vt in c. j. i. de consue. eo. lib. secundum Archi. vtrobiq; tamen ponitur pro siue, secundum Io. And. de quo i. de procura. qui generaliter. In glos. in ver. assensu. ibi, laicus habebat decimas, qualiter laici possint habere vel percipere decimas, vide per glos. & Docto. in c. quamuis. i. eo. & j. q. 3. peruenit. In glo. ibi, religiosis. idem in clericis sæcularibus, cum in eis iste text. lo-2 cum habeat, ex quo est eadem ratio, secundum Ioan. And. † In glos. in ver. perpetuo. in fi. & dicitur concessio perpetua, si est facta ad vitam recipientis, vt in l. j. ff. pro so. & 10. q. 2. perpetua. secundum Archi. de quo tamen vide per glo. & Doct. in d. c. quamuis. & no. in c. j. i. de reb. eccle. eo. lib. & dixit hic Archid. quod nunquàm licuit concedere decimas in feudum laicis, ita quod transeant ad heredem. Sed hoc non placet Io. And. quia si intelligeretur de concessione ad vitam, iam esset extincta cõcessio, & facta reincorporatio ecclesijs, vt per eum. Quid autem si appareat laicis decimas perpetuo concessas, sed non constat an ante cõcilium, vel post. Hos. in d. c. cum apostolica. voluit, quod præsumatur post, vt sic in dubio præsumatur pro ecclesijs parochialibus, & sic incumbit ipsis laicis prius probandi in contrarium. & idem tenet hic Archi. & Io. Mona. sicut in simili no. 33. q. j. c. j. & ita sequitur hic Io. de Ligna. Sed Io. And. in d. c. cum apostolica. tenet contrarium duobus tamen concurrentibus. Primo, quod laicus possit probare per tm̃ tempus, in cuius contrarium non sit memoria,

A D D I T I O.

a Vinc. Gode. De ista dictione, absque. Old. consi. 49. Consueuit dubitari & latè per Tiraq. in tit. de retract. fol. 99. nu. 79.

3 moria, q illas tenuerit vt in feudum. † Secundo, q communis opin. seu fama sit super antiquitate feudi, secundum no. per glo. in c. j. in fi. ẽ. de præscrip. eo. li. & inquantum Io. An. dicit de cõmuni opi. seu fama, potest intelligi q intellexerit de cõmuni opi. q semper tenuerit in feudũ, vel q intellexerit de cõi opi. q habuerit ante concilium, sed d. Flo. in d. c. cum apſica, dicit istud vltimum non posse de facili probari, ideo concludit post do. Ant. sufficere probare præscriptionem per tempus cuius initij non sit memoria, & allegare titulum sibi concessum ante concilium, qui titulus tunc præsumitur, vt no. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. secundum Io. de Fan. hic. Nec ob. si dicatur, q laicus non possit præscribere decimas etiam per tm̃ tp̃s &c. cum non sit capax illarum, ut ẽ. de præscri. in c. c'ũm. prout dicit hic Io. Mo. Nam isto casu laicus non tenet ex ui præscriptionis, sed ex ui concessionis, quia præsumitur sibi facta concessio ante concilium, probatis duobus supradictis, de quibus ẽ. per Ioan. An. cuius opi. sequuntur omnes Do. in d. c. cum apſica. dicentes tamen, q si non concurrunt supradicta duo, procederet opi. Host. et sequacium.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus cognoscit de causis exemptorum, si est quæstio super decimis.*
2 *Ius habens ad percipiendas antiquas decimas, non potest percipere nouales in eodem loco.*

Diœcesani. Religiosi exempti compelluntur a diœcesanis soluere decimas parochialibus ecclesijs, si non agatur de rebus exemptis, qui exempti de possessionibus acquisitis & acquirendis decimas parochialibus soluere debent, nisi super hoc sint priuilegiati. Et religiosi ex donatione laicorum habentes decimas antiquas, non percipiũt nouales in eodem loco superuenientes. hoc dicit vsque in fi.

1 † Nota primo casum, in quo episcopus potest cognoscere de causis exemptorum. alios casus vide per glos. in clemen. j. de senten. excommu. Secundò nota, quòd religiosi tam exempti quàm non, de iure communi tenentur soluere decimas prædiales ipsi ecclesię parochiali. & sic facit quòd debeant eas portare ad domum sacerdotis, de quo per glos. in c. reuertimini. 16. q. j. Tertiò nota ibi, speciali iure vel priuilegio, quòd concedi potest priuilegium super decimis non soluendis. de quo per glos. ẽ. eod. in c. a nobis. & tunc non cogitur ad soluendum. & idem si alio iure speciali, vt hic dicitur, putà præscriptione, secundum Lap. ex quo infertur, quòd licèt laici non possint præscribere, vt non teneantur ad decimas, vt in c. causam. ẽ. de præscript. tamen secus in clericis, vt hic plene per

2 Lap. & per glos. & Docto. in c. in aliquibus. ẽ. eod. titu. † Vltimo nota, quòd habens ex iure speciali ius percipiendi decimas antiquas, non potest percipere nouales in eodem loco, & quando sit, quod religiosi possint quærere decimas de manibus laicorum, vide plene per Docto. in c. cum apostolica. ẽ. de his quæ fiunt. & ẽ. in §. sane. In glos. in ver. exemptis. in fi. Archidia. exponit, idest de decimis pertinentibus ad ecclesias exemptas. & conclude prout refert hic Domi. quòd si ecclesię sunt exemptæ, per consequens decimæ dictis ecclesijs de iure communi debitę, tunc diœcesanus non potest se intromittere. & ita debet intelligi iste tex. & ẽ. de sup. neg. præla. sicut. Sed si dictæ ecclesiæ non sunt exemptæ, tunc diœcesanus se intromittere potest, licèt decimæ sint exemptæ, vel ecclesiæ sint ipsorum exemptorum, vt hic in j. parte text. & ẽ. eodem titu. in c. j. de præbendis.

De regularibus. *Rubrica.*

S V M M A R I V M.

1 *Nouitius si per plures annos stetit in religione, & non fecit professionem tacitam, vel expressam, potest libere reuerti ad seculum. & nu. a.*
3 *Professio quid sit, & qualis, & per quæ verba fiat.*

C A P. I.

IS qui. Habet tres partes. Primo loquitur de impubere. Secundò ibi, qui vero, de pubere. Tertiò ibi, distinctos. declarat distinctionem habitus.

1 † Nota primo ibi, vt monachus efficiatur. quòd solum per professionem dicitur quis monachus, & assumit sibi nomen monachi, & non ante, licèt monasterium ingrediatur, & habitum monachorum assumet, de quo per glos. & Docto. in c. j. ẽ. de relig. dom. & intellige, quod hic dicitur de monasterio, etiam si sit regularium canonicorum, cum eorũ ecclesiæ monasterium appelleotur, vt in c. accepimus. ẽ. de æta. & qualita. secũdum Ioan. And. Secundò nota ibi professionem a se prius factam. quòd professio facta ante 14 annum est nulla, & non ligat profitentem, nisi post 13. annum ratificetur tacitè vel ex-

a pressè, prout hic dicitur, intellige hoc quod dicitur de [a] anno 14. & 15. in masculis, in fęminis verò intelligetur de 12. & 13. secundum Ioan. And. Pro quo glos. in ver. de ætate. in clemen.

2 eos. j. eodem titu. † Tertiò nota ibi, liberè. quòd licèt nouitius per plures annos steterit in religione, tamen si non facit professionem tacitam vel expressam, potest liberè reuerti ad seculum, etiam si stetisset in religione per 20. annos, & vltra, vt vide per glos. mag. in dicta clemen. eos. in fi. Quid autem sit de his impuberibus, qui ab eorum parentibus offeruntur religioni, an in his habeat locum iste tex. vide in c. cum virum. & ibi per Docto. ẽ. de regu. Et facit iste text. secundum Domi. quòd ex quo talis potest libere redire ad sæculum, quòd non compellatur ad restituendum expensas monasterio, quas ibi percepit durante tempore probationis. quod est no. & facit text. in c. proxi. & ibi per Domi. Quintò nota ibi, fecisse. quòd delatio habitus indistincti facta per annum post ætatem legitimam inducit tacitam professio. Item nota, quòd duo requiruntur ad hoc, vt expressa professio facta a minore ratificetur tacitè post ætatem legitimam, scilicet delatio habitus indistincti, & perseuerantia anni post ætatem legitimam. Vltimo nota ex tex. quando dicatur habitus religionis distinctus, & quãdo indistinctus, & quando indistinctissimus. & vide etiam in dicta clemen. eos. In glos. in ver. annum. in fi. requiritur ergo, quòd ille annus sit consummatus in totum, & sic malitia non suppleret ætatem. & ita voluit glo. in dicta clemen. eos. in ver. ætate. & in c. postulasti. ẽ. eodem titu. & ibi plene per Docto.

3 & vide alleg. per Io. An. in c. fi. ẽ. de despon. impu. † In glo. in ver. expressè. in fi. vide hic per Archidia. quid sit professio, & qualis, & per quæ verba fiat. vide per Specula. eodem titu. in princi. & notabiliter per Lapum in sua allega. 128. Et an in ea

b requiratur [b] scriptura, dic quod non, secundum glo. in c. vidua. 20. q. j. Pro quo est tex. in c. nuper. ẽ. de testi. licèt glos. dixerit contrarium, & malè, in c. omnes fœminæ. 27. q. j. Et quis possit recipere ad profes. Et an solus prælatus sine consensu capituli. vide plene per Docto. in c. porrectum. ẽ. eodem titu. In glo. in ver. videtur. in princ. tunc enim non solum fecisse profes. sed etiam professionem prius factam ratam habuisse præsumitur præsumptione iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, vt ẽ. de spon. c. is qui. secundum Archidia. & Ioan. Mona. Sed Ioan. And. hic contra, scilicet quando fuit protestatus, quòd per lapsum anni non intendebat profiteri, & idem voluit in c. 2. & 3. ẽ. eo. vbi do. Nico. idem tenet. & ita etiam voluit glos. in dicta clemen. eos. in fi. & in c. ex parte. ẽ. eo. & ibi per Ioan. And. Sed Lap. & Ioan. de Lign. hic tenet, quòd talis protestatio non iuuet, ex quo est contraria facto, nisi fieret ex iusta causa, vt no. in c. j. ẽ. quod metus causa. Sed certè isto casu non intelligitur esse contraria facto, imo est declaratiua, vnde prodest sm̃ no. in c. cũ M. ẽ. de constitu. & in c. j. ẽ. de li. contest. secundum Imo. & idem Domi. hic, quia cum recipere habitum possit fieri animo profitendi, & animo probandi, protestatio verò est contraria facto. facit glos. in simili in ver. protestatione. in clemen. j. de procu. de quo tamen no. in clemen. gratiæ. de rescriptis. & per do. Anto. in c. ad nostram. ẽ. eo. & vide tex. j. §. proxi. in ver. firmiter approbasse, qui multum facit in contrariam partem. In glo. in ver. an videtur. ibi, annus 15. scilicet totus, vt patet in tex. Quid autem si non fuit continuatus, sed interruptus, putà quia iam steterat per quatuor menses istius anni, postea exiuit, deinde reingreditur in eodem monasterio, & perficit annum, an tūc sufficiat si est perfectus annus, vt dicatur professio facta, licèt annus sit interruptus. tex. hic facit quòd non, quia dicit per totum sequentem annum. & sic videtur, quòd annus debeat esse continuus, & non interpellatus. & quia in dubio omne tempus præsumitur, quòd sit continuum, vt per glos. no. in rubri. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & facit text. in c. cupientes. §. cæterum. ẽ. de elect. eo. lib. Item dictio, per, de qua hic in tex. deno-

A D D I T I O N E S.

a Nic. Sup. De anno 14. Adde tex. in c. ad nostra. & in c. postulasti. eo. tit. in anti.
b Nic. Sup. Scripturæ. Adde c. fi. 20. q. j. c. saluberrimum. j. q. 7. Host. in sum. in titu. qui cle. vel vo. Card. in cle. ne in agro. in § sane. cl. 2. de sta. mona. Lap. alle. 139. & an ista scriptura sit de substantia professio. vide gl. 2. ver. postquam. in c. omnes fœminæ, 27. q. j. Abb. in c. nuper. in 3. no. de testi.

a denotat continuitatem, ᵃ ſecundum Ioan. And. in c. cum con-
uimacia. j. de hære. in glo. per annum. facit etiam l. non ſolum.
§. ſi annus. ff. de excu. tut. & quia talis nõ poteſt plenè probare
omnes aſperitates regulę, niſi continue ſteterit per annum, &
hanc partem ſequitur hic Pet. de Anchara. & in c. ad apoſtoli-
cam. ſ. de reg. & ibi Io. de Ligna. & d. Nico. idem tenet. & Lap.
no. in alleg. 37. vbi plenè de his per eum, licèt Spec. dixerit con
trarium in titu. de ſta. regu. ver. 38. Non ob. glo. in reg. eum qui
certus. j. eo. lib. & quod dicit Archidia. j. c. proxi. quia loquitur
in eo, qui ſtetit per annum cõtinuum in monaſterio, & exiuit
ante factam profeſ. quia ſi poſtea reingreditur, non debet ha-
bere alium annum ad probandũ. Et ad prædicta vide per Bar.
in l. fi. §. quoties. ff. de publ. & per Bal. in d. §. ſi annus. & in l. nec
non. §. ſi quis ſæpius. ff. ex quib. cau. ma. & ibi per Guli. de Cu.
& per Io. And. in ver. per annum. in c. j. ſ. de vi. & hone. cle. eo.
lib. Satis tamen videtur, q ſi tempus, quo ſtetit extra monaſte
rium, fuit modicum per aliquos dies, & ſtatim rediit, q tale in-
teruallum non habeat impedire, arg. l. plurium. ff. de repudiis.
canonizata de pœn. diſtin. j. & quia tunc ceſſat ratio, quòd iſte
non poſſit probare aſperitates regulæ, licèt Lap. in dicta alleg.
ſentiat contrarium. & vide per Ioan. And. in addi. Specu. in di-
cto verſi. 38. quod no. ad fratres mendicantes, qui ante annum
probationis nõ poſſunt aliquem recipere ad profeſ. vt j. c. pro-
xi. quia ex prędictis patet, an annus debeat eſſe continuus, vel
non. In gloſ. in ver. communem. in fi. conclude ſecundum Ar-
chidia. quòd ſi intrauit quis in loco, vbi non ſeruatur religio,
nec ſe obligauit ad veram religionem ſeruandam, tunc non
cogitur expreſſe, ſed cauſatiuè, vt hic in gloſ. & hoc caſu nec
vſus nec annorum numerus excuſabit, vt per Hoſtien. in ſum.
eo. titu. §. ad quid teneatur. ver. ſed & tenetur. Sed ſi intrauit lo-
cum, in quo ſeruatur religio, & in dicta religione ſtetit per an-
num, tunc præcisè cogitur ad profeſſio. vt in c. ſtatuimus. ſ. eo.
nec proderit fuga, vt in c. fi. ſ. eod. ſecundum Archidia. quod
procedit in deferente habitum inducentem profeſſionem ta-
citè, vt in dicto c. ſtatuimus. & tunc compellitur expreſsè pro
fiteri, quia erat obligatus religioni in genere, ſecus ſi portaret
habitum probationis, ex quo non inducitur tacita profeſſio,
quia tunc quantocunque tempore oportet non obligatur reli
gioni in genere, & poteſt ad ſæculum redire, & ſic non cogi-
tur ad profitendum, vt eſt dictum ſ. & plene vide per Io. And.
in d. c. ex parte. & per glo. in d. cle. eos. & ad prædicta vide per
Hoſt. & Io. And. in c. 4. & in c. ſuper eo. ſ. eo.

ADDITIO.

a Celſus. Communitatem. Adde Bar. in l. vrbana. ff. de ver. ſig. Bal. in c. j. §. ſi quis per 30. ſ. de feu. ſuc. contro. in feu.

SVMMARIVM.

1 *Habitus profeſſorum delatus per annum facit præſumptionem profeſſionis a iure. Et qualiter id fiat, & nu. 2.*
3 *Habitus regularium diſtinctus qualis dicatur.*
4 *Pubes quot modis dicatur obligatus religioni.*

1 §. Qui uero. † Nota primò, quòd ex delatione habi-
tus facta per annum continuum induci-
tur profeſſio præſumpta a iure, & ſic eſt præſumptio iuris tan-
tum, vnde videtur, q ſi conſtaret de contraria intentione, non
induceretur profeſſio, licèt tex. j. in ver. firmiter. faciat in con-
a trarium, de quo eſt dictum ſ. in princip. † Secundò nota ibi, de
a gentes cum eis. quòd tunc delatio habitus ᵃ inducit profeſſio-
nem, quãdo fit in congregatione cum aliis in religione & mo
naſterio, ſecus ſi portaret quis talem habitum extra, quia tunc
profeſſio non induceret. de quo tamen vide plenè per Hoſti.
& Domi. in c. 4. ſ. eo. & in clem. eos. j. eo. & ibi per gloſ. in ver.
in aliqua. Tertiò nota ibi, firmiter approbaſſe. q qui approbat
ordinem poſt probationem & experientiam, cenſetur firmi-
ter ipſum approbare. quod inducitur, vt profeſ. in monaſterio,
in quo non ſeruatur regula, vt ſi poſtea reformetur, quòd talis
non poſſit reſilire, ſecundum Archid. & Ioan. And. hic, de quo
etiam per eum in c. ſuper eo. ſ. eodem titu. & ibi plene per Do.
an & quando poſſit monaſterium reformari. Quartò nota ibi,
intellectum, q impubes nõ dicitur habere plenam intelligen-
tiam eorum, quæ agit quo ad hoc, vt obligetur religioni, licèt
ex delicto bene poſſit aliter obligari diabolo. vt in c. j. ſ. de de-
3 lic. pue. ſm Io. And. † Vltimo nota quando dicatur habitus di-
b ſtinctus ᵇ ſeu diſſimilis. Nam quælibet diſtinctio inducit diſſi-
militudinem, & dicitur habitus diſtinctus etiam ſi ſolum eſt
diſtinctio inter profeſſos & nouitios, ſicut eſt in fratribus mi-
noribus, qui habent diſſimilem veſtem nouitii a profeſ. Dicit
etiam diſtinctus & diſſimilis habitus, quando non apparet ali
qua diſtinctio actualis, ſed verbalis tñ, vt per benedictionem
veſtium, ſicut eſt in fratrib. prædicatorib. qui hñt habitum no-
uitiorũ diſtinctũ ab habitu profeſſorũ per benedictionem, ſm
4 Io. An. & vide in d. cle. eos. † In gl. i ver. diſtinguunt. in fi. intelli
ge hoc de impubere. ſed pubes obligat religioni plurib. caſib.
Primò, qñ recipit habitũ profeſſorum diſtinctũ, vt dr̃ hic in gl.
Scd̃ò, qñ facit profeſ. expreſſam. Tertiò, qñ renunciat mundo,
& eius põpis, & beneficio ꝯſtitutionis, ſ. eo. c. ſtatuimus. Quar-
tò qñ in habitu cõi compleuit annũ probationis. hodie autem
idem eſſet de habitu probationis latèter diſtincto, vt in d. cle.
eos. ſm Io. An. hic. Quod tñ limita, niſi ꝯſuetudo requireret ver
balem profeſſionem, vel aliam ſolennitatem, quia tũc non in-
duceret profeſſio ex delatione habitus, vt vr̃ tenere Pe. de An-
cha. & Do. hic. & facit quod no. Inno. in c. j. ſ. eo. Quintò, qñ iu
rauit, q nunq̃ exiret, arg. c. ſi verò. & c. cũ ꝯtingat. ſ. de iureiur.
ſm Hoſt. & Io. And. Sextò, qñ ſub hac ꝯdõne fuerit manumiſ-
ſus pubes, vel impubes, vt in c. libentius. ſ. de ſer. non ord. & in
c. 2. ſ. de ꝯdi. appo. ſm Io. And. dicentem, q impubes obligatur
completo 14. anno. Primò ſi fecit profeſ. expreſſe in religione,
quam prius intrauit. Scd̃ò, ſi tunc ſcienter recepit habitum pro
feſſorũ. Tertiò, ſi profeſ. prius factam, tunc ratam habuit. Quar
tò, qñ compleuit ibi annum 15. in habitu indiſtincto, nõ tamen
indiſtinctiſſimo, vt hæc omnia probantur ſ. in princi. c. ſm Io.
And. In gl. fi. in fi. vel quia non ponitur ſupra chorum, vel non
habet vocem in capitulo, niſi ſit profeſſus ſm Hoſtien. Ioan.
Mo. ſed iſta non ſonant indiſtinctionem habitus, ſed actuum,
de quo in c. vidua. ſ. eo. titu. Quare dicit Ioan. And. quòd in re-
ligione debet ſemper eſſe diſtinctio habituum, vt in dicto c.
ſtatuimus. vt ſic omnis dubitatio ceſſet.

ADDITIONES.

a Vin God. No. q habitus ex diſpoſitionibus priuatiuis non inducitur Ma. Soc. conſi. 30 Quamuis. ver. 3 principaliter. lib. j. Ruy. conſi. 117. nu. 2. lib. 2.
b Nic. Sup. Diſtinctus. Adde Abb in c ex parte, ſuper glo. eo. tit. in anti.

SVMMARIVM.

1 *Anima ingredientis religionem dicitur lucrari Deo per ingreſſum & profeſſionem religionis.*
2 *Religioſi qualiter poſſint alios inducere ad religionem.*
3 *Annus probationis eſt principaliter inductus in fauorem ingredientis religionem, ſecundo in fauorem monaſterij.*
4 *Signum oſtenſum per ingredientem religionem, q voluerit mutare vitam, an inducat profeſſionem.*
5 *Profeſſio in dubio non præſumitur, niſi probetur.*
6 *Profeſſio quibus actibus, vel indiciis, vel ſignis inducitur.*
7 *Religioſi ſi ſint ſuſpenſi, quia receperunt aliquem ad profeſſionem intra annum contra iuris diſpoſitionem, quis poteſt eos abſoluere.*
8 *Nouitius ſi taliter delinquit, q ſi profeſſus eſſet, deberet damnari ad perpetuos carceres, an poſſit puniri a prælato regulari.*

CAP. II.

NOn ſolum. Primo ponitur procemium, ſeu
cauſa ꝯſtitutionis. Secundò ibi,
vobis. ponitur conſtitutio, quæ primò inhibet. Ter
1 tiò ibi, ſi fortè. triplicem pœnam imponit. † Nota
primò, q per ingreſſum religionis, & ex profeſſione anima ip
ſius ingredientis dicitur lucrari Deo, quod intellige, ſi ipſa re-
gula ſeruatur, aliàs verò perditur anima & corpus, vt in c. quan
2 tumlibet. 47. diſtin. ſecundum Domi. † Secundò nota ibi, ſoli-
cite cupiatis. quòd non improbatur, quin poſſint fratres cum
diſtinctione alios inducere ad religionem, imo hoc poſſunt fa
cere ſine peccato, vt in c. prælatum. 19. q. 3. & ita tenet Thom. in
ſecunda ſecundæ, q. vlti. arti. 9. dicens, quòd inducens alium ad
a religionem ᵃ non ſolum non peccat, imo meretur. facit c. in-
ter opera. & c. commiſſum. ſ. de ſponſa. dummodo tamen hoc
fiat cum diſtinctione, & tali perſuaſione, quæ ſit ſine menda-
ciis & dolo, vt per gloſ. in dicto c. perlatum. & in c. conſtituit.
20. q. 3. debet ergo iſta perſuaſio & conſcientia eſſe regulata ra
tione, vt hic dicitur, aliàs conſcientia ipſa non regulata ratio-
ne inducit ſalutis diſſidium, vt hic, & dicitur talis conſcientia
erronea, vt in c. per tuas. el 2. ſ. de ſimon. & ibi plene de hoc.
3 † Tertiò nota ibi, maxime in ſubſidium &c. quòd licèt annus
probationis fuerit inductus in fauorem ipſius ingredientis &
monaſterii, vt in c. ad apoſtolicam. ſ. eodem titu. tamen prin-
cipaliter eſt inductus in fauorem ipſius ingredienſis, & in ſub
ſidium fragilitatis humanæ. quod facit ad no. per glo. in regu-
la,

ADDITIO.

a Nic Sup. Religionem Adde, an liceat blandis verbis inducere aliquem ad religionem, vide per S. Tho. 2. 2. q. 186. art. 9.

la, eum qui certus. in fi. j. eo. & hic per Archi. Quartò no. ibi, ad renunciationem sæculi. q per hæc verba, renuncio sæculo, inducitur professio, de qua vide plene per Lap. in sua allega. 117. quæ incip. Factum. vbi ponit, per quæ verba inducatur professio, & an per promissionem alterius tantum de tribus substantialibus regulæ solemnizetur votū quo ad oīa, & quid si simpliciter reddit se & sua monasterio. & quid si dicat, profiteor regulam monachorum, non determinando se ad certam religionem, an inducatur professio, vt ibi plene per eū.

4 † Quinto nota ibi, vitam mutare. q quodlibet signū ostendens euidenter quē velle vitam mutare, si fiat per existentem in religione, inducit professionē. de quo in c. consulti. ī. eo.

5 † Sextò no. ibi, non præsumitur. q professio in dubio non præsumitur nisi probetur. vnde dicens quem professum, habet hoc probare. facit c. nuper. ī. de testi. & c. fi. ī. de success. ab intesta. sm Io. And. & Dom. Septimò no. ibi, vel competentibus indicijs. q competentia indicia non dicūtur inducere claram probationem, cum ista ponantur hic vt diuersa, quod inducit hic Domi. ad statuta requirentia claram probationem, vt non sufficiant competentia indicia. Item nota quòd licèt indicium sit minus quam semiplena probatio, vt voluit glo. singu. in c. cum probatio. ff. de proba. tamen ipsa indicia simul iuncta probant, quando sunt competentia, id est manifesta, secundum Archi. & Ioan. And. remittentem de hoc in c. excōmunicamus. el j. in vlti. glos. & in c. accusatus. §. licet. j. de hæreti. Vltimo no. pęnam fratrum prædicatorum minorumque facientium contra prohibitionem huius decre. quia suspenduntur ipso iure a potestate recipiendi ad professionem, & respicit ista pęna omnes casus supradictos, scilicet iam recipiētes ad professionem infra annum probationis, quàm etiam impedientes constitutionem infra an. probationis, ne liberè ad sæculum vel aliam religionem transeat, prout de sua voluntate processerit. & ita no. determinat Lap. in sua allega. 42. quæ incip. In Dei nomine. & est de mente Ioan. And. hic. Habet tamen locum ista pęna in his tantum, qui fuerunt culpabiles, non autem in non culpabilibus, secundum Archid. & idem Host. in c. statuimus. ī. eo. & Io. And. hic, arg. c. quæsitum. ī. de his quæ fi. a maio. par. & 23. q. 4. qui peccat. Et si suspensione durante aliquem recipiant ad professionem, an sint irregulares. Host. q sic, vt in c. j. ī. de re iudi. eo. lib. sed Io. And. hic contra per no. per eum & Innoc. in c. fi. ī. de exces. præla. & per Specu. in tit. de lega. §. iuxta. ver. quid de officijs. & ver. seq. & j. de senten. excom. is qui. & facit glo. fi. in prin. in clem. 2. de magist. & idem sequitur hic Pau. & Io. de Lig. quia iste non est actus concernens exercitiū ordinis, vel attributus alicui ordini, vt patet in c. tuam. ī. de ætate & quali. iuncto c. fi. j. eo. quod sequitur, vt patet ex no. in d. c. fi. ī. de exces. præla. sm Domi. In glo. in ver. indicijs. in princ. intellige sm Io. And. quando simpliciter & sine protestatione renunciauit beneficio, quia non est verisimile, q si voluisset remanere in sæculo, renunciasset beneficio tot laboribus & expensis acquisito, vt in c. super hoc. ī. de renunc. sm Imo. sed si renunciat præmissa protestatione, q non intendit propter hoc sæculum dimittere, tunc glos. non procederet. & ita respondetur ad c. ex transmissa. ī. de renuncia. secundum Ioan. And. idem tenet Lap. in sua allega. 127. quæ incip. Factum. vbi plene per eum.

6 † In eadem glos. in fi. vide plenius per Ioan. And. in c. statuimus. ī. eodem, in glos. a. vbi dicitur, quòd hoc potest constare. Primò per confessionem, puta si nunc cōfitetur, quòd tempore ingressus habuit animum dimittendi sæculum. Secundo, quando tempore ingressus illud expressit, secundum Inno. ibi. Tertiò, quando tempore ingressus obtulit expresse se & sua, quod intelligit ibi d. Anto. quando omnia bona offert, vel maiorem partem, aliàs non præsumetur, q voluerit vitam mutare, per no. per Bart. in l. post contractum. ff. de dona. Quartò, quando renunciauit omnino proprijs, vel quando castitatem & obedientiam solenniter promisit, de quibus plenius per Io. And. & Docto. in d. c. statuimus. & in c. consulti. eo. titu. & plenius per Lap. in d. alleg. & hic per Domi. dicentem. Quintò aliud signum esse, si nouitius facit magnam tonsuram, secundum gl. 23. dist. clerici. per quæ patet periculosum esse nouitijs facere nimis magnam tonsuram. facit glo. in c. 2. ī. eo. Sexto est aliud signum, si nouitius [a] spōte ex delicto per eum commisso recipit pęnā consuetam imponi tantū profes. quia propter hoc intelligitur velle tacitè profiteri, vt per Lap. & Domi. hic in pe. col. Septimo, quando nouitius acceptat beneficium, seu prioratum, quia videtur profiteri, vt in c. 2. de testa. & ibi per Imo. imo hodie non possunt prioratus & administrationes regulares conferri alicui, nisi expresse professo, vt in c. nullus. de elec. eo. li. & in cle. ne in agro. §. sane. el 2. & no. ex hac glo. q nouitius intra annum probationis potest facere testamentū, sic. ī. de testa. c. quia ingredientibus. & ibi per Inno. & vide per Lap. in all. 47. an possit testm̄ mutari, si postea nouitius exeat de ordine mendicantium. de quo hic per Domini. In glos. in versi. vestro ordini. in fi. de quo j. c. prox. Et vide per Lap. in sua all. 4. dicentem, q dispositio istius text. licet loquatur in minoribus & prædicatoribus, tamen habet locum in monialibus ordinum ipsorum mendicantium, & ordinis sanctæ Claræ, esto q tales ex priuilegio apostolico vel aliter possint habere vel habeant proprium in communi. & ita consuluit Lap. Ab. vt ipse hic refert adducens glos. in versi. quodlibet. & in cle. vt professores. j. e. & quę no. in c. j. j. de reli. do. & in c. in generali. supra de elec. eo. lib. Habet etiam locum iste tex. in omnibus alijs mendicantibus, vt j. c. proxi. In alijs verò non mendicantibus locum non habet, licet si indiscrete recipiunt aliquem ad expressam profes. intra annum probationis possunt puniri pœna arbitraria, secundum glo. fi. & ibi per Io. An. in d. c. ad apostolicam. Sed quid si in ordine mendicantium intra annū probationis alias de facto profiteatur, & postea stet ibi per alium annum, an ex hoc ratificetur dicta professio. & videtur q sic, per tex. ā. c. proxi. sed contrarium tenuit Lap. in d. all. 4. quia cum taliter recipientes intra annum sint suspensi, vt hic, non est q talis possit recipere ad profes. vt ibi plenius per eū. Aduerte tamen, quia cum pœna istius text. non includat nisi culpabiles, vt ī. tunc si alij non culpabiles habentes potestatem receperunt illum, satis videtur q sit ratificata prima professio. Et sic no. ex prędictis limi. ad c. ī. proxi. in prin. vt ille text. non habeat locum, quando prima professio fuit recepta per non habentem potestatem recipiendi, quia tunc ratificari nō potest, secus si a principio sit recepta per habentē potestatem, quia tunc posset ratificari, licet a principio talis professio fuerit nulla, de quo hic plene per Do. Et qui habeant potestatem recipiendi ad professionem, vide per Doc. in c. porrectū. ī. eod.

7 † In glo. in ver. suspensos. in fi. Archidia. hic contra, dicēs q absolutio reseruetur Papæ. & ita residet hic Io. An. & Pau. tendentes ad d. c. nuper. vt hic per eum. Quare Imo. dicit opi. posse concordari, q aut suspensioni apponitur tempus certū & ita procedat opi. Archi. quia tunc inferior a cōstituente nō potest ante tempus absoluere, secundum gl. in ver. suspensos. in c. cupientes. §. cęterum. ī. de elec. eo. li. Si vero suspensio est ad tempus incertum, vel simpliciter, tunc procedit opi. Host. quia etiam inferior a cōstituente potest absoluere secundum glo. no. in ver. excōmunicationis sententia. in cle. j. de hære. & quod no. per Pau. & alios Docto. in clemen. j. de reb. eccle. Sed aduerte, quia prædicta procedunt in episcopo, vnde superior ipsorum mendicantium non posset absoluere, cum d. c. nuper hic all. non habeat locum in inferioribus ab episcopis, vt no. determinat Fede. in suo consi. 14. ponēs regulam, quod nunquam a sententia canonis inferiores prælati absoluere possunt, nisi in casibus expressis in iure, ideo est q text. in d. c. nuper. solum loquitur de episcopo, facit text. & glos. in clemen. j. de priui. & glo. in clemen. j. de priui. & sic dicit, quod opinio Archidiaco. hic sit verior, vt solus Papa possit absoluere istos.

8 In glos. fina. in fi. quid autem si nouitius deliquit taliter, quòd si esset profes. deberet pœna perpetui carceris puniri, an possit a prælato regulari sic damnari. & concludit hic Lap. quòd sic, si velit nouitius, alias potest libere redire ad sæculum, vt hic dicitur. Sed certè prout hic concludit Domini. non videtur quòd nouitius ex delicto commisso ante profes. possit dānari pœna consueta imponi ipsis profes. cum iste non sit professus. sed si talis nouitius sponte patitur pœnam perpetui carceris, an ex hoc intelligatur profiteri. & concludit q sic, si post annum triduo perseuerat, vt infra c. proxi. & hoc si simpliciter & sine protestatione perseuerat scienter, secus si protestatur quòd propter hoc non intendit profiteri, vt no. infra eo. c. beneficium. & in cle. fina. infra eo. titu. secundum Lap. sed Ioan. de Lig. contra in eo, quod dicitur talē profiteri, si sponte recipit carcerem, quia & si hoc velit expresse profiteri non posset ante annum, vt hic, ergo nec tacite, vt l. qui ad certum. ff. loca. Quare dictum Lap. posset saluari in alijs religionibus quam

ADDITIO.

a Vinc. Go. Adde quòd Nouitius. Ante factum professionem infra annum est liber, vt per Vinc. Paliot. in quę. 46. Sic e post consi. 46. Alex. in lib. 40.

quàm mendicantium, vel etiam in ipſis mendicantibus quo ad profeſſionem in genere, quia etiam intra annum probationis poteſt quis ſe obligare religioni in genere, vt hic in tex. licèt non in ſpecie, ſecundum Domi. de quo j. c. proxi.

SVMMARIVM.

Conuerſorum appellatione, qui comprahendantur. ante no. 1.

1 *Habitus regularis an neceſſario ſit requiſitus ad eſſe profeſſionis.*

Habitus non facit monachum. ſub nu. 1.

Nouitius probat regulam etiam in habitu ſaculari. ſub eo. nu. 1.

2 *Profeſſio facta in religionibus non mendicantium intra annum obligat illi religioni, etiam ſi non fiat mutatio habitus.*

Per delationem habitus profeſſorum factam intra annum probationis, ad inducendam tacitam profeſſionem, quot requirantur. ſub nu. 2.

Profeſſio tacita an ſicut impedit matrimonium contrahendum, ita dirimat poſtea contractū. ſub nu. 2. & vide poſt nu. 4. ver. ſecundò adde 10.

3 *Profeſſio tacita, quæ inducitur ex profeſſione expreſſa facta in ordine mendicantium intra annum probationis, an matrimonium poſtea contractum dirimat.*

Religioni vt quis ſe obliget in genere, in cuius manibus profeſſio fieri debeat, ita quòd valeat matrimonium poſtea contractum. ſub nu. 3.

Adde ad idem nu. 5.

6 *Iura loquentia in certo caſu in vno parificato, an extendantur ad alium.*

7 *Profeſſio debet fieri in manibus eius, qui poteſt incorporare religioni, & quia hoc poſſit.*

8 *Profeſſio quæ inducitur intra annum probationis per exceptionem habitus nouitiorum, cum indicijs quòd voluerit mutare vitam, non habet pœnitentiam tridui.*

9 *Ingrediens religionem ſi dicat id ſe per metum feciſſe, qualis metus requiritur.*

CAP. III.

Conſtitutionem. Decretalis ſupra proxi. extēditur ad omnes medicantes. In alijs verò expreſſa profeſſio obligat in ſpecie religioni, cui fit. Sed tacita facta intra annum obligat religioni in genere. hoc dicit. Et primo ponitur declaratio, ibi, vnde. Secundo ponitur prorogatio ad omnes mendicantes. Tertio ibi, in alijs. loquitur de non mendicantibus, vbi ponit regulam, quam diſtinguendo per duo membra declarat. Primum ibi, ſed expreſſa. Secundum ibi, tacita. No. j. appellatione conuerſorum comprænendi qui ſunt in religione ad probationem regulæ, de quo in c. non dubium. ſupra

1 de ſen. excom. & per gloſ. no. in c. vt lex. 37. queſtio. j. † Secundo no. ibi, ſeculari habitu. quod ad eſſe profeſſionis expreſſæ non eſt habitus regularis, cum poſſit fieri in habitu ſeculari,

a & aliter non mutato habitu. habitus ergo non facit monachum, ſed profeſſio regularis, vt hic, & in c. porrectum. ſupra eo. vnde probatur ex hoc tex. & ſuperiori ibi, intra annum &c. quòd nouitius poteſt probare regulam etiam in habitu ſeculari, probando etiam vſque ad finem anni, vt per gloſ. 17. q. 2. c. fina. & in c. j. 53. diſtin. vide glo. & Doct. in c. ſuper eo. in fi. ſupra eo. titu. & tex. in c. ad apoſtolicam. eo. titu. vbi videtur probari, quòd debeat probare in habitu monachali & ſecun-

2 dum regulam monachalem. † Tertio no. ibi, præciſe, quòd expreſſa profeſſio facta in religionibus non mendicantium intra annum probationis obligat in ſpecie illi religioni, etiam ſi fiat non mutato habitu ſeculari, adeo quòd poteſt ad hoc præciſe compelli, facit c. vnicum infra de voto. & c. ex parte ſupra de conuer. coniug. Vlti. no. quòd ad hoc vt per delationem habitus profeſſorum facta intra annum probationis inducatur tacita profeſſio, quinque ſunt neceſſaria. Primo, quòd ſcienter hoc fiat. Secundo, quòd voluntarie. Tertio perſeuerantia tridui. Quarto ætas legitima, de qua in c. j. ſupra eo. & an in dubio præſumatur profeſſio facta in ætate legitima, & cui incumbat onus probandi, tex. hic facit quòd ipſi alleganti profeſſionem validam, quia habet probare iſta quinque, & ſic quòd in ætate legitima. & ita voluit Ioan. And. in c. fraternitatis. ſupra de teſti. quia ex quo ætas tacite ineſt profeſſioni, cum aliàs non valeat niſi ſit ætas legitima, vt hic, & c. cum virum. & c. ſignificatum. ſ. eo. & c. j. ſupra eo. titu. & lib. quòd habens probare profeſſionem habet probare ætatem, ſi negetur. Sed contrarium voluit d. Nico. in d. c. cum virum. dicens per illum text. probari, quòd ſi conſtat de profeſſione & non de ætate, præſumitur quòd fuerit facta in ætate legitima, ita quòd allegani defectum ætatis incumbit onus probandi, & ita videtur ſentire Ioan. And. in c. j. ſupra eo. adducens glo. 88. di. presbiter. volentem, quòd fundanti ſe ea ætate incumbat onus probandi, ſic C. de in inte. reſti. l. ſi minorem. & pene per Doct. in c. in præſentia. C. de proba. cogita. Quinto requiritur, quòd habitus ſit profeſſorum, & de hoc infra in glo. in verſ. habitus. & talis tacita profeſſio inducta intra annum probationis non obligat religioni in ſpecie ſed in genere, vt hic eſt tex. no. Sed an talis profeſſio ſicut impedit matrimonium contrahēdum, ita dirimat poſtea contractum. & dic quòd ſic, quia tale votum dicitur ſolennizatum, vt in c. vnico. j. de voto. ſm Io. And. hic, & in c. conſuluit. ſ. eo. & tenet Spec. in tit. de ſta. mo. ver. 43. & glo. in dicto c. vnico. Et hoc quando profitetur religionem tacitè, ſecus tamen eſſet in eo, qui voluit religionem intrare, quia tale votum eſt ſimplex, vt in c. pen. j. eo. vnde non dirimeret matrimonium poſtea contractum, vt in d. c. vnico. & ibi per Ioā. And. ſuper ver. alicui. & vide in c. turſus. & c. meminimus. ſ. qui cle. vel vo. Item poſſet dubitari de tacita profeſſione, quæ inducitur ex propoſito volendi vitam mutare, vt eſt dictum ſ. c. proxi. ſuper gloſ. in ver. indicijs. de quo vide plene in c. conſulti. ſ. eo. & ſic ex tacita profeſſione, quæ inducitur per alium modum, quàm ex delatione habitus, an talis dirimat matrimo-

3 nium, vide j. de voto. c. j. & ibi dicetur. † Sed dubitatio eſt, quid de tacita profeſſione, quæ inducitur ex profeſſione expreſſa facta in ordine mendicantium intra annum probationis, vt ſ. c. proxi. quæ obligat religioni in genere, an illa dirimat matrimonium poſtea contractum. Io. And. in d. c. vnico. tenet quòd ſic. Idem tenet glo. ſ. c. proxi. in ver. veſtro. dicens, quòd votum eſt ſolēnizatum religioni in genere. quod intelligit hic Lap. Ab. quando is, qui profitetur vel vouit, intēdebat ſe obligare in genere religioni, ſecus ſi in ſpecie illi religioni, quam profitetur vel vouit, quia ſi ibi eſſe non poteſt, tunc nec in ſpecie nec in genere erit obligatus, & poterit contrahere matrimonium. Et dicit poſſe cōſtare de tali animo, quando tempore profeſſionis vel voti hoc expreſſit, & ſtabitur tali expreſſioni, alias ſi nihil expreſſit, vel expreſſit, ſed poteſt probari, tunc in foro conſcientiæ ſtatur dicto ſuo, ſecus in foro iudiciali, niſi delato ſibi iuramento hoc iuraret, alias in dubio ſimpliciter profitendo præſumitur velle obligari religioni in genere, & ſic non valebit matrimoniū poſtea contractum, & ita dicit debere intelligi illum text. & ſ. c. proxi. & in d. c. vnico. & in c. j. j. de reli. do. & quod vtrobique no. per Arch. & 12. q. j. ſcimus. & per Io. An. in c. porrectū. ſ. e. & ita ſequitur Pet. de Anch. & Dom. ſed Lap. in alle. 17. tenet, quòd in dubio non videtur ſe obligare religioni in genere, quòd & tunc matrimoniū poſtea contractum valeat, quia ad hoc vt quis obliget religioni in genere, debet fieri profeſſio in manibus illius, qui poſſit incorporare religioni, aliàs non obligat, ita quòd valet matrimonium poſtea contractum, ſm Inno. in d. c. porrectum. vnde dicit Hoſt. ibi, quòd per ſeipſum non poteſt quis profiteri, arg. c. fi. ſ. de inſti. & c. debitum. ſ. de bap. & facit quod no. idem Lap. in d. c. vnico. vnde cum mendicantes non poſſint recipere ad profeſ. intra annum probationis, vt ſ. c. proxi. ſequitur, quòd talis profeſſio non obligat religioni in gñe, vt ibi per eum. & idem ſequitur Gaſp. de Cal. in conſi. 26. huius tit. quia poſito, quòd talis profeſſio obligaret indiſtincte profeſſioni in genere, iſti vēr eſſe votum ſimplex, quod nō dirimit matrimonium, vt in d. c. turſus. pro quo ſm eum videtur caſus in d. c. vnico. vbi profeſſio tacita vel expreſſa debet fieri alicui de religionibus approbans, vnde requiritur, quòd fiat reſpectu certæ & determinatæ religionis, & non in genere, ad hoc quod no. ibi per glo. & facit tex. c. proxi. vbi patet, quòd poteſt libere redire ad ſæculum. & quod ibi no. per Arc. & per Inno. in d. c. porrectum. & per Ioā. An. poſt Inno. in d. c. meminimus. dicentem, quòd faciens profeſ. in manibus eius, qui habeat poteſtatem recipiēdi, non poteſt contrahere matrimonium, ergo a contrario poſſet ſi recipiēs poteſtatem non haberet, & ſic concludit Gaſp. quòd non ſolum in profeſſione expreſſa, quę obligat in ſpecie, ſed etiam in illa quę obligat in genere, requiritur perſona quæ habeat poteſtatem incorporandi in illa, vt voluit etiam Inno. in d. c. porrectum. & Lap. in d. alleg. Sed certè in profeſſione in genere tex. hic probat contrarium, vbi ſi recipit habitus profeſſorum in religione non mendicantiū, inducitur tacita profeſſio, quæ obligat religioni in gñe, & tamen dans iſtū habitū nō poſſet incorporare religioni diuerſę a ſua, nec intendit hoc facere. in profeſſione ergo quæ obligat religioni in ſpecie bene requiritur, quòd recipiat ab habente poteſtatem. & ita procedant contraria: ſed in tacita, quæ obligat in gñe, ſecus, vt eſt tex.

ADDITIO.

a Vin God. Habitus non facit monachum, vt in Auth. de mona. §. j. & in cle. j. & ibi DD. de ſta. mona. An autem habitus certi ordinis faciat præſumptionem quem eſſe de foro eccleſiæ, & eximat eum a iudicio ſeculari. Fely. in c. multum. col. j. ver. de illis. de fo. compe.

tex.hic,secundum Domi.vt hic pleoe per eum in fi.& ita videtur sentire Lap.in capitu.fi.infra eodem titulo. 4 † Tu aduerte primo, quia non videtur fienda differentia, an & quando qui expresse profitetur, intendat se io specie obligari illi religioni vel in genere. Nam expresse profitens intra annum in ordine mendicantium, & habeos animum obligandi illi religioni in specie, etiam si hoc exprimat, tunc licèt non obligetur illi religioni in specie, obligatur religioni in genere, quia ex boc apparet, quòd voluerit vitam mutare, ergo noo potest redire ad seculum, ut est casus supra cap.proxi. Et hoc etiam ibi probatur, dum ibi in princ. dicitur, ad professionē vestri ordinis. constat enim, quòd profitendo in specie ordinem minorum, videtur habere animum obligandi se illi religioni io specie, ac etiam expresse ita se obligat, & hoc exprimit, & tamen obligatur religioni in genere, & ita vult glo. ibi in ver. vestro. & idem Archidia. ibi super eo. ver. & glo. hic in ver. obliget. Secundo aduerte, quia talis tacita professio videtur indistinctè, quòd dirimat matrimonium postea contractum, prout tenet Ioan. And. supra & ita vult glo. bic in ver. obligat. volens non esse differentiam inter tacitam professionem, quæ fit in ordine mendicantium, & illam quæ fit in alio ordine, & idem voluit Archidiaco. supra capitu. proxi. in ver. vestro ordini. dicens, quòd illa expressa professio, de qua ibi, obligat religioni in genere. & alleg. tex. hic, sed ista tacita professio, de qua hic in tex. dirimit matrimonium secundum omnes, vt supra. ergo &c. Non obst. quòd tales mendicantes non possunt recipere ad professionem, quia verum est de expressa, sed secus in tacita, cum inducatur a iure seu a canone. Et sic ius recipit talem tacitam professionem, vt patet hic in tex. & supra capi. proxi. merito non requiritur alia persona, quæ recipiat: sed 5 secus est in expressa, & rationem ponit hic Do. † Nec etiam obst. quòd per talem tacitam professionem non inducatur votum solenne, sed simplex, ex quo non obligatur certæ religioni in specie, prout requiritur. Nam tex. in dicto cap. vnico, non requirit quòd professio tacita fiat in specie vni religioni approbatæ, sed sufficit quòd fiat alicui de religionibus approbatis, & sic in genere, sicut est in isto casu. Item satis dicitur fieri in specie, ex quo videtur se obligare religioni approbatæ, & istud est, quod requirit tex. ibi, religio sit approbata, alias sequeretur quòd tacita professio, quæ fit per susceptionem habitus professorum, de qua hic in tex. quæ obligat religioni in genere, non dirimeret matrimonium, ex quo non fit in specie religioni approbatæ, sed in genere, & tamen glos. in d.cap. vnico. & omnes tenent cōtrarium. Nec obst. quòd hoc videatur votum simplex, &c. vt supra dicitur, quia immo est solenne. Nam ex quo est obligatus religioni in genere, vt supra cap. proxi. ex boc inducitur tacita professio, vt est tex. hic, sed semper tacita professio solennizat votum, vt in dicto capitu. vnico. cogita tamen, quia d. Benedi. hic tenet opin. Gasp. de Cal. & Lap. in suis alleg. Et pro hac parte facit, quia quando apparet quòd voluerit vitam mutare, sicut dicitur supra capit. proxi. tunc statim posset conferri beneficium ingredientis religionem, vt in capitu. beneficium. infra e. ergo de necessitate sequitur, quòd ista sit tacita professio, licèt obliget religioni in genere, ideo est quòd Ioan. And. ibi, & in capi. consulti. supra eodem voluit, quòd marito intrante religionem si appareat vitam voluisse mutare, tunc sponsa de præseno statim possit cum alio matrimonium contrahere, quasi illa tacita professio effectualiter obliget. & vide dicta infra in cap. penul. & in capitu. 1. §. confirmatos. infra de religio.do. In glos. io ver. prorogamus. in princip. hodie autem ista constitutio super cathedram, de qua in clemen. dudum. infra de sepul. prorogata fuit per Clementem ad Eremi. sancti August. & per Ioan. 22. ad Carmelitas. & hoc constat secundum Ioan. An. hic. & dictæ prorogationes sunt factæ per priuilegia: non autem per constitutiones in corpore iuris clausas, vt no. in reg. quæ a iure. j. eodem lib. & per Doc. in d. clemen. dudum. In ead. glo. in fi. facit c. Romana. infra de pę. & in cap. statutum. el secondo. in princip. infra de hære. & per Ioan. An. in d. reg. odia. in quæst. canonici Muunen. io fi. argumen. in princip. solutionis secundum Ioan. Andr. 6 † Et no. j. ex glo. quòd quando duo reperiuntur parificata a iure in certis casibus, & non communiter, sicut sunt mendicantes, qui a iure parificantur quo ad recipiendam profes. & non quo ad d. clemen. dudum. tunc iura loquentia io certo casu io vno de istis parificatis non extenduntur ad alterum casum, in quo requiritur parificatio, & idem voluit glo. in ver. non obstante. in cap. dudum. el secondo, supra de electio. & in cap. licet canon. in versi. parochialis. eod. titulo. & lib. & ita procedat glos. in ver. vacamus. in capit. 1. supra quòd met. cau. eodem lib. Secus autem si parificatio est facta communiter a iure, & non in certo casu, quia tunc statutum in vno extenditur ad aliud, secundum glos. in ver. prouisio. in capitu. si postquàm. supra de electio. eodem lib. & in clemen. j. ver. sacerdotium. de offic. vic. quod procedit, etiam si constitutio esset pœnalis, secundum glos. & Barto. in l. quod vero. ff. de leg. & io l. si quis seruo. C. de fur. & ibi per Bald. & per glo. in dicto capitu. si postquàm. Intellige tamen prædicta, quando vtrobique esset eadem ratio: aliàs secus esset, vt voluit glo. no. in ver. declaramus. in capitu. j. infra ne cle. vel mo. & in capit. præsenti. infra de senten. excommunica. Secundo no. ex hac glos. quòd iura exorbitantia non extenduntur ex identitate rationis ad aliū casum, quàm expressum. facit cap. statutum. supra de elect. eodem lib. quod tamen limita, nisi ratio esset in ipsis iuribus expressa, secundum Domini. quia tunc fieret extensio etiam in correctiuis. Pro quo glo. singu. in ver. eligatur. in clemen. j. de electio. & per Bald. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Sed procedit primo, nisi alia & diuersa ratio esset in contrarium, vt voluit glo. no. in capitu. constitutio. in princip. supra de elec. eodem lib. & ibi per Domi. Secundo procedit, nisi ipsa extensio fuisset prohibita, prout fuit in casu cap. supra proxi. per ipsum Alexan. qui declarauit d.cap. extendi ad prædicatores & minores tantum, & sic a per dictionem taxatiuam, [a] quæ negationem inducit, quia tunc oon fit extensio etiam ex identitate rationis expressę, & ita procedere poterit glo. hic iuncto d. cap. proxi. vbi ratio fuit ibi expressa. facit quod no. per Barto. in l. si constante. circa princip. ff. solu. matrimo. Quo ad hoc tamen vide glo. in l. obses. C. de adult. & ibi per Bald. & per Barto. in d. auth. quas actiones. & plenè per Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. & per glo. in l. sciendum. ff. qui satisda. 7 cogan. † In glo. in ver. mutato. in fi. intellige semper, quòd professio fiat in manibus illius, qui possit incorporare religioni, vt plene vide per Docto. io capitu. porrectum. hic alleg. & per Specu. in titu. de sta. reg. ver. 19. dicentem, quòd abbas hoc potest vel episcopus, vel alius de eorum mandato, secundum Lap. hic. & dixit hic Archidiac. professionem fieri posse in manibus abbatissæ, vel etiam super altare, supra qui cle. vel vo. cap. consuluit. vbi Hostien. idem tenet. intellige, quòd fiat super altare superiore sciente & permittente: nam de more quarundam religionum est, quod profitendus scribat profes. proprijs manibus, & sic scriptam ponat super altare toto conuentu præsente & acceptante. apparet ergo, quòd interueniat consensus præsidenōs in illa religione, ut no. in d. capit. ad apostolicam. & d. capitu. porrectum. & per do. Nico. in d. capitu. consuluit. Et an solus prælatus sine capitulo possit recipere profes. dicetur in capitu. fi. infra eod. Et ad id quod dicitur de abbatissa, non obst. cap. noua quædam. supra de pęni. & glo. in cap. uidua. 20. quæstio. j. & quæstio. 2. statuimus. & quod no. in cap. dilecta. supra de maio. & obedien. quia loquuntur in actibus dependentibus a potestate clauium, sed hic a superioritate secundum Domi. de quo per eum supra cap. proxi. super tex. & sic vult Domi. quòd abbatissa possit recipere ad profes. non solum moniales, ut supra, sed etiam monachos in monasterio monachorum, quod per ipsam regitur, sed in hoc vltimo Lap. & Pet. de Anchara. tenent contrarium, & forte oon bene, cum professio possit fieri etiam io altari, ut no. 8 in d. capitu. consuluit. & in c. uidua. supra eodem titulo. † In glo. in ver. probationis. io fi. idem Archid. vnde reprobatur quod dixit Hostien. & Ioan. Mona. in capit. 1. supra eod. titu. & lib. & ibi per Ioan. And. in uer. infra ipsum. qui ex his hic concludit, quòd tacita professio, quæ inducitur per lapsum

---

ADDITIO.

[a] Vinc. God. De ista dictione taxatiua, quid operetur, Ruyn. consi. 53. numero 4. lib. 1. & quando intelligatur in dispositione facta in consi. 84 numero 4 eodem lib. & apposita orationi affirmatiuæ quid operetur, in consilio 42 nume 13 & consi. 84 nume. 11. lib 2. & sub intelligitur, ubi de aliqua summa dispositiue fit mentio, secus si expositiue. idem Ruyn. consi. 11. nume. 5. lib. 3.

psum anni in habitu communi vel nouitiorum distincto latenter, non habet pœnitentiam istius tridui per hunc tex. clare loquentem in professione tacita inducta per susceptionẽ habitus professorum, & in hoc illa differt ab ista, de qua hic. Differt in alio, quia illa obligat religioni in specie, vt in clem. eos. infra eo. sed ista obligat in genere, vt hic dicitur secundũ Ioan. And. Quid autem sit de illa tacita professione, quæ inducitur intra annum probationis per receptionem habitus nouitiorum cum indicijs, quod voluerit vitã mutare, de quo est dictum supra, capit. proximo, de professione tacita, quæ inducitur per modum, de quo in d. capit. vidua. scilicet quando nouitius se immiscuit actibus professorũ, & de hac plus dubitat Ioan. And. in d. capit. vidua. sed hic videtur sentire Clemẽs 4. quod locus sit pœnitẽtiæ tridui, vt patet in remissione, quam hic ponit super vltima glos. secundum Ioan. Andr. & idem videtur hic tenere Lap. dicens referendo Ioan. And. in d. cap. vidua, quod quatuor modis inducitur tacita professio. Primo, quando nouitius prius impubes portauit habitum indistinctum per totum 15. annum, vt d. cap. 1. versi. quod si per totum. Secundo quando pubes etiam prius non nouitius portauit habitum indistinctum per annum, vt d. capit. 1. §. qui vero. Tertio quando nouitius pubes intra annum probationis portauit habitum professorum distinctum scienter, & triduo perseuerauit, vt hic in tex. Quarto, quando immiscet se alijs actibus professorum, vt sunt electiones, vel permittat se præfici in abbatem, vt tenuit Ioan. Andr. in capitu. 2. supra de testam. & facit cap. ex eo quod. & cap. indemnitatibus. ĩ. de electio. eod. lib. & d. capi. vidua. & isto casu debet perseuerare triduo, vt vult Ioã. And. hic, æquiparans habitum distinctum & actum distinctum, secundum Lapum, de quo ĩ. in glo. fina. & per Docto. in d. capitu. ad nostram. & in d. capitu. vidua. Et ex prædictis patet, an omnis tacita professio obliget religioni in genere, an verò in specie, de illa, quæ inducitur ex indicijs, quòd voluerit vitam mutare, est text. in cap. consulta. supra eodem, quòd obligat religioni in genere, de quo supra cap. proximo. In glos. in ver. habitus. in fi. si autem habitus est communis & indifferens, tũc requiritur perseuerantia anni, non tridui tantum, vt d. capit. 1. & ita vult glos. secundum Ioan. An. dicentem triplicem esse habitum, scilicet professionis, conuersionis, & probationis, de quo in d. clemen. eos. & ibi in glos. 2. & 27. quæstio. j. capi. 1. & ibi glos. In glo. in ver. sciens. in fi. nisi postea ratificet, quando furor vel ignorantia cessauit, secundum Ioan. An. † In glos. in ver. voluntarius. quis metus excuset, vide no. in c. cum virum. & capitu. 2. supra eod. & intellige, nisi ratificet postquàm metus cessauit, vt ibi no. & vide per Lap. in dicta alleg. 47. Quid autem de ingrediente religionem ex leuitate animi, & intra triduum pœnitentiæ, sed de facto non potuit exire, donec fuit professus, & ordinem sacrum recepit, & postea exiuit, an possit in seculo saluari. & certe sic, si metus fuit talis, qui potuit cadere in constantem virum: secus verò si post metum consensisset, secundum Ioan. An. sic supra quod me. cau. cap. 1. In glos. fina. in fi. hoc tamen limita primo, nisi in eo, qui fecisset votum de intrando religionem, quia tunc assumendo habitum professorum statim est obligatus sine perseuerantia tridui, ex quo videtur deliberate fecisse, sicut ille qui facit expressam probationẽ, secundum Archidiac. & Ioan. An. & ita transit Domini. & Lap. hic, & Pet. & do. Ant. in d. c. ad nostram. vbi Innocen. & Ioan. Andr. dat secundam limitationem, quando quis in infirmitate recepit habitum professorum, quia ex quo videtur deliberate suscepisse habitum, statim est obligatus illi religioni in specie, nec alia perseuerantia tridui requiritur, vt in capi. sicut. supra eo. Sed aduerte, quia cum hodie sit hoc ius nouum circa istam tacitam professionem, & ad hoc vt quis obligetur, requiruntur illa quatuor, de quibus supra in tex. certè satis videtur quòd in supradictis duobus casibus requiratur etiam perseuerantia tridui, & maxime in vltima limitatione, cum nobis sit necessaria in infirmitate quàm infirmitate, ar. l. cum antiquitas. C. de testamen. & l. hac consul. §. at cum humana fragilitas. C. qui test. nec dictæ duæ limitationes transeunt sine dubio, secundum do. Nico. in d. capit. ad nostram. & non videtur recedendum a regula huius text. & generaliter in quibuscunque votis, quãdo sit quòd requiratur perseuerantia tridui hic per Domini. in 3. colum. & plenius per Ioan. An. & domi. Anto. in d. capitu. ad nostram.

SVMMARIVM.

1. *Beneficium ingredientis religionem non vacat intra annum probationis.*
   Monachus intra annum probationis, non est priuatus velle vel nolle, sed habet liberum consensum. sub nu. 1.
   Casus, in quo in ecclesia ponitur vicarius tẽporalis, & eidem assignatur congrua portio de fructibus beneficij sub eod. nu. 1.
   Impubes, qui intrauit religionem immediatè finito 14. anno etiam ante finitum 15. annum potest tacitè profiteri per actus, ex quibus inducitur tacita professio. sub eo. nu. 1.
2. *Canonicus ingrediens religionem, si est in anno probationis, an debeat vocari ad electionem.*
3. *Nouitius si decedit intestatus in anno probationis, quis eidem succedet.*
   Ecclesia parochialis, an debeatur canonica portio, si nouitius decedat intra annum probationis. sub nu. 1.
4. *Nouitius coram quo iudice sit conueniendus.*
5. *Contradicens alicui opinioni debet ius ostendere, alids sibi non credetur.*

CAP. IIII.

BEneficium. Intra annum probationis beneficium ingredientis religionem non est alteri conferendum, nisi in casibus hic expressis. Interim tamen beneficio per 1 alium deseruiri debet. hoc dicit. † Nota primo, quòd per ingressum religionis probationis causa non inducitur vacatio bñficij [a] ipsius ingredientis, quodcunque sit beneficium, cum beneficium sumatur hic largissime, vt comprehendat etiam maiora, vt per glos. in regu. j. infra eodem lib. secundum Ioan. An. Secundo no. ibi, assensus, quòd monachus intra annum probationis non est priuatus velle vel nolle, sed habet liberum consensum, de quo infra. quod facit, vt interim possit facere testamẽtũ, vt voluit glo. in ver. indicijs. in capitu. 2. supra eodem titulo. & lib. & in capit. 2. supra de test. Tertio no. ibi, aut constet quòd per tacitam professionem, de qua hic in text. inducitur vacatio beneficij, ideo quando constat quem voluisse vitam mutare, eo quia est inducta tacita professio, inducitur vacatio beneficij, & alteri conferri potest, quod facit pro eo, quod tenuit Innocen. & Ioan. An. in capitu. consulti. supra eodem titulo. in glos. penul. de sponso ingresso religionem, si apparet illum seculum voluisse dimittere, sponsa non cognita statim potent contrahere matrimonium. & ratio est, quia ille est tacite professus. Vltimo no. casum, in quo in ecclesia ponitur vicarius temporalis, & eidem assignatur congrua portio de fructibus beneficij. & vide in cap. cum ex eo. supra de elect. eodem lib. & in clemen. j. de offic. vica. in fi. idem Archidia. & tene menti ex glos. quòd impubes, qui intrauit religionem, immediate finito 14. ann. etiam ante finitum 15. annum potest tacite profiteri per actus, ex quibus in-b ducitur tacita [b] professio, de quibus supra capitu. proxi. ac etiam expresse profiteri, vt dicit glos. hic iuncto tex. quod no. ad d. capit. j. In glos. 2. in princip. idem Archidia. immo & si maior 14. annis ingrederetur religionem, & assumeret habitum indistinctum, vel distinctum latenter non posset eius beneficium intra annum conferri, sed post annum, vt videtur velle Ioan. An. hic, per no. in cap. j. supra eodem titulo. & hoc nisi interueniat aliquod de his, de quibus hic in tex. In ead. glos. ibi, interueniat. tene menti, vt supra. In glos. mag. ibi, renunciauerat. intellige secundum Ioan. And. vt dictum fuit in d. capit. 2. super glos. in ver. indicijs. scilicet protestado, quòd non intendebat per id obligari religioni etiam in genere, & ita intelligitur glos. sequens secundum Ioan. And. & hoc ne obstet quod est dictum in d. glos. In ead. glos. ibi, non currit tempus. vide per glos. in ver. numerandum. in capit. statutum. supra de præben. eodem lib. In ead. glos. ibi, ead. ratione. quod no. idem Archidiaco. & in effectu Ioan. Mona. & Ioan. An. & ita est tenendum, vt hic per Domini. In ead. glos. ibi, possideri non posset. puta beneficium simplex vel hospitale, secundum Lap. vt refert Pet. de Ancha. & Domini. & idem de omnibus alijs beneficijs secularibus, vt in c. super eo. ĩ. eo. titulo.

ADDITIONES.

[a] Nic Sup. Beneficij. Adde glo. & ibi Car. Zaba. in 2. no. in c. statuimus, de re. Hostien in sum. tit. de conuer. coniu. in § quod vtrum possit. idem Car. in c. ex transmissa. in 2. no. de renun.

[b] Vinc. God. Nota, q tacita dispositio, quæ resultat ex verbis satisfacit formæ. Ruy. cons. 16. nu. 10. lib. 2.

titulo. Satis tamen videtur, quòd licèt id fieri non debeat, ut dicit glo. si tamen eidem conferatur, vel ad id eligatur, tenebit electio vel collatio, cum possit consentire, ut hic in tex. & redire ad seculum, vt cap. statutum. supra c. immo consentiendo & beneficium acceptando videtur ipsi religioni renunciare, sicus & econuerso, argumen. capitu. j. supra de re. iud. facit quod no. in clemen. gratiæ. de rescrip. & in d. capitu. 2. In eadem glos. ibi, de electio. nullus. melius probatur in clemen. j. de ele. posset etiam eligi & promoueri nouitius ad beneficium curatum, cum ad illud possit eligi expresse & tacite profes. vt in c. quod Dei. supra de sta. monaco. & tunc non videretur renunciare religioni, si tanquàm religiosus illud acceptat, quando beneficium esset curatum & seculare, & secundum Lap. erit in optione ipsius electi, an uelit consentire uel non. Si uerò beneficium esset regulare, tunc nouitio non posset conferri, cum requiritur quòd sit expresse professus, ut in clemen. quia regulares. de sup. ne. præla. & in clem. ne in agro. §. sane. de sta. reg. ut tenet Pau. & Lap. hic, licèt glo. aliud sentiat, & non bene, ut patet in dictis iuribus. In ead. glo. ibi, ex iure beneficij procedit ius eli-

a gendi. facit cle. ut hi qui. supra de æta. & quali. † In ead. glos. in fi. licèt ergo patronus vel alius, ad quem spectet electio, non iure collegij, sed iure singulari existens in monasterio ad probandum regulam debeat uocari ad ipsam electionem, tum canonicus uel alius, ad quem iure collegij uel confraternitatis spectat electio, non est uocandus, ut tenet glos. hic, per rationes de quibus in ea. & maxime per c. quia propter. in ea alleg. quasi uideatur iste sic stans in probatione id nolle. & ita sequitur hic Ioan. mona. dicens, quòd talis non poterit dare procuratorem, ex quo ante finem anni pendeat eius status, an approbet religionem, uel ad seculum redeat, argumen. l. proinde. ff. si cer. peta. Est enim sic intrans religionem pure religiosus, ut patet per uerba, quæ dicuntur in ingressu, tamen commutabiliter infra annum, & hoc ex mera beneficio dantis, ut patet in d. capitu. religioso. sed Archidia. hic tenet contrariam partem per rationes s. assignatas per glos. pro dicta parte, & quia habet consensum & testari potest, ut supra. Nec obst. d. cap. quia propter, quia licèt nolit uel non possit ire, tamen potest mittere procuratorem, ex quo impeditus est iusta causa, ut no. in capitu. penul. supra de elec. eodem lib. Nec obst. quòd sit incertus de suo statu, quia immo considerato statu præsenti satis est certus cum sit liber, nec curanit an dubitet de statu futuro, ut est tex. & Bal. in l. si quis filio. §. hi autem omnes. ff. de iniu. test. Nec obst. d. cap. religioso. quia ibi in priuilegio introducto in fauorem ordinis clericalis, hic uerò de eo quod est proprium & priuati iuris, & indemnitatibus a propria uoluntate, quam adhuc iste retinet. Nec obst. d. cap. 2. supra de procura. quia ibi agitur de facto alterius, scilicet domini constituentis, cuius factum non debet impediri, secundum Archidia. cuius opin. secundum Ioan. An. hic in nouel. procedit in spectantibus ad nouitium non iure collegij, sed iure proprio, uel singulari, ut in patrono, prout tenet glos. supra in fi. secus in spectantibus iure collegij, sicut est in terminis quæst. istius glo. quia tunc procedit quod glo. tenet, ex quo est fortius, difficilius colligitur ius, quod spectat ad aliquem iure singulari, quàm ius quod spectat iure collegij, ut patet ex no. in cap. cum omnes. supra de consti. & in cap. si qua. 19. quæstio. 3. secundum Ioan. An. & Lap. adducentem ad hoc quod no. in c. cum in ecclesijs. supra de præben. eodem lib. in ulti. glo. in fi. & idem tenet hic Pau. & Ioan. de Ligna. concludens, quòd ex quo talis retinet canonicatum, ut hic in tex. competit sibi ius eligendi, cum eligere sit fructus canonicatus, ut per Innocē. in cap. cum ecclesia. supra de cau. pos. & in capit. consultationibus. supra de iurepatro. & in cap. ex literis. in princip. supra de restitu. spolia. et hoc etiam videtur hic sentire Ioan. An. dicens, quòd licèt talis non debeat uocari, si tamen uocatus ueniat, an debeat admitti, hoc non quæritur, quasi uelit quòd non debeat admitti, ex quo ius retinet. Si uerò quæratur, an talis sit uocandus ad electionem, & dicit quòd non, quia uocandi sunt qui uolunt, & possunt interesse, ut d. ca. quia propter sed per ingressum religionis apparet istum nolle interesse secundum eum, & ita sequitur Domini. pro quo facit tex. hic in fi. disponens, quòd administratio beneficij & collectio fructuum non fiat per ipsum ingressum, sed per alium: vnde si non tollit alios fructus obuenientes ratione tituli beneficij, non colliget etiam istum, cum eligere sit fructus iuris eligendi, ut supra secundum Domini. Sed certe ratio ista cō-

cluderet, quòd etiam non deberet admitti ad electionem, ex quo eligere est fructus canonicatus, ut supra. Et hic in tex. non dicitur, quòd non debeat percipere fructus, sed ratione absentiæ debet deseruire ecclesiæ per substitutum, an assignatur cōgrua portio, sicut dicitur in casu c. cum ex eo. supra de elect. eodem lib. & tamen absurdum esset dicere, quòd ille, qui est ad studium in casu illius cap. non esset uocandus, nec faceret fructus suos. Idem ergo sit dicēdum in casu istius cap. quod dicetur in casu illius, cum sit quo ad fructus eadem dispositio. vnde cogita, quia hic in tex. non dicitur, prout inducit Domini. sed disponitur, sicut in simili habetur in cap. cum ex eo. supra de electio. eodem lib. vnde absurdum esset, quòd in casu illius cap. ille non faceret fructus suos, ideo cogita. Et pro declaratione materiç huius decre. aduerte pri-

3 mo. † Quid si nouitius [a] decedit intestatus intra annum pro-

a bationis, quis succedet in suis bonis? Pet. de Anchar. hic refert se disputando tenuisse, quòd uenientes ab intestato succedant, & non monasterium, per no. in cap. de his. supra de sepult. & supra eodem lib. in cap. cum quis. & in l. apud Labeonem. in princip. & §. j. ff. de præscrip. uer. de quo hic per eum, & per Cyn. & Barto. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccles. & plene per Doct. in cap. in præsentia. sup. de probatio. ubi domi. Anto. tenet pro monasterio, licèt Inno. ibi sequatur opin. Pet. de Anchara. cum quo ibi uide. Secundo aduerte, an ecclesiæ parochiali debeatur canonica portio, si nouitius decedat intra annum probationis, vide dicta in d. cap. cum quis. & no. per Ioan. An. in c. ex transmissa. supra de renun. in prima glos. & in d. capitu. de his. supra

4 glo. pen. † Tertio aduerte, coram quo iudice nouitius sit conueniendus. Ioan. An. hic refert dominum suum disputasse, quòd coram ecclesiastico si de facto, & quo ad possessionem sit plene translatus religionis, & hoc ex fauore qui religioni ad adhiberi debet, vt in capitu. 2. supra de do. & contu. & facit cap. religioso. infra de senten. excommunicatio. secundum Ioan. An. idem tenentem hic, & in d. cap. religioso. vbi plenius de hoc, & in capitu. 2. supra de fo. competen. & an ipse nouitius possit eligi in arbitrum. Pau. disputando tenuit quòd non, in quæstio. quæ incip. quid de re. quia hoc repugnat probationi fiendæ, vt supra per glos. & quia religiosus non potest esse arbiter, de quo hic plenissime per Domi. Et an possit esse executor. vide in capitu. 2. supra de testamen. eodem lib. In glos. in ver. assensus. in fi. tenemēti ex glo. iuncto tex. quòd consentiente beneficiato eius beneficium possit alteri conferri, licèt aliter per prius non renunciet, quia consentiendo videtur renunciare, & collator eius renunciationem admittere, vt in tex. & glo. Et hæc in episcopo ordinario collatore. In alio verò ordinario inferiore secus esset, nisi haberet potestatem instituendi & destituendi institutum in tali beneficio: aliàs inferior ab episcopo ex sola potestate conferendi non posset recipere renunciationem, nisi quando posset institutum destituere, secundum glos. in ver. manibus. in clemen. j. de renuncia. & Innocen. in capit. quòd in dubijs. supra de renuncia. & ita residet hic Ioan. de Ligna. & Domi. Et idem est dicendum in delegato, puta executore dato ad conferendum, vt non possit conferre beneficium ipso beneficiato consentiente, secundum Hostien. in capitu. ex ore. supra de his quæ fi. a maio. parte. quod ideo est, quia talis executor eodem modo non posset renunciationem recipere, nisi hoc haberet in mandatis, vt no. in cap. dudum. supra de præben. eod. lib. & ita tenet Ioan. An. in cap. sicus, in ver. cedentium. infra de verbo. significatio. & Lap. & Domi. hic. Et procedit iste text. in collatore, vt patet in tex. ibi, conferendum. Sed in lectore iste tex. & glos. non procederent secundum Ioan. An. remittentem ad no. in d. capitu. ex ore. in versicu. confirmatus. & in reg. qui tacet. in j. quæstione. infra eodem libro. Tu aduerte, quia electus, ex quo potest renonciare etiam post consensum per eum præstitum in manibus inferiorum & eligentium, vt per glos. in cap. si electio. supra de elec. eodem lib. sanè potest procedere iste tex. quando ipse consenserit electori, vt alium eligat secundum Lap. & licèt Ioan. de Lign. hoc idem teneat in electo; non confirmato per no. in d. cap. si electio. secus in confirmato tantum in beneficio electiuo.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Nouitius. Adde Ant. de Bu. in c. 2. de fo. compe. Pe. de Anc. in c. eam. de elec. Pe. de Anc. cōs. 68. in c contra donationem faciam. ubi dicit se disputasse istam q. Paduæ.

ctiuo. iste tex. locum haberet, quantumcunque talis beneficiatus esset confirmatus, cum iste tex. indistincte loquatur quo ad ipsum renunciantem & beneficiatum. Bene tamen verum est, quòd non intendit excludere alias solennitates, quæ requiruntur per alia iura in ipsa renunciatione ex parte alterius recipientis, secundum Domi. & facit quod no. in glo. in ver. ecclesiarum canonicis. & in cap. statutum. supra de rescrip. eodem lib. In glos. in ver. constet. in fi. & qualiter possit constare, uide dicta in capitu. 2. supra eodem titu. & li. super glos. in ver. indicijs. † In glos. fina. ibi, nec credo.

6 Sed Archidia. hic contra dicens, quod volens dicere contrarium, ostendat ius, aliàs sibi credi non debet, 15. quæstio. 3. §. cum autem. ver. nec quisquàm. facit l. illam. C. de collatio. Non obst. iura hic alleg. in glos. quia loquuntur in ecclesijs vacantibus, sed hic non vacant, vt hic in tex. & pro se inducit cap. Consaldus. 17. quæstio. j. licèt glo. ibi faciat contra. Inducit etiam, quia positus in probatione non debet esse onerosus monasterio, vt 16. quæstio. 6. de lapsis. & 27. quæstio. j. si quis rapuerit. & idem tenet hic Gen. cum non sit verus religiosus, vt hic patet. Sed Ioan. An. dicit iura alleg. per Archidia. non obstare, cum loquantur de inclusis propter culpam, non autem de his qui stant in probatione, quæ probatio ita respicit fauorem monasterij, sicut ipsius ingressi, vt in cap. ad apostolicam. supra e. secundum eum, qui ex his tenet se cũ gl. & idem Ioan. de Fant. hic, quia cum interim non seruiat beneficio officiando illud, non habebit fructus, & maxime cum propter priuatam vtilitatem absit. & idem sequitur Domi. quando monasterium, in quo stat potest ipsum alimentare, aliàs procederet opi. Archidi. adducit, quod no. in cap. presbyteri. supra de pœnis. & in cap. 2. supra de coha. cleri. & mulie. Sed posset concludi, quòd aut iste exit, & sic non profitetur, & recuperat fructus, & beneficium, vt est tex. in d. cap. Consaldus. Si verò profitetur, & tunc cum videatur fuisse absens ex iusta causa, non debet priuari fructibus, vt in cap. relatum. supra de cle. non resid. & quia hoc fit lege permittente non meretur pœnam, l. Gracchus. C. de adult. & in cap. qui peccat. 23. quæstio. 4. & sic debent restitui monast. cum omnia bona & iura ingressi in eum transeant, ut in d. capitu. si qua mulier. & in auth. ingressi. C. de episco. & cleri. et no. ex prædictis, quia sentit hic Ioan. An. quòd omnibus sumptibus monasterij debet alimentari, quod inducit Domi. ut nouitius recedens de mona. ante professionem non debet restituere expensas quas percepit a monast. cum probatio fiat in fauorem monaste. facit quod no. in capitu. 1. & 2. supra eod. titu. & li. & ibi est dictum. & quia in dubio alimenta præstantur pietatis intuitu, vnde non repetuntur, ut in l. alimenta. C. de neg. gest. & bonus tex. in cap. super eo. supra eod. titu. vbi dicitur, quòd si nouitius facta probatione vult redire, & non profiteri, non debet prohiberi, sed debet redire in eadem veste, in qua monasterium intrauerat, vnde nihil potest eis retineri propter expensas, argu. l. in rebus. §. possunt. ff. commo.

S V M M A R I V M.

Votum simplex de certa religione intranda tollitur per sequens solenne etiam laxioris, licèt pro uoto non completo sit pœnitentia imponenda. ante nume. 1.

1 Copulatiuo requirit complementum utriusque copulatiuorum.

Ingressus solum monasterij sine professione, non solennizat uotum. sub eodem num. 1.

Votum si quis faciant ingrediendi religionem, si nullam inuenit, quæ eũ excipiat, quid agendum. in apost. litera, a.

Vouens intrare religionem in genere, quod per ecclesiam cogatur ad aliquam profitendum. sub eodem nu. 1.

2 Votum de intrando etiam certam religionem dicitur simplex, & non solenne ante professionem.

3 Vouens certam religionem, si illam ingreditur, & assumit habitum nouitiorum, an poterit postea redire ad seculum, & matrimoniũ cõtrahere.

Ingressus monasterij absque professione, an ad uotum solennizãdum sufficiat, sub nu. 3.

Votum solenne tunc dicitur, quando facta est professio, sub eadem nu. 3. Adde ad idem nu. 4.

C A P. V.

QVi post. Simplex uotum de certa religione intranda tollitur per sequens uotum solenne alterius religionis etiam laxioris, licèt pro uoto non completo sit pœnitentia imponenda hoc dicit. Et primo ponitur dictum, & eius decisio cũ ratione ibi, cui tanquàm. Secundo imponitur pœna ibi, pro uoto. † Not. j. ibi, & profitetur, quòd cum iste text. copulatiue loquatur, requiritur non solum ingressus, sed etiam professio: vnde solum ingressus monasterij sine professione nõ solennizat votum, et sic qui vouit intrare vnam religionem si aliam ingreditur, sed ibi non profitetur, remanet obligatus ad primum uotum, secundum Ioan. And. et Archi. adducentem no. in cap. noli meis. 9. dist. et uide per Ioan. And. in cap. per tuas, in ver. resignes. supra de uoto. et interim remanet obligatus ad primum votum, quod illa religio, quam vouit intrare in specie, poterit contra ipsum agere, ut votum adimpleat. Et si certam religionem in voto non expressit, sed in genere, tunc cogetur per ecclesiam ad profitendũ aliquam, secundum no. in cap. ex parte. supra de censi. et ibi per Innoc. et Ioan. And. et si talis, qui uouit in genere, non inueniet religionem, [a] quę ipsum vellet recipere, tũc erit sub obedientia episcopi, secundum Host. in cap. episcopi rectum. supra eo. et Pet. de Anch. hic. † Secundò no. quòd votum de intrando etiam certam et expressam religionem, dicitur simplex et non solenne ante profes. de quo in cap. 1. infra tit. proxi. & ideo postea votum solenne per professionem semper tollit simplex præcedens, quia fortius uinculum derogat debiliori etiam præcedenti, sic supra qui cle. vel vo. c. rursus. et c. meminimus. et sic ecclesiæ simplex votum tollitur per solenne, et sic per profes. alterius religionis. ita tollitur per contractum matrimonij, vt d. cap. j. et d. c. rursus. et cap. meminimus. † In glos. 2. in fi. Quid autem si vouens certam religionem illam ingreditur, & assumit sibi habitum nouitiorum, an poterit postea redire ad seculum, [b] et matrimonium cõtrahere. Lap. hic refert Abbatem et Inno. in c. statuimus. supra eo. et Innoc. et Hostien. in d. c. meminimus, quod matrimonium non ualeret. Sed tex. hic loquens copulatiue, facit contra, quia videtur velle, quòd solus ingressus sine professione non sufficiat, ut d. c. meminimus. et d. c. j. secundum Lap. concludentem, quòd vouens de intrãdo certam religionem antequam ingrediatur, vel etiam post, antequam profiteatur laxiorem matrimonium contrahat, tenebit, cum per receptionem habitus non dicatur votum solenne, sed per ingressum religionis & professionis sequutam, ut hic in text. probatur. Sed Imo. hic intelligit dictum Lap. procedere in vouente de intrãdo certam religionem, & postea non illam sed aliam ingreditur, & habitum nouitiorum assumit, quia non sufficit sine professione, & ita sit text. hic, sed si vouens de intrando certam religionem ingrediatur illam eandem, cum videatur illam intrare propter præcedens votum, tunc etiam per susceptionem habitus nouitiorum solennizaretur votum, & matrimonium postea non ualeret, & ita procedat opi. Inno. & aliorum. & ita sequitur hic Pet. de Anch. & Do. & idem tenuit Innocẽ. in cap. consuluit. supra qui cler. uel uo. & Ioan. And. in d. cap. statuimus. Sed glo. in d. c. meminimus. tenuit contrarium, & do. Anto. in d. cap. statuimus. habet hoc dictum per nullum dubio, & tex. hic multum facit in contrariam partem, quia tunc dicitur votum solenne, quando est facta professio, nec dicitur facta, licèt fuerit religionem ingressus, & sic susceperit habitum religionis, posito quod per prius emiserit votum de intrando religionem, sed requiritur quod profiteatur, & sic per susceptionem habitus probationis non inducitur professio, nisi dicatur quòd hoc ideo est, quia nõ intrauit religionem, quam vouit, sed aliam: secus si illam intrauit, tunc videtur uoluisse uitam mutare, ut supra c. proxi. quod non est sic, si illam eandem non ingreditur: ratio est, quia dicitur tunc intrare illam sine voto, ex quo illam non vouit. Quare ista ratio cessaret in uouente intrare religionem simpliciter, & sic non determinante certam: vnde aduerte, quia quando apparet quod ingrediens religionem uoluerit uitam mutare, inducitur tacita professio, quę tacita professio videtur quod dirimat matrimonium, ut in c. 1. eo. titu. prox. de quo est dictũ in c. nõ solũ. eo. et intra annũ probationis

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Religionem. Adde, quid si aliquis fecit uotum ingrediẽdi religionẽ, & non inuenit aliquam religionẽ, quæ uelit ipsum suscipere, quid sit faciẽdum uide de ista q. per Car. Ale. in c. commissum. de spon. in ulti. col.

Vinc. God. Adde in hac materia uouẽdi per Io. Brunel. in trac. de spõs. & mat. in 1. 2. 3 & 4. dub. quod habet in lib. 9. trac. fol. 183. & 182. & quod uota sint a principio uoluntaria, ex post facto necessaria, Bar. Brixien. in trac. quæst. Dominic. q. 41. nu. 3 quod habetur in lib. 15. trac. fol. 34. & uota temeraria nõ sunt seruanda, idem in eodem tit. & lib. q. 39. nu. 3.

b Nic. Sup. Seculum. Adde Arc. in c. scimus. 4 q. j.

tionis,& per susceptionẽ habitus nouitiorum,vt patet ẽ.c.pro xi.& d.c.statuimus.& c.consului.eo.ti.Si ergo an qui uouit intrare certam religionem illã ingrediuitur, an ex hoc dicatur vel le vitam mutare assumendo habitũ probationis tñ. Innoc.& sequaces tenent q sic,sed dubium facit quia iura volunt,q debeat hoc euidenter constare,vt in d.c.statuimus. & c. nõ solũ. ẽ.ed non vr dici euidenter constare assumendo habitũ pbationis tm,ideo cogita.Io.An.in ne.ad nostrã.ẽ. c. bene tenet, q vouens intrare religionẽ,si illam ingreditur, & assumit habitum profes. illam est obligatus & profes. vt est dictum in c. constitutionẽ.ẽ.e.titu.& co.li.in fi.Sed aduerte,quia Ioan.An. vult,q sit ibi obligatus in spẽ,& sic facit dñam,an sit obligatus religioni in genere,an in spẽ,& dicit q assumendo habitũ pro fessorum est obligatus in specie , ergo vr sentire, q si assumpsisset habitum probationis,q esset obligatus in genere.Et aduerte , quia remanet alia dubitatio , quia posito q non appareret ob indicia, q uoluerit quis vitam mutare, inducitur tacita professio, qua obligetur religioni in genere,m dubium est, an postea dirimatur matrimoniũ.& Flo.& d.Nico.tenuit q non, in c.consulti.ẽ.eo.de quo est dictum in d.c.non solum. Et prædicta,qñ præcessit votum de intrando religionem. Quid aũt si præcessit votum cõtinentiæ.Imo.prout refert Do.in c.j.de voto,in vlti.col.facit dñam, an voueat quis castitatẽ respectu certæ religionis, & illam intrat, tunc immediate inducitur tacita professio:secus si voueat non determinando se ad certam religionẽ:vide ibi Lap.hic vr velle Pet.de Anch.q postea per solũ ingressum religionis non solũ solennizetur votum, nisi in ipso mona.expressam profes.fecisset, vel habitũ profe. suscepisset,& ita clarius tenet hic Pe.de Anc.dicens ita fuisse cõsultum, & ita residet Flo.& d.Nic.in d.c. cõsul.†Sed cogita,quia Inno. Io.An.& d.Ant.in d.c.consul.tenent cõtrum tenendo, q uotum alterius ex tribus substantialibus regulæ solennizatur semper per ingressum religionis, & per susceptionẽ habitus probationis,quasi cõstat per hoc,q voluerit vitam mutare, & sic non teneret matrimoniũ postea cõtũm,per c.fi.ẽ.qui cle.vel vo.de cuius intellectu vide ibi per Doc.& per d. Ant. in d.c.statuimus. ideo cogita in prædictis,quia dubia sunt,de quo dicetur in d.c. j.& dubitatio stat in hoc,si vouit quis castitatẽ, & postea ingreditur religionẽ assumendo habitum probationis, an ex hoc dicatur voluisse vitam mutare,ita q dicat de hoc euidenter constare.& vr q non,ex quo assumit habitum probationis. in cõtrum fa.q sic,propter præcedens votum, nam non attenditur habitus probationis,sed indicia pcedentia , & illa inducũt tacitam profesT.vt patet in d.c.consulti.& c.statuimus.& ẽ.c.proxi.& in d.c.non solum. Cogita ẽt,an possit fieri differentia, an voueat quis castitatem respectu certæ religionis, & ita sit tex.hic,quo casu si aliam ingreditur assumendo habitum probationis , non intelligetur profiteri , & ita posset limitari quod dicit Inno.in d.c.consulti.quia esset hic casus expressus:nam vouendo intrare certam religionem,vr etiam vouere tria substantialia regulæ,& tñ habet locũ iste tex.fortius ergo si vouet quis continentiam tm,respectu certæ religionis habebit locũ iste tex. secus ergo videtur si vouit quis continentiã simpliciter,vel respectu certæ religionis , quia intrando illam religionẽ vr solennizari votum assumendo habitum probationis , prout distinguit ẽ. Imo.cogita cogita cogita. dñs Benedictus hic post distinctionem Imo.sic dicit. Sed imo & si intret aliam religionem, & in ea habitum nouitiorum assumat , solennizatur votum quo ad hoc,vt ad seculũ redire non possit, cum ex hoc iuncto voto pcedenti appareat q uoluerit uitam mutare, cum satis sufficiat quo ad hoc vt ad seculum non possit redire, ut d.c.consului.& d.c. non solũ. ellõ q hoc non sufficiat quo ad hoc , vt soluatur votum de intrando certam religionẽ, nec interueniat ẽt pfessio,vt hic in tex nec sufficiat quo ad hoc vt soluat matrimoniũ postea cõtũ,cum ẽt professio in gñe facta nõ sufficiat,ut est dictũ per me in d.c.non solũ. ubi retinet ibi opi. q non soluatur matrimoniũ. Sed certe ingressus religionis cum susceptione habitus nihil operatur,quia simplicitet vouens cogitur implere,& non põt stare in seculo,vt d.c.meminimus.& c.rursus.& no.in d.c.ex parte.ẽ.de censi.& sic absque q in religionẽ ingrediatur,& habitũ suscipiat , debet ergo aliquid operari susceptio habitus,& ingressus religionis.& ex hoc no.patet,quia ingrediens religionẽ nõ pcedente voto assumendo habitũ religionis non dr velle vitam mutare:secus in eo,qui erat obligatus ex voto,quia licet potuisset cõhere matrimoniũ,ut d.c. rursus,tñ ex quo eligit ingressum religionis, vr velle mutare vitã, & sic remanet obligatus efficacitet in tñ,q matrimoniũ cõhere non põt, & põtea a sta rõnem , q uouens põt eligere matrimoniũ,& tunc nõ dr velle mutare vitã, sed si elegit ingressum vr velle mutare,maxime q a per prius erat obligatus, & poterat ad hoc teq.ri.ut ergo aliqd operet ingressus & susceptio habitus, dicamus q matrimoniũ nõ valeat , aliis nihil operaretur.

SUMMARIUM.

1 *Episcopatus si vacat,capitulum non succedit in spectantibus ad prælatum de iure speciali.*

2 *Abbas solus an possit facere monachum absque uocatione fratrum.*

3 *Episcopus quando possit creare moniales in defectum monialium,quia monasterium non habet moniales in numero sufficienti.*

CAP. VI.

3 & ex his hř no. † limitatio ad nota. in regula, delictum. j. eod. lib. nam licet delictum prælati cõicato consilio cum capit. noceat ecclesiæ indistincte, vt voluit gl. 3. no. & sing. in c. a. in prin. ĩ. de ord. cog. tñ illud est verum in rebus particularibus, & qñ remanent tot bona ecclesiæ, ex quibus potest deseruiri ecclesiæ in diuinis, & eius ministri possent sustentari, & ita etiã procedat tex. no. in l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccle. vbi ꝑꝑ delictum prælati & capituli priuatur ecclesia re sua, & isto casu donatio facta ecclesiæ bene posset reuocari ex cã ingratitudinis pręlati & capituli, ex quo res est quęsita ipsi ecclesię, licet in q̃rendis de nouo solus pręlatus possit pręiudicare ecclesię, ſm gl. sing. in §. fi. 16. q. 6. & Ino. in c. a. ĩ. de don. ꝑꝑ quę d. Ant. & d. Nic. in c. verum. ĩ. de condi. appo. concludunt, ꝙ si implementum modi vel conditionis deficiat facto solius pręlati, pręiudicet ecclesiæ in bonis quærendis, secus in iam quęsitis, quia tũc requiritur consensus pręlati & capituli, vt ĩ. Si vero ꝑꝑ delictũ pręlati & capituli ecclesia veniret priuanda oĩbus suis bonis, vel maiori parte ita, qđ nõ posset deseruiri ecclesię in diuinis, vel veniret destruẽda ipsa eccła in totũ, & tũc procedat dictũ no. Spe. vt ẽt delictũ pręlati & capituli non noceat ecclesiæ, & ita distinguendo ꝯcludit Imo. in d. c. fi. in 6. col. in fi. quę oĩa sin. tenementi, & gñaliter, qñ sit ꝙ delictũ pręlati noceat ecclesiæ. Et prędicta procedunt, qñ agitur de renouanda donatione facta ecclesiæ ꝑꝑ delictum vel ingratitudinem pręlati vel capituli. In dote vero data ecclesię, vt quia patronus dotauit ecclesiã siue in modica siue in magna quantitate, & tunc dicẽdum vř vt indistincte ẽt ex delicto pręlati & capituli talis dos nõ possit reuocari ratione ingratitudinis, quia dos data per patrem filię vel alteri personę, non potest reuocari ex causa ingratitudinis, vt est tex. sing. & Bal. ibi in l. fin. C. de dotis promis. licet a prin. dos ipsa bene possit denegari per patrem ipsi filiæ ex causa ingratitudinis, vt est tex. no. in Auth. de nuptijs. in §. nec optime, & in hoc differt cõstitutio dotis ab ipsa donatione, quæ regulariter ratione ingratitudinis reuocatur, vt in d. c. fi. vbi habetur quę sint istę causę ingratitudinis, & ibi plenius per Doc.

a Et generaliter quando sit, ꝙ delictum [a] pręlati noceat ecclesię, vide plene per Docto in ca. 1. ĩ. de dolo & contu. & dicetur in dicta regula, delictum.

ADDITIO.

a Nic. Supe. Delictum prælati. Adde glo. in cap. 1. de dila. glo. in cap. placuit 16. q. 3 Innocen. in ca. cum dilectus. de ordi. cogni. Docto. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccle.

Vin. God. Delictum prælati an noceat ecclesiæ. Fely. in c. ad audientiam versic. limitatur. de rescri. & in c. ad apostolicam. in fi. pen. col. de simo. & in c. contingit. in fi. de sent. excom. Franc. Aret. in l. mulier. § nihil commune. col. 1. in. post med. de acquir. poss. & delictum prælati in iudicialibus quando noceat, Felyn. in cap. ad audientiam, el 2. colum. 14. de rescrip. & in feudis an noceat, Alex. consi. 23. lib. 1.

De capellis monachorum. *Rub.*

SVMMARIVM.

1. *Institutio ad beneficium potest pertinere ad vnum ratione exercitij, non autem quo ad principalem titulum.*
2. *Beneficia omnia, quæ conferuntur ab inferioribus a Papa, debent esse perpetua.*
3. *Institutio in ecclesijs parochialibus potest pertinere ad monachos quo ad regimen & titulum.*
4. *Facienda per Episcopum verificantur, etiam si fiant per eius vicarium.*
5. *Institutum in ecclesia parochiali per quem possit reuocari causa rationabili subsistente.*

CAP. I.

Presbiteri. Instituti per Episcopum in ecclesijs monachorum ad Episcoporum præsentationem per eum, si causa subsit, sunt destituendi. hoc dicit. Et primo ponitur differentia. Secundo eius ratio ibi, cū debeant. 1 † No. primo institutionem beneficij pertinere posse ad vnum quo ad exercitium curæ tantum, & non quo ad principalem titulum beneficij. Secundo no. ibi, instituuntur, & ita alle. quod auctorizabilis institutio super cura in beneficijs spectat ad Episcopum, & non ad inferiores prælatos, de quo per Innoc. & Hostien. in ca. cum satis. ʒ. de officio 2 Archid. † Tertio no. ibi, perpetui. & ita allegatur, quod regulariter omnia beneficia, quę conferuntur per inferiores a Papa, siue ad curam, siue aliter, debent esse perpetua, & non ad tempus. facit 55. distin. præcepta. & glo. notabilis hic in ver. perpetui. & a quod no. Io. And. in c. si constitent. ʒ. de nup. & dicitur perpetuum, quod durat ad vitam alicuius, vt in l. j. ff. pro socio. id est quod institutus in beneficio non potest per Episcopum, vel alium sine iusta & magna causa amoueri, vt patet j. in tex. & in glo. fin. Quarto no. ibi, consuetudine, quod prælati inferiores Episcopis non possunt ex statuto vel consuetudine quęrere sibi potestatem destituendi stante potestate instituendi penes Episcopum. Vltimo no. quod de iure communi institutio in omnibus ecclesijs suæ diœcesis spectat ad Episcopum. sic C. de hæreticis. cum ex iniuncto. in fi. & 16. q. 1. multis. & q. 2. sane. in fine, & q. 7. nullus. In glo. a. in princ. dic quod de iure cōmuni præsentatio debet fieri per prælatum cum consensu conuētus, vt no. in c. ea noscitur. hic alle. secūdum Lap. & Pet. de Ancha. In glo. 3. ibi, institutio scilicet, ad curam populi, licet quo ad regimē ecclesię institutio spectat ad eos. de quo in c. de monachis. ʒ. de præben. secundum Io. And. ex quibus nota secundum Do. quod non dicitur ad aliquem pertinere ecclesia pleno iure, quando non habet instituere ad curam populi, licet habeat instituere quo ad titulum beneficij, de quo in ca. abba-3 tes. ʒ. de priui. † Patet ergo, quod ad monachos spectare potest institutio in ecclesijs parochialibus quo ad regimen & titulū beneficij, licet non quo ad curam. Super quo cōclude, ad quē spectet institutio in ecclesijs curatis, quod aut ecclesia est posita intra terminos alterius parochię, aut nō, primo casu rector parochialis habet præsentare, & Episcopus instituere, & si rector fuerit negligens, Episcopus supplebit, vt per Innoc. & Io. And. in c. cum venerab. ʒ de excep. in fi. in c. 3. ʒ. de eccle. ædi. & si alibi inuenitur, quod alius instituat, hoc facit vt vicarius Episcopi, ʒ. de offi. deleg. super eo. & de insti. cum venissent. Secūdo casu aut ecclesia non est patronata, & tunc regulariter institutio fit per Episcopum, vt d. c. sane. & c. nullus. & per Inno. & Archid. in d. c. cum satis. Sed si ecclesia est patronata, tunc ipse patronus habet præsentare, & Episcopus instituere, vt in d. ca. sane. & ʒ. de iure patro. per totum, secundum Arch. & Io. And. Monachis habentibus solum ius patronatus in ecclesijs curatis competit eis præsentatio, & Episcopo institutio quo ad regimen, & curam populi. Si vero ecclesia pertineat ad monachos quo ad temporalia, & ad Episcopum quo ad spiritualia, & isto casu ad monachos spectat institutio rectoris quo ad regimen & titulum ecclesiæ, sed quo ad curam populi præsentabunt Episcopo, & Episcopus quo ad curam instituet, vt in cap. cum & plantare. §. in ecclesijs. ʒ. de priuilegijs, & ratione talis curæ, quam habet committere ad Episcopum, spectat tunc examinatio, vt sic repellat, si esset insufficiens secundum Io. An. de quo per eum in ca. ʒ. eod. titu. & in c. veniens. j. de ver. signi. Sed si ad monachos ecclesia spectet pleno iure quo ad temporalia & spiritualia, & tunc aut ex concessione Episcopi, & idē, quia monachi habent instituere quo ad regimen ecclesiæ, & quo ad curam præsentare Episcopo, & Episcopus quo ad curā instituere & examinare, nam Episcopus a se curam populi abdicare non potest, alias posset a se abdicare spiritualem iurisdictionem, quod non licet, vt l. pe. ff. de officio præsidis. & no. in c. cum venerabi. ʒ. de censi. secundum Ioan. And. Si vero spectet ad monachos ex concessione Papæ, tunc poterunt monachi instituere non solum quo ad regimen ecclesiæ, sed etiam quo ad curam populi, vt 17. q. 1. c. 1. & no. in d. §. in ecclesijs. & in clemen. frequens. ver. quidam. de exces. præla. nec ad Episcopū pertinebit tunc examinatio, & ita procedat quod tenet Ioan. And. in d. c. veniens. vbi hoc videtur sentire, quod videtur contradicere dicto Ioan. And. de quo ʒ. vt dicit hic Lapus, sed non contradicit ita reducendo ad concordiam secundum Inno. In glo. in ver. perpetui. in fi. tene menti hanc glo. & vide per glo. in c. si gratiosè. ʒ. de rescrip. eod. lib. Quādoque tamen possunt per inferiores a Papa beneficia concedi ad beneplacitum, vt in clem. quia regulares. de supplen. negligentia. & in d. cap. frequens. in ver. quidam. & idem ibi no. In glo. in ver. consuetudine. in prin. quod procedit, vt videtur velle hic Lapus, etiam si ad ipsos monachos pertineat institutio quo ad regimen, dummodo perpetuo instituant, quia talis consuetudo vel statutum non potest tribuere potestatem reuocandi institutionem factam per Episcopum, vt hic plenius per eum, & Domi. & ita vult Ioan. And. ʒ. in glo. 3. & sicut non valet statutum vel cōsuetudo præscripta, ita etiam non valeret sola præscriptio, quia auctorizabilis institutio est imprę scriptibilis, vt no. in d. c. non 4 satis. & ibi per Ioan. And. † In glo. in ver. per Episcopos. in fine. no. quod iura loquentia de Episcopo, vel de factis, vel fiendis per Episcopum, verificantur etiam si fiat per eius vicarium vel delegatum, quando sunt talia quæ cadunt in mandato, vt hic in glos. secundum Domi. In glos. fina. in fi. etiam si ex tali cul-b pa [b] incurratur peccatum mortale, secundum glos. 68. distin. sicut. & hoc, nisi talis culpa reiteretur, quia tunc posset propter eam remoueri, vt est tex. & glo. 81. distin. hoc vestræ. & 15. q. 8. hi qui. secundum Domi. intellige, si deuenit in notitiam populi, aliàs & pro graui culpa non debet quis remoueri, 30. q. 1. cap. vlti. & 50. dist. sacerdotes. & c. seq. & c. de his. secundum Archi. & Ioan. And. dicentes, quod cum hic de crimine agatur, solus Episcopus debet cognoscere, 16. q. 2. c. j. in fi. de quo in d. ca. cum 5 & plantare. & in c. quanto. ʒ. de offic. ordi. † Et ex his Lapus hic notabiliter tractat, per quem possit remoueri institutus in ecclesia parochiali subsistente causa rationabili, & concludit ꝙ regulariter talis non potest remoueri per inferiorem ab Episcopo, etiam si consuetudo vel statutū hoc disponat, vt est tex. hic, qui procedit, siue talis institutus sit monachus, siue clericus secularis, cum tex. hic indistinctè loquatur secundum Ioā. Andr. etiam si talis fuerit institutus ad præsentationem ipsius inferioris. vnde Abbas vel monachi institutum per episcopū ad ipsorū præsentationem remouere nō possunt, vt hic in tex. per quem probatˀ, quod tenuit Io. de Deo, lib. 1. q. 37. ſm Io. An. & siue talis fuerit institutus in ipsa ecclesia per episcopum ad curam populi, & per ipsum inferiorem ad regimen ecclesię. & sic Abbas vel monachi remouere non possunt institutū in ecclesia per ipsum abbatem, vel monachos quo ad regimen, & per epm̄ quo ad curam, ſm Io. An. & hoc operatˀ auctoritas episcopalis, & prærogatiua curæ populi, ſm Lap. Limita tamē prædicta, primo nisi in beneficijs, quæ cōferuntur per monachos ad beneplacitum, & habetˀ in d. cle. quia regulares, & in d. cle. frequens. §. quidam. quia tūc cum institutio facta per episcopū sit accessoria & sequatˀ naturam principalis, remota institutione per monachos expirat tūc commissio curæ, facit quod no. Inno. & Io. And. in d. c. veniens. in ver. examinandus. Scd̄ò limita, nisi inferior haberet hoc ex priuilegio, vt tenet gl. ʒ. in ver. cōsuetudine. Tertiò limita, nisi talis sit institutus per ipsum inferiorem non solū ad regimen, sed etiam ad curam populi, putà quando ecclesia pertinet ad eum pleno iure quo ad temporalia & spiritualia ex concessione Papæ, quia tunc poterit eū remouere, vt sentit Imo. ʒ. per no. in d. c. veniens. Si verò quæratur, an talis possit remouere per ipsum epm̄. & dic ꝙ sic, vt hic in tex. qui procedit, siue institutus sit monachus, vel clericus secularis, vt ʒ. & siue talis sit institutus per epm̄ ad præsentationem abbatis, vel monachorū, vt hic in tex. siue sit ab ipsis monachis institutus perpetuò ad regimen ecclesiæ, & per episcopum

ADDITIO

a Niso. Supe. Et dicitur perpetuum. Adde quid importat dictio, perpetuus. vide Raph. Fulg. consi. 157. inci. In causa. Benedicti Polastri in 5. col. Alex. de Imo. consi. 60. incip. Omisso multiloquio. in 1. vol.

b Vin. God. Nota, quod culpa maior est in faciendo, quam in omittendo, Goz. consi. 31. nu. 19.

pum quo ad curam, vt ṡ. per Ioan. And. quia inſtitutio Epiſcopalis perpetuat illum, quod nõ poteſt remoueri niſi per ipſum Epiſcopum, ſecundum Lapum. Item procedit, etiam ſi eccleſia ſit exempta, dummodo non ſit exempta quo ad curam, quia tunc ratione curæ ſubeſt Epiſcopo, vt in c. ex ore. circa finem. ṡ. de priuilegi. ſicut tunc ſubeſt eius rector, vt in ca. per exemptionem. j. de priuilegi. & ratione delicti poſſet puniri, & priuari ipſa eccleſia, & eius cura tanquam eius ſubditus, p no. in c. 1. j. de priuilegijs, ſecundum Lap. de quo in d. c. veniens. & in d. c. per exemptionem.

De iure patronatus. *Rub.*

S V M M A R I V M.

1. *Ius patronatus poteſt competere etiam laico, idque ex gratia fuit conceſſum.*
2. *Conſenſus Epiſcopi non requiritur in conceſſione iuris patronatus laici, quãdo fit eccleſiæ, & nu. 4.*
3. *Ius patronatus non poteſt per ſeipſum vendi.*
5. *Iura antiqua patronatus qualiter probentur.*

C A P. I.

SI laicus. Primo ponitur dictum. Secundo modificatio ibi, per præfatã. Tertio ibi, verum, ponitur aliud dictũ, quod poſtmodum ampliat ibi, & omnino, & hoc dicit. Valet donatio iuris patronatus facta per laicũ loco religioſo, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, cui tamen non præiudicatur. hoc dicit. 1 † Nota primo, ius patronatus poſſe cõpetere ipſi laico, quod ex gratia fuit conceſſum, vt in c. 3. ṡ. eodem, põt etiam competere vniuerſitati vel collegio, vt in c. illud. ṡ. eod. & c. ea noſcitur. ṡ. de his quæ fiunt a prælato. & tunc corpus vniuerſitatis & non ſinguli ſunt patroni, 12. q. 2. qui manumittitur. ſecundum Archidiac. ponentem hic primo, quid ſit ius patronatus. de quo per Ioan. And. & Docto. in rub. ṡ. eod. Secundo ex quibus cauſis acquiritur, de quo in c. cum ſecundum. ṡ. eodem. Tertio an [a] tranſeat ad hæredes, & ſit apud quemlibet inſolidum, de quo in c. 1. ṡ. eod. & in clem. 2. j. eod. Secundo nota ibi, conferendum. quod cum iſte tex. generaliter loquatur, habebit locum non ſolum in donatione vel conceſſione gratuita, ſed etiam in permutatione, & ita voluit Fede. in ſuo conſi. 228. in prin. de quo tamen per glo. & Docto. in d. c. illud. & in c. quoniam. ṡ. eod. & per glo. in c. nemini. 16. q. vlti. habebit etiam locum iſte tex. in conceſſione, quæ fieret titu. legati in teſtamento, vel codicillis, ſecundum Ioan. And. in c. cum ſecundum ṡ. eod. de quo plene per Fede. in ſuo 2 conſi. 219. † Vltimo no. quod in conceſſione iuris patronatus fienda per laicum loco religioſo nõ requiritur conſenſus Epiſcopi, & ſic a contrario ſenſu infertur, quod conſenſus Epiſcopi requiratur, ſi conceſſio fiat laico, vel etiam clerico iure proprio vel patrimoniali, ſecundum Archid. hic, & Ioan. And. in c. illud. in vlti. glo. quia non eſt recedendum a iure antiquo, niſi quatenus reperitur expreſſum, ſecundum Imo. & Domi. & vide quod no. in c. ex inſinuatione. ṡ. eod. licet ergo ius patronatus ſit ſpiritualiter annexum, vt in c. quanto. ṡ. de iud. tamen poteſt donari ſingulariter, & de per ſe, vt hic, & d. cap. illud. etiam ſine aliqua vniuerſitate, vel plene, puta ſine caſtro, villa, & fundo, & ita determinat Rota per hunc tex. in deciſio. 404. quæ incipit, Item fuit dubitatum, intelligendo de conceſſione facta loco religioſo, vel clerico pro eccleſia, ſecus ſi laico vel clerico nomine proprio, quia tunc de per ſe donari non poſſet ſine conſenſu Epiſcopi, vt per glo. in d. cap. ex inſinuatione, & in d. 3 c. illud. & ibi per Doc. & per Innoc. in d. c. cum ſm. in fi. † Vendi [b] autem non poteſt ius patronatus de per ſe, ſed bene cum vniuerſitate, vt in c. ex literis. & c. de iure. ṡ. eod. & etiam ſi fieret venditio eccleſiæ de conſenſu Epiſcopi, quia eſt ſimonia, vt in c. de iure, & eſt de mente Rotæ in d. deciſi. & Ioan. And. hic. Quid autem ſi venditur vniuerſitas, cum qua tranſiret ius patronatus, & in tali venditione exprimatur ius patronatus, an tunc tranſeat ipſum ius patronatus, hic pleniſſime per Ioã. An. arguentem pro & contra, & refert pro parte affirmatiua fuiſſe ſententiatum, tamen conſuluit, vt nunquam fiat expreſſio in venditione, per quam dici poſſit illud expreſſe venditum, ſed in fi. inſtrumenti fateatur venditor ſe deſijſſe eſſe patronum, & ſe omne poſſeſſionis commodum & animum depoſuiſſe. Quare Domi. hic referendo Io. Cal. hic, dicit ſic poſſe concludi, quod ſi expreſſio fiat declaratiuè, vt vendo uillam cum omnibus iuribus ſuis, videlicet iuriſdictione iure patronatus &c. Et tunc tranſit, quia talis declaratio nõ inducit nouam vel ſingularem venditionem, facit l. hæredes palam. ff. de teſtamẽtis. Si verò fiat expreſſio non declaratiue, ſed coniunctiue, licet non fuerit neceſſaria, tamen non tranſiret ius patronatus, per no. hic per Ioan. And. Sed imo etiam ſi continuatiue exprimatur, tamen eo modo quo tacite ineſt, ita quod appareat, quod non veniat æque principaliter, ſed acceſſorie, vt ſi vendatur caſtrum cum iure patronatus, eſſet videndum an dictio cum, faciat venire æque principaliter, vel acceſſorie. & vide no. in ca. querelam. ṡ. de ſimo. & tunc tranſeat cum acceſſorie veniat, & ſub vniuerſitate, vt l. ſi cui. & l. quæſitum. §. penul. de fundo inſtructo. ſecus autem ſi æſtimatur taliter, quod appareat q̃ æque principaliter veniat, vt ſi vendatur caſtrum, & ius patronatus, 4 vt no. in d. l. ſi cui. & in l. 3. de leg. 1. † In gl. in ver. eidem. in prin. no. iuncto tex. ius patronatus poſſe donari vel remitti eccleſiæ, cuius quis eſt patronus, ſic ṡ. de teſtibus. ſignificauit, & tũc eccleſia erit patrona ſui ipſius, ſecundum gloſ. ſed certe extinguitur tunc ius patronatus, & efficitur libera, quia ius patronatus eſt quædam ſeruitus, vt tenet Innocen. in rub. ṡ. eodem tit. quæ extinguitur, cum prouenit ad eccleſiam, cum res ſua nemini ſeruiat, ff. de ſerui. ruſtico. prædi. l. ſi quis ædes. ſecundum Pe. de Anch. Et ſic põt non ſolum a prin. ius patronatus remitti in totũ, quia tempore fundationis vel donationis paciſci poteſt, vt nihil iuris retineat patronus, vt in d. c. ſignificauit, ſed &t ex poſt facto, vt eſt tex. hic, quando iuri patronatus in totum renunciatur, alias ſi ſolum renunciaretur iuri defendendi eccleſiam, retento iure patronatus, tunc talis renunciatio cum ſit in damnum eccleſiæ, non valeret, & ita procedat quod not. in c. conſiderandum. 16. q. 7. ſecundum Archid. & Ioan. And. tenentes per hunc tex. in d. cap. ſignificauit, patronum poſſe renunciare iuri patronatus, etiam in præiudicium legitimorum hæredum, quicquid notetur 16. q. 1. conſtitutum. in fi. & ita reſidet hic Domi. quod intelligit Pe. de Ancha. in iure patronatus deſcendente ab ipſo renunciante, ſed in eo, quod deſcendit a genere, & tranſit ordine ſucceſſiue de vno in alterum, non videtur quod prior in gradu poſſit ſequentibus præiudicare, vt l. peto. §. fratre. de lega. 2. & per Barto. in l. 1. ff. de interdic. & relega. & l. diui fratres. ff. de iure patrona. quod tu intellige primo, quando conſuetudo eſſet, quod primogenitus tantum ſuccederet, quia tunc illi non poſſet præiudicari, vt patet ex notatis per Ioan. And. in c. licet. ṡ. de voto. & in d. c. ex inſinuatione. Secundo intellige, quando pater expreſſe acquiſiuiſſet ius patronatus pro ſe & deſcendentibus ſuis, quia tunc filij vel deſcendentes haberent ius patronatus, etiam ſi non ſunt hæredes, vt dixit in ſimili Bal. in auth. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtamẽ. Tertio intellige, quando pater tempore fundationis vel dotationis pactus eſt, vt non tranſiret ad hæredes extraneos, ſecundum Bald. in l. 3. de in ius vocan. alias vero cum ius patronatus non tranſeat ad filios, niſi ſint hæredes, ſecundum gl. in clem. 2. j. eod. & Innocen. in rubri. ṡ. eod. & Ioan. Andr. in d. cap. cum ſecundum, licet glo. tenuerit contrarium & male, 16. q. 1. conſtitutum. & q. 7. filijs. tunc indiſtincte pater poſſet renunciare in præiudicium legitimorum ſeu filiorum, prout voluit Io. And. ṡ. facit quod no. in c. 2. ṡ. de pac. co. lib. & per Bald. in l. pactum. C. de colla. Si enim non ſunt hæredes, ad eos non trãſit, ſi ſunt hæredes, non poſſunt venire contra factum defuncti, C. de rei vendi. l. cum a matre. Et in iure [c] patronatus in feudo vel emphyteuſi, an delictum patris noceat filiis, per gl. 18. q. vlti. filijs. & per Dyn. in regula, non debet. j. eod. lib. & per Bald. in ca. 1. ſi vaſalus feudo priuetur. & in l. 2. C. de libertis & eorum liberis. & per Barto. in d. l. 1. In ead. glo. in fi. no. quod extincto iure patronatus, Epiſcopus habet prouidere, ac ſi eccleſia ſit libera, & ſine patrono, facit glo. in c. quibuſdam. hic allega. & quod no. Archi. 18. q. 4. frater. Quid autem ſi ius patronatus donatur Epiſcopo, quis tunc præſentabit. Ioan. And. in cap. ſignificaſti. cõcordando opinionem diſtinguendo concludit, quod aut donans

A D D I T I O N E S.

a Nic. Sup. An tranſeat ad hæredes. Adde gl in c. conſtitutum. 16. q. 2. gl. in c. filij ſunt nepotibus. 11. q. 8. Abb in diſpu inci Augeño. in 5. col. Pe. de Anch. conſ. 79. inci. Prima facie videtur dicendum.

b Nico. Supe. Vendi autem non poteſt Adde Cardi. Zaba in rub de iure patro. in 2. q. Bal. in c. quanto. in 2 colum. de iud. Pau. de Eleaza. in diſpu. inci. Patronus eccleſiæ ſancti Martini.

Vinc. God Adde, quod ius patronatus relictum hæredibus maſculis, ſi alienetur per primum hæredem præiudicatur cæteris. Ruyn. conſilio 168. numero 11. libro 5.

c Nic Sup. In iure patronatus in feudo. Adde Bar. in l. ſi. C de lib. cauſa. Bal. in c. 1. quę fu. cauſa bene. amit. in vſibus feud. Bal. in c. 1. ſi de inueſti. fa. lis inter dominum & vaſ. in vſibus feudorum. Anto. de Bu. in c. ſi. de dona.

nans habebat compatronum, tunc Episcopus vna cum compatrono præsentabit rectorem, & postea Episcopus præsentatum instituet. Sed si non habebat compatronum, & tunc sine aliqua præsentatione instituet, & ita residet hic Lapus, & Do. In glo. in ver. derogari. in fi. dic vt ibi no. & teneas, quod si agitur solum de translatione iuris patronatus, consensu Episcopi illi donationi in nullo lædet ius Episcopale, secundum Io. An. dicentem, quod si in donatione iuris patronatus apponatur, quod donatarius teneatur præsentare ad voluntatem alterius etiam Episcopi, tale pactum non valet, & vitiat, & non vitiatur, per no. in c. a. s. de conces. præben. vt hic plene per eum. facit tex. in d. c. ex insinuatione. vbi præsentatio, quæ fit per patronum, de-
5 bet esse libera, vt ibi dicitur. † Extra glo. vide hic per Arch. qualiter probentur antiqua iura patronatus, dicentem difficulter probari, cum non sufficiat probatio continuæ possessionis xl. annorum, & vltra, ex quo certis modis acquiritur, de quibus per Docto. s. eod. in rub. & diuersa sunt, esse patronum, cum respiciat petitorium, & esse in possessione, cum respiciat possessorium. Prodest tamen possessio quo ad actum præsentationis, cum debeat fieri ab eo, qui est in possessione, vt in c. consultis. s. eod. & in c. querelam. s. de electio. secundum Ioan. Andr. de quo per Archid. 16. quæst. vlti. si plures. super glo. Prodest etiam possessio ad præsumendum eum esse patronum, cum ex multitudine actuum cum longissimo temporis cursu præsumatur veritas, vt nota. in l. si filius. C. de petitio. hæredita. & in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris, secundum Baldum hic, de quo in dicto capitu. veniens. & quod est dictum supra, in capitu. 2. de institu. eodem lib.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus debet actualiter præsentare intra tempus quadrimestre, nec sufficit quod ligat intra dictum tempus.*
2 *Patroni laici & ecclesiastici quantum tempus habeant ad præsentandum.*
3 *Iuspatronatus laici deuolutum ad clericum dicitur ecclesiasticum, & non laicale.*
4 *Priuilegiatus succedens non priuilegiato an vtatur priuilegio.*
5 *Ius cedentis quando est certum, an se extendat ad aliam speciem, ad quam nolebat cessionarius extendi.*
6 *Obstans cedenti an obstet cessionario.*
7 *Cessionarius si agat ex iure cesso sibi ab excommunicato, vel bannito, an sibi obstet exceptio excommunicationis, vel banni.*
8 *Ius patronatus laici, & iuspatronatus clerici, qualiter & in quibus differant.*

Verum. Ad præsentandum laicus habet quatuor menses, ecclesia vero habet semestre, licet a laico re
1 acquisiuerit ius patronatus. hoc dicit. † No. primo ibi, ad præsentandum. argum. quod non sufficit, quod intra istud tempus patronus eligat, nisi actualiter præsentet, secundum Ioan. And. & idem tenuit in cap. fin. s. eod. & in c. 1. s. de præben. eo. lib. & ibi per Archid. & facit tex. in c. nobis. s. eod. & glo. in versi. præsentari. in clemen. dudum. j. de sepulturis. vbi Pau. idem tenet, & idem Rota in decisio. iii. quæ incip. Item non sufficit, dicēs, quod non sufficit patronis, quod eligant vel nominent præsentandum ad beneficium patronatum, vel literas præsentationis dent, vel tradant etiam præsentato, nisi intra tempus debitū actualiter præsentent personam per eos electam, seu literę præsentationis præsententur superiori realiter, ad quem spectat institutio. Si tamen patronus in absentia superioris eligit, & præsentat presbiterum, & de hoc conficit instrumentū, sufficit si intra tempus talis presbiter pręsentat tale instrumentum corā superiore & in absentia patroni petat se institui, & ita uult Rota s. & ita etiam notabiliter determinat Lapus in sua allegatione 75. cum talis pręsentatio possit fieri per literas patroni, & sic absente patrono secundum glo. in ca. ea noscitur. s. de his quæ fiunt a prælato. & in clemen. 1. in versic. literarum. de exces. prælа. † Secundo nota, quantum [a] tempus habeant patroni laici
2 vel clerici ratione ecclesiæ ad præsentandum, & sic etiam vltimus dies istius temporis includitur in hac dilatione, quod facit, vt patrono sufficiat præsentare etiam vltima die. & ita tenuit Io. And. in c. cum vos. s. de offic. ordi. & Domi. hic, & facit gl. fina. in c. si electio. s. de electione. eod. lib. & in cap. frequens. in verbo, proponitur. s. de restitu. spolia. eo. lib. licet Pau. tenuerit cōtrarium in clemen. a. circa fi. j. eodem. Et incipit currere illud tempus a die vacationis & notitię secundum Ioan. And. in ca. fin. s. eod. & in cap. 2. s. de supplenda negligentia, & per Rotam
3 in decisio. 263. † Vltimo no. quod ius patronatus translatum de laico in clericum dicitur ecclesiasticum & non laicale, & sic priuilegiatus succedens in re non priuilegiata vtitur priuilegio quo ad illam rem, quod facit, quod si patronus laicus sit negligens in præsentando intra quadrimestre, & sic potestas deuoluitur ad superiorē, quod superior habebit semestre, & ita refert hic Ioan. And. fuisse disputando terminatum, & dicit idē esse in casu c. statutum. s. de præbendis. eod. lib. Scilicet, vt inferior, ad quem potestas reuertitur, habeat tempus ordinarium, & non mensem tantum, & facit quod no. in regula, contra eū. j. eo. lib. & pro illa decisione allegat plures rationes, postea in contrarium alleg. plures rationes, quæ non habent obstare, vt patet ex notatis hic in glo. penul. quasi velit, quod ista procedant in his, quæ sunt realia, sed hic loquitur in mere personalibus, quę mutantur mutata persona, secundum Do. & dicit hic Do. quod decisio supradicti dubij dependet a decisio. alterius dubij, quod est, an superior, ad quem ex negligētia patroni deuoluitur potestas, an debeat prouidere vnico actu per viam collationis, vel per diuersos, de quo per Ioan. And. in cap. ne pro defectu. s. de ele. & tenendo quod per diuersos actus habeat prouidere, scilicet primo præsentando, & postea confirmando, & tunc procedit dubitatio supradicta, super qua credit, quod habeat sex mēses, scilicet ad præsentandum, & poterit præsentare in fi. semestris, & postea habeat sex menses ad confirmandum, & poterit in fi. secundi semestris confirmare, & sic poterit per annum tenere beneficium vacans. Sed tenendo, quod debeat prouidere vnico actu, scilicet per viam collationis, quod tutius est tenere, vt non duret ecclesiarum vacatio, prout videtur probari in c. 2. in fi. s. de sup. negligentia præla. exponendo verbum, ordinare, de quo ibi pro totali prouisione, & tunc quæstio esset clara, quia haberet semestre tantum, per capitulum secundum. s. de conces. præben. In gl. in ver. quadrimestre. in fi. hoc erat expressum in d. c. 2. de supplen. negli. prælato. & in cap. cum propter. s. eo. &c. In glo. in verbo, semestre. ibi, contra regulam, & econtra iura dicentia, quod si priuilegiatus succedit priuato, retinet iura priuati, vt l. si is qui Romæ. & l. hæres absens. ff. de iudi. sed de hoc dic, vt no. in dictis iuribus, & in dicta regula, quia cum loquitur in iure personali, quod cum persona mutat, vt s. sicut etiam dicitur in pręscriptione, in qua an priuilegia-
4 tus succedens † non priuilegiato vtatur priuilegio, hic per Io. And. & Pe. de Ancha. de quo plenius per glo. Barto. & Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. super quo potest sic concludi, quod adhuc præscriptio non est inchoata contra priuilegiatum tempore successionis, sed est inchoanda, & tunc vtetur priuilegiatus suo iure etiam priuilegiato, vt est tex. hic, & ita tenuit Bal. in quadam sua disputatione, quæ incipit, statuto huius ciuitatis, prout refert hic Pet. de Ancha. aut præscriptio erat inchoata & perfecta in persona prædecessoris, & propter ipsum erat translatum ius in personam successoris, vt est patronus laicus, si non præsentauit intra tēpus, propter quod deuoluitur ius pręsentandi ad superiorem, & tunc successor priuilegiatus suo iure vtetur, & eius persona considerabitur, vt est dictum s. in tex. Si vero pręscriptio fuit inchoata, sed nō completa tempore successionis, & tunc aut succedens erat taliter priuilegiatus, quod pręscriptio in totum impeditur, vel ad tempus incertum, & tunc non vtetur priuilegio suo, l. si fundū. ff. de fundo dotali, & ita tenuit Ioan And. hic referendo Cy. in d. authen. quas actiones, vbi hoc tenuit, & post eum Barto. & Bal. aut erat priuilegiatus taliter, quod ad tempus certum retardetur, & tunc vtetur suo priuilegio, vt l. sicut. circa medium. C. de pręscrip. xxx. anno. secundum Cyn. ibi, vt refert Io. And. hic, ad hoc l. ea quę. C. de tempo. in integ. resti. secundum Bar. in d. auth. quas actio. aut erat priuilegiatus tali priuilegio, per quod non impediebatur præscriptio, tunc locum habet authē. quod si quis. C. de præscrip. xxx. anno. vt idem iuris sit de parte temporis quo ad partem, quod est de toto quo ad totum, vt tenet Cyn. in d. authen. quas actio. vt refert Ioan. Andr. hic, qui ex hoc videtur velle, quod ab eo tempore, quo successit, locus sit priuilegio, & eo vti possit, & ita tenuit Barto. Brix. in dominicali 22. dicens, quod si Titius rem Seij cum titulo & bona fide possedit spatio quinque annorum, deinde moritur Seius ecclesia herede instituta, tunc ad complendam pręscriptionem non sufficiunt quinque anni, sed requiruntur xxxv. anni secundum eum ibi, vt refert Ioan. Andr. hic. Et hęc quando per successionem

ADDITIO.

a Nic. Supe. Quantum tempus. Adde Docto. in c. cum te. de iure patr. Abb. in c. ex literis, de iure patro.
Vin. God. Adde, quot modis ius patronatus acquiri possit per laicum, Alexan. consi. 74. nu. 21. in causa Domini Anto. de Paris. lib. 4. & quod ius patronatus probatur per literas scriptas in marmore, quod talis construxit talem cappellam Dec. consi. 114. & quod tale ius non possit vendi, specialiter scribit Fely. in c. causam. col. 5. de præscrip.

cessionem fit translatio totalis iuris, alias vero si nō fiat, vt est, si fœnerator, qui post quinquennium ex forma statuti audiri non debet, etiam super sorte ante elapsum quinquennium sua iura cedat alteri non fœneratori, & tunc cessionarius elapso quinquennio excluditur, per d. l. si fundum, vt tenuit Bal. in d. disputatione, prout refert Pe. de Anch. hic. Et prædicta procedunt in successiuis in tempore. In momentaneis vero, vt est contrahere, non vtetur succedens suo priuilegio, vt l. Emilius. ff. de min. & l. quæ a patre. C. de testamen. mili. secundum Bal. hic. In ead. glo. ibi, circa prin. vbi idem de emente villam a patrono excōmunicato, quia statim præsentare poterit. & pro hoc facit cautela, quam ipse posuit in d. §. in fi. & in ti. de teste. §. i. versic. sed pone, in vlti. colum. & quod no. per Io. And. in c. insuper. ẽ. de

5 testi. secundum eū hic. † In ea. gl. in fi. dicas quod defectus & vitium inerat ipsi rei, nam cum ius cedentis esset certum, se non extendebat ad aliam speciem, ad quam cessionarius ipse extēdere volebat, sed in q. glo. vitium erat personale, & sic non trāsit ad successorem, vt dicit glo. hic, pro qua facit, quod no. in l. Pap. ff. de mino. & in l. fina. C. de iure dotium. & ff. de euic. l. in creditore. & quod no. ẽ. de offic. deleg. super quæstione. in fi. ȝ. glo. Sed Dyn. in d. regula, is qui, quod exceptio excommunicationis obstat singulari successori, quādo cessionarius agit ex titulo lucratiuo, vel quasi, secus si ex non lucratiuo, vel quasi, ꝑ l. apud Celsum. §. sed cum legitima. ff. de exceptio. doli. & eodē modo distinguit Specu. in bannito in ti. de cessio. act. §. j. versi. Idem esset. tener, quod si bannum sit tale, ex quo publicentur bona, tunc cessio non valet, quia actiones competunt fisco, & contra fiscum, alias subdistinguit, quia si ex causa lucratiua, & obstat exceptio, secus si ex onerosa, aliquibus tamen videtur contrarium, quasi videatur contractus magis illicitus in excōmunicato, quando lucrum percipit quàm quando non, ꝑ no. in c. veritatis. ẽ. de dolo & contu. & per Arch. in c. pia. ẽ. de excep. eod. lib. secundum Ioan. And. referentem hic opi. quorundam Docto. vt hic per eum, & finaliter concludit tenendum esse indistincte cum glos. hic, quando vitium est reale, siue

6 per quo arti. an illud, quod † obstat cedenti obstet cessionario, potest sic concludi quod aliquando vitium est reale, puta quādo res furtiua possidetur a fure, & tunc transit ad vniuersalem & singularem successorem, & eidem obstat, vt Insti. de vsuca. §. furtiuę. secundum Ioan. And. aliquando vitium non est in re, sed tangit personam & actionem, vt est quando dolus interuenit in contractu facto cum illo, cum quo erat alias contracturus, secundum Ioan. And. imo & tunc vitium est in concesso, cum sit quæsitum dolo, idem si metu, secundum Bald. hic, & tunc si cessionarius agat ex tali iure cesso, repellendus est cum agat ex iure in facto, vt no. in d. l. apud Celsum. §. sed cum legitima, secundum Bal. hic, quod verum videtur, quando cessio est facta ex causa lucratiua, vel quasi, secus si ex onerosa, vt no. in d. §. sed cum legitima. & §. de auctons. & §. si quis autem, & ita posset procedere opi. distinguentium in rem communem lucratiuam & onerosam. Si vero vitium tangit personam tantum, vt est excommunicatio vel bannum, & tunc tale vitium non transit in successorem, vt tenet glo. oo. hic etiam vniuersalem, facit ff. de excep. l. exceptiones quæ personæ, quia talis exceptio excommunicationis vel banni respicit personam & nō diffinit actionem, vel litem, facit l. Pau. ff. de acqui. hęred. in fi. & l. libertus. §. patri. ff. ad municipales. vnde non poterit cessionario opponi, quod sit repellendus, quia cedens non habeat ꝑsonam legitimam stādi in iudicio. Nam non stat ipse, sed cessionarius secundum Ioan. Andr. quod procedit non solum si cessio fiat ex causa necessaria, vt etiam tenet hic Ioan. An. sed etiam si fiat ex causa voluntaria, tamen onerosa, vt tenuit Bar. in d. §. sed cum legitima. & in l. doli. ff. de noua. & Bald. in l. qui stipendia. C. de procu. & in l. per diuersas. C. mandati. sed etiā si fieret ex causa voluntaria & lucratiua, vt tenuit Ioan. Andr. per rationes prædictas, & ita videtur tenere hic ipse Bal. referendo dictum ipsius Ioan. And. & ita tenendum videtur, licet Dyn. in dicta regula, is qui, & Barto. in d. §. sed cum legitima. & in d. l. doli. & Bald. in d. l. qui stipendia, & in d. l. per diuersas, & Pe. de Anch. hic aliud voluerunt, & forte non bene per ratio-

7 nes prædictas, † & sic sit conclusio, quod cessionario agente ex iure cesso ab excommunicato, vel bannito indistincte non obstet exceptio excommunicationis, vel banni, quod tamen limita primo, nisi bona banniti essent publicata, quia tunc cedere non potest, & sic obstaret exceptio, vt voluit Specu. in d. §. j. ver. idem esset & Ioan. And. hic, & Bald. in d. l. per diuersas. Secundo limita, quando cessionarius ageret directa actione nomine ipsius cedentis, quod potest, vt l. plane. ff. fami. ercis. quia obstaret exceptio, etiam si cessio sit facta causa onerosa, vt videtur velle Ioan. And. hic, & Bal. in d. l. per diuersas. Barto. tamen in l. si constante. ff. solu. matri. circa princip. in 10. quæsito, videtur velle, quod tunc non obstet exceptio, si cessio est facta ex causa necessaria, vel onerosa, ad hoc l. seruum quoque. §. fi. cum l. seq. ff. de procu. de quo ibi per eum, & Docto. Tertio limita, quando actus gestus cum excommunicato, non valeret, puta si excommunicatus contulit beneficium vel elegit, quia tunc cessionario agenti ex tali iure obstaret exceptio, quia tūc exceptio excommunicationis nō solum elidit actionem, sed etiam annullat, quia ibi opponitur peremptorie, vt videt velle Ioan. And hic, & per Bal. in d. l. qui stipendia. Quarto limita, quando ipsi cedenti ex forma statuti esset interdicta actio, seu elisa, vt voluit Bart. in d. l. per diuersas. & l. qui stipendia. Quinto limita, quādo res, ad quam agitur ex iure cesso, reditura esset ad cedentem, quia tunc obstaret exceptio, ar. l. apud Iulia. §. sed & si mulier. & §. apud Iulia. de excep. doli. vt videtur velle Bar. in d. l. doli. & Ioan. And. hic. Quid autem econtra, an priuilegium competens cēdenti, prosit etiam cessionario, vide oo. in l. si venditor. ff. de iudi. & in d. l. per diuersas. & per Ioan. An. ad addi. Spec. in ti. de cessi. actionis. §. j. & quod no. in l. j. C. vbi

8 in rē actio. † In glo. fin. in princi. No. 4. differentias inter patronum laicum & clericum, quia patronus clericus præsentan-

a do [a] indignum perdit ius præsentandi pro illa vice, secus in laico, vt no. in c. cum vos. hic alleg. Secundo, quia legatus potest

b conferre beneficia patronata [b] clericorum, sed non [c] laicorū.

c Tertio, quia clerici variare non possunt in præsentando, secus in laicis, vt hic in glos. Quarto differunt in tempore, vt hic in tex. In ead. glo. in fi. tene menti singu. hanc glos. & idem tenet Archid. per l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. & quia magis dignum attrahit ad se minus dignum, vt de consecra. eccle. c. ad in dubijs. & l. quæ religiosis. ff. de rei ven. secundum Io. And. referentem fuisse determinatum, quod si ius patronatus sit cōmune inter laicum & ecclesiam, non potest præscribi contra laicum minori tempore, quam contra ecclesiam, per l. si cōmunem. hic alleg. & per l. si stillicidij. §. fina. cum l. seq. ff. quemad. seru. amit. quod procedit in præscribente ius commune laici, & ecclesiæ, secus si præscribat diuisim ius laici stante iure ecclesiæ, vt in l. nam satis. ff. quemad. serui. amit. & in l. si duo patroni. ff. de iureiuran. secundum Ioan. And. quod procedit etiā in clerico habente ratione patrimonij ius patronatus commune cum ecclesia, quia clericus habens præsentate iure ꝓprio, & sic ratione patrimonij habetur pro laico, vt est tex. no. in c. cum dilectus. ẽ. eod. glo. in d. clem. 2. in fi. licet videretur quod bona clericorum gauderent eodem priuilegio cum bonis ecclesiæ, vt in cap. fina. & ibi per glo. ẽ. de vita & honesta. sed dic, quod fallit in præscriptionibus, in quibus bona clericorū non gaudent eodem priuilegio cum bonis ecclesiæ, sed præscribit contra bona clericorum, sicut præscriberetur contra laicum, & ita voluit glo. sing. in c. possessiones. 16. q. 4. Secundo per rationem glo. no. hic Fede. in suo consi. 62. tenuit, quod si ius pa-

d tronatus sit commune [d] inter laicum & ecclesiam, quod legatus de latere talem ecclesiam conferre non possit, vt sic ecclesia gaudeat priuilegio laici, de quo in d. ca. cum dilectos. ratione communionis, vt dicit glo. hic. Intellige laico contradicente, secus si eo consentiente, dato quod prælatus ecclesiæ patronus contradiceret, quia tunc legatus poterit conferre, arg. ca. dilectus. ẽ. de offic. leg. vt tenet do. Nico. in c. fin. ẽ. eod. & Do. Lap. & Per. de Anch. hic dicentes fuisse disputādo conclusum, quod si laicus & ecclesia simul patroni pręsentent indignum, tunc clericus erit priuatus iure suo, & non laicus per not. per Ioan. And. in reg. cui licet. j. eod. lib. & quia ius patronatus quo ad admissionem & translationem est indiuiduum, vt patet in

d. l. si

ADDITIONES.

a Nico. Supe. Præsentando indignum. Adde glo. & Doct. in c. cum nobis. de off. ordi. Inn. in c. proposuit. de fi. presby. Host. in c. cum Bertoldus. de re iudic. Pau. de Elea. in cle. 2. de iure patro.

b Nico. Supe. Patronata clericorum. Adde Abba. in ca. dilectus. in 2. no. de iure patrona. Barba. in capit. dilectus. de offic. lega. in 6. colum. versic. & ideo si legatus. Sed quid si clericus, & laicus sunt simul patroni, an tunc legatus possit conferre, vide per Abba. in cap. fina. in vlti. colum. de iure patrona. & est tex. in d. c. dilectus. de iure pa. Fede. de Senis consi. 63. Barba. consi. 36. in 9. colum. in 2. vol.

c Nico. Super. Sed non laicorum. Adde glo. in cap. dilectus. de iure patrona. glo. in clem. per literas. de praeben. & ibi Docto. Archidia. in capitulo, hortamur 71. distin.

d Nico. Supe. Commune inter laicum & ecclesiam. Adde tex. in capit. dilectus. de iure patrona. Abba. in cap. fin. eod. tit. in vlti. colum. eod. tit. Barba. consilio 36. in 9. colum. 2. vol.

d.l.si duo.& hic in tex. & in d.c.ex insinuatione. ꝭ. eod. dubiũ tamen facit ratio communionis per d.l.si communem.& ꝑ ea quæ dicuntur ꝭ. in proxima q. vt sic ecclesia deberet gaudere priuilegio laici, sicut ecõtra ratione communionis laicus gaudet priuilegio ecclesię, ut dicit glos.hic cum contrariorum eadem sit disciplina,32.dis.hospitiolum.cogita.

De censibus. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Ciuitatis appellatione an contineatur diœcesis, vel econtra.*
2 *Fieri quod commode non potest in vno loco, potest fieri in alio.*

CAP. I.

ROmana. Archiepiscopus volẽs visitare, prius debet visitare ecclesiã, ciuitatem,& diœcesim propriam, clericos & laicos eorundem. hoc dicit, vsque ad §.de iure. Et no.ibi, cum prius ordinem, qui debet seruari ab Archiepiscopo in visitando, & si talis ordo omitteretur, cum sit substantialis redderet processum nullũ, si non seruent, secundum Ioan.Mon.& Ioan.And. per l. prolatam. C.de sen. de quo ibi plene no.non substantialiter, licet a iure debito si non seruetur, valeret processus, posset tamen appellari, vt l.1.C.de appel.omissio tamen leuis ordinis, seu solẽnitatis non vitiaret nec posset appellari, l.3. ff.de ventre inspi. secundum Bal.hic.†In tex.ibi, diœcesim, no.quod etiam quando diœcesis [a] vel ciuitas profertur a iure, tamen appellatione vnius non veniret altera, nisi hoc a iure exprimatur, quod videtur esse contra id quod no.glo.2.in c.1.ꝭ. de rerum permu. eod.lib.de quo vide ibi no. Tertio no.ibi, minorum. quod etiã minores ecclesiæ curam non habentes sunt visitandæ,& facit tex.ꝭ.in §.sane.ibi, pia loca.& per Archid.10.q.1.Episcopum, secundum Ioan.And.dicentem, quod inquiritur de vita & conuersatione rectoris, vt d.§. sane. & quomodo ecclesiã & ipsius iura gubernet, vt hic per eum,& an tunc debeatur procuratio a dictis capellanis, & an habeat locum præscriptio, vide per Lap.in sua alleg.30. Quarto no.ibi, populorum, quod visitatio fienda est etiam de populo,& laicis, quod intellige quo ad crimina ecclesiastica, vt super matrimonijs,& alijs ad ecclesiã ꝑtinentibus, secus in alijs secundum Ioan.And.intellige, quando scilicet, velles inquirere ad finem pœnæ imponendæ, vt ꝭ. in §.notoria. secus si ad pœnitentiã, quia datur crimine & posset, vt no.in c.quoni.c.nos.ꝭ.de purg.cano.& 10.q.1.placuit. secundum Imo.& Domi.†Vltimo no.quod si illud, quod debet fieri in certo loco, sicut est quando collegium debet visitari, si ibi commode fieri non potest, poterit in alio loco fieri, vbi cõmode potest, secundum Ioan.And.dicentem locum visitationis non esse de substantia, sicut nec locus electionis, de quo in c.bonæ.el 1.ꝭ.de elec.& in c.antepen.ꝭ.de offi.deleg. eodem lib. vbi no.de loco, in quo mandatur inquisitio fieri. In glo.a. ibi. Episcopum. ibi loquitur in Episcopo, tamen in Archiepiscopo locum habet, cum non sit ratio diuersitatis in ipso, & cum & ipse Episcopus sit, secundum Io.And. quod no. In glo. in ver.plene.in princip.vide in proœ.decre.in vlti.glo. In ea. glo.in fi.idem Ioan.And.& Archid.In glo.in ver. accedere. in vlti.glo. In ead glo.in fi.idem Ioan.And.& Archi. In gl. in ver. accedere.in fi.vnde si ad cameram ad aulam suam vellet suum & alterius capitulum conuocare, vt visitet, non posset, secundum Ioan.And.& no.hanc glo.ad visitationem collegij Sabinensis, quam Episcopus Bononiensis facit in singulis annis, secundum Domi. In glos.in ver.laicos.in fine, dic quod de iure laici tenentur, vt 10. quæstio. 3. cauendum. secundum Archidia.& Ioan.And.sed de consuetudine laici non soluunt, vt hic per Domini.

ADDITIO.

a Vinc. God Diœcesis appellatione an veniat ciuitas, vel econtra, Alex. in l. a. de ver. sig. Fely in c.Rodulphus.col.5.de præscrip.

SVMMARIVM.

1 *Ordo qualis est seruandus in visitatione.*
2 *Monasteria & alia loca non comprehenduntur appellatione ecclesiarum.*
3 *Archiepiscopus & Episcopus si simul concurrant in visitando, an debeant ambo admitti.*

Deinde. †No. primo ordinem seruandum in visitatione, qui tamen non est de substantia, si incõmoditas vel difficultas adesset, secundũ Io. And. & quid pertineat ad officium Archiepiscopi visitantis,& quid debeat visitando inquirere, vide tex.in c.placuit.10.q.1. & hic plene per Io. And. †Secundo no.ibi, pia loca. appellatione [a] ecclesiarum nõ comprehendi monasteria, & alia pia loca, de quo in c. 2. ꝭ.de sup. neg.præla.eod.lib.Tertio no.ibi, a locis tantum. no. quod visitans non potest recipere procurationem, nisi a locis visitatis, quod facit vt Archiepiscopus non sit visitandus a diœcesi, per quam transit vadens ad visitandum aliam, de quo hic per Ioã. And.tenentem, quod si non potest vna die visitationem perficere, quod poterit in alia,& erit visitandus, vt hic per eum. Vltimo no.ibi, a loci diœcesani. limitationem ad id quod dicit gl. in c.vt litigantes.ꝭ.de offic.ordi.quia solus Episcopus potest cõsentire, vt non habens iurisdictionem in suos subditos certo casu illos iudicet, etiam si subditi non consentiant,& hoc quãdo intra diœcesim, secus si extra, quia tunc procedit glo.in d. c.vt litigantes.†In glo.in ver.prouinciam.in fi.idem Innoc. & Hostien.secundum Io.And.ponentem primo, quid si in visitãdo simul concurrant Archiepiscopus & Episcopus, an sint ambo admittendi,& tenet quod sic,& si discordant, teneret sentẽtia pro reo, nisi in casu fauorabili, ꝭ.de proba.ex literis. & si ecclesia nõ sufficeret, vtrique præfertur primo veniens, & si hoc non apparet, præfertur Archiepiscopus. Et si in visitando concurrat Episcopus cum prælato sibi subdito præfertur Episcopus, nisi obstet consuetudo, secundum Ioan.And. In gl.in ver. pia loca.in fi.si sunt constructa auctoritate Episcopi, vel si habeant campanile, per no.per Fed.in suo consi.106.& no.in cle. per literas.de præben.alias visitare non posset, vt in cap.fin. ꝭ. eod.titu.de quo hic per Ioan.And.& per Fede.in d.consi. & in consi.46. & debet Archiepiscopus visitare ecclesiam matricẽ, si est in prouincia, licet hic nihil dicatur,& quæ dicatur matrix ecclesia, no.in clem.1.de sen. excom. secundum Io. And.In gl. in versi. & populis. in fi.de statu vero Episcopi in capitulo inquiret, decentius tamen est quod seorsum interroget, & corrigat secundum Ioan.And.In glo.in ver.libere.in fi. tene menti singulariter gl.de hoc verbo libere, quam inducit hic Domi. ad priuilegia & statuta,& vide alias per glo. in versi. libere. in cle.dudum.de sepul.& per Ioan.And.in c.licet Episcopus. ꝭ.de de præb.eo.lib.In gl.in ver.visitatis. in fi. intellige si sit iusta cã conuocationis, secundum Io.And.ponentem, quando dicatur esse iusta cã, & an paupertas ecclesiæ dicatur esse iusta causa, & etiam ponit quando dicatur quis visitare, de quibus omnibus hic per eum,& Doc.& ꝭ.in prin.

ADDITIO.

a Nico.Supe.Appellatione ecclesiarum.Adde Io.An.in c.certificari.de sepultu. Do.in c.sciant cuncti.in 4.no de ele.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Consilium alicuius quando requiritur, an sit necessarius eius consensus.*
2 *Scriptura in quibus casibus requiratur de necessitate.*
3 *Doctoratus potest probari per testes, non solum per instrumentum priuilegij.*
4 *Scriptura an requiratur in rescriptis.*

Postquam. No.ꝙ licèt prima visitatio sit libera, tñ secũda secus, nisi seruetur forma, de qua hic. †Secundo no.ibi, & si quod, ubi requiritur alicuius consilium, non est necessarius eius consensus, sic ꝭ.de arbitris.in ca. cum olim.& vide no.in c.1.ꝭ.ne sede vac.eo.lib. In gl. in ver. diffinitione.in fi.& in hac diffinitio.nõ requiritur ꝙ fiat causa cognita ſm Io.And.†In glo.in ver.in scrip. in prin. tene menti singu. gl.ordi.ponentem omnes casus, in quibus de necessitate requiritur [a] scriptura,& de iure uide glo.in c.contrahitur.ff.de pign. & plenius per Spec.in ti. de instr. edi. in §.restat.ubi plene de his.In glo.ibi, in priuilegijs. Idem sequitur Bal.in l.gesta.C. de re iudi.Sed Inno.in c.cum olim essemus.circa fi.ꝭ. de priuileg. alleg.l.solemnibus.C.de fide instr.vbi Bal.† idem uidetur tenere dicens, etiam quod doctoratus possit probari non solum ꝑ instrumentum priuilegij, sed etiam per testes, de quo arg. unde plene per Io.An.ꝭ.in proœmio huius lib.in fi.super uerbo, transmittimus.& ibi dicta an gratia principis uel alterius possit probari [b] per testes,& per Bal.in l.si qua per calumniã.C.de epis.& cle.Quando tamen instrumentum priuilegij esset perditum,

ADDITIONES.

a Nic Sup. Requiritur scriptura. Adde Abba.in c.ex tenore.in primo no de conces.praben.Io.de Imo.& Barba.in c.cum in iure.de offic.deleg. & per Bal.in l gesta.C.de re iu.
Vinc God.Adde, in quibus scriptura sit de substantia, Fely. in rub. de constit. col.2 & 3.Alex.consi 93.col 1 lib.4.

b Nico.Supe. Probari per testes. Adde Archidia.in cap in primis.2. quæstio.7. Pet de Ancha. in repe. capit. 1. de constitu. Abba.in cap. 1. in 3. colum. de postula. prælato.
Vin God.Adde, quod gratia Papæ debet probari per scripturam, licet circumstantiæ per testes probari possint, Fely.in cap ex diligentia, circa fi. octauo. Chassan.in comment.Consuetud.Burgens fol 63.col.2.

ditum,vel cancellatum,ſine dubio eius tenor poſſet probari p teſtes,vt in d.ca.cum olim.In ead.glo.ibi , in profitendo. Idem tenet Spec.in §.reſtat.Sed dic contra , quia regulr ad eſſe proſeſſionis non requiritur ſcriptura, & poteſt probari per teſtes, vt in c.nuper.ꝫ.de teſti.& ita tenet glo.in c.vidua.20.q.1. & in c.rurſus.ꝫ.qui cle.vel vo.& facit c.porrectum. ꝫ. de reg.& ibi per Docto.In ead.glo.ibi,in emphyteuſi, vide de hoc arti. ſingulariter & plene per Imo.in c.potuit.ꝫ.de locato. circa princi. vbi refert plures opi.In ea.glo.ibi, in ſententia excommunicationis.abſolutio autem bene poteſt per teſtes probari,vt in ca. ſicut.ꝫ.de ſent.excom.In ea.gl.ibi,in fideiuſ. vide per Doct. in l.pe.hic alleg.In ea.glo.ibi, in legato Papæ.Idem in delegato,vt in c.cum in iure.ꝫ.de offi.deleg. & ibi plene per Doct. Idem in ſubdelegato,vt per Archi.in c.ſi a ſubdelegato.ꝫ.de offi. deleg. eod.lib.de quo tamen vide per Ro.ſingulariter dec.397. quæ incip.Item ſi Epiſcopus.in fi.ſeu in deci.ſeq.& ibi an commiſſio generalis vel ſpecialis facta per Epiſcopum ſuo vicario poſſit probari per teſtes , an delegationes inferiorum a Papa vel Imperatore poſſint probari per teſtes,& vide per Archi.97.diſtin. nobiliſſimus. & per Bal. in l. j. C. de mandatis principum . Et vide etiam per Ro.in deciſi. 266.quę incipit,Item dixerunt, an officium Papę an commiſſio ſeu poteſtas principalis collectoris deputandi per Papam, & quid de commiſſione ſubcollectotis, an poſſit probari per teſtes. 4 †Quid autē ſit in reſcriptis, an requirant ſcripturam.Bal.quod ſic,in l.geſta. C. de re iudic. & in l.peremptorias.C.ſententiam reſcindi non poſſe. In ead. gl. ibi , in libello.ēt in caſib.in quib. procedit ſummariè, vt in clemen.ſæpe.j.de verb.ſignifi.In ead.glo.ibi, in diffinitione.vide per Ro.in deciſi.409.quæ incipit , Item fuit dubitatum vtrū diffiniti.& per Docto.in c.Albericus.ꝫ.de teſti.& in ca.quoniā contra.ꝫ.de probatio.& ibi de alijs actibus iudicialibus, & per Bal.in d.l. geſta. Sententia vero interlocutoria & præceptum non requirunt ſcripturam,vt per glo.& Doct.in c.fin.hic alle. Et ſic glo.iſta enumerat 28. caſus,in quibus requiritur ſcriptura,& Ioan.And.hic in nouella addit ſex,dicens quod 29. eſt in quæſtoribus elemoſynatum,vt in ca. cum ex eo. ꝫ.de pœni.& remiſ.Trigeſimo in caſu extrauagantis Bonifacij, quæ incipit, prouide.Trigeſimoprimo in caſu extrauagantis eiuſdem,inci. iniunctis. Trigeſimoſecundo in clem.cauſam,de elec. Trigeſimotertio in clem.dudum,de iudi.Trigeſimoquarto in extrauagan.Io.22.quæ incipit,execrabilis.Et Lap.hic addit 16.alios caſus dicens,ꝙ 35.eſt in caſu c.paſtoralis.ꝫ. de priuile. Trigeſimoſexto in c.1.ꝫ.de conſti.eod.lib.Trigeſimoſeptimo eſt in c.cum aliquibus.ꝫ.de reſcrip.eod.lib.Trigeſimooctauo eſt in c.ſi propter.ꝫ.de reſcrip.eod.lib. Trigeſimonono in c.ſtatutum.§. cum vero.ibi,quem in literis.ꝫ.de reſcri.eo.lib. Quadrageſimo in c. duobus.ꝫ.de reſcri.eo.lib.Quadrageſimoprimo in c. quamuis. ꝫ.de elect.eo. lib. Quadrageſimoſecundo in c.procurator.ꝫ. de elec.eod.lib.Quadrageſimotertio in c.ſi.ꝫ.de offi.deleg.eo.lib. in §. vices. Quadrageſimoquarto in c.quamuis,primo rñ.ꝫ.de præb.eo.lib.Quadrageſimoquinto in c.cum de beneficio.ꝫ.de præb.eo.lib.Quadrageſimoſexto in c.ſi motu proprio. ꝫ. de p̄ben.eod.lib.Quadrageſimoſeptimo in c. quamuis. ꝫ. de hæret. Quadrageſimooctauo in c. j. ꝫ. de exceſ. prę la.Quadrageſimonono in c.per exemptionem.ꝫ.de priuil. Quinquageſimo j. de ſen.excom.c.quia periculoſum. Quinquageſimoprimo in cle. per literas,ꝫ.de prębeu. Item adde quinquageſimumſecundum caſum in l.fi.C.arbitrium tutelæ.de inuētario,& ibi per Doct. & per Bal.in d.l.geſta.Quinquageſimotertio in auth. matri & auiæ. C. quando mulier tutelæ offi. ſcilicet in tutela matris & auiæ,de quo etiam per Bal.in d.l.geſta.Quinquageſimoquarto in clauſula ex certa ſcientia, vt voluit glo.in ver. literarum. in c.ſtatutum.ꝫ.de reſeri.eod.lib.& in cle.a.in fi.de reſeri.Sed certe Doct.in d. c.ſtatutum.tenent contrarium,quia dicta clauſula,vt poſſit probari per teſtes,licet non eſſet expreſſa in literis, & ita determinat Rota in deciſio. 322. quæ incipit , Item licet. Quinquageſimoquinto eſt in probatione ſacrorum ordinum, vt videtur velle tex.in d.l.ſi qua per calumniam. ſed certe ſacri ordines poſſunt probari etiam per teſtes,vt in ca.pe.ꝫ. de elec. peregrinan. & in c. ſi iudea.in fi.j.de ſen. excom.Quinquageſimoſexto in diſpenſatione,vt videtur probari in c. ea diligentia.ꝫ.de ſimonia.vbi videtur idem probari de reſtitutione ad famam,vt requirat ſcripturam.Sed dic, quod poteſt probari etiā per teſtes.& ita voluit gl.ſing.in c.a.ꝫ.de ſciſma. & ita ſequitur Spe.in ti.de diſpē.§.qualiter.ver.dicunt etiam. & ver. qualiter. Quinquageſimoſeptimo in proteſtatione,vt in auth.præsbyteros.la a.C.de ſacroſan.eccle.ſed certe Bal.ibi tenet, quod regulariter in proteſtatione non requiritur ſcriptura, niſi ſolum in caſibus expreſſis in iure, & idem tenet in l.fi.C.de neg.geſt.& Bal.ibi. Quinquageſimooctauo eſt in decretum , nā interpoſitio decreti requirit ſcripturam,vt tenet Ioan.And.in c. 2. ſuper glo.ꝫ.de reb.eccleſię.eo.lib.Et ad prædicta vide per Bal. in d.l. geſta.& in l.pactum quod bona fide. C.de pactis. Exceptio ſuſpenſionis & recuſationis iudicis eſt proponenda in ſcriptis, ſecundum Ioan. And.in c.appellatio.de appella.in 6.in fi. alle. l.apertiſſimi.C.de iudi.& vide in c.pia.de excep.eo.lib. Mandatum ad exigendum collectas & tributa,glo.in l.non ſolum.§.q alieno.ff.de procu.& eſt tex.in Auth.de collatoribus.§. eos. & loquitur in ſpeciali caſu in executore publicarum actionum. Et quod tenet ibi gloſ. in alio procuratore ad exigendum , & idem Barto.in l.1.C.eodem titu.Bald ibi contra, dubium facit, quia mandatum poteſt probari per teſtes. vide Imo.in ca. j. de procura.

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiſcopus viſitans debet prædicare populo.*
2 *Generalis inquiſitio non facit , vt poſſit procedi contra infamatos de crimine,ſed debet de nouo ſpecialis inquiſitio inchoari.*
3 *Notoria nulla indigent examinatione.*

1 **Sanè.** †No.1.ibi , verbo Dei , quod Archiepiſcopus viſitans debet prædicare populo,& hoc poteſt per ſe & alium facere , vt ꝫ. de ætate & quali. cum ſit.& de officio ordi. interiectam.ſecundum Ioan.And. Secundo no.ibi,abſque coactione, quod licet Archiepiſcopus poſſit viſitandos compellere ad veniēdum,& reſpondēdum , quia alias fruſtratoria eſſet eius iuriſdictio,vt in c.ex literis.ꝫ. de offi. dele.tamen non poteſt eos cogere ad iurandum,ſecundum Ioan.And.& ſic a viſitans non recipitur iuramentum , quod procedit in viſitatione 2 generali,ſecus in ſpeciali,vt j.in glo.†Tertio no.ibi , inquirant, quod virtute generalis inquiſitionis non poteſt procedi contra infamatos de crimine, ſed dēt de nouo ſpālis inquiſitio inchoari,& contra eum procedi. An autem ex generali inquiſitione poſſit quis damnari , & an teſtes recepti in generali inquiſitione probent, vel ſint repetēdi , vide ſingulariter p Inn. in c.bonæ.el 2.ꝫ.de ele.in glo. in ver.teſtes. Quarto no.ibi, denunciet, quod ad denunciationem Archiepiſcopi debent ordinarij inquirere.facit a. q. 5. omnibus.& ſi nollent,an tunc propter eorum negligentiam deuoluatur cognitio ad archiepiſcopum.Archi.& Innoc. hic, quod non,cum iſte non ſit caſus expreſſus in iure , ſed archiepiſcopus poterit cogere ordinarios,vt procedāt & puniant,& hoc facere poterit ratione peccati & negligentię,& facit quod no.Inno.& Hoſt. in c.ex ratione. ꝫ.de ele.non teſt.ſecundum Io.And.Sed certe hoc videtur expreſſum j.in ver.notoria.quod propter negligentiam deuoluatur cognitio ad archiepiſcopum, quod procedit non ſolum in notorijs,in quibus conſtat de negligētia ex lapſu termini , ſed etiam in non notorijs,dummodo de ipſa negligentia conſtet, & qualiter conſtituatur in negligentia,vide plene in ca.j. ꝫ. de ſup.negli.eo.lib.& quod no.in cle.in plerisq;,de electione. In glo.in ver.exactione.idem ſequuntur Doc.& de materia denūciationis per Spe.in tit.de inquiſitione.§.2.ver.licet autem , & 3 ver.nec autem.† Quinto no.ibi,non indigent.ꝙ notoria [a] non 2 indigent examinatione,ſic ꝫ.de filiis preſby.c.quoniam.47.diſ. de Petro.& vide 2.q.1.de manifeſta.& in c.euidentia.ꝫ.de accu. & alias dicitur,ꝙ notoria probatione non indigent,vt in l. emptore.ff.de act.emp.Et ſi eſſet dubium,vtrum ſint notoria, habebit inquirere et cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio puniēdi, et pronunciare ſm Inn.et Io.And.quod no. ad glo.in c.1.ꝫ.de offi. dele.eo.lib.Sexto no.ibi,negligentia. vnum modum probandi negligentiam ordinarii,quando.ſ.factum eſt notorium, cui debet prouideri ex diſpoſitione iuris,etiam non prouidet, qd facit,vt ſi beneficium vacet notorie in diœceſi per ſex mēſes, probetur negligentia Epiſcopi abſque probatione ſcientię, et vide in cle.2.in fi.de conceſ.prębeu.

A D D I T I O.

a Vinc. God Adde,quod notorium plus in ſe habet quam publicum,Cor.conſ. 44.deueniendo.litera f.lib.4 & de materia notorij,Felyn.in c. cum ordinem. col.8.cum ſeq.de reſcrip.& in c.olim.col. 6. & ſeq. de re iudic.late Hipol.in rub.;de proba. colum. 42 & idem in eadem rub. colum. 47.quod per duos teſtes probatur.

S V M M A R I V M.

1 *Procuratio viſitantibus non debet dari in pecunia,ſed in victualibus.*
2 *Viſitans non poteſt accipere munera, niſi eſculentum & poculentum.*
3 *Pœna æterna debetur pro peccato mortali.*

Procurationes. No. 1. Ibi, aliquis de ſua familia,ꝙ nec Archiepiſcopus nec aliquis familiaris vel officialis eius debet recipere a viſitatis pecuniam etiam pro labore , vel aliter qui veniant appellatione familiæ

hic per

1 hic per Io. And. † Secundo no. ibi, in victualibus tantum, tenentur, quod procuratio non in pecunia sed in victualibus tantum dari debet, de quo in c. Fęlicis. j. de pęnis. & quid veniat nomine victualium, hic per Io. And. & per Bar. in l. lega. de ali. leg. & in l. verbo victus. ff. de ver. sig. Et per hunc tex. determinat Archi. & Io. And. s. quod prælatus visitans, si perdit equum, vel soluit vecturas equorum, vel similes expensas, quas facit, petere non possit, quia tantum victualia percipere debet, vt hic in tex. nec posset petere expensas, quas facit in via eundo pro visitatione a facienda, vt s. per Inn. & Io. An. † Tertio no. ibi, minus. quod visitãs nõ potest recipere munera seu dona, nisi sint esculenta vel poculenta, secundum Host. & Io. And. dicentem tñ periculosum esse recipere victualia portanda, sed comedenda, ibi secus, licet & tunc exigere ab inuito posset esse peccatum, & ita sequitur hic Do. qñ procuratio recipitur in victualibus, secus si procuratio recipitur in pecunia, vt in d. c. filias. Nam tunc nõ posset tutè recipere victualia comedenda, quia posset fraus com-
3 mitti. † Quarto no. ibi, maledictionem. i. pęnam æternam, quæ debetur pro mortali peccato, sm Io. And. cum maledictio Papę excõicationẽ nõ inducat, sm Lap. ponentem hic, quidoperetur maledictio [a] patris. & Ioã. And. hic inducit hunc tex. pro opi. dicentium, quod iustus homo vel iudex potest alium maledicere, vt in c. de illicita. cum seq. 24. q. 3. Quinto no. ibi, etiam epis, quod iura loquentia de archiepiscopis non includunt episcopos, vel alios inferiores prælatos, nisi hoc exprimatur. vide tñ no. s. in gl. 2. & sic patet hic, quod visitatio potest etiam iure ordinario competere inferioribus pręlatis ab Episcopis, & omnes prælati seruare tenentur formam hic traditam in visitando, vt hic dicitur. Vltimo no. quod ista constitutio etiam in regularibus est seruanda quo ad capitula eis congruentia, sic s. de sta. mo. c. fi. & hoc nisi quatenus derogetur per consuetudinẽ rõnabilem, vel statutũ, & sic patet, quod statuta & consuetudines disponentia super visitationibus & correctionibus religiosorũ, sunt seruanda, si rõnabilia sint. In gl. in ver. officij. in fi. idẽ Hostien. per c. 1. s. de simonia. & hoc si petantur rõne visitationis, alias si clericus lras faciat, & pro labore aliquid habeat, tunc per hanc deci. hoc non damnat. 12. q. 2. charitatem. sm Host. & Ioã. And. intelligentẽ nisi talis recipiat salariũ de publico, quia tunc stipẽdijs suis debet esse contentus, 23. q. 1. militare. Et ex hoc infertur primo, quod faciens literas posset salariũ recipere, nisi de publico salario hẽat, & sic habens salariũ ex publico non põt aliquid a priuatis psonis recipere, et si sit aduocatus medicus vel alius, & ita voluit gl. no. in d. c. militare. & Io. And. hic. In gl. in ver. alijs. in fi. In delegatis vero non habet locũ, cũ [illegible] teneantur seruare formam mandati, s. de rescri. cum dilecta. etiã si sint dati ab alio q̃ a Papa, dũmodo forma mandati cõtineat illud qđ potest legatus committere, alias de iure non teneret sm Io. And. tenentem quod forma hic tradita non esset seruanda per legatũ, licet Imo. & Do. hic teneant 9trium, vt hic per eos. In gl. 1. in fi. vide hic per Io. And. super tex. ponentẽ de denunciatione regulariũ, quid sit, dicens requiri solẽnitates iuris, sed de plano & simplici expeditur sm regulam, nec posset appellari: & dicit quod licet religiosi sint secundum regulam corrigendi misericorditer, tamen nec passim more latronum in grauem carcerem sunt detrudendi.

ADDITIO.

a Nico. Superan. Maledictio patris. Adde Cardin. Zaba. in capitu. licet. in 5. no. de voto.

SVMMARIVM.

1 *Pœnę additio facta ipsi legi prohibitiuę adiuuat eam.*
2 *Exigere & recipere differunt, quia illud fit ab inuito, istud a volente.*
3 *Patriarcha an comprahendatur appellatione archiepiscopi.*
4 *Dominus an teneatur de facto sua familia.*

CAP. II.

EXigit. Primo ponit exordium. Secundo ibi, cõstitutionẽ, repetit effectũ. s. c. proxi. Tertio ibi, alioquin. apponit pęnam distinguendo sta-
1 tum delinquentium. † No. 1. ibi, adiuuandam, quod additio pęnæ facta ipsi legi prohibitiuæ dr adiuuare ipsam legem, & hac ratione inferiores a Papa possunt facere statuta addentia pœnam iuribus communibus, quia non dicuntur illis 9trariari, sed potius adiuuare, vt hic dr, de quo in c. fi. s. de off. arch.
2 † Secundo no. ibi, a volente recipere, differentiam inter exigere quod fit ab inuito, vt hic in glo. & recipere quod fit a sponte soluẽte, quod facit vt procurator datus ad exigendũ non possit solutionẽ a sponte soluente recipere, de quo tñ vide per Doct. in l. fideicom. §. si tem. de leg. 3. & in l. non solum. ff. sol. mat. & in l. solutam. ff. de pign. actio. Tertio no. ibi, ecclesiæ, quod obligatus ad restituendum quod recipit contra iuris prohibitionem, debet in dubio restituere ei, a quo recepit. vt patet hic iuncto c. præ-
3 cedenti, vbi nihil dr, cui fiat restitutio. † Vltimo no. ibi, patriarchę, iuncto c. prox. vbi de patriarchis nulla fit mentio, quod appel-
a latione [a] archiepiscopi compræhendantur patriarchę, de quo in c. 1. in fi. s. de sta. mona. eod. lib. In glo. in verbo, pecuniam. intellige hoc in legatis & nuncijs sedis apostolicæ, & ita sequitur Inno. in c. procuratores. s. eod. secus in visitantibus, & hoc nisi indigeãt tali indigentia, per quam visitatio impediatur. & ita procedere posset glo. hic. & ita videtur tenere hic Ioã. And. & Archi. & Inno. s. c. proxi. ver. visitatio, & ibi dictum fuit. In gl. in ver. minima, ibi, esculentum. intellige etiam si sit portandũ alias si esset tunc comedendum, vel bibendum, sine dubio nõ haberet locum pœna, quia procuraretur tunc in victualibus,
4 & vide no. s. c. proxi. in ver. caueant. secundum Ioan. And. † In glo. in verbo, teneantur. in fi. vide ibi not. quando sit, quod do-
b minus [b] teneatur de facto suę familiæ, & in c. cum ad sedem. s. de restitu. spolia. & per Barto. in l. 1. §. familię. ff. de publicanis. vbi etiam ponit, quis dicatur de familia, de quo etiam per Bal. in l. 1. C. de episco. & cler. & in l. obseruate. §. proficisci. de offic. proconsu. In glo. in ver. suspensus. no. ex gl. quod suspensi a canone etiam ad tempus incertum celebrando incurrunt irregularitatem. de quo vide no. in c. cum æterni. hic allegata. In glo. in versic. quousque. in fi. secundum Ioan. And. hoc debet intelligi, prout voluit glo. ordi. in versic. donec, in clemen. 1. de decimis. & ibi vide.

ADDITIONES.

a Nico. Supe. Appellatione archiepiscopi. Adde an comprahendatur primas, vide Card. Alex. in cap. cleros. 21. distin. & an comprahendatur Papa. vide per eundem Car. in d. c. cleros.

b Nico. Supe. Dominus teneatur. Adde Barto. in l. Titius. ff. de testam. mili. Bart. in l. hoc iure. in §. Labeo. ff. de do. Bald. in l. apud antiquos in fine. C. de fu[illegible] Ludo. Roma. consi. 11. incip. In proposita quæstione idem Lud. Roma. consi. 15. inci. Plura sunt, quæ quæruntur.

SVMMARIVM.

1 *Papa si est in concilio, ipse est qui facit constitutionem, & ab eo intitulatur.*
2 *Prouisio si datur pro exercitio vnius diei, licet plura fiant opera, non tamẽ debet augmentari.*
3 *Peculium, hoc verbum ad quæ extenditur.*
4 *Episcopus visitans non debet ab vna ecclesia recipere plus quam procurationem vnius diei.*

CAP. III.

FOelicis. Potest visitator a volentibus procurationem in pœnitentia recipere, sed vna die vltra vnam procurationem non recipiat, licet plura loca visitauerit. hoc dicit, secundum Domini. & habet quatuor dicta. Primo recitat ius antiquum. Secundo ibi, vetam, illud limitat. Tertio ibi, addiscentes, decla-
1 rat. Quarto ibi, cætera. in reliquis ius antiquum cõfirmat. † No. primo, quod si Papa est in concilio, ipse est qui facit constitutionem, & ei intitulatur, secundum Domini. Secũdo no. quod
2 tunc demum a volentibus potest recipi pecunia pro visitatione, quando recipitur pro sumptibus moderatis occurrentibus tempore visitationis pro ipsis victualibus, vnde taxatio
a non debet excedere, secundum Domi. † Vltimo no. ibi, nisi vnam &c. quod vbi datur prouisio pro exercitio totius diei, non debet tunc augmentari etiam si tali die exerceat plura opera, pro quorum quolibet habuisset integram prouisionem, quod inducit Domini. vt si detur indulgentia euntibus ad certam ecclesiam certis diebus deputatis, vadens non habeat nisi vnam indulgentiam, licet pluries in eadem die accedat. de quo tamen in capitu. cum ex eo. supra, de pœni. & re-
3 mis. & in capit. finali. infra de pœnitentijs. † In glos. in versic. concedimus. in fi. & dicit hic Ioan. Andr. quod verbum, peculium, non restringitur tantum ad numeratam, sed in alijs rebus possunt concordare pro quantitate taxata seruato moderamine, ideo dicitur quod quicquid habent homines, peculium est, vt 1. quęstio. 3. totum. hodie autem per constitutionem Benedicti, quæ incipit, Vas electionis. taxata est in omnibus quantitas, & ibi vide quia breuiter recitari non posset, secundum Ioan. And. In glo. in versi. officio. in fine, nota quod iura loquentia de habẽtibus potestatem exercendi iurisdictionem habent.

ADDITIO.

a Nico. Superan. Pro visitatione. Adde Francis. Pau. in tracta. de visitatione, in prima parte.

habent locum etiam in delegatis ordinariorum, de quo vide in c.1.in fi.ſ.eod.tit.& lib.† In glo.in ver.perſoluendam.in fi.& dicit hic Ioan.And.quod viſitans non debet ab vna eccleſia recipere amplius quam procurationem vnius diei,vt in ca. inter cętera.10. q. j. quia viſitator non debet trahere moram in vno loco vltra vnam diem,niſi neceſſitas aliud indicat, & ita procedat c.placuit.10.q.j.vt de his vide per Hoſtien. in ſumma, de offic.ordi.§.quod ſi vero patet,& plenè per Innoc.Archidia.& Ioan.And.in d.c.j.

S V M M A R I V M.

1 *Pedagiorum exactio eſt illicita de iure communi, ergo debet probari eſſe licita ab eo qui eam allegat.*
2 *Conſuetudo non prodeſt in exactione pedagiorum contra clericos.*
3 *Clericus an gaudeat priuilegio clericorum in præſcribendis bonis patrimonialibus.*
4 *Clerici non gaudent immunitate in his,quæ deferunt cauſa negociandi. Adde ad idem nu.5.*

C A P. IIII.

QVāquā. Primò ponit exordium. Secundo prohibitionem,ibi,cum igitur. Tertio pęnas tranſgreſſorum ibi, qui vero, & plenius prouidet iſte tex.quam c.quia nonnulli.de immu.eccl. tene menti primo iſtum tex.& ita allegatur,quod exactio† pedagiorum eſt prohibita tam de iure cano. quam de iure ciuili. qui ergo diceret hoc ſibi fore licitum, habet idem probare, de quo in c.a.ſ.de immu.eccle.ſecundum Domi.& in l.1.C.noua vectigalia.vbi habetur,quando ſit quod poſſit inſtitui nouū vectigal. ideo eſt quod ius imponēdi pedagia[a] & gabellas eſt caſus reſeruatus ſoli principi, vt in ca. ſuper quibuſdam. ſ. de ver ſigni. Secundo no.ibi, tanto validum etiam.arg.a minori, de quo per glo.in c.cum in cunctis. ſ de elec.& in auth.in ulto magis.de epiſco.& cle.Tertio no.ibi,diuino.tex.expreſſe probantem priuilegium clericorum fuiſſe conceſſum de iure diuino,de quo etiam hic in glo.† Quarto no.ibi,contraria conſuętudine,quod contra clericos vel eccleſias in exactione pedagiorum non prodeſt conſuetudo, ſecus contra laicos,quia tale ius poteſt quæri per conſuetudinem,vt plene per Barto. in l.ſi publicanus.§.fina.ff.de publi.& hic per Pe. de Ancha. & videtur, quod conſuetudo debeat eſſe tanti temporis, in cuius contrarium non ſit memoria,vt eſt tex.in d.c.ſuper hoc. Quinto no. ibi,donec exacta,quod abſolutio fieri non debet, niſi prius pcedat reſtitutio ſeu ſatisfactio.& in caſu huius c. inferior a Papa poſſet abſoluere,ex quo Papa hic non reſeruat ſibi abſolutionem,vt in c.nuper.ſ.de ſenten.excom. ſecundum Archi. & Ioan. And. de quo tamen ibi vide per Innocen. Vltimo no. ꝙ licet qui vſurpauit aliena, illa reſtituat, tenetur tamen facere pęnitētiam de delicto, ſic ſ.de homici.c. ſicut dignum. & vide per glo.& Dyn.in regula,peccatum.ſ.eo. lib. Et cui debeat hic fieri reſtitutio de tali tranſgreſſione.Arch.hic tenet, ꝙ ſufficiat fieri prælato,cum tranſgreſſio fuerit facta in rebus eccleſiæ, vt no.17.q.4. ſi quis contumax. quod procedit, ſi iniuria ſit loco, ſed ſi perſonæ,tunc haberet locum c. parochianos. ſ. de ſentē. excom.ſecundum Archi. licet alii contra per c. ſi quis in atrio, eadem cauſa & q. vbi dicitur quod debet ſatisfieri eccleſiæ ſecundum Ioan.And.& conclude ſecundum Domi.quod ſi clericus ſoluit de bonis patrimonialibus, & tunc ſibi debet fieri reſtitutio,& nomine ſuo,non nomine eccleſiæ. Si vero de rebus eccleſiæ,& tunc reſtitutio dēt fieri eccleſię,uel ipſi clerico noie eccleſiæ,arg.12.q.3.ſacerdotes. Si vero quæritur de ſatisfactione iniuriæ,proūt iniuria reſpicit priuilegium rerum eccle. & tunc debet ſatisfieri prælato nomine eccleſiæ,vt d. c. ſi quis contumax,quia hæc iniuria cenſetur facta eccleſiæ,cuius prætextu gaudebat priuilegio.Si vero iniuria ſit facta perſonę, &. ipſum reſpicit,vt quia perſonaliter fuerit detentus propter pedagium,& tunc ſibi fiat reſtitutio,& ita procedat d.c.parochianos.In glo.j.ibi,vniuerſitas interdicta,dic quod de loco dicere debuit,quia locus vniuerſitatis non ipſa vniuerſitas eſt interdictus,ſecundum Ioan.And.vt patet in tex.In glo. 1.in fi. vide ēt per Barto.& Docto.in l.j.ff.de publi.In glo.in ver. ipſorum. in princip.facit l.2.C.de epiſco.& cler.per quam dicit Bald. ibi in princip.quod clerici de bonis,quæ vendunt,non tenentur ſoluere gabellas,nec ſoluere ad portam ciuitatis.† In eadem gloſ. in fine,quicquid dicat hic Domi. dicas, quod in præſcriptione rerum clericorum non gaudent priuilegio cum bonis eccleſiæ,quia contra res clericorum præſcribitur iſtud tempus, quo præſcribitur contra laicos,& ita eſt gloſ.ſingu. in capitu.j. hic allega.ſed contra res eccleſiæ non currit minor præſcriptio xl. annorum,vt in capit.de quarta.ſ. de præſcrip. Et vide per Doctores in capitu. finali. ſ. de vita & honeſta. an clerici de bonis[b] patrimonialibus teneantur ſoluere collectas. vide etiam per Federi. in ſuo conſi. 106. quod incip. Quæſtio an coloni partiarij de bonis eccleſiarum, vel ad fictum teneantur ſoluere gabellam & collectam impoſitam per iudicem ſecularem de parte fructuum eis tangente,vbi videtur velle,quod ſic,pro quo facit gloſ. nota. in ver.excolendas. in clemenn. j. de deci. & vltra etiam dicit Federic. in dicto conſil. quod ſi dominus temporalis grauet tales ruſticos, & ſic eccleſiam per indirectum grauet,quod Epiſcopus hoc ſuſtinere non debet, vt cap. final.infra de immu.eccle.melius facit capit.quanto.ſupra, de priuileg.& l. 1. C.de epiſcop.& cleri.per quam Bal.ibi in prin. dicit quod eo caſu, quo non poſſunt grauari clerici, eodem modo non poſſunt grauari eorum mancipia,vel miniſtri, ſeu eorum familiares & coloni.† In gloſ. in verſic. negotiandi. in princi.no.iuncto tex. à contrario ſenſu, quod clerici non gaudent immunitate in his, quæ deferunt cauſa negotiandi, facit tex. in clemen. 2.ſ. eodem titulo, vbi gloſ.idem tenet, de quo ibi plene per Docto.& Specu.in titu.de immuni.eccle.§. fina. vbi ex hoc etiam arguit contra emptores reddituum clericorum,vel regis, vel alterius baronis, qui volunt in his gaudere eadem immunitate, quia clerici vel rex vel baro, vt non poſſint,& idem Archid.Ioan. Andr. hic, & gloſ. in d. clementi.2. Quid autem ſi eſſet quæſtio inter publicanum & clericum de rebus quæ portantur, an deferantur cauſa negotiandi vel non, quid tunc fiendum,vide gloſ. ſingu.in d.clemen.2.quam ſequitur hic Lap.& vide per Barto. in l. citatio.§. mercatores. ff. de pub.cuius dicta refert hic Pet.de Ancha. & vide plene per Docto.in d.capit.fina.Quid autem de eo, qui cępit extrahere bladum de ciuitate ante edictum, ſeu prohibitionem, & caſu impeditus coactus eſt reuerti, an poſſit extrahere. Archidia. hic quod ſic, de quo in l.Cæſar.ff.de publ. & per Doctores in clementi.2.ſupra,de conſtitu.† In eadem glo. in fine, in his enim quæ negociationis cā deferuntur, ſtatim abſque alia admonitione perdunt[c] immunitatem, cum puniantur in quo delinquunt,licet alias clerici negociatores, vt amittant priuilegiū, debeant ter moneri, vt in capit. fina. ſupra de vita & honeſta. ſecundum Lap.Et dicit hic Archid. quod ille proprie dicitur[d] negociator,qui emit rem & ipſam integram,& non mutatam vendendo lucratur,alias ſi emit,vt ſit ſibi materia aliquid inde operandi,& talis non dicitur negociator,vt no.88.diſt. ementes. hanc negociationem clerici exercere non debēt, vt eadem diſtin.c.2.& 14.q.3.in ſumma.in ſi. eſt autem clericus negociator vt[e] peſtis euitandus,vt in ca. negociatorem.88.diſtin.& idem ſequitur Ioan.And.& vide per Bar.in procemio ff.& in l.legatus. de lega. 3.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Pedagia & gabellas.Adde Bertachi.de Firmo,in trac.de gab.

b Nico. Supe. De bonis patrimonialibus Adde ſpecu.tit de cler. coniug. in §. 1.uer.huius autem,Abb.in c.1.de cenſi.Lud.Roma in l.ſi publicanus. in §.de rebus.de publi.

Vin.God.Clerici non ſunt immunes a gabellis,& huiuſmodi oneribus pro rebus,quas habent negociationis gratia, ſecus ſi habent uſus ſui cauſa, Ruyn. conſi.112.nu.6.lib.5.

c Nico.Supe.Perdunt immunitatem.Adde Innocen.in capit Ioan.de cleri.coniug.Cardi.in clemen.j.in ulti.colum.in 10.q.de ui & hone. clerico. illa tamen loquuntur quo ad canonem,ſed quo ad forum uide per Bald.in addi.ſpecu. tit.de re.uer.ſcholar.idem Bal.in tit de cleri.coniug.uerſi. 2. & dicit Fely. in c.cæterum,in 2.colum. de iudi. quod ſi clericus eſt mercator, & efficitur de numero mercatorum,quod iudex mercantiæ ſtatim habet iuriſdictionem in eum,ſed ut perdat priuilegium,requiritur monitio præcedens.

d Nic.Sup.Dicitur negociator.Adde tex.in c clericus ab inſtanti.21.q.1.

e Nic.Supe. Vt peſtis euitandus.Adde Ioſephum de Bello Iudaico contra Appi. grāmaticum Alexandrinum,ſic inquit, oportet eum qui facet. habitum eſt eiuſdem gēris naſci mulierem,neque ad honores neque ad pecu. neque ad mercantias inſpi.

S V M M A R I V M.

1 *Libere fieri poteſt, quod poteſt fieri alterius negligentia non expectata.*
2 *Conſuetudo vt inducatur contra ius vel vtilitatem publicam, requiritur conſenſus principis tacitus vel expreſſus.*

C A P. V.

PErpetuò. Poteſt archiepiſcopus prouinciā viſitare,& ipſam reiterare, & curationē recipere, licet ſuffraganei non ſint negligentes, tūc poterit cōfeſſiones oim audire pęnitētiaſq; iniungere.h.d.Et ſcd'a pars ibi, pōt, patet ergo ꝙ archiepiſcopus non datur viſitator prouincię in defectum ſuffraganeorū, ſed accu-

sed accumulatur visitatio, & sic possunt ambo concurrere in visitando. de quo per Ioan. And. cap. 1. ī. eod. lib. † No. primo ibi, libere. quod illud dicitur posse libere exerceri, quod potest fieri negligentia alterius non expectata, facit quod no. in cap. licet Episcopus. ī. de præben. eod. lib. Secundo no. ibi, consuetudine. casum in quo non valet cõsuetudo, quod ideo est, quia est contra ius publicum autoritate & vtilitate, quod tamen intelligit hic Innocen. & Ioan. And. nisi in tali consuetudine inducenda interueniat cõsensus principis tacitus vel expressus. ta. dist. nos consuetudinem. & sic no. ex prædictis, quod in consuetudine † inducenda contra ius publicum, & vtilitatem requiritur consensus principis tacitus vel expressus. ea quoq; habetur vna declaratio ad glo. in c. leges. 4. distin. secundum Do. Tertio no. ibi. dum visitat, a contrario sensu, quod archiepiscopus non visitans, non possit audire confessiones subditorum suffraganei, vel eos absoluere, in tantum quod etiam a minori excommunicatione eos absoluere non posset, vt no. in cap. nuper. ī. de senten. excommu. secundum Archidia. & Ioan. And. Vltimo nota, arguendo ex ordine literæ, quod licet vt in cap. mandato. ī. de pœni. eod. lib. quod confessor debeat pęnitentem prius absoluere, quam pęnitentiam imponere, glo. tamen in ver. audire. in clemen. dudum. de sepul. dixit contrarium, de quo ibi per Docto. In glo. in ver. negligentis. in fi. ideo Ioan. And. hic declarando glo. dicit, quod cap. sicut olim. ī. de accusa. loquitur de concilio prouinciali Episcoporũ, non de archiepiscopo visitante, tale enim concilium examinat delicta non solum suffraganeorum, sed etiam subditorum suorum, vt ibi patet, & in cap. graue. ī. de præben. vnde concludit, quod prouisio d. cap. fin. non est superflua, vt hic per eum. In glo. in ver. reiterare. in fi. quid autem facere debeat pauper clericus toties visitatus, per Ioan. And. in cap. si mandamus. ī. de offic. Archid. tenet quod visitans debet visitare tunc suis sumptibus, secundum Lap. hic. & dicit hic Archid. & Ioã. And. quod si sunt duæ ecclesiæ propter paupertatem vnitæ, vel per Episcopum in ꝓcuratione coniunctæ, quod non sufficit, vt habeatur procuratio alteram visitare, sed ambę sunt visitandæ, si commode potest, alias ad locum idoneũ conuocet clerum & populũ vtriusque, vt in cap. 1. ī. eod. In glo. in versi. absoluere. in fine, non tamen posset archiepiscopus tunc tales substitutos ordinare, seu dare literas commendatitias ad ordines, vt in cap. cum nullis. & ibi no ī. de tempo. ordi. eod. lib. & an possit cum talibus dispensare, no. in capit. ad extirpandas. ī. de filijs pręsbyterorum, & ibi per Innoc. & Ioan. And. & de materia plenius in cap. pastoralis. hic alleg.

De consecratione ecclesiæ. *Rub.*

SVMMARIVM.

1. *Vitium rei principalis se extendit ad accessorium illi contiguum.*
2. *Domus si vendatur, an veniat ortus contiguus illi, & an remotus.*
3. *Paries intermedius diuidit rem, intantum quod censentur duæ res.*
4. *Ecclesia non consecrata licet dicatur basilica, tamen etiam dicitur ecclesia.*
5. *Pollutio, quæ fit in somnis, an polluat ecclesiam.*
6. *Locus facti vulneris dẽt attendi, non locus effusionis sanguinis, vel mortis.*
7. *Vulneratus in tecto an videatur vulneratus in domo.*
8. *Effusio sanguinis si fiat in porta, quæ est in medio duorum cęmiteriorum, an vtrunque cæmiterium videatur esse pollutum.*

CAP. I.

SI ecclesiam. Polluta ecclesia pollutum erit cæmiterium eidem contiguum, sed non semotum, econtra vero polluto cęmiterio non erit polluta ecclesia etiam cõtigua, nec polluto vno cęmiterio erit aliud illi contiguum pollutum, licet de vno ad aliud per portam detur ingressus. hoc dicit. Et quatuor casus declarat. secundum ibi, situs. tertium ibi, non sit. quartum ibi, non vnum.

1 † No. primo, quod vitium rei principalis se extendit ad accessorium illi connexum vel contiguum, vnde contiguitas seu connexitas nocet. facit de pœ. distin. 1. sed existimo. sic etiam prodest, quia absolutio & liberatio facta in re principali extendit se ad accessoriam & cõtiguam, vnde reconciliata ecclesia erit reconciliatum cęmiterium, arg. c. 1. j. de reg. iur. secundum Archid. & Ioan. Andr. patet ergo, quod cæmiterium contiguum sequitur conditionem ecclesiæ, & iudicatur de cęmitero contiguo sicut de ecclesia, vt hic dicitur. & per rationem istius text. Rota In decisio. 197. quæ incipit, Item quod habens gratiam in certam. determinat quod licet rescripta ad beneficia sint strictissime intelligenda, & fines mandati diligenter seruandi, vt in c. quamuis. el 1. & c. cum domino. ī. de præben. eo. lib. tamen habens gratiam in certa ecclesia de beneficio ibi vacaturo, poterit acceptare beneficium vacans in cęmiterio, ambitu, vel capellis ipsi ecclesiæ contiguis, quia pars illius ecclesiæ etiam dicuntur, vt hic in tex. secus vero si capella vel beneficium sit extra septa monasterij, vel ecclesiæ situatum, licet capellanus seu rector illius capellæ resideret in ipsa ecclesia, vt ibi per Rotam. Item per rationem huius tex. † determinat hic Pe. de Ancha. vt in venditione domus veniat ortus contiguus ipsi domui, non remotus, & in venditione vineę veniat domus ipsi contigua, non remota, de quibus dic, vt per Bart. in l. prædiis. §. pen. ff. de leg. 3. & in l. olympico. ff. de serui. vrba. & in l. quod conclaue. ff. de dam. infec. Secundo no. quod in cęmiterio polluto nõ debet aliquis sepeliri, fortius & in ecclesia polluta, ad hoc qđ no. in c. j. ī. de sepul. eo. li. nec dẽt in ecclesia polluta celebrari ante reconciliationem, vt in c. ex tuarum. ī. de priuil. si tamen contrarium fiat, ex hoc non incurritur irregularitas, arg. c. is cui. j. de sen. excommu. secundum Ioan. And. sed incurritur suspensio, cum contrafaciens suspensus sit ab ingressu ecclesiæ, j. de priui. Episcoporum. in fi. quia suspensione durãte si celebret in ecclesia diuina, agens in officio suo, vt prius erit irregularis, vt in c. is cui. j. de sen. excom. secundum Lap. & Do.

3 † Tertio no. quod paries intermedius diuidit rem, in tantum ꝙ dicuntur duæ & diuersæ res. & idem facit, vt si domus habens parietem intermedium censeantur tũc duæ domus, & nõ vna, dato quod in pariete sit porta, per quam itur de vna ad aliã, vt hic dr̃, quod no. in l. si quis duas. ver. quod & in ędibus. ff. cõia prędiorum, & quia domus constituitur ex parietibus & tecto, & ibi dicitur, no. in l. si domus. ff. de leg. j. introitus ergo per eãdem portam non facit rem, ad quam datur ingressus, coniunctam illi per quam fit acces. dici eandem, sed diuersam, si paries diuidit istas res, quod inducit Domi. vt si porta domus sit in vna parochia, & totum residuum domus sit in alia, quod illi debeat solui canonica portio, & non vbi est porta, de quo vide in c. cum qui. ī. de sepul. eod. lib.

4 † In glo. 1. ibi si. vide in capi. non oportet, de consec. dist. 1. & licet non consecrata dicatur[a] basilica, tamen ecclesia vocatur, vt in c. si. hic alle. & de consec. dist. 1. ecclesiam. sed non proprie, vt dicit glo. hic, & vide in ca. penul. ī. de immu. ecclesiarum. & de pluribus varijs nominib. ecclesiæ hic per Archi. & Ioan. And. & per gl. in c. fin. ī. ne pręlati vices suas. In glo. 2. ibi, quantum in eis, vt est expressum j. q. j. quod quidam. in fi. ad idem 49. dist. c. fin. in prin. & ita intelligi debet 81. dist. oportet. in fi. secundum Io. An. hic, & hoc idẽ voluit Arch. in c. ecclesijs. de conse. dist. j.

5 † In glo. 1. ibi, fuit occulta. idem tenet Host. & Docto. in c. fi. ī. eo. vbi concludit, ꝙ licet pollutio,[b] quæ fit in somnis, possit ipsum esse peccatũ, vt est tex. & glo. in c. si testamentum. 6. dist. tamen non violat ecclesiam, & idem de pollutione nocturna occulta, de quo ẽt per Archi. in d. c. ecclesiis. In glo. in ver. sanguinis. ibi, casu. idem si in ea quis facit minutionem sanguinis, secundum Io. And. minutio sanguinis vel sanguis exiret de naso casualiter, ſm Do. & idem si moriatur quis in ecclesia casualiter ex se, aut ꝑ lignum vel lapidem cadentem, vt no. in d. c. ecclesiis. hic alle. & idem si se defendendo quis alium ibi interficiat, quia tũc sanguis non est iniuriosus, cum liceat uim vi repellere, ut in l. ut uim. ff. de iusti. & iure. & facit cle. 1. de homicidio. secũdum Io. Cal. dicentem tñ, ꝙ tutius est, ꝙ fiat reconciliatio, ar. c. ad audiẽtiam. ī. de homi. & ita tenet Io. And. in c. proposuisti. ī. eod. Si tñ homo sanę mentis seipsum occidat, uel irato animo se uulneret cum sanguinis effusione in ecclesia, tunc debet fieri reconciliatio, si hoc est publicum, ſm Io. An. & no. in c. si quis occiderit. 60. dist. in gl. tunc aũt ea processione debebit eccl̃a recõciliari, si est magna effusio sanguinis, secus si modica, ut patet ex uerbo effussione, hic in tex. ꝙ abundantiã significat, ut in c. reuertimini. 16. q. j. & per gl. in uer. effundendi. in cle. ne Romani, de electione. imo si ex alio uulnere facto in ecclesia exiuerunt aliquæ guttæ sanguinis, non esset necessaria recõciliatio, per no. in c. ligneis. ī. eo. & ꝑ glo. in c. cum illorũ. ī. de sent. exc.

c Et sic propter effusionem modici sanguinis[c] non polluitur ecclesia, quod est no. ad statutum, ideo dicebat Bal. in l. si ꝓdiũ. C. de ędil.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Dicatur basilica. Adde c. 1. & ibi Doct. de reli. do. Card. Zab. in c. cum ex eo. in fi. de pœnis & remis.

b Nic. Supe Pollutio, quæ fit in somnis. Adde c. omnes accusationes. 32. q. 7. sanctus Tho. in 4 sen dist. 9.

c Vinc God. Effusio sanguinis qua dicatur. Fely. in cap. cum illorum. colum. 3. in fi. de senten. excommu. Angel. Aret. in tracta. malefic. versiculo, san_uis el secondo.

dc ædil.act.quod ſtante ſtaturo, quod ſindici teneantur denunciare percuſſiones ſanguinolentas, quod vbi eſſet modica cutis ſciſſura denunciandum non eſt, & idem ſi diceret ſtatutũ, ꝗ de vulnere facto in platea ſit pęna manus, quia pro paruo vulnere non haberet locum talis pęna per prædicta ſm Bald.ibi ꝑ prædicta. & quia dixit glo.ſing.in d.c.cum illorum, ꝗ ſi dubitaretur an effuſio ſanguinis ſit modica, vel magna, ꝗ hoc totum iudicis arbitrio relinquitur, de quo ibi per Docto.in ead.gloſ. ibi, necne.facit l.qua actione.§.caſuum.ff.ad l. Aqui.& idem tenet hic Ioan. Andr.& Archid.in d.capit. eccleſijs, & procedit hoc in homicidio, ſed pro alio vulnere vel alia iniuria corporali ſine ſanguinis effuſione non polluitur eccleſia, ſecundum Hoſtien.& Docto.in d.cap.propoſuiſti.licet in aliquibus locis ſit conſuetudo, vt fiat reconciliatio ad terrorem. & facit quod
6 notat Ioan. And.in c. aqua. ꝫ. eod. † In ead. glo.ibi, ſecus econuerſo.& idem Io.And.per no. in l. huic ſcripturæ.ff.ad l. Aqui. & no.ex glo.quod locus facti vulneris debet attendi, nõ locus mortis vel effuſionis ſanguinis.& vide in l.illud.ff.ad l.Aq. qđ facit ad no per Docto.in c.ſio.ꝫ.de fo.compe.& per Barto.in l. quod ait.ff.de adul.& in l.libellorum.ff.de accu.& in l.z.§.ex incendio.ff.de incend.rui.nau.& per Bal.in l.j.C.vbi de actione. In ead.glo.ibi,ſuper tectum.idem ſi ſub eccleſia, vel in cella, camera, vel ſpelunca ibi ſita quis interficiatur.ad hoc quod no.in c.a.ꝫ.de offic.deleg.eod.lib.& in c.is cui.j.de ſenten.excom. ſe-
7 cundum Io.And.& no.ex hac glo.†Primo, quod vulneratus in tecto non videtur in domo vulneratus.facit quod no.per Bart. in l.terra.§.hic ſanamus.ff.de leg.1.& in l. item apud.§.conuicium.ff.de iniurijs. & in l. j. ff.de cloacis.& quod no.in clemẽ. j.ꝫ.de pœnis.circa princip.Secundo no.quod non debet attendi locus, vbi eſt vulnerans, ſed vbi eſt vulneratus, quando loca diſtant inter ſe, de quo no. in regu.in obſcuris.j. eod.lib.& per Bar.in d.l.libellorum.& per Bal.in l.1.C.vbi de poſſeſſione, & per Docto.in d.cap.fina.ꝫ.de foro compe.In ead.glo. idem tenet Archid.in d.cap.quamuis.& in d.cap.eccleſijs.In gl.in verbo ſeminis.ibi,32.diſtinctio,quoniam.ſed certe tex.ibi facit pro opinio.prima, quam tenet hic Archidia.quia licet non debeat ibi reddi, ſi tamen reddatur, non eſt fornicatio vel adulterium, vt in c.ſi motum.de conſe.diſt.1.in c.apoſtolis.33.q.4. vt hic plene per Archidia. & facit quod no. Ioan. And. in c. quoniam.ꝫ. de coniug.leproſorum.ſecundum Lap.qui idem videtur tenere.Sed licet Hoſtien.ꝫ.eo.in c.fin.ponat hoc pro dubio, tamen Ioan.And.tenet ſe cum glo. hic, quia exigere debitum in illo loco eſt demeritorium, & ita ſequitur hic Domi. vt hic plene per eum.In glo.in ver.pollutio.in fi.vide hic pleniſſimè ꝑ Lap. in ſua alleg.83.vbi pleniſſime tractat de eccleſia vel cęmiterio, vbi eſſent ſepulta cadauera infidelium, & quid vbi eſſent ſepulta cadauera infantium non baptizatorum, & quid de muliere quæ decedit prægnans.& ibi no.vide hanc materiam per
8 Docto.in c.conſuluiſti.hic alle.†In glo.fin.in fi. Quid autem ſi in porta poſita in medio fiat iniurioſa ſanguinis effuſio, an vtrunque cęmiterium erit interdictum, & videtur quod ſic, ar. l.arbor. ff. cõi diuidun. & l.pe.ff.pro ſocio.ſed ꝗ nõ ambo, ſed illud cui magis accedit pollutio, intelligat pollutũ.facit qđ no. in l.quæritur.ff.de ſta ho.Et quod neutrum, facit l.duo ſunt Titij.ff.de teſt.tute.ſecundum Io.And.dicentem ſe audiuiſſe fuiſſe terminatum id cęmiterium dici violatum, cuius gratia porta vel paries facti fuerunt, quaſi ſit ipſius acceſſio, ſicut in ſimili dicitur de auro & gemmis, in l.ſi non ſint.§.pen. & ſi.cum l. ſequen.ff.de auro & argen.leg.ſecundum Io.And.qui per prędicta dicit, idem eſſe dicendum de porta eccleſiæ, ſi in ea fiat talis iniuria, ſecundum Ioan.And.quod intelligit Imo.quando infra clauſuram oſtij verſus eccleſiam facta eſt pollutio, ſecus ſi in parte, quæ eſt extra verſus locum vacuum extra eccleſiã, arg.no.per Bar.in l.z.ff.de cloacis.vt hic per eum.& Domi.concludentem, ꝗ aut talis iniurioſa effuſio ſanguinis eſt commiſſa in porta, ſed ex parte magis inhærente exterius, & non dicitur violata eccľa, aut ex parte magis inhærente interius, & tũc dř violata, ar.d.l.quæritur.ſecundum Domi.& idem ſi effuſio fieret in porta exiſtente infra duo cęmiteria, vt illud dicatur violatum, cui magis adhæret effuſio. Si vero eſt commiſſa in medio portę, & tunc conſiderari debet cuius cauſa porta & paries fuerint facti, vt ſ. per Ioan. And. In dubio vero ſi non poteſt hoc apparere, vt quia porta pariter participat de vtroque, & tunc vtrunque cęmiterium erit violatum, argum. d. l. arbor. & facit quod not. in l. iuris peritos. §. cum oriundus. ff. de excuſa. tutorum. & in capitu.poſtulaſti. ꝫ. de foro competen. & in capit. ſuper eo. ꝫ. de parochiis. & quod not.in capit.ad audientiam. de homicidio.

De reliquijs & veneratione ſanctorũ. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Ordines dignitatum ſunt etiam in cælo.*
2 *Apoſtoli dicuntur athletæ.*
3 *Epiſcopus non poteſt inducere aliquod feſtum in ſua diœceſi alicuius ſancti non canonizati per Papam.*
4 *Credo an debeat dici in magna miſſa in feſto quatuor Doctorum principalium eccleſiæ.*

CAP. I.

GLorioſus. Primo ponit exordium de diuina prouidentia, quæ digniores extollit. Secundo ponit imitationem eccleſiæ militantis, ibi, ſic & alma.& hęc ſecũda tria facit. Primo commendat apoſtolos, & euangeliſtas. Secundo ibi, idemque, ponit præteritam promiſſionem eccleſiæ circa ipſorum excellentiã. Tertio ponit ſuam additionem de feſtis illorum ſub duplici officio celebrã-
1 dis, ibi, uos itaque.†No.primo ibi, potioribus &c. quod etiam in cęlo ſunt ordines dignitatum. de quo in c.ad hæc.79. diſtin. & licet ſit vna vita ſanctorum, tamen ipſis ſanctis in cęlo ampliora præmia tribuuntur, qui ex bonis operibus plus promeruerunt, vt hic dicitur. Secundo no. ibi, ſic & alma, quod eccleſia militans ſequitur veſtigia Dei & eccleſiæ triumphantis, quia omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, vt hic dicit, & ſ.de electione. ſignificaſti.
2 † Tertio no.ibi, athletas. [a] quod
a apoſtoli vocantur athletę, ſic de conſec.diſt. 5. ne tales. in fi.& ponitur pro forti milite, ſeu pugnatore. & dicitur quaſi fortis ad lethum, i. ad mortem, vt C.de athletis.l.1.lib.10. Quarto no. ibi, Docto.eccleſiæ, de quatuor Doct. eccleſiæ, & quis iſtorum alteri proponatur, & in quo, vide glo.ordi.in cap. vt veterum.9. diſt.dicentem quod in moralibus Grego.exceſſit alios, Hieronymus in hiſtoriis & tranſlationibus.Et Auguſt.in diſputationibus & ſententiis.& vide in c.de libellis.20.diſt. vbi Hieronymus pręponitur Auguſtino.Quinto no.ibi, ſacerdotij prædictũ titulo, quia videretur hoc debere intelligi de titulo ordinis ſa-
b cerdotalis, nam titulus [b] dicitur multis modis, & iſte eſt vnus de illis, vt per gloſ.in cap.dudum. el 2. ꝫ. de electio.& ꝫ.de officio archipresby.cap. vltimo, in gl.2.Sed certe videretur, quod iſte tex.poſſet intelligi de titulo Cardinalatus, vt ſic probetur
c hic quod Hiero.fuerit [c] præsbyter Cardinalis, & ita etiam uoluit glo.16.q.1.§.nouarum.uerſic.hoc idem.& 2. q. 7.quamquã. & ſequitur hic Ioan.And.dicens, quod habuit titulum ſanctæ Anaſta.ut hic per eum. Item ex ordine literæ hic Epiſcopum præponi pręsbytero Cardinali, quia quilibet Epiſcopus eſt ma-
d ior pręsbytero [d] Cardinali, & ei eſt præferendus. & ita dicit gl. no.in d.c.quamquam.intellige de Cardinali non Epiſcopo, ut dicit Io.An.in c.cum apoſtolus.ꝫ. de cenſi. et uide per Hoſt.in c.eccleſia.ꝫ.de elec.ideo dixit glo.no.in c.in nouo.21.diſt. quod omnis Epiſcopus dicitur eſſe par ipſi apoſtolico quo ad ordinem & conſecrationem, licet Papa ſit maior omnium in adminiſtratione. Vlti.no. quod ad ſolum Papam ſpectat diſponere, quæ feſta debeant celebrari ſub duplici officio. In gloſ.2.in fi.no.glo.ponentem, qui fuerunt 12.Apoſtoli, & de eorum nominibus.In ead.ibi, Iudas Iaco.iſte uocatur Thadęus, & de his
3 omnibus habetur Lucę,6.†In glo.mag.in fine.tene menti glo. ordi.ex qua habetur primo, quod Epiſcopus non poteſt in ſua diœceſi inducere celebrationem feſti alicuius ſancti non canonizati per Papam, & idem tenet glo.in cap.fina.ꝫ.de feri. Secundo habetur ex gloſ. quę requirantur ad hoc ut dicatur eſſe miraculum.& uide plene per Archid.1.q.1.teneamus.& in cap. nec mirum. 26. quæſtio. 5. Tertio habetur, quę requirantur in
4 canonizatione alicuius ſancti.†In glo.fina.in fi.an autem in feſto quatuor Doctorum debeat in miſſa dici Credo. & uidetur quod ſic, ſicut in feſto apoſtolorum et euangeliſtarum, licet in rub.miſ.hoc non ponatur, nam illa rub.fuit facta ante iſtam conſtitutionem, ſecundum Domi.

ADDITIONES.

a Nico.Supe.Athletas. Adde quid ſit athleta. vide in l.athletas. & ibi gloſ. ff. de his qui no.infa.
b Nico. Supe Titulus dicitur multis modis.Adde c.clericus.2 q.1 Archi.in c.ſi quis diaconus.50.diſt.
Vin God Tituli multiplicatio in eodem beneficio ad cautelam vtilis eſt, Fely. in c.in noſtra col 2.de reſcrip.
c Nic.Sup.Fuerit præsbyter Cardinalis.Adde Lud.Ro.conſi.524.inci. Vos eſtis lux mundi.Io.de Ana.in c.ad deliberandum.de iud.
d Nic.Sup.Præsbytero Cardinali.Adde Abb.in cle.1.de exceſ.præla.Card.Zaba. in c.eccleſia. el 2.in §.s.oppo.de elec.

De immu-

De immunitate ecclesiarum. *Rub.*

SVMMARIVM.

1. *Ecclesia Romana est magistra & tutrix aliarum ecclesiarum.*
2. *Ecclesia & ecclesiastica personæ sunt immunes a talijs & exactionibus.*
3. *Collectis quãdo licite imponitur personis ecclesiasticis pro rebus, quas possident, an tunc tenentur soluere collectas etiam pro rebus, quas posside̅t extra territorium imponentis.*
4. *Feudum si deueniat ad ecclesiam, an efficiatur liberum.*
5. *Laici non possunt cogere personas ecclesiasticas dimittere aliena bona licite acquisita.*
6. *Munera quædam sunt personalia, quædam realia, quædam mista, & quæ sunt illa, singulariter declarat.*

Adde ad idem nu.7.

CAP. I.

Quia. Primo recitat grauamina in genere. Secũdo in specie ibi, sanè. Tertio puidet contra talia, ibi, volentes. 1 †No. 1. q ecclesia Romana non solum est mater & magistra aliarum ecclesiarum, vt in c. fi. ꝫ. de so. cõpe. & caput, vt 22. dist. sacrosancta, in fi. sed etiã curatrix & tutrix, vt hic, quod facit vt agere, & defendere possit quaslibet ecclesias, de quo in c. fi. ꝫ. de succes. ab intes. Secundo nota, Papam posse constitutionem facere, & ius dicere ꝯ laicos inferentes molestias ecclesijs, & personis ecclesiasticis, facit quod no. in c. cum venissent. ꝫ. de iudi. 2 †Tertio no. q tam ecclesiæ quã psonæ ecclesiasticæ sunt immunes a talijs & collectis, & alijs exactionibus laicorum etiam pro rebus patrimonialibus, de quo j. & in c. fin. j. eod. quod facit, vt fratres tertij ordinis sancti Fran. cum sint personæ ecclesiasticæ, vt per gl. in cle. cũ ex eo. de sen. exc. Et idem de fratrib. qui dicuntur milites gaudẽtes, vt per Bal. in l. super. §. quibusdam. ff. de iure immu. licet non sint clerici, tamen habeant immunitatem a datijs & collectis, ſm Pe. de Anch. & Bar. in d. §. quibusdam. 3 †Quarto no. ibi, etiam si ipsæ ecclesiæ &c. ar. q quando collecta vel onus licite imponit̃ personis vel ecclesijs intuitu rerum, seu pro rebus, tenent̃ tunc soluere etiam pro rebus, quas habent extra territorium imponentis collectam, vt hic per Io. And. dicentem, q aut sunt onera realia seu prædialia, vt sunt tributa, vel decimæ prædiales, & hæc soluenda sunt in locis, vbi sunt ipsa prædia sita, ar. l. forma. ff. de censi. & in c. fi. ꝫ. de parochijs. quod maxime procedit, quã domini ipsorum prædiorum sunt diuersarum diœcesum, vt ꝫ. de deci. cum sint. facit l. qui in aliena. §. fi. de nego. gest. Si verò sunt onera realia vel personalia ipsarum ecclesiarum, vel personarum, non prædiorum tantum, vt sunt procurationes legatorum, fructus primi anni, decimæ personales, & similia, cũ illa non sint onera realia, sed imponuntur ecclesijs vel ecclesiasticis personis pro ipsis rebus, & hæc sunt soluẽda in locis, vbi sunt ecclesiæ vel personæ ecclesiasticæ, & in istis habenda est ratio prædiorum existentium etiam extra, cum accessorium sequatur naturam principalis, secundum Ioan. An. & ita videtur velle Fed. in suo consi. 146. secundum Lap. hic, & Pau. in cle. j. in ver. teneantur. de iure pa. secundum Do. hic, quod intelligit hic Bal. primo, si hoc fiat auctoritate eius qui disponere posset de accessorio, vt in l. cũ vous. §. is qui. ff. de bo. auct. iu. Secũdo, quando ipsa onera vel collectæ imponuntur expresse ipsis personis vel ecclesiis pro rebus, quia tunc attenduntur bona vbicunque posita. Sed si imponantur incolis vel ecclesiis simpliciter, tunc impositio erit nulla, & ipsa persona attrahet ad se rẽ, non econtra, vnde in dubio videtur imposita collecta psonis pro rebus, & tñ debet soluere ecclesia in vna diœcesi, q̃tum solueretur si omnia bona haberet in eadem diœcesi, sicut cõ, si onus imponerẽt diœcesanis ecclesiis, ipsa ecclesia non diœcesana nihil solueret pro rebus, quas habet in alia diœcesi, vt in l. rescripto. §. sciendum. ff. de mu. & ho. ſm ipsum Bal. de quo etiã ibi plene per Bar. in eius repe. In glo. in ver. temporale. in fi. de pluribus speciebus dominorum temporalium & officialiũ vide hic per Io. And. 4 † In glo. in ver. Franciæ. idẽ sequunt Doc. In gl. in ver. bonorũ. in fi. adem Arch. hic per c. accusa. §. si vero. in fi. j. de heret. & 23. q. 8. hinc datur. & c. tributum. & qđ no. Inno. in c. verum. ã. de so. compe. & idem tenet glo. in c. 1. hic alleg. & Io. Mo. hic, arg. l. qui tabernas. ff. de ꝯhẽ. emp. & dicit, q habens allodiũ in feudũ, si donat illud ecclesiæ, res debet censeri libera, postq̃ deuenit ad ecclesiã, nisi de gratia ipsius ecclesiæ res daretur in feudum, vt in Authẽ. de pa. iui. fir. in fi. vnde dicit, q ista debent intelligi de allodiis, non de censitis, quæ per mortem possidentis reuertuntur ad dominum, quia cũ ecclesia nõ moriatur, vt in c. si gratiose. ꝫ. de rescri. eo. lib. sine pıudicio dñi res in ecclesiam transferri non posset. de quo Io. And. remittit ad no. per Spec. in tit. de loca. §. nunc vero aliqua. ver. 97. & ver. 164. cuius dicta refert hic Lap. Quid autem si ad ecclesiam trãsferatur res, an teneatur pro illa soluere collectas hic per Archi. referentem dicta Spe. in ti. de cleri. coniug. ver. ad hmôi. & concludit q cum descriptio, quæ fit pro solido & libra, non sit perpetua & certa, sed mutetur ſm varietates locorum & negotiorum imminentiũ, vt dicit sępe Bononiæ fieri, non vr̃ tale onus durare postquam res peruenit ad personam priuilegiatam, vt in c. 1. ꝫ. de iure pat. eo. lib. & ita dicit hic Archi. esse tenendum, & ita residet hic Io. And. & idem consuluit Bar. in suo cõsi. qđ inci. Punctus quęstionis est talis, quia hmôi collectæ non sunt reales, sed imponuntur ratione personæ pro ipsis rebus, & sic non ligant non subditos, vt in d. §. sciendum. Non obst. iura in contrarium, quia loquuntur in prædiis tributariis, & idem tenet Bal. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. secundum Ino. & Do. hic idem tenentes. Idem etiam sequitur do. Anto. in c. fin. ꝫ. de vita & hone. de quo ar. vide ibi per Imo. & alios Docto. & per Bar. in d. §. sciendum. & per Bal. in l. fi. C. sine censu vel reliqu. & plene no. per Inno. & Doct. in c. non minus. ꝫ. eo. tit. 5 † In gl. fi. in prin. no. iuncto tex. quod clerici & personæ ecclesiasticæ non possunt cogi per laicos ad dimittendum & alienandũ bona licite acquisita, idem tenet Bal. in auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccle. imo etiam nec ad ponendum extra manum suam, & dicit hic Ioan. Andr. esse differentiam inter alienare, & extra manum suam ponere, cum sit latius quam præcedens, vñ emptor domus prohibitus illam extra manum suam ponere, non poterit alii illam commendare, vel seorsum concedere, ar. l. 1. in prin. ff. depo. licet alium ibi possit secum recipere, arg. l. 4. ff. de vsu & habi. de quo per Cy. in l. fi. C. de re. ec. nõ alie. & ibi Bal. hoc videtur velle. & vide per Bar. & Bal. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. In ead. glos. in fi. hæc autem allegatio fuisset bona contra laicos, secus contra clericos, qui eis non subsunt. Et vide per Barto. in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen. vbi ponit, an cedendo rei uel uolendo habere ipsam rem pro derelicta liberetur quis ab obligatione, qua tenetur occasione ipsius rei, & vide per Spe. in ti. de feudo. §. quoniam. ver. 29. & in tit. de censi. §. nunc autem videndum. ver. item pone. & per Bal. in l. cum fructuarius. ff. de vsufr. 6 †Et conclude, quod bonorum quædam sunt personalia, quędam realia, & quædam mista. Primo casu sunt illa, quæ exhibentur personali obsequio sumptibus tamen alienis, & absque arrogatione prupsit patrimonii, secũdum Inn. in c. non minus. ꝫ. de immu. eccl. & Bar. in d. l. prǽscripto, & ad talia personalia tenẽt incola, vt in l. incola. ff. ad muni. & etiam ciuis in loco, in quo est ciuis, licet alibi domicilium sortiatur, vt in d. l. incola. vt sequitur Barto. in d. l. rescripto. Sed ecclesiæ, clerici, vel personæ ecclesiasticę talia subire cogi non possunt. vt videtur hic velle Pe. de Anch. referendo Ol. l. quod procedit non solum si sint sordida, vt d. l. placet. de sacrosan. eccle. & d. c. non minus. & ibi per Inn. sed ẽt si non sint sordida, vt in l. generaliter. C. de epi. & cle. & ꝫ. ne cle. vel mo. c. sed nec procurationes. quod licet sit regulariter verum, tamen fallit, primo quando esset onus custodiæ ciuitatis, cum ad tale onus clerici teneantur, quando ciuitas est de temporali iurisdictione ecclesiæ, vt nu. in c. peruenit. ꝫ. eo. ne. & per do. Flo. in c. q̃. q̃. ꝫ. de censi. eo. lib. Secũdo fallit, qñ esset onus extraordinariũ tendens ad pietatem, vt l. ad instructionem. C. de sacrosan. eccl. & ita etiam potest intelligi d. c. peruenit. ſm Inn. ibi. Tertio fallit, qñ esset onus extraordinarium tendens ad publicam vtilitatẽ, cum tunc cogantur id subire consulto prius Romano pontifice, vt in c. aduersus. ꝫ. eo. vt no. do. Ant. in d. c. non minus. & dic vt ibi plenius no. de hoc. Quarto fallit, quando ecclesia vel clerici haberent possessiones a principe, cum tunc teneantur ad personale, vt angaria, & perangaria, vt no. in d. c. non minus. p Ion. & ibi per do. Ant. dicentem, q ista ecclesia vel clerici non poterunt cogi per iudicem secularẽ, sed p ecclesiasticũ, vt in c. si diligenti. ꝫ. de fo. cõpe. 7 †Secundo casu qñ munera vel onera sunt realia mere, & tunc aut talia onera non fuerunt imposita, anteq̃ res peruenerit ad ecclesiam, & postea imponi nõ poterunt p laicos ipsis reb. vt patet ex hoc tex. & hoc ẽt voluit Bal. in d. l. placet. & in l. fi. C. sine cẽ. vel reliq. aut fuerunt imposita anteq̃ peruenirent prædia vel res ad ipsam ecclesiam, & tunc aut ipsa onera realia fuerunt imposita rebus, non allodiis & liberis, vt emphyteuticariis, vel feudatariis. Et ad talia onera tenenẽ non solũ laici, sed ẽt ecclesiæ, & personæ ecclesiasticæ, ad quas perueniunt tales res talibus onerib. annexę ſm naturã ipsarum rerum, vt l. quam constitui. ff. de ser. urba. prædior. ſm

do.Flo. hic, quod verum est, nisi natura emphyteusis vel feudi repugnet, quia tunc ad ecclesiam non transirent, vt sentit hic Io.Mo. hoc voluit Bal. in auth. item nulla C. de epi. & cle. per l. de quibus. ff. de legi. de quo per Spe. in d. §. nunc vero. versi. 44. Aut ipsa onera realia fuerunt imposita allodijs, i. rebus liberis, quæ pertinent ad possidentes quo ad dñium & proprietatē, vt sunt tributa, quæ indicuntur singulis annis, vt no. in d. l. rescripto. §. fi. vel decimæ prędiales, & talia onera prædialia debent, vt indictiones, vt C. de anno. & trib. lib. 10. & indicuntur possessoribus & non municipibus, & sic forensibus, vt d. §. fin. vbi hoc vř velle Bar. & Bal. in l. fi. C. sine censu vel reliqu. & hęc solui debent vbi sunt sita prædia, quibus sunt imposita, vt l. forma §. si vero. ff. de cēsi. & ī. de parochijs. in c. fi. & ad talia onera realia tenentur non solum laici, sed & ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ, ad quas tales peruenjunt, vt vult gl. hic, & vt no. C. de anno. & tribu. l. fi. & p Bar. in d. §. fi. ad hæc, l. iubemus nullā. C. de sacros. ecc. & l. de his. C. de epi. & cle. gl. in l. fi. C. sine cēsu vel reliqu. & in l. fi. §. patrimoniorum. ff. de mune. & hono. quod procedit, quādo talia onera imposita fuerunt a lege vel principe statuente, vt no. in rubri. C. de anno. & tribu. sm Bar. in d. l. fi. imo & si quilibet ciuis & comitatensis donasset bona sua cōmuni, & postea possessiones suas recepisset a cōi sub tributo, & annuo censu collectarum, vt no. per Bar. in d. §. fi. in lec. imo & si fiat statutū in ciuitate, quo disponat, q oīa prędia sint tributaria, & affecta onere tributorū pro collectis imponendis, cū & tunc ecclesiæ teneant ad ista tributa & collectas, si postea ad eas talia bona perueniant, vt voluit Bar. in d. §. fi. dicens probari ex dicto Inn. in c. postulasti. ī. de so. cōp. dicens & hoc procedere salua cōstitutione sanctæ matris ecclesiæ, vt ibi plenius per eum, cuius dicta refert hic Pe. de Ancha.

S V M M A R I V M.

1. *Dictum generaliter videtur esse dictum singulis, quando actus ad singulos pertinet.*
2. *Sententia an veniat appellatione p ocessus.*
3. *Parlamenta non debent fieri in ecclesijs.*
4. *Tutor vel curator an possit dari in ecclesia.*
5. *Confessio facta coram iudice seculari in ecclesia, an valeat.*
6. *Iuramentum an possit præstari in ecclesia.*
7. *Testes an possint examinari in ecclesia.*
8. *Arbitratores & amicabiles compositores, an possint procedere in ecclesia.*
9. *Constitutio dicitur pęnalis, quando annullat processum & sententiam ratione prohibitionis.*

C A P. II.

DEcet. In ecclesijs dato humili ingressu dēt orationibus insisti, exclusis clamoribus, seditionibus, & concilijs laicorum, & eorum publicis parlamentis, & varijs colloquijs, & iudiciorum strepitibus, & maxime criminalibus, quæ oīa ordinarij locorū exequi debent, & pcessus & sniē secularium sunt nullæ in ecclesijs habitæ, & cōtrafacientes puniri debent. h. d. sm Do. No. 1. nomē Iesu Christi oīa alia nomina excedere, & extollendum esse spāli [1] reuerentia, & rōnem hic vide per Io. And. † Secundo no. ibi, singuli singulř iuncto tex. ī. q gñaliter dictum singulis dictum vř qñ actus ad singulos pertinet. facit quod no. in c. sedes. ī. de rescri. eod. lib. & in c. si snia. j. de sen. exc. & sic cō, qđ in singulari dictum est, oēs respicit, 41. dist. miramur. sm Io. And. & no. ī. de exces. præla. ca. nimis. Tertio no. ibi, testantur, q per signa exteriora probantur interiora, sic Inst. de rerum diui. §. gallinarum. secundum Io. And. Quarto no. ibi, ne vide &c. arg. q in ecclesia sit potius orandum, quam in alio loco, sm Io. Mona. & vide hic per Archi. ponentem de oratione per modum summæ, de quo & per gl. ordi. in ver. orationes. in cle. 1. de reliquijs & ven. sanctorum. Quinto no. ibi, omnis in eis, q in ecclesijs & earū cæmiterijs iudicium seculare exerceri non pōt, nec aliqua causa secularis quæcunque sit, siue criminalis, siue ciuilis, siue parua, siue magna, vt patet ex verbo vniuersali, omnis, secundum Io. And. cuius dictum no. hic Do. pro priuilegijs vel statutis, in quibus datur ptās cognoscendi de oībus causis, quia comprehendunt quæcunque causæ sint, qđ appellatione causę comprehenditur criminalis & ciuilis, siue parua, siue magna, vt hic [2] patet. † Vlt. no. ibi, snia. q appellatione processus [a] non venit snia, de quo in c. qm ō. ī. de prob. & est hic casus, in quo tōnc loci non valet processus & snia, de quo per Spe. in ti. de prolatione sniæ. §. iuxta. ver. item est nulla, vide in l. cū sniam. C. de sen. In glo. in ver. peccatis. in fi. vide hic per Archi. & Io. An. ponētes quid sit pactum, de quo de pę. dist. 1 si pactum. In gl. in ver. vel in fi. Idem habetur in capit. extirpandæ. ī. de præben. & in c. fi. ī. de consue. secundum Ioan. And. & sic no. quod vbi ista alternatiua, vel, iungitur cum vna qualitate tantum, non stat alternatiue, sed electiue. ad hoc glo. 31. dist. eos. secundum Do.

[3] † In glos. in ver. parlamenta. quod procedit, siue sit vniuersitas scholarium, siue clericorum, vt hic in tex. ibi, vniuersitatū quarumlibet intellige, quādo vellet ibi tractare temporalia, secus si spiritualia, vel ecclesiastica, quia tunc bene possent in ecclā, vnde possunt clerici facere synodum in ecclesia, & tractare de libertate ecclesiastica, de sta. cle. & reformatione morū in clero & populo. Poterunt etiam scholares ibi magistrari, [b] & similia fieri, quia hoc ecclesiasticum est, & ab ecclesiastica persona magisterium recipiunt, vt in c. 1. ī. de magistris. & quia scientia est res sanctissima, vt l. 1. §. est quidem. ff. de varijs cogn. imo & laici tractare possunt in ecclesijs spiritualia, puta de faciendo festum beatę Virginis, vel aliquam confraternitatem in honorem Dei vel alterius sancti, vel de pace etiam fienda inter laicos, quia hęc non prohibentur eis ex mente huius decreta. sm Io. And. In gl. in ver. secularium. in fi. no. ex gl. iuncto tex. q iudicia ecclesiastica non prohibentur exerceri in ecclesijs, & ita seruatur Florentię in epātu Phesulano, ideo est, q tex. hic non loquitur de iudicibus ecclesiasticis, & ita sequit̃ Bal. in l. nemo apostolorum. C. de sacrosan. eccl. Quid autem si duo iudices simul procedunt in ecclesia, quorum vnus est secularis, alius ecclesiasticus, an valeat processus. Lap. hic, & alij Doct. tenent q sic, pro quo facit c. per tuas. & c. contingit. ī. de arbi. & quod ibi no. Inn. & Host. & facit gl. & quod ibi no. Io. And. & Archi. in c. 1. ī. de iure pa. eo. lib. & in c. si eo tempore. ī. de rescr. eo. lib. & in reg. vnic. j. eo. lib. & in cle. 1. de præbē. Posset tamen dici hoc procedere, qū ipsorum iudicum quilibet habet iurisdictionem insolidū, quia valet tunc processus & snia illius, qui pōt procedere, arg. l. 1. §. 1. quod falso tuto. qñ. s. intendebat procedere sine altero, alias secus esset, vt no. in d. c. cum super. & idem quando dicti iudices non haberent iurisdictionem insolidum, quia tūc processus nō valeret, vt hic in tex. & facit quod no. in l. Pedius.

[4] ff. de arbi. & ibi per Bal. † Sed quęritur primo, an tutor vel curator possit dari in ecclesia. Bal. in d. l. nemo, q sic, qa hoc est qd piū, arg. in l. qui habet. §. quodlibet. ff. de tutelis. & pia negotia non prohibentur ex mente huius decre. vt ī per Ioā. And. ideo est, q manumissio potest fieri in ecclesia, vt in l. 1. C. de his qui in eccle. man. secundum Bal. in d. l. nemo. dubium tamen facit, quia emancipatio requirit auctoritatem et decretū iudicis, ut in l. emancipatione. C. de fi. instru. & in l. post mortem. ff. de adop. & hic in tex. omnis actus iudicialis redditur nullus, vt p bat d. a vniuersalis ī. in tex. in versi. omnis in eis &c. Et ibi per Io. And. & eadem ratione & fortius idem videtur in tutela, vel cura, & maxime si fiat ex inquisitione, vt sic decretum iudicis necessarium in tutela vel cura in ecclesia interponi nō possit.

[5] cogita, & vide per Bal. in l. actus. C. de ferijs. † Secundo quærit̃, an valeat confessio facta in ecclesia coram iudice seculari Lap. hic q sic. per no. per Archi. ... q. si indicante. & per Vin. in c. auditis. ī. de procu. & per Ioan. And. in c. fi. ī. de testi. spo. & maxime, quia confessio non fit coram iudice prohibito, uel nō suo, ut no. per Inno. et Ioan. And. in c. per inquisitionem. ī. de elec. alias secus esset, vt in c. at si clerici. ī. de iudi. secundum Lap. inferentem ex his, quod ualeat confessio facta coram suo iudice etiam extra territorium, licet aliud esset in alio processu. et ita refidet hic Pe. de Ancha. et facit glo. magna circa princip. in l. 1. C. de confe. Tu intelligas, quod ualeat ut confessio extraiudicialis, quia ut iudicialis ualere non potest, cum in ecclesia uel extra territorium sit ipso iure nulla, ut hic, et facit quod not. in capitulo, Romana. §. finali. ī. de foro competen. et per Paul. in cle. dudum. in uer. extra ciuitatem. de sepulturis. et per Bald. et Angel. in l. magistratibus. ff. de iurisdi. omn. iudic. et in l. diuus. ff. de custo. reorum, et ita uidetur uelle glo. sing. in l. iubemus. in fine. C. de libe. causa, dum loquitur de confessione facta coram iudice, tamen non in forma iudicii, quia non ualet tunc ut iudicialis, ut ibi per glo. et Baldum. Posset tamen saluari dictum Lapi, dum loquitur de iudice extra territorium, quando ille esset talis iudex, cuius iurisdictio posset prorogari, quia tunc ualeret confessio facta coram eo tanquam coram iudice, in quem esset prorogata iurisdictio, ad hoc quod nota. per

[6] Angel. in l. prima. † Tertio quæritur, an iuramentum possit præstari in ecclesia. Bartol. in l. nemo. concludit, quod discepta-

ADDITIONES.

a Nic Sup. Appellatione processus. Adde c. prudentiam & ibi Doct. de offi. dele. c. præsentata. in fi. de testi. & in l. 2. C. vt li. pen.

b Nic. Supe. Scholares ibi magistrari. Adde Archi. in c. in oratorio. 42. dist.

disceptatio fit, an sit iurandum vel non, cum sit actus iudicialis & contentiosus, in ecclesia fieri non potest, & ita sequitur ibi Bald. Sed postquam fuit facta disceptatio & deliberatio in iudicio, tunc iuramentum partis poterit in ecclesia præstari, ex quo non est actus contentiosus, facit tex. no. in l. generaliter. in fi. C. de reb. credi. vbi dicitur, quod iuratur super altare, & sic in ecclesia. ad idem tex. in c. habemus. 22. q. j. Sed de iuramento testis Bald. ibi dubitat, ex quo debet præstari iudice sedente pro tribunali, quod fieri non potest in ecclesia, vt hic in tex. residet tamē ibi Bal. quod possit, cum iuramentum sit actus spiritualis & religionis, vt in l. 2. ff. de iureiu. & facit c. mulieres. ꝫ. de iudicijs. eo. lib. & idem tenet hic Domi. & Bal. in d. l. generaliter. in fi. maxime subsistente causa, vt quia talis est mulier, & alibi non est ei honestus locus. Tu aduerte, quia prædicta possent
a procedere in iuramento [a] non iudiciali, sed in iudiciali nullo modo hoc videtur, per huoc tex. vbi prohibetur omnis actus iudicialis, vt ꝫ. per Ioan. Andr. in ver. omnis, & quia iuramentum est de processu, vt in d. c. quoniam ꝫ. etiam si fieret alteri commissio iuramenti per iudicem, vt in cle. j. de offi. dele. cum tunc committatur iurisdictio, vt ibi no. quia actus iurisdictionales, & omnis actus, qui est de processu causæ, est ipso iure nullus, vt hic dicitur. Nō ob. ꝙ sit spirituale, q a potest intelligi de alijs iuramētis quam iudicialibus, iudicialia hic prohibentur, licet in se sint spiritualia, alias sequit. quod iudex secularis posset procedere in eccl'a sup cā vertēte in causis iuramētorū, vel licet iuramenta sint spiritualia in se, tamen prohibentur exerceri ratione loci, vt per Ioan. And. in c. j. ꝫ. de consecra. eod. lib. super glo. in ver. feminis. & maxime, ex quo sunt iudicialia, &
7 exercentur per laicos, vt hic in tex. † Quarto quæritur, quid de examinatione ip'orū testium. & dic quod si primo iurauerunt coram iudice in iudicio, valebit examinatio facta in ecclesia, quia trahitur ad locum & tempus iuramenti, secundum Bart. & Bal. in d. l. nemo. & facit glo. in d. clemen. 1. secundum Domi. Sed si iurauit in ecclesia remanet tunc dubitatio supradi-
b cta. Quinto quæritur, quid [b] de citatione. Et dic, ꝙ commissio citationis nō potest, cum talis sit actus iudicis, & de processu, vt no. in d. c. quoniam contra. notificatio vero, quæ fit per nuncium, fieri poterit, cum sit quædam executio facti, & intellige de citatione verbali, secus verò in reali, quæ fit per capturā personæ, quia talis non posset fieri in ecclesia auctoritate iudicis secularis, vt in l. præsenti. C. de his, qui ad ecclesias confugiūt, sm Bal. in d. l. nemo, pro quo etiam tex. in c. inter alia. ꝫ. eo. ti. & ad prædicta facit quod no. Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. oper. nunc. & Bal. in l. fi. C. de ferijs. Sexto quæritur, an valeat prote-
c statio facta in ecclesia. [c] Bal. ꝙ sic, in d. l. nemo. in fi. per tex. in
d auth. si quis. C. de adul. Septimo quæritur, quid in arbitris. [d] & dic, ꝙ eodem modo non valerent eorum processus vel sententiæ in ecclesia, sicut hic dicitur in iudicibus, cum & ipsi veniāt appellatione iudicum, vt 2. q. 6. a iudicibus. facit gl. in ver. iudicis. in c. 1. ꝫ. de confes. eo. lib. quod maxime procedit in arbitris iuris, de quibus in c. ab arbitris. ꝫ. de offi. dele. eo. lib. & idem in alijs arbitris electis ab ipsis partibus, cum sint redacti, & dēant procedere ad instar iudicum, vt in l. 1. ff. de arbi. & eis obstant feriæ sicut iudicibus, sm Spe. in tit. de litis contest. §. restat. ver. nunquid. & no. Arch in d. c. a iudicibus. & ita sequitur hic Lap. & Do. & Bal. in d. l. nemo. & facit l. senatus. ff. de arbi. & quod no. Io. And. in reg. in iudicijs. j. eo. lib. vide tamen gl. & ibi dicta
8 in c. 1. ꝫ. de re iudi. & in ver. iudicio. † Octauo quæritur, quid de arbitratoribus & amicabilibus compositoribus. Lap. hic tenet, quod isti poterunt procedere in ecclesia & sententiare, pro no. per Spec. in tit. de arbitr. §. fin. vers. sed nunquid amicabilis, & idem Domi. hic per dictum Inno. in c. venerabili. ꝫ. de censibus circa medium gl. magnæ. vbi dicit quod factum coram arbitratore, non dr̄ factum in iudicio, idem voluit Inn. in c. Quintauallis. ꝫ. de iureiu. quia eorum snīa est quędam transactio, vt in Auth. vt differ. iud. post prin. & transactio est actus pacis & concordiæ, & potest fieri etiam diebus feriatis in honorem Dei, vt in l. fi. C. de ferijs. & ita sequitur hic Pe. de Anch. & Bal. in d. l. nemo, in fi. dicens no. quod si arbiter, qui potest procedere vt arbiter & arbitrator, fert sententiam in ecclesia, valebit tunc tanquam sententia arbitratoris. facit quod no. Innocen. in c. cum ex officij. ꝫ. de præscip. In glo. in ver. compescant. in fi. no. glo. nec possent ordinarij dare licentiam contra prohibita in hac decretali, cum ipsi sint deputati ad hæc exequenda, non relaxanda. arg. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. & hoc nisi vrgens & euidens cā subesset, secundum Io. And. ex cuius dicto no. hic Bal. primo, quod executor datus ad exequendum non potest relaxare. Quod no. hic Domi. quod vbi lex dat Episcopos executores iurium expresse, non possunt Episcopi dispensare contra talia iura. Sed certe Episcopi nullo casu possunt contra iura dispensare, nisi in casibus in quibus reperitur permissa dispensatio, secundum Inno. in c. dilectus. ꝫ. de tēporibus ord. & ibi vide. In glo. in ver. processus. in prin. idem Ioā. Mon. Arch. & Ioā. And. & Bar in d. l. nemo. quod maxime procedit, si contractus tenderet ad spiritualitatem, vel si matrimonium ibi contraheretur, vt in §. quantum. in Auth. quibus mo. naturales effi. leg. secundum Bal. in d. l. nemo. dicentem, quod rustici & alij laici poterunt congregari in ecclesia, & constituere syndicum cum autoritate eorum superioris, cum sit con-
9 tractus, vt hic in glo. & ibi plene per Bal. de hoc. † In ea. glo. in fi. no. ex gl. quod constitutio dicitur pœnalis, quando annullat processum, & sententiam ratione prohibitionis, quia annullatio actus est pœna, vt est tex. no. in l. senatus. ff. de contrahen. empt. & ita sequitur Bald. in l. non dubium. C. de legibus. in 2. charta. de quo tamen vide per Io. And. & Docto. in c. fina. ꝫ. de elec. eo. lib. Sed certe hic imponitur alia pœna, vt per gl. ꝫ. in ver. compescat. & hoc per Domi. Ideo autem potuit hic Papa irritare iudicia quo ad laicos, & iudices seculares, propter iurisdictionem quam habet in loco, & sic in ecclesiā & rōne peccati. facit quod no. in c. quamquam. j. de vsuris. in vlt. gl. secundum Io. And. ex cuius dicto no. hic Bal. quod qui habet iurisdictionem in loco, potest statuere circa omnia quę ibi fiunt. In glo. in ver. acrimoniam. in fi. vel erit pœna arbitrariā, & idem in c. 1. ad fi. ꝫ. de statu regu. eo. lib. sm Ioā. And. & facit glo. luc ꝫ. in ver. compescant.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Quod iuramentum possit præstari in ecclesia, ratio adduci potest, quia iuramentum est obligatio animæ, vt per Cy. & Bal. in auth. sacramenta. C. si aduers. vend. est etiam quædā spiritualis tortura, vt meminit Barth. Soz. in consi. 204 in causa. ver est clare. circa fin. lib. 2.

b Nico. Supe Quid de citatione Adde, an valeat citatio facta ad ecclesiam, vide in c. cantam. de do & contu. c. si. de eo qui mit in pos.

Vin. God. Adde, an valeat citatio nullo expresso loco. Rayn. consilio 152. num. 5. libro 5.

c Nic. Sup. Protestatio facta in ecclesia. Adde Bar. in l. non solum in § morte. ff. de no. oper. nunci. Ioan. Andr. in regula, in generali, de regu. iur. libro 6. in mercuria.

d Nic. Sup. Quid in arbitris. Adde Lanfrancum in tractatu de arbi.

CAP. III.

Clericus. Benedictus in sua extrauaganti, quæ incipit, ꝙ olim. restrinxit hanc decre. ad exigentes tm̄, sed Clemens reuocauit eā in totū cum suis declarationib. ita ꝙ voluit eam haberi pro non facta, vt in sua extrauaganti, quę incipit, pastoralis, quę est hodie cle. 1. j. eo. tit. & vide circa hoc qđ ibi no. in prima glo. vnde circa hanc decre. insistendum non est. & Arch. hic eam non glossauit sm Io. And. licet Io. Mon. sic inter alia dicens, ꝙ si impositio talis fiat non ecclesiasticis personis, sed eorum hominibus, locus erit pęnę huic c. cum fiat fraus legi. sic j. eo. ca. fi. & in c. quam cito. ꝫ. de priuilegiis. & in cle. fi. j. eo. lib. Et ita trāsit hic Domi. sed certe ista decre. in totum est correcta, & reuocata, & habetur pro infecta, vt dicit tex. in d. cle. 1. vnde eius pęna nullo casu potest habere locum, licet ipsi fieret fraus, tunc iit consultum per alia iura, vt patet, non autem per hanc decreta. contrahitur, ac si facta non esset.

SVMMARIVM.

1 *Districtus veniunt appellatione terrarum, & sic interdicta terra intelligitur interdictus districtus.*

2 *Actus solus impetrationis non inducit litis pendentiam.*

3 *Iudex ecclesiasticus se intromittit de iudicibus secularibus impedientibus iurisdictionem ecclesiasticam.*

4 *Statutum strictius loquens in parte narratiua quam dispositiua, extenditur ad comprahensa in parte disponente.*

CAP. IIII.

Quoniam. Primo recitat ad vsum secularium prātum. scđo ibi, nos. statuit ꝫ illum. tertio ibi, si quis vero. imponit pęnā transgressorib.
1 † No. primo ibi, in terris siue districtib. ꝙ appellatio
a ne terrarum [a] alicuius domini veniunt eius districtus, quod facit vt interdicta terra intelligat interdictus eius districtus, sm Domi.

ADDITIO.

a Nicol. Supe. Appellatione terrarum Adde, an appellatione terrarum suarum comprahendantur terræ adhærentes. vide per Barba. consi. 62. incip. Paulus apostolus, in 4. col. in 4.

Vin God. Terra quantum differat à luna, quantus sit circuitus eius, ponit Plinius in libro primo de naturali historia.

Vin God. Et terra a ciuitate separata retinet statuta præcedentia, nisi alteri territorio sit vnita. Ruy. consi. 39. nu. 15. lib. 1.

Domi. Sed certe hic probatur contrarium, cum ista ponantur hic vt diuersa, de quo tamen vide in c.1.§.de postul.præla.& qđ no.in c.cum ad sedem.§.de resti.spoli.& in clemen. ne Romani.§.sane.j.de ele.& in cap.si ciuitas.j.de senten.excom. Secundo nota ibi, sponsæ nostræ, quod inter Papam & ecclesiam cōtrahitur matrimonium spirituale.sic 98. distin. c.1.& ipse Papa est iudex in causa suæ ecclesiæ.sic §.de confirma.vtili.cap.cum dilecta. & de Imperatore no. in l. proxi. ff. de his quæ in testa. delen. Et de Episcopis & alijs prælatis infe. vide per Bal. in l. j. C.ne quis in sua causa.& per Docto. in c. cum venissent.§. de iudi. †Tertio no.ibi, litigantium.iuncto tex. §.quod solus actus impetrationis non inducit litis pendentiam. ad idem clemen. 2.& ibi glo. vt.li. pen. nec etiam inducit voluntatem litigandi, cum ista ponantur vt diuersa, quod inducit Do. vt impetrans rescriptum non possit compelli, vt illo vtatur virtute solius impetrationis.de quo per Docto.in c.ex conquestione.§.de resti. spolia.& per Bal.in l. postquam liti. C. de pac. Quarto no. ibi, alijs quibuscunque.tex.contra id quod dicit hic Dom. volens, quod pęna istius tex. loquentis de impedientibus iurisdictionem ecclesiasticam habeat locum, quando impedimentum præstatur ad finem, vt non litigent coram ecclesiasticis, sed coram iudice laico, alias verò si impedimentum præstetur ad impediendum solum exercitium iurisdictionis ipsius ecclesiastici, puta per friuolas exceptiones, vel inducendo subtiles rationes fauore partis conuentæ, tunc pęna ista locum non habet, arg.c.1o pęnis.j. eod. lib. licet secundum eum contra tales procedi possit secundum formam cap. 1. §.de offic. delega. Sed certe, vt §.patet, habet locum iste tex.qñ præstatur impedimentum non solum ad finem, vt litigent coram secularibus, sed & vt desistant, ex quibuscunque causis hoc fiat, & facit tex. §. in versi.desistere.& in ver.ad desistendum. iusta tamen causa litigandi vnde excusaret a pœna huius decre. cum illa excuset a pœna legis vel statuti, vt in c.1.§.de ele.eod.lib. Quinto no.ibi, iustitiam obtinere.quod verbum cognoscere, & iustitiam facere, includit potestatem dicendi, quod inducit hic Do. pro commissionibus, quæ fiunt, vt quis cognoscat & iustitiam faciat, si tamen alicui committetur audiētia, vel cognitio alicuius causæ simpliciter, an videatur commissa eius diffi. vide per Doct. in c.super quocunque.in princip.§.de offi.deleg.& per gl. & ꝑ Bal.in l.a diuo Pio.in prin.§.de re iud. Vltimo no. quod dicitur inferri iniuria, quando eius iurisdictio turbatur, vel impeditur, & turbans vel impediens tenetur eidem & parti de iniuria ad pęnam excusans.de quo in c.j.j.de pęnis. †In glos. in ver. ecclesiasticum.in fi.intromittit tamen se de secularibus impedientibus iurisdictionem ecclesiasticam, cum iste tex. habeat locum, siue impedientes sint clerici, siue laici, siue domini, siue homines priuati, siue de iurisdictione, vt patet hic in tex. ibi, nequis &c. vbi vniuersaliter & generaliter loquitur. Nec ob. ꝙ in narratione huius c. loquatur tantum de habentibus dominium vel iurisdictionem, quia Papa videtur hic assumere narrationem potius pro cā impulsiua huius constitutionis, quam pro causa finali, secundum Ioan. And.ex cuius dicto no.infertur. Primo, quod an causa legis sit impulsiua, deprębendit quãdo latius postea loquitur in dispositione, quam fuerit ipsa causa in narratione postea de quo, io c.post translationem.§. de temin. secundum Domi. in dubio tamen omnis causa apposita io l.præsumetur finalis, & non impulsiua, vt volunt glo.sing.& Bald.ibi in l.cum tale.§. legato fal. ff. de conditio. & demonst. †Secundo infertur, quod statutum speciale strictius loquens in parte narratiua, quam dispositiua, extenditur ad comprehensa in parte disponente, quia conclusio & decisio est illa, quæ attenditur, vt volunt alias Inno.de conclusione libelli in ca.super literis.§.de rescrip.verbis tamen narratiuis, & ex præfatiōnibus colligatur ratio finalis ipsius statuti vel legis, vt l.fina.ff. de hære.insti. In glos.in ver.absoluatur.in princi. an autem valeat absolutio, facit contra prohibitionem istius decre. Archi. hic quod non, ex quo tex.hic prohibet. Ioan. And.remittit ad no.In clem.j.de iure patro.& per no.ibi in glo.in ver. inhibentes, videtur quod valeat.voluit enim ibi gl. quod vbi datur forma, alias non habeat potestatem, quod illa non seruata nō valeat actus, secus si detur forma alias habenti potestatem.cū ergo ordinarius habeat potestatem absoluēdi, vt io c. nuper. hic alleg.sequitur ꝙ valebit hic absolutio, ſm Do.de quo in ca. venerabilib.§.vbi autem.j.de sen. excom. vbi est tex.ꝙ & absolutio iniusta valet & tenet, & vide per gl.in c. quamuis. §.de sen. excom.an valeat absolutio non facta prius satisfactione. Et vide etiam pe glo.in c. ex parte. §.de offi.ordi.an absolutio facta ex falsa causa valeat vel non.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vel dispositio in certis casibus dicitur esse contra libertatem ecclesiasticam.*

Adde ad idem nu. 1.

3 *Statutum ne quis alienet rem in non subditum, an valeat.*

CAP. V.

EOs. Domini temporales prohibentes subditis, ne cum personis ecclesiasticis ꝯhant, vel cōmunia obsequia præstent, ipso facto excōmunicationem incurrunt.h.d. & primo ponit dictum.secūdo ratio, ibi, cum talia. No.j.ibi, temporale, ꝙ ista decretalis locum hēt in hñtibus tpale. i. seculare dñium, siue sit perpetuū, siue temporale. secus ergo in ecclesiasticis, quia non intendit ista decre.distinguere dñium temporale a perpetuo, sed ab ecclesiastico, ſm Ioā.And. dicentem, ꝙ eodem modo non habebet locum iste tex.in his, qui dñium non habent, licet talia interdicant, vt patet hic in tex. ibi, subditis &c. † Vltimo no. certos casus, in quibus statutum, vel alia dispositio dr̄ esse ꝯ ecclesiasticam libertatem, [a] puta ꝙ prohibet laicos cum clericis ꝯhere, vel impedire eis obsequia sibi necessaria. prohibitio ergo relata ad subditos, per quam indirecte pręiudicatur clericis quo ad ipsorum libertatem, non tenet, quia paria sunt, directe vel indirecte facere contra prohibitionem, sicut §. de priuilegijs.in c.quanto.de quo ar.vide plene per Doc.in ca.nouerint. & in c.graue.§.de sen.excom.& per Bal.in auth. cā, & in auth. statuimus.C.de epis.& cle.& per Bart.in l.j.§.qui bonæ.ff.quarum rerum actio non datur. In gl.in ver.libertatis.in fi.facit l.j. & 2.ff.si quis aliquem testari prohi.& l.veteres. ff.de io.actuꝗ priuato.ſm Io.And.& ꝙ idem notat in c.mulier §.de iureiurā. super gl.a. † Quid autem si in statuto vel interdicto non exprimuntur personæ ecclesiasticę, prout exprimebantur hic. Sed simpliciter per statuta dominorum interdicitur nequis vendat vel donet rem immobilem aliquib. nō existentibus de iurisdictione statuentium, vel non subeūtibus onera communis, vel dominorum, & irritatur venditio vel donatio, & pęna imponitur, an talia statuta includant venditiones vel donationes factas in ecclesia, hic plene per Io.And.concludentem ꝙ non, ꝑ plures rationes, de quibus hic notabiliter per eum. & idem sequitur hic Lap.adducens no.per Host.in summa eod.titu.in c. quæsitum.sub §.sed vt ista.& hoc idem vr̄ tenere Bar.& Ange. in l.filiusfa.§.diuus.ff.de leg.j.Et idē Bar.& Bal.in l.fin.C.de sacrosan.eccle.& idem Imo.io c.ecclesia.§.de consti.in u. col.facit quod voluit Bal.in l.generali.C.de sacrosan.eccle.dicens, ꝙ licet statutum laicorum dicat, ꝙ mulier nō possit testari [b] sine consensu consanguineorum, tamen poterit testari in ecclesiā, vel ad pias causas sine tali solemnitate, & idem videtur tenere Bar.in l.1.C.de summa tri.in 5.q.& melius in l.1.C.de sacrosan. eccle.in repe.circa fi. vnde etiam dicebat idem Bal.in d.l.generali, quod si statutum diceret, quod mulier non possit se obligare sine consensu consanguineorum, tamen poterit offerre bona suę ecclesiæ, quia in donationibus libere fiendis ecclesiæ sunt priuilegiatę, vt in l.fi.C.de sacrosan.eccl. vnde non potest operari statutum contra illud priuilegium. Et ad prædicta facit bonus tex.in l.pen.C.de sacrosan.eccle.vbi dicitur, ꝙ lex gñalis debet mitigari, vt sic ad loca pia non extendatur, de quo arti. vide per Imo.& d.Nic.in c.ꝙ clericis.§.de fo.compe. Et vide per Fede.in suo consi.76.quod incipit, Casus talis est, statuto. vbi vr velle prædicta procedere, qñ statuta laicorum generaliter prohibent, secus si non prohibeant generaliter, & sic indirectè translationē in ecclesiam, sed in certo casu, vt puta si statutum auget legitimam vltra ius cōe, certe si testator relinquit filio solam tertiam debitam de iure cōi, & ecclesiam hæredem instituit, ꝙ poterit filius agere ad supplementum legitimę per statutum ēt ꝯ ecclesiam, nam ex quo statutum valet, vt ꝑ Dyo. in regu.indultum.j. eo.lib.oportet concludi, quod ecclesia illicite tenet, & dēt restituere, vt 17.q.vlti.c.vlti. imo plus tenet ibi Fede.

ADDITIONES.

a Nico. Supe. Contra ecclesiasticam libertatem Adde auth.cassa & irrita.C.de sacrosan.eccle Bald in l.cunctos populos.C. de summa trini. & Abba. consi. 84. incip. Præsens dubium.

b Nico. Supe. Quod mulier non possit testari. Adde Abba.in c.relatum.el 1.in 1. colum.de test.Abba.in repeti cap sanctæ Mariæ. de consti. Pet. de Ancha.in repeti.cap.canonum statuta.in 84.colum.eod.titu Pau. de Cast. consi.31. incipien.Causa talis est, domina Margarita Roma consi.166.incip.Visa diligenter propositi thematis.

Vn.c. God. Mulier 2. nubens intra tempora luctus hodie potest testari, cum sublatæ sint poenæ de iure antiquo inductæ, per dictum Apostoli, mortuo viro nubat in domino, ad Rom.c.7.2.& ad Cor.1.c.7.g.

Fe. le. quod licèt non possit per statutum disponi id, per quod prohibetur cōmunis via, & modus transferendi dominia rerum in ecclesiam, & sine causa, tamen si fiat statutum, per quod aliquis ex iusta causa reddatur inhabilis ad ꝯtrahendum cum quacunque persona, maxime in ꝯtractu odioso, vt in cessione, tale statutum valebit, & includit ecclesiam, ad hoc quod in simili no. ff. de condi. & demon. in l. cum tale. §. Meuio. vnde concludit Fed. quòd valeat statutum, quòd nullus nobilis possit recipere cessionem contra populares, & quòd ecclesia non poterit cedere actionē nobiliū ꝯ ipsos populares, & ita sequitur hic Do. & vide per Doc. in d. c. quod clericis. cogita tamen, quia videntur ista aliqualiter deuiare a dictis supra, & vide quod no. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. Et vltra etiam voluit hic notabiliter Ioan. An. iudicem ecclesiasticum posse illos, ad quos pertinet cogere ad declarandum statutum prædictum generaliter disponens, & prohibens alienationem in non subditum vt non comprehendat ꝯtractus fiendos cum ecclesijs, infra de hęre. c. statutum. quia & si non de iure, vt dictum est, tamen de facto per illud impeditur vtilitas ecclesiarum. ad hoc c. peruenit. ꝰ. de arbi. & quod ibi no. i. i. gl. a. ſm Ioan. An. pro quo facit no. dictum Archi. in c. quæ Lotarius. 2. q. j. dicens, quod si statutum ciuitatis vel alterius domini sit contra libertatem ecclesiæ, vel contra ius diuinum, & sit hoc notorium, potest episcopus illud tollere, & decernere illud non tenere, & cassare & mādare illud nō debere seruari sine aliqua citatione secundum Lap. hic, qui ex hoc videtur se tenere cum Ioan. An. ex quorum dictis no. iudicem ecclesiasticum posse cogere laicos ad declarandum statutum æquiuocum, ita quòd non extendatur ad ecclesias. Vnde facit, quòd episcopus possit cogere potestatem ad declarandum illud statutum disponens, quòd declinans iurisdictionem potestatis sit extra perceptionem cōmunis &c. non debere extendi ad clericos, cum ex eo clerici efficiantur timidiores, secundum Per. de Ancha. hic, de quo in c. si diligenti. supra de foro competen. & per Bal. in auth. statuimus. C. de episco. & clericis. & per Lap. in sua alleg. 30. in 7. conclusione.

3 † Secundo principaliter quærit hic Ioan. And. de dicto statuto, ne aliquis alienet rem non subdito &c. vt supra in princip. an valeat inter ipsos statuentes, & sic quoad ipsos laicos transferentes in laicos alterius iurisdictionis, & tenet quòd sic, argumen. l. dudum. C. de contrahen. emptio. iuncta l. cum ita. ff. de condi. & demonstra. & facit l. j. in princip. C. non licere habitatoribus. lib. xj. & C. de commercijs & mercato. l. mercatores. secundum Ioan. An. & idem tenuit Bar. in d. §. diuus. per l. si in emptione. §. j. ff. de contrahen. emptio. immo etiam voluit hic notabiliter Ioan. An. quòd si vigore dicti statuti res vendita cōtra ipsius prohibitionem publicetur, quòd poterit salua conscientia talis res emi a communitate domino vel fisco, cui fuerat publicata, quod procedit quando alienans vel eius auctor fuit de numero statuentium, vel statutū consentientiū: aliàs si non fuisset talis, vel fuisset statutum domini habentis iurisdictionem, non tamen rerum directum dominium, & tunc secus videtur: nam licèt dominus ille ex causa poterit prohibere, & forte irritare contractum, vt in d. l. j. non tamen videtur posse priuari dominio rei, quod est de iure naturali vel gētium, super quo articulo vide no. in c. quæ in ecclesiarum. ꝰ. de constitu. in j. glo. secundum Ioan. And. & prout colligitur ex ibi notatis per statutum, ex legitima causa potest dominium tolli, vt patet in vectigalibus & bonis hæreticorum, vt l. commissa. de publicanis. & in cap. cum secundum. de hæreticis. secundum Pet. de Ancha. qui ex his videtur velle, quòd salua cōscientia possint vendi bona publicata per statutum ex legitima causa editum, etiam si domini rerum ipsi statuto non consenserint, & ita etiam videtur sentire Bal. hic dicens, quòd dato antecedenti possibili sequitur consequens cum pura conscientia: aliàs secus, vt in l. fundus qui Lucij Titij. ff. de rescin. vendi. de quo tamen vide plenius per Docto. in d. capitu. quæ in ecclesiarum. & in c. quia plerique. supra de immu. eccle. & per Per. de Ancha. in c. si propter. supra de rescrip. eod. lib. & in regu. possessor. j. eo. lib. in glo.

Ne clerici vel monachi. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Cantoria an sit dignitas, vel personatus.*
2 *Plebanus habens sub se capellas, dicitur esse in dignitate constitutus.*
3 *Clericus an sit vtile audire leges propter regimen temporalium.*
4 *Plebanus si habeat vnam tantum capellam sub se, an prohibeatur audire leges.*
5 *Quid in plebanatu collegiato.*

C A P. I.

STatutū. Cap. super specu. ꝰ. eo. prohibens auditionem legum, vel physicæ, non includit habentes parochiales ecclesias, nisi sint plebani habentes sub se capellas, in quibus clerici perpetui instituuntur. hoc dicit, ſm Do. & primo ponitur declaratio iuris veteris,

1 dando reg. secundo ibi, nisi. excipit. † No. j. quod cantoria censetur dignitas vel personatus, quod est in quibusdam ecclesijs, vt patet in ecclesia Carnotensi, ſm Arch. & Ioā. An. de maiori autē domus, an sit dignitas, no. 88. dist. volumus. & in c. 1. ꝰ. de consu. eod. lib. & in c. de multa. ꝰ. de præben. Secundo no. quod habens simplicem ecclesiam parochialem non dicitur habere personatum. Tertio no. ibi, sub se capellas, quod capellæ subesse possūt plebanijs & parochialibus ecclesijs, immo uidetur hic probari eo ipso, quod ecclesia est sita in plebanatu, vel parochia alicuius plebis, censetur & probatur eidem subiecta. facit 16. q. j. plures. & ꝰ. de cap. mo. c. 2. & ibi per Innocen. & Doc. quale ius habeant plebani in capellis sibi subiectis. & no. in d. c. plures. &

2 ꝰ. de ecclesijs ædifi. ad audientiam. † Quarto no. argu. quod plebanus habens sub se capellas dicitur esse constitutus in dignitate, vel personatu. facit quod no. Arch. in d. c. j. in glo. magna, ad

a fi. vbi tenuit, quod isti plebani & archipresbyteri [a] dicantur esse constituti in dignitate. Idem etiam videtur tenere in c. si eo tēpore. ꝰ. de rescrip. eo. lib. & Innocen. in c. fi. ꝰ. de præben. contrarium tamen tenet Fede. in suo consi. 81. quod incipit, Factū tale est. dicens hoc non probari iure. Non ob. secundū cū glo. Inno. & Arch. vt ꝰ. quia debent intelligi de plebanatu collegiato. facit glo. in uer. prouincialem. in clemen. 2. de rescrip. Nec ob. tex. hic, quia ſm eum finis istius tex. intelligitur de plebanijs ciuitatis, & parochialibus, quod colligitur ex dictione, nisi hic posita, quæ excipitur a præcedentibus, uel intelligitur de plebanijs collegiatis, quia ut plurimum plebaniæ sunt collegiatæ, & ita uidetur intelligere Archi. finem istius tex. in c. statutum. de elec. eod. lib. Sed certe si plebanatus habeat sub se capellas, licèt aliàs non sit collegiatus, tn̄ dicitur esse dignitas, ut tenet idem Fede. in cons. 82. & Docto. hic, & ita uidetur hic notabiliter proban in tex. de quo j. Vlti. no. plebanos habere institutionem & destitutionem rectorū in capellis sitis in eorum plebanatu, & sic inferiores ab episcopis possunt in ecclesijs sibi subiectis destituere rectores ex causa rōnabili, de quo uide no. in c. j. ꝰ. de capel. mo. eo. lib. & in c. cum ex iniuncto. in fi. ꝰ. de hæreti. & in c. cū & plantare. §. in ecclesijs. ꝰ. de priuileg.

3 In glo. 3. in fi. hæc ratio ſm Pet. de Ancha. est persuasiua, tn̄ perfecta ratio reddi non potest, cum necessarium & utile est ipsis clericis audire leges propter regimen temporalium, quibus vtitur ecclesia in defectum ipsorum canonum, ut in cap. j. ꝰ. de no. ope. nunc. & 10. distin. si in adiutorium. ideo dicebat glo. in c. j. 88. distin. quod ad hoc licet audire leges, ut per eas melius intelligantur canones, de quo tamen, quæ fuerit ratio prohibitionis, uide per Hostien. & Ioan. An. in d. c. super spe. & ibi plene per Doct. an & qn̄ sit licitum clericis uel monachis audire leges. In glo. in uer. declaramus. ibi, habet locum in casu ipsius decre. no. ex gl. quod licèt quo ad certam qualitatem lex æquiparet duo extrema, tamen alia constitutio loquens postea de altero ex illis extremis in casu non æquiparato, non extenditur ad aliud, & idem voluit glo. c. constitutionem. ꝰ. de regularibus, & in regu. quæ a iure. j. eo. lib. In ea. glo. ibi, prædicare tenetur, ut in cle. dudum. §. huiusmodi. de sepul.

4 † In glo. in uer. capellas. in fi. tenet glo. sufficere, ut ecclesia parochialis seu plebania habeat tantum unam capellam sub se, ut non liceat eius rectori audire leges, uel physicam, ſm Spec. eo. titu. post prin. uidetur tenere esse necessarium habere saltem duas capellas: vnde dicit, quod plebania est ecclesia habens sub se capellas, ī quibus &c. ideo dicit hic Ioan. Mona. ex quo plebania habet capellas perpetuas, reputatur dignitas, ut refert hic Io. An. sentiens, quod de iure sit necesse ad hoc ut habeat locum prohibitio ista, quod ad minus habeat duas capellas sub se, quia si haberet tn̄ unam, talis non diceretur plebania, ut ꝰ. per Specu. & sic prohibitio locum non haberet, & ita uidentur hic sentire Docto. de iure. sed tutius est tenere, quod dicit glo. hic, ex quo uertitur periculum animæ, tutior uia est eligenda, ut in c. iuuenis. ꝰ. de spon. & c. ad audientiam. ꝰ. de homici. Quare conclude, quod ꝗ sit, quod ista prohibitio locum habeat in rectoribus parochialiū eccle-

A D D I T I O.

a Hic. Sup. Et archipresbyteri. Adde Ant. de Butr. in c. 1. in 2. no. de offi. archipresbyte. Car. in cle. j. in 2. no. de præben.

ecclesiarum, seu curatarum, vel plebaniæ, quia aut ipse rector est presbyter, & prohibitio habet tūc locum ratione ordinis, etiam si nullam haberet ecclesiam, vt dicit glo. s. Si verò non est presbyter, tunc si ecclesia parochialis est collegiata, habet locum prohibitio, cum censeatur dignitas, vt in d.c. statutum. & per gl. in d. clemen. 2. ver. conuentualem, ratione cuius dignitatis prohibetur, etiam si non sit plebania, vel habeat sub se capellas, vt patet hic in tex. in d.c. super spe. sm Doct. hic. se-

5 cundum Lap. Pet. de Ancha. & Do. † Et idem dicendum est in plebanatu, qn̄ est collegiatus, vt prohibitio locum habeat, dato q non habeat sub se capellas, tunc est dignitas. Et ratione solius dignitatis habet locum prohibitio, vt supra, & quòd sit tūc dignitas, tenet Hostien. & Inn. in d.c. fi. & ita sequitur hic Docto. quicquid dixerit Arch. in d.c. statutum. & ita etiam tenet Fede. in d. consi. 81. & 82. in fi. Et idem dicendum est, si ecclesia parochialis vel plebanatus habet sub se capellas, &c. vt est tex. hic, licèt non sit collegiata, vt sic habeat locum prohibitio, quia ratione iurisdictionis, quam habet ratione dictarum capellarum, censetur dignitas, secundū Lap. hic, Pet. de Anch. & Do. & ita etiam tenet Fede. in d. consi. 82. in fi. quicquid aliter sentiat Arch. in d.c. statutum. & idem Fed. in d. consi. 81. bene tn̄ tunc haberet locum d.c. licet canon. ex quo ipsa ecclesia parochialis vel plebania nō est collegiata, dato q haberet sub se capellas, & sic esset dignitas, secundū Lap. & Do. quod no. ad d. c. licèt canon. quia locum habet in omni ecclesia curata quantumcunque cum dignitate, dummodo nō sit collegiata, vt in d.c. statutum. de quo tn̄ vide per Fede. nota. in d. consi. 82. & per Doct. in d.c. statutum. & c. licèt canon. Si verò plebania vel ecclesia parochialis, vel curata non est collegiata, nec habet sub se aliquas capellas, & tunc ista prohibitio locum non habet, vt hic in tex. sed an sufficiat quòd habeat unam capellam tantum, dic ut supra.

SVMMARIVM.

1. *Vagatio dicitur esse periculosa religiosis.*
2. *Religiosus professus expresse siue tacite debet deferre habitum religionis, nec debet eum dimittere in scholis.*
3. *Religiosi non possunt accedere ad studia theologiæ, vel iuris canonici sine licentia prælati.*
4. *Quid si prælatus licentiam dare nolit religioso apto ad studium.*
5. *Habitus monachorum quis dicatur.*
a tias & priuilegia, de quo in cap.cum person.x.j.eod.& in capit. olim.de verbo.signi.& in c. in nostra. §. de sepult. Tertio nota ibi, eorumque filijs. quod priuilegium concessum regibus non extenditur ad reginas, vel filias regis, nisi exprimatur. de quo hic in glos.& facit quod no.Ioan.And.in cap.j.§.de clem. coniu.eod.lib.in glo.his casibus. Sed in contrarium facit supra eodem libro de sepultu.his qui.2.respon.& eodem titu.licet. & in regula, cui licet.j.eodem libro, in vltima parte quæstionis, in versicu.6.& in versicu.de iure.& regula frustra.in parte prima.versicu.3.ad fi.& quod no.11.quęstio.1.clericum.el 2. secundum Lap.sentientem ex his, quod priuilegia concessa regibus extendantur ad eorum filios & vxores, pro quo facit l. sed & probari.§.legum.ff.de excusa.tuto.& l.medicos.C.de profes.& med.lib.10.& l.princeps.ff.de legi.secundum Pet.de Ancha.qui idem tenere videtur.& facit quod nota.in l.1.& 2. C.de episco.& cler.& ibi per Bald.& in l.1.C.de vxoribus militum. Sed in contrarium facit, quia videtur quod priuilegia non debeant extendi ad personas non expressas in rescripto, vt in capitu.sane.& cap.porro.§.eodem, & facit regula priuilegium.j.eod.lib.etiam si priuilegia sint in corpore iuris clausa, vt nota per glos.in capit.vt circa.§.de electio.eod.lib.& in cap.constitutionem.§.de reg.eod.lib.& vide quod no.in clem. præsenti.de baptismo.& in clemen.sed crimen.de reliquijs. Et an in dubio priuilegium præsumatur personale vel reale, hic per Pet.de Ancha.& dicetur in regula priuilegium.j.eod. libro. Vltimo nota ibi, edicto perpetuo, quia per hæc verba determinat hic Ioan.Andr.quod ista constitutio trahatur non solum ad priuilegia concessa ante hanc decisi.prout loquitur tex.sed ad priuilegia in futurum concedenda, cum rationes positæ hic in princi.huius tex.tunc locum habeant, & facit quod nota.in d.regula priuilegium.facit etiam l.Arriani.C.de here. & capit.fin.§.de constitu.vnde ex his infertur, quod quantumcunque constitutio loquatur per verba præteriti temporis, sicut hic extenditur ad futura, quando ratio & verba constitutionis futuris adaptantur. In glossa in versic.a quocunque.in princip.& sic non obstante tali priuilegio poterit Papa & legatus suspendere, excommunicare, vel interdicere, vt in cap. veniens.hic alleg.poterit etiam ipse ordinarius sententiando, vt hic dicitur, & fortius per viam statuti, cum sententia statuti fortius liget quam sententia hominis, vt nota.in cap.2.§.de constitu.eod.lib.& in regula, cui licet.in quæstio.ibi posita, secundum Ioan.Andr.dicentem, quod tale priuilegium operatur quo ad sententias, & processus delegatorum conseruatorum & executorum, quia sic priuilegiati ab eis excommunicari suspendi vel interdici non poterunt, nisi in eorum rescriptis essent tales clausulæ derogatoriæ, ex quibus derogaretur istis priuilegijs, vt est dictum §.titu.proxi.in capit.1.secundum
3 Ioan.Andr.& ita sequuntur Doctores. † In glo.in versic.filijs. in fine, an autem priuilegium concessum vxoribus vel filijs regum duret rege mortuo. Ioan.Andre.hic, quod sic, per regulam, decet.j.eodem libro, & facit quod nota.in capitu.ex parte.§.de foro compet.nam dicitur regis filius etiam post mortem regis, etiam si talis filius non succedat in regno, puta quia non sit primogenitus, secundum Ioan.Andr.& intellige, si talis filius sit natus post adeptum regnum per patrem, alias autem non esset dicendus filius regis, vel sacerdotis, qui est natus antequam pater fuerit Rex vel sacerdos. Et idem si nasceretur postquam desijt esse Rex, vt no.in l.imperiales.§.illud.C. de nup.& in l.emancipatus.ff.de senato.& ibi plene qui dicantur filij senatoris, secundum Pet.de Ancha. Et ad prædicta vide per Bal.in d.l.2.C.de epi.& cle.

A D D I T I O.

a Nic.Supe. Differentiam inter indulgentias. Adde Archi.& Do.2.q.2.in §.fi.Bal. in c.1.in 6.col.de iud.Bal.in c.at si clerici.in 4.col.co.11.Io.de Ana in c.ex insinuatione.de simo.Bal.& Sali.in l.fi.C.de sen.pa

Vin.God. Indulgentiarum materiam vide latissime per Fely.in sermone de indulgentia plenaria vbi latissime, in fi.

S V M M A R I V M.

1. *Abbatibus & alijs inferioribus prælatis non competit vti ornamentis episcopalibus.*
2. *Dignitas maior cognoscitur ex dignioribus ornamentis.*
3. *Prælati debent stare in synodo cum indumentis, quibus vtuntur in diuinis ratione dignitatis.*
4. *Gerens se pro Doctore, cum non sit, potest puniri pœna falsi.*
5. *Abbates & prælati, quibus est concessum ex priuilegio vti pontificalibus, an possint illis vti extra monasterium.*

C A P. VI.

VT apostolicæ. Primo præmittit causam constitutionis. Secundo ibi, de fratrum. ponit constitutionem, in qua primo prouidit de locis consiliorũ. Secundo de alijs
1 locis ibi, in alijs vero. † Nota primo, quod abbatibus [a] & infe-
a rioribus prælatis de iure communi, & ex propria eorum digni-
b tate non competit, quod mitra [b] & alijs pontificalibus possint vti, sed bene possunt eis prædicta concedi ex priuilegio apostolico, vt hic dicitur, & sic solus Papa posset concedere, adeo quod nullus inferior hoc potest, etiam si sit legatus de latere, secundum Ioan.And.& tenet Spe.in tit.2.§.nunc ostendendũ. ver.49.& de ornamentis pontificalibus, & primo baculus pastoralis, quo Papa non vtitur, vt in cap.j.ad fi.§.de sacra vnctio. Item vti compagis vel sandalijs.& de his 93 distinc.§.compa-
c gis.& seq.item vti [c] annulo, in cap.pe.in ver.sed nec annulos. §.de vi.& honest.cle.tamen ornamenta pontificalia sic eis concessa nihil quod sit pontificalis ordinis tantum exercere possunt, vnde non poterunt abbates mitrati virgines consecrare, vt no.Archi.26.q.1.c.2.secundum Io.And.dicentem, quod ista conceduntur in honorem ecclesiarum, nõ autem in amplitudinẽ officii, vt patet ex tex.secundum eum. Secundo no.ibi, non frustrẽtur effectu, quod priuilegia non sunt ita restringenda vel interpretan-
a da, vt sic in effectu remaneant frustratoria. † Tertio no.ibi, maioritas. quod ex maioritate ornatus, quo quis vtitur, cognoscitur maioritas dignitatis.& iste est vnus modus cognoscẽdi maioritatem prælaturæ, quod inducit Domi.vt magis debeat honorari, qui potest vti talibus pontificalibus, quam qui non potest, dicit esse notandum pro ordinandis abbatibus in sessionibus & processionibus, & in alijs.facit quod no.17.distin.§.hinc
3 etiam ver.episcopos. † Quarto no.ibi, vti possit. quod prelati debẽt stare in synodo cum indumẽtis, quibus ipsi vtuntur in diuinis ratione suæ dignitatis. Et per hunc tex.dicit gl.in c.pro exemptione.j.eod.in ver.curam.quod exempti, quando habent curã & populum non exemptum, tenentur ire ad synodum, vnde quia hic fit mentio, quod prælati exempti vadunt ad synodum, datur intelligi quod habeant necesse ire, & vide gl.hic in ver.tenentur.& tex.in c.ex ore.§.eod.titu.sed quomodo intelligatur, an per se vel eos, per quos curam gerunt, vide Panor.in cap.quod super his.de maio.& obed.& tenetur ire Abbas, etiam si non sit vocatus specialiter, satis est quod generaliter. Ita Imo.in d. cap.quod super. Vltimo no.ibi, non exempti.argum. quod Abbas exemptus debeat præferri in ordine Abbati non exẽpto, ex quo exemptus, vt hic patet, maiori ornatu honoratur & priuilegiatur. Et determinat hic Ioan.Andr.quod si Abbas nõ exemptus, vel etiam exemptus excederet contra formam huius cap.poterit episcopus eis resistere, & coercere, cum notorie delinquant in loco non exempto, vt in capit.1.§.eodem, & ita
4 sequuntur Docto. † In glo.in ver.dignitatem.in fine.no.glos.
d quæ etiam facit contra illos, qui non [d] habentes gradum vtuntur vestibus & ornamentis doctoralibus, vel militaribus, secũdum Domi. Ille autem, qui portaret insignia doctoratus, vel gereret se pro Doctore, cum non esset, puniretur pœna falsi, vt l.eos.ff.de falsis.secundum Pe.de Ancha. ponentem hic an, & quando liceat vni portare vel facere insignia seu arma alterius, de quo plene per Barto.in tract.de insignijs & armis. Et vide etiam nota.per Lap.in sua allega.18.ponentem de mendicantibus validis fingentibus se infirmos, cum non sint, ut sic eleemosynas extorqueant, quod tales puniantur ad instar falsarij, vt ibi per eum dicentem, quod omnis ille, qui vtitur insignijs alicuius dignitatis, cum ipse non sit in tali dignita-
5 te, quod puniri debet pœna falsi, vt in d.l.eos. † In glos.finali.in fine, tene menti iuncto tex.& ita allegatur, quod Abbates, & alij prælati, quibus ex priuilegio est concessum posse uti pontificalibus, an possint illis uti extra monasterium,
& in

A D D I T I O N E S.

a Nico.Supe. Abbatibus & inferioribus prælatis. Adde, an abbates dicantur esse prælati.vide per Do.in c.præsenti.in 2.no.de offi.ordi.lib.6.Barba.in c.pastoralis.in 11.col.de off.deleg.

b Nico.Superan. Quod mitra. Adde Barba.in capit volentes.in 8 columna.de offic.delega.

c Nic.Supe. Vti annulo. Adde Spec.tit.de priuile.in §.1.ver.sed quæritur. Archi. in c.1.in 19 dis.Bal.in c.ille d.de præsum.

Vin.God.Adde, qua ratione annulus detur in desponsatione, Io.Neuiz.in trac. siluæ nuptialis lib.3.quod habetur in lib.7.tracta.46.nu.13.

d Nic.Sup. Non habentes gradum. Adde Io.de Ana in rubri.de magi.in 5.colũ. Barba.in trac.de Car.in 1.q.in 3.col.

Vin God. Vide insignia Doctoratus vel militiæ quę sint, per Signor.de Homodeis consi.23.& in consi.29.

& in quo loco, tenor priuilegij eſt inſpiciendus, & ſeruandus, & intantum extenditur priuilegium, quantum in eo reperitur expreſſum & non vltra. & ita allegatur tex. hic, & facit ſ. eo. ca. porro. vñ quærit Io. And. primo, an habentes priuilegium vtẽdi pontificalibus in omni loco poſſint illis vti præſentibus eorum prælatis. Archi. & Io. Mo. hic, ꝙ non, dicentes ꝙ tex. hic in prima parte loquitur, qñ proprius prælatus eſt in præſentia, quo caſu vti illis non pñt. & ita interpretatur priuilegium. ſed poſtea hic in vet. in alijs. loquit̃ qñ proprius prælatus non eſt in p̃ſentia, quo caſu poterũt vti, ſicut in tenore priuilegij cauet. & hoc dictum æquitatem habet ſm Io. An. & facit tõ gl. ſ. in verſ. dignitatem. dicit tñ, ꝙ licet æquitatem habeat, & de facto ſeruet apud multos, vñ videmus ꝙ his mitris albis & planis viuntur epi in p̃ſentia legatorũ, nec tenent rondellum in ipſorum menia, & his ſimilia, tñ hoc dictum minus videtur reſtringere priuilegium, nec ex iſto tex. hoc colligi poteſt ſm eum. Et do. Benedi. dicit, ꝙ hic poſſit colligi ɔ̃rium, quia ex quo tm̃ in concilijs, in quibus epi ſunt præſentes hoc ſpẽaliter prohibitur, ergo in alijs locis vbi ſunt præſentes hoc nõ ꝓhibuit, ar. c. ad audientiam. ſ. de decimis. ſed certe ratio glo. & tex. militat in oĩ loco. Sed certe ſatis colligitur ex rõne huius tex. & glo. in vet. dignitatem. quia illa ratio, quæ prohibet vti in cõcilijs prouincialibus, & ſynodalibus præſente prælato, eadem ratio militat & prohibet, quando prælatus eſſet in alio loco præſens, nam poſito ꝙ ratio non ſit ſcripta in lege, tamen ſi eſt vnica & finalis, poteſt ab ea argui ad deciſionem, ſm Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. prete. per tex. no. in l. militis agrum. ff. de re mili. & pro hac parte facit, quia priuilegia tanquam odioſa & præiudicatiua iuriſdictioni ordinariæ debent reſtringi, & poteſtas ordinaria tanq̃ fauorabilis ampliari, vt patet hic, & ſ. c. proxi. & gl. no. in cle. 2. ſ. de offi. ord. Secũdo quæritur, an priuilegiati poſſint vti pontificalibus extra eorũ eccleſias & quia tex. no. hic dicit, ꝙ in hoc inſpiciendus eſt tenor priuilegiorum, iõ cõcludo, ꝙ ſi eſt eis conceſſus vſus pontificalium in ſuis eccleſijs, & non poterunt vti extra vel in alienis eccleſijs, etiam ſi ad illas fuerint inuitati, ex quo tenor priuilegij vltra extendi nõ debet. & ita vult tex. hic dicens, ꝙ in alijs locis vti poſſit, ꝓut eis eſt conceſſum, & procedit ſm Do. ẽt ſi monaſteriũ, ad quod inuitatur, ſit exemptum, licet ſm eum Lap. tenuerit ɔ̃rium in ſua alle. 9. Nec ob. c. 1. ſ. de vſu pallij. vbi patet, ꝙ archiepiſcopus poteſt vti pallio in omnibus eccleſijs ſibi ſubiectis, & tñ conceditur ſibi vſus in eccleſia ſua, & ſic videbatur, ꝙ appellatione monaſterij ſui intelligeret̃ ẽt de omnibus eccleſijs ſibi ſubiectis, nam ideo illud eſt, quia ibi nulli p̃iudicatur, ſi vtatur pallio in eccleſiis ſibi ſubiectis, ſed in hoc p̃iudicat̃ epo & eius honori, ſm Domi. Sed aduerte, quia licèt verum ſit, ꝙ ẽt in loco exẽpto non poſſit tunc vti, tñ eps non poterit prohibere, ſicut in ſimili dr̃ per Hoſt. & Io. And. in c. abbates. ſ. eo. Sed ſi in priuilegio vſus pontificalium ſimpliciter concedatur, & tunc aut vult eis vti in loco exempto, in quo ſit inuitatus, & poterit, & ita procedat dictum Lap. in ſua alleg. & ita tenet hic Do. & ita põt procedere glo. in ver. in alijs. Si vero velit vti in locis non exẽptis. & tunc tenet hic Dom. ꝙ non poſſit vti alibi, quam in eccleſia ſua, vel in eccleſiis ſibi pleno iure ſubiectis, arg. d. c. abbates. in prin. & alias eps poſſet ſibi prohibere. Sed Lap. in d. alleg. ɔtra, qõ priuilegium ſimpliciter loquitur, nec eſt reſtrictum ad certum locum, & vr̃ ꝙ tunc poſſit vti ẽt in locis non exemptis, & non poſſit eps prohibere, ex quo ſi attẽditur tenor priuilegii, non reſtringit eum ad certum locum, nec ẽt ius hic reſtringit, ſicut reſtringit in benedictione ſolenni, de qua in d. ca. Abbates. imo tex. hic ſimpliciter concedit vſum in locis exemptis, vel non, vt in tex. in fi. & eius glo. & ita etiam videtur velle Io. And. hic ſuper tex. dicens, ꝙ Abbas, cui ex priuilegio ius annuli eſt conceſſum, an poſſit vti eo ẽt extra ſuum monaſteriũ, forma priuilegii attenditur, tñ ſi priuilegium eſt ſimpliciter conceſſum, poterit vti extra per iſtum tex. & idem voluit in d. cap. pe. ſ. de vi. & ho. & Spe. in hoc ti. in ver. ſed quæritur. cogita tñ, quia d. c. abbates. multum facit in contrarium.

S V M M A R I V M.

1. *Eccleſiaſticarum perſonarum appellatione comprehenduntur etiam ſeculares.*
2. *Ordinarij quem modum debent ſeruare in compellendo exemptos, vt oſtendant priuilegia exemptionis.*
3. *Allegans priuilegium non creditur, niſi oſtendat priuilegium, vel exemptionem.*
4. *Edere qui tenetur inſtrumentum, tenetur illud edere integraliter.*
5. *Lectura inſtrumenti non videtur quis ſatis informatus de contentis in ipſo, ſed bene quando habet copiam, & retinet in domo.*

C A P. VII.

Cum perſonæ. Summa, vt in prima gloſ. 1 †No. 1. qđ ap. eccleſiaſticarum perſonarum comprehenduntur etiam ſeculares, ſecundum Domi. ſed certè hoc eſſe ɔ̃ tex. in c. duo ſunt genera 12. q. 10. ideo tex. hic debet intelligi non de laicis, ſed de clericis ſecularibus ad rationẽ regularium, de quib. hic præmitt. 2 †Secundo tene menti modum & practicam, quã ſeruare debent ordinarii in compellendo exemptos, vt oſtendant priuilegia exemptionis. & habet locum iſte tex. ſiue ſint ordinarii, quorum iuriſdictio eſt fundata de iure communi, vt eſt iuriſdictio epõrũ, & ſuperiorũ, ſiue ẽt ſit fundata ex conſuetudine, vel priuilegio, dummodo iſtorum iuriſdictio ſit ita notoria ꝙ negari non poſſit vt ius cõe, ſm Io. And. ex quo inferẽ, ꝙ notorium facti operatur effectum notorii iuris quo ad exercitium iuriſdictionis, vt plene per Pe. de Aocba. Tertio no. ibi, ſeu indulgẽtias. differentiam inter priuilegia & indulgentias, ſic ſ. eod. in c. ne aliqui. de quo per Archid. 22. q. 5. in ſumma, & per Ioan. And. in c. in noſtra. ſ. de ſepul. in princi. & in c. olim. ſ. de verbo. ſigni. 3 †Quarto no. ibi, oſtendere. ꝙ alleganti ſe priuilegiatum ſeu exemptum non creditur, niſi priuilegium vel exemptionem oſtendat. & ſic priuilegia & exemptiones dñr eſſe quid facti, & nõ prẽſumuntur niſi probentur, & incũbit onus probandi ipſi alleganti priuilegium vel exemptionem, vt hic no. probatur. Tenetur ergo priuilegiatus comparere, & allegare, & probare priuilegium ſuum. facit l. ex quacunq;. ff. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. ſi autem non compareat, an valeat proceſſus ordinarii ɔ̃ priuilegiatum, vide plene per Ioã. And. in regula ſcienti. j. eo. lib. & ibi dicetur. & per Inno. in c. 2. ſ. de dilatio. 4 †Quinto no. quod quando quis arctatur ad editionem inſtrumenti, debet edere integraliter & totum, vt ſic videri & legi integre poſſit, ſed quando peteretur copia, tunc totum tradi nõ debet, ſed debet fieri copia ſolum de his articulis, ſuper quibus eſt controuerſia, vt eſt tex. hic no. de quo hic in glo. & debet fieri iſta datio, & copia tradi expenſis ipſius producẽtis, quod procedit in caſu iſtius capit. cum iſto caſu priuilegiatus ſua iura producere teneatur, ne priuilegium ſuũ perire poſſit, alias verò in traditione copiæ aliorum inſtrumentorum poſſet dici contrarium, niſi conſuetudo fori aliud diſponeret, quæ ſeruanda eſt, ſecundum Dom. de qua vide glo. in ver. porrecto. in cle. cauſam. de elec. & in cle. 2. in ver. oblatos. j. de appella. & ibi p Docto. In glo. in ver. integraliter. in prin. vide plene per Doct. in c. cõtingit. hic alle. & in l. argentarius. §. edi. ff. de edendo. & per Bal. in l. fina. C. de preci. impera. & ibi de inuentario, & qđ ſit in teſtamẽto, & quid in ſtatutis, an debeat edi in totum, an vero ſola particula, hic per Pe. de Anch. & per Docto. in d. l. argentarius. & in d. cap. contingit. & per Barto. in l. j. ff. de noui ope. nunc. & per Hoſtien. in ſumma, de fide inſtrumen. §. an inſtrumentum. vet. ſi vero. & ſeq. & per Spec. in tit. de inſtru. §. viſendum reſtat. ver. quid ſi producitur. 5 †In ea. glo. in fine, & ſic ex lectura inſtrumenti non præſumitur quis informatus de contentis in inſtrumento, ſecus quando habetur copia, et retinetur in domo, quod facit, vt ex ſola viſione atteſtationum nõ p̃ſumatur quis plene percunctaſſe dicta teſtium, de quo in c. cũ clamor. ſ. de teſtibus. ſm Domi. & facit ad nota. in ca. ultra tertiam. eod. titu. In glo. in uer. tradere. in fine, uide in clemen. 1. de uſu. et ibi per glo. et Docto.

S V M M A R I V M.

1. *Exemptio plena licet præſcribi non poſſit, tamen libertas reſpectu iuriſdictionis, quæ eſt tranſlata de vno ſuperiore ad alium, bene præſcribitur.*
2. *Ordinarius an poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio.*

1 Si autem. †No. 1. ibi, libertate. ꝙ licet plena exemptio p ſubditum præſcribi nõ poſſit, ita ꝙ nulli ſubiaceat reſpectu iuriſdictionis, ſ. de præſcrip. cum non liceat, tamen libertas ipſa reſpectu iuriſdictionis tranſlata de uno ſuperiore ad alium, bene præſcribi põt ut hic, cum ſubditus ipſe ab alio præſcribi poſſit, ut in cap. cum ex officii. ſ. de præſcri. et in c. cum ſuper. de re iudi. et ipſe ſubditus præſcribere poteſt certas libertates, ut in c. auditis. ſ. de præſcr. et in c. 1. ſ. de conſangui. et in c. accedentibus. ſ. de exceſ. præla. ſecundum Io. And. 2 †In gloſ. in uerſic. ordinariis. [a] ibi cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio. coutrarium uoluit glo. in cap. ſtatutum. §. 1. in uer. copia. ſ. de

A D D I T I O.

a Vin. God. Ordinarius an poſſit cognoſcere vel reſiſtere delegato, quando nulliter procedit in caſu non incluſo in reſcripto Soz. in conſ. 83. In cauſa vertente. col. antepen. in fi. lib. 4.

i. de rescrip. eod. lib. & Innoc. in c. ex parte. el ii. i. de verb. sign. vbi dicunt, quod quando iudex facit se partem & aduersarium in iudicio, non potest cognoscere an sua sit iurisdictio. potest dici quod episcopus hic non faciebat se partem, sed vt iudex & locum iudicis tenens, secundum Do. notantem ex hoc, quod quando iudex ex officio procedit, si reuocetur in dubium de iurisdictione, poterit pronũciare super ea, facit c. si iudex laicus. j. de sen. excom. sicut & quando est contentio inter ipsas partes, vt per gl. in d. c. statutum. & ibi de hoc, & plene per d. Ant. in ca. super literis. hic alleg. & per Bar. in l. de iure. ff. ad municip. & in d. l. ex quacunque. ff. si quis in ius vo. non ierit. In ea. gl. in fi. Idem Io. Mo. sed Archi. hic remittit ad no. per Innoc. in c. 2. i. de dila. & in d. c. ex parte. & in c. venerabili. i. de censi. secundum Ioan. And. & ex his colligitur alia & tertia solutio, quæ est, quod hic episcopus vel ordinarius non procedat proprie vt iudex, sed vt pars defendendo ius suum, quia notorie de iure communi ad eum spectat, & eidem defendere liceat, vt in c. dilecto. j. de sen. excom. secundum Innoc. ibi. Sed do. Anto. in d. c. super literis. aliter respondet ad istum tex. quod episcopus hic proprie non iudicat in causa propria, sed eidem ostenditur priuilegium apostolicum, & ipse inspiciet illud, non tanquam iudex, sed tanquam extraiudicialiter se informando secundum practicam ca. cum contingat. de rescrip. & eius quod no. in c. cum venissent. i. de iudi. secundum eum ibi, & hoc potest procedere, quando allegatur priuilegium, secus quo ad præscriptionem, in qua probatio testium requiritur quo ad possessionem, vnde tenenda videtur prima solutio istius glo. hic, vel tertia, quam ponit Inno. in d. c. venerabilibus.

SVMMARIVM.

1. *Priuilegium tribuit causam præscribendi non solum titulo generali, sed etiam speciali.*
2. *Lite pendente non debet quis priuari sua possessione.*
3. *Possessio clandestina, vel habitu precario, non iuuat possidentem.*

1 Quod si tales. †No. 1. ibi, causam præbeat præscribendi. quod priuilegium tribuit titulum præscribendi non solum generalem, vt titulum pro suo, qui est generalis ad omnem ti. quo dominium acquiritur, vt in l. 1. ff. pro suo. sed etiam specialem, vt ti. pro donato. nam priuilegiũ datur, alias non esset priuilegium, vt in c. in his. i. eo. & procedũt prædicta etiam, vbi est error, dummodo sit probabilis, vt in l. fi. in fi. ff. pro suo. & sic est casus i. de præscrip. ca. cum olim. vbi priuilegium erat subreptitium, quia impetratũ lite pen. i. vt li. penden. cap. fin. & sic non valebat, & tamen dedit causam præscribendi successori impetrantis, qui habuit bonam fidem, & iustam ignorantiam, secus si ignorãtia esset crassa, vel supina, vt in l. j. §. j. ff. pro donato. secundum Io. Mon. & Ioan. Andr. & vide in c. cura. & ibi per gl. & Doct. i. de iure patro. Patet ergo hic, quod quo ad præscribendum seu tribuendum causam & titulum præscribendi non requiritur, quod priuilegium sit plenũ, 2 & tale, quod per se illud ius tribuat. †Secundo no. ibi, probatione pendente. quod lite pend. non debet quis turbari, vel priuari possessione sua, etiam si possideat contra ius commune, dũmodo talis possessio adiuta sit ti. nõ solum allegato, sed etiam producto, alias vero si possessio non sit adiuta ti. & ius commune eidem resistat, non iuuaret, & fieret executio cõtra possidẽtem, vt in c. cum dilectus. i. de cã pos. secundum Io. Mo. & Io. Andr. quod procedit, quando ius agentis fuisset in iudicium deductum, & de eo cognitum, tunc, ita procedat d. c. cum dilectus. alias si non fuisset cognitum nec in iudicio deductum, secus esset, vt patet hic 3 secundum Lap. & Do. & vide no. in §. fi. †Vltimo no. quod violenta possessio clandestina, vel precario habita nõ defendit, seu iuuat possidentem. facit quod no. in c. veniens. i. de præscri. & per Bar. in l. 4. §. quod ait. ff. vti possi. & in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. & facit lex, vis eius. C. de proba. In gl. in ver. munitos. in fi. vide per gl. no. 11. dist. q̃. q̃. & ibi per Archid. & no. in c. Abbate. i. de verb. signi. & in c. auditis. & in c. veniens. hic allega. & ibi, quando sit, quod possit quis se iuuare duplici iure. s. priuilegio & iure communi, vel duplici tit. s. præscriptione, & priuilegio. & dicit hic Io. Mo. & Io. And. quod regulariter id, quod est meũ ex vna causa, puta ex priuilegio, non potest effici meum ex alia, vt ex præscriptione. facit l. 3. §. lana. ff. de vsucap. fallit tamen in duobus casibus, primo, quando esset dubium de prima causa, ex qua dicitur meum, quia tũc ad cautelam potest fieri meum ex secunda, sic i. de conces. præben. post electionem. sicut est in priuilegijs. si dubium sit, an ex eis detur plena libertas, poterit per consuetudinem declarari, vt in cap. cum dilectus. supra, de consue. Secundo fallit, quando pinguius subuenitur per secundam quam per primam, vt in l. 4. ff. ad l. fal. secundum Io. And. & facit l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. secundum Pet. de Ancha. Et licèt quod est meum ex vna causa, puta ex priuilegio, possit confirmari vsu, possessione, & superioris confirmatione, vt in cap. inter dilectos. in fine. de fide instrumen. & i. de confir. vti. per totum. non tamen poterunt concessa per priuilegium augeri per præscriptionem, puta datur priuilegium liberę sepulturæ cum clausula, salua iustitia ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur, vt i. de sepul. capit. certificari. nam per pręscriptionem quo ad illam canonicam non poterit priuilegium augeri, quia si procederet præscriptio, esset ex titulo priuilegij, & sic inspecto toto priuilegio volens pręscribere, esset malæ fidei, propter quod præscribere non posset, vt supra, de præscrip. veniens. & iste approbans priuilegium pro se tenetur illud recipere contra se, vt in capitu. cum olim. de censibus. ne eidem rationi diuerso iure censeatur, vt in capit. cum in tua. i. de decim. secundum Ioan. Mon. & Ioan. And. quod tene menti. & inducit hic Lap. & Domi. ad episcopum Fesulanum habentem ex priuilegio, vt possit audire causas subditorum suorum in ecclesia sanctæ Marię in Florentia, vt vltra tale priuilegium præscribere non possit, & facit quod tenet Ioan. Andr. in cap. j. super vlti. glo. j. de verbo. signifi. vbi tenet idem, quod hic, de quo etiam no. in l. is cui. ff. quẽad. ser. amit. & ibi de illo, qui latiore itinere vsus est, quam in conuentione deuenerit, aut iumenta duxerit, quam licuit, an in his, in quibus vltra vsus est, præscriptio procedat. dic vt ibi, & facit ad prędicta quod nota. in l. 3. §. ex plurimis. ff. de acquiren. possessio. & in regula, nullus pluribus. j. eodem lib. & ibi plene de his.

SVMMARIVM.

1. *Episcopus est fundatus super quibuscunque ecclesijs suę diœcesis, & super personis ecclesiasticis.*
2. *Ordinarius non potest exercere iurisdictionem suam contra eum, qui se allegat exemptum, quandiu pendet articulus probationis.*
3. *Ordinarius iurisdictionem exercere non potest contra eum, qui se allegat exemptum ex priuilegio, vel ex priuilegio & præscriptione simul, probationis articulo pendente.*
4. *Exemptio an perdatur, si de mandato Papæ ecclesia plenè cum personis exempta concedatur, vel alteri ordini vel collegio non exempto vniatur.*

1 Si verò. †No. & ita allegatur, quod episcopus de iure cõmuni habet intentionem fundatam super subiectos quarumcunque ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum suę diœcesis, ideo allegans contrarium habet hoc probare, vt hic dicitur. & facit cap. constitutus. & c. cum venerabilis. i. de relig. domi. Et sic singu. probatur ex hoc tex. quòd ab onere probandi ipsam exemptionem, vel priuilegium quasi possessio nunquam releuat possessorem, & ita tenuit nota. Cyn. per hunc tex. in l. & si solennibus. C. de fide instrumentorum. vbi de hoc. & Petrus de Ancha. hic, sed an quasi possessio tueatur possidentem contra ipsum ordinarium. dic vt infra dicitur. vide nota. per Panormi. in cap. j. vt lite penden. dum alle. tex. hic. & vide tex. nota. in cap. cum venissent. de insti. quòd possessio contra ius, quando est colorata, releuat & defendit possessorem. vide dicta i. proxi. vide Panormi. in d. cap. 1. vt lite penden. colum. 2. vide Imo. in d. cap. cum venissent. in vlti. no. 2 & ibi Panormi. †Secundo no. quòd ordinarius vti potest libere iurisdictione sua contra illum, qui prætendit se exemptum ex sola præscriptione quousque de præscriptione plene probetur, & hoc procedit, siue ordinarius sit in possessione subiectionis, siue non, & hoc propter odium præscriptionis, vt i. de decim. cum contingat. & fauore iuris communis, supra de resti. spoliato. ad decimas. & in cap. 1. i. de præscriptio. eod. lib. & facit quod no. Archidia. 16. quæstio. 4. volumus. & Ioan. And. hic, 3 i. in ver. fundetur. secundum Lap. & Dom. hic in fine. †Vltimo nota a contrario sensu, quòd ordinarius iurisdictionem exercere non potest contra eum, qui se allegat exemptum ex priuilegio, vel ex priuilegio & præscriptione simul pendente probationis articulo. facit etiam ad hoc tex. i. §. proximo. in fi. & ibi glo. hoc tenet. & hoc est ex ratione, quam assignat glo. fi. hic. & hoc procedit, quando talis, qui allegat se exemptum, est in possessione exemptionis, vt §. proxi. & in cap. j. vt lite penden. alias si ordinarius sit in possessione subiectionis, & tunc lite penden. poterit vti iurisdictione contra ipsum, sicut contra alios suos subditos, etiam si talis appellaret, cũ appellatio non debeat ipsum ordinarium sua possessione priuare, secundum Lap. per no. per Inno. & Io. And. in c. venerabili. i. de censi. & in c. ex parte. i. de ver. sig. vbi probatur, quod talis fuerit iterum ex cõtractu, licet dicat postea se exẽptum per priuilegium, tñ iu-

4 sta erit excõicatio. & ita sequitur hic Pe. de Anch. & Domi. †Et vide hic per Io. And. an perdatur exemptio, si de mandato Papæ ecclesia plene cum personis exempta concedatur, vel vniatur alio ordini, vel collegio nõ exempto, & ex eis dictis & aliorum Doc. conclude, quod si ecclesia, de qua quæritur, non fuit specialiter exempta, sed ideo quia oẽs ecclesiæ eiusdem ordinis sunt exemptę, sicut sunt Cistercienses, vel Camaldulenses, & tunc non durabit exemptio, quia ex quo desinit esse de illo ordine & cessat exemptio, sm Io. And. quod procedit qñ cessat ille ordo, ex eo quia tollit, vel in alium trãsfertur auctn. superioris, secus si ex eo, qa deficiant personæ vel loca, vt p Io. An. in c. statuium. de elec. eo. lib. in gl. pen. & no. in regula, priuilegiũ. j. eo. lib. sm Lap. Si verò ipsa ecclesia fuit spãliter exẽpta, & tũc aut tõne ordinis ibi instituti, & hoc constat, & idem, quia cessante illo ordine cessat exemptio. intellige, qñ cessat ordo, prout s. est dictum. Sed si ipsa ecclesia nõ fuit exempta spãliter ratione ipsius ordinis, sed simpliciter fuit exempta, & Papa non expresit exemptionem competere vel non, ipsis subrogatis, & nunc si Papa rescripsit in via iuris communis, vt quia mandauit ecclesiam de religiosis alterius ordinis reformari, vel de clericis secularibus, si de religiosis non posset, vt in cap. inter quatuor. s. de relig. do. & tunc durat exemptio, & eximit subrogatos, sm Io. And. Si vero Papa rescripsit per viam gratiæ, vt quia Papa dictam ecclesiam gratiosè cõcessit certo ordini, vel collegio transferendo, vel vniendo, & si ipsæ ecclesiæ vel collegia sunt adinuicem vnita, ita quod vna non subest alteri, & idẽ si ecclesia non exempta subijcitur ecclesiæ exemptæ, & durat exemptio respectu ecclesię exemptæ, vt in c. cum capella. s. eo. sm Io. And. Sed si vna subest alteri, puta ecclesia non exempta subijcit ecclesiæ exemptæ, & durat exemptio sm Io. And. & ipsa ecclesia sic translata assumit naturam exemptæ, & sic fit exẽpta sm Lap. sm quem pro & cõ, facit quod no. in c. 2. de relig. do. durat ergo exemptio ipsius ecclesię, quę primo erat exempta, & facit regula, decet. j. eo. lib. & de hoc non dubitat, sed de ipsa ecclesia, q̃ non erat exempta, vt dicẽ eum, quod locus ipsius ecclesiæ & ministri ibi remanentes non fiant exempti, ar. tex. & gl. in c. 1. s. eo. tit. cũ exemptio nõ sit extendenda vltra verba & psonas in priuilegio expressas, vt in c. sane. & c. porro. s. eo. Sed quo ad ministros eius translatos in ecclesiam exemptam, bñ extendatur exemptio, vt in c. per exemptionẽ. j. eo. Qñ tñ epalis sedes transfertur in inferiorem exẽptã, & eidẽ vnitẽ, per hoc eps non erit exemptus, sm Io. And. p plures rõnes, de quibus hic per eũ. & facit qđ no. Hosti. in sum. in ti. §. quis sit effectus. circa prin. & Io. And. in c. de illa, in gl. nouit. Si vero ecclesia exempta vniatẽ ecclesiæ non exemptæ, & in eã transferẽ, seu eidẽ subijcitur, durat exemptio, cum priuilegium sit reale, p no. in cle. priuilegium. j. eo. lib. sm Io. And. Sed Lap. hic cõ. quare tunc ecclesia exempta assumat naturam non exemptæ, in ca. super eo. s. de pb. eo. lib. & ita transit hic Pet. de Anch. & facit gl. 16. q. t. & temporis. Imo. tñ dicit hic tutius esse tenere dictum Ioan. And. quia licet quo ad c. de multa. s. de pb. nõ censeatẽ quis habere curam in illa ecclesia, non tñ illa ecclesia desinit ex toto esse curata, vt patet in cle. 2. de offi. vica. & ita sequitẽ hic Do. adducens pro hac parte tex. in c. 1. j. eo. in fi. & vide p Arch. in d. c. & t pis. & in c. 1. ne sede vacã. & per Pau. in cle. 2. de elec. & facit qđ no. in c. recolentes. §. cęterũ. s. de sta. mo. d. Benedi. sic dicit, quod cum exempta ecclesia videatur exempta non solum quo ad locum, sed ẽt quo ad ministros, vt in c. per exemptionem. j. eo. & tunc si quæratẽ de ecclesia translata, an desinat esse exempta quo ad locum & ministros ibi remanentes, vel ad eã translatos. & dic quod non, cum priuilegium sit reale, & duret, vt in d. regula, priuilegium. & ita procedat opi. Io. And. qũ quæritur de ecclesia non exempta, in quã est translata, & ministris ad eam translatis. & dicẽdũ est, quod ipsa ex hoc nõ efficiẽ exẽpta, nec ministri ad eã translati, vt sentit ipse Lap. cũ exẽptio non extẽdatur vltra quam verba disponant, vt in d. c. porro. ad hoc d. c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Celebrare faciens diuina in loco prohibito, eadem pœna qua celebrans punitur.*

2 *Excommunicati vel interdicti publice ad diuina officia, ecclesiastica sacramenta, vel ad sepulturam admitti non debent.*

3 *Episcopus an possit punire exemptos, qui recipiunt excommunicatos ad diuina, vel sepelientes eosdem.*

C A P. VIII.

Episcoporum. Primo ponit quatuor prohibitiones. Secundo ibi, qui vero. adijcit pœnam pęnis antiquis. In tex. ibi, aliorum prælatorum. no. arg. quod appel. prælatorũ ve-

1 niunt etiam epi. de quo in c. cũ ex eo. de elec. eo. lib. †No. j. ibi, facient. quod faciens celebrare diuina in loco prohibito, punitur eadem pœna qua ipse celebrans. facit c. si cunctas. j. de sen. excom. & cle. grauis. eod. titu. Secundo no. ibi, ab ordinarijs, quod non solum epi possunt ponere interdictum, vt in c. cũ & plantare. s. eo. sed etiam inferiores prælati, dummodo sint ordinarij, & habeant spãlem iurisdictionem, facit quod no. in gl. in c. ordinarijs. s. de off. ordi. eo. li. in prin. & c. 2. in ver. loci. s. de vsu. eo. li. & idem tenet Inn. & Io. An. in c. quæsiuit. s. de his quæ fi. a ma. pat. & not. in cap. dilectis. s. de appel. & hic per Archidia.

2 †Tertio no. ibi, publice. quod publice excommunicati vel interdicti nõ debent admitti ad diuina officia, vel ecclesiastica sacrã, vel ad sepulturam. ex quo infertẽ, quod appel. diuinorũ officiorum vel sacramentorum non cõprehendatur ecclesiastica sepult. cum ista ponantẽ hic vt diuersa, qđ inducit Do. ad no. in c. fin. §. in festiuitatibus. j. de sen. excom. In glo. in ver. delegatis. in fi. no. glo. iuncto tex. & intellige saluo eo, quod habetur in extrauag. Bonifa. quæ incip. prouide attendentes. In glos. in versic. officia. in fi. secus præsentibus excommunicatis, vt in c. vlt. hic alleg. in §. in festiuitatibus. imo publice excommunicatus si intrat ecclesiam, omnes debent exire, vt 24. q. j. oẽs qui. Dixit tñ gl. in c. sicut apostoli. 11. q. 3. quod si sacerdos dicat missam, non dẽt propter hoc eam dimittere inexpletam, quod intelligit Inno. in c. nuper. s. de senten. excom. quando iam incęperat canonẽ missæ, alias secus. & ita transit hic Arch. & Io. And. tenentes, quod

a scientes aliquem occulte [a] excommunicatum, debent exire ecclesiam, ita & taliter quod non manifestent crimen illius, vt p gl. in c. si tantum. 6. q. 2. & in clem. 2. in ver. publice. de sen. excom. & quis dicatur publi. excommunicatus, hic per Arch. & no. in

3 cle. 1. de sepul. †In gl. in ver. a iure. in fi. An autem eps possit procedere & punire exemptos recipientes excommunicatos ad diuina, vel sepelientes. Io. Mon. hic quod sic, vt in d. c. cum & plantare. §. excõicatos. & quia delinquunt in rem non exemptã, vt in c. patentibus. s. eo. & ita transit hic Archi. remittentes se ad no. 16. q. 3. placuit. et ita dicit Io. And. quod habebat in scholis, & facit c. ad hoc. s. eo. quod intelligit, qñ priuilegia super his aperte non resistũt, alias si haberent expresse priuilegia super his, vel fuit in possessione libertatis ex priuilegio, non possent coerceri, cum tale priuilegium sit seruandum, vt s. c. proxi. Item intelligit, qñ tales erant exempti, sed non loca, qđ esse põt, vt ca. proxi. quia tunc exemptio non iuuaret, quominus ordinarius puniret talia facientes, vt s. eo. tit. c. 1. Sed si tales fuissent exempti, et eorum loca, in quibus hoc faciunt, et tunc graue esset dicere exemptos ordinarios posse punire extra casus in iure expressos, de quibus in d. c. 1. sm Io. And. quod tñ limitat hic Lap. nisi delicta essent notoria, per no. per Host. in sum. eod. titu. §. fi. in vlti. col. in ver sed nunquid exemptus. et per Io. And. in c. solicitudinem. s. de appel. et Io c. statutum. in fi. s. de rescri. eod. lib. et in c. fi. s. de cap. mo. Sed cõtra dictum Lapi tenet hic Pe. de Anch. licet notorie delinquat quis in loco exempto, tamen non potest puniri ab ordinario, etiam si delinquat in offensam diœcesani, sicut non puniet delinquentem extra suum territorium. ad hoc ca. postulasti. s. de fo. compe. et idem sequitur hic Do. quia notorietas delicti non tribuit iurisdictionẽ in loco exempto, sicut nec extra territorium, vt in d. c. postulasti. et in d. c. 1. Si tamen ex delicto notorie commisso in loco exẽpto ipse delinquens incurrit excõicationem ipso facto, tunc ordinarius loci ad hoc, vt per suos subditos vitetẽ, posset denũciare eum excommunicatum, et ita saluari posset dictum Lap. et facit quod no. per Gui. in clem. j. de seq. pos. nam illa denunciatio nihil addit, vt in c. pastoralis. s. de appel. cum pœna sit a iure imposita, et sic cum delictum sit notorium, non potest dici quod cognoscatur de delicto commisso in loco exempto, cum in notorijs cognitio iudicialis nõ requiratur, vt in c. 1. s. de offi. dele. eo. lib. sm Do. de quo plenius p Imo. et d. Ant. in cle. 1. de of. ord. et no. in d. c. 1. In gl. in uer. ingressus. in fi. Idẽ Archi. hic in prin. per tex. ibi, q̃tuncunq;, qui implicat, et facit d. §. excommunicationis. et s. eo. li. de præb. c. 2. de electio. generali, post princip. et tex. hic ibi, cuiuscunque ordinis. ex quibus ista pars verior videtur, secundum Ioan. And. qui hanc partem tenere videtur, licet Ioan. Mo. in c. is cui. hic alle. teneat primam opi. huius gl. quam vt dicit hic Ioan. And. vellet præualere propter

multa

A D D I T I O.

a Nico. Supe. Occulte. Adde Doc in c. responso. de sen. excom.
Vin. God. Adde, quòd occulte factum præsumitur verum, sed palam vel aperte factum, dicitur simulatum, Fely in c. cum ex iniuncto. de hæret. & in c. consuluit. col. 7. de offic. deleg.

multa pericula imminentia ipsis clericis, maxime propter admissionẽ prædictorũ ad diuina. et dicit, ꝙ pium esset hanc opinionẽ, vnde eam quibusdam rationibus & argumẽtis coadiuuat, de quibus hic per eum dicentem hie in fi. tex. post Archi. ꝙ pęna istius tex. non habet locum in contemnente sniam iuris, sed tñ sniam hois. Sed Io. de Fan. ꝯ per tex. hic ibi, vel a iure. & ita sequit̃ hic Do. quia alias sequeret̃, ꝙ veniens ꝯ sniam iuris nõ incurreret hanc pęnã, quod est falsum, licet tũc nõ habeat locum dispositio istius tex. volentis tunc stari arbitrio illius, q. nilit sniam, cũ hoc habear locũ in snia hois ẜm eũ. Nec ẽt haberet locũ iste in concedentib. ecclesiastica sacramen. excõicatis minori excõicatione, per no. in c. fi. š. de cle. excõ. ẜm Io. And. & ita sequit̃ hic Do. vt hic plene per eum. Sed an pœna huius decre. habeat locum in epis, & eorum superioribus, tex. hic in prin. facit, ꝙ sic, ibi, cuiuscunque ordinis. sed in ꝯriũ facit j. de senten. excom. quia periculosum. iuncto c. si compromissarius. §. huiusmodi. š. de elec. eod. lib. & facit glo. in ver. interdici. in c. 1. j. de verb. signi. & quod ibi no.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia exempta, sunt exempti monachi canonici, & alij ministri ipsius ecclesiæ.*
Quid de conuersis. nu. 2.
3 *Præsbyter debet poni in ecclesia regulari, conuentuali, & curata, qui populum, regat.*
4 *Monasterium si est exemptum cum capellis, sed non populus, tunc episcopus populum debet curare.*
5 *Legatum factum canonicis, an videatur factum ecclesiæ.*
6 *Conuersi an, & quando sint conueniendi de debitis prius factis.*

C A P. IX.

PEr exemptionẽ. No. 1. quid importet, qñ eximit ecclesia. Secundo ibi, verum. qñ ipsius canonici. Tertio ibi, si autem. qñ clerici. †No. 1. ꝙ exempta ecclesia, censentur exempti ẽt monachi, canonici, & alij ministri ipsius ecclesiæ, fortius ergo & abbas & prælatus ipsius ecclesiæ, ad hoc 7. q. 1. scire, ẜm Io. And. ex quo infert̃ primo, ꝙ appellatione ecclesię comprehendant̃ ẽt ministri ecclesiæ & personæ deputatæ seruitio ipsius ecclesiæ, & sic app. continentis comprehẽditur res contenta. †Secundo no. ꝙ priuilegio exemptionis cõcesso ecclesiæ gaudent non solum monachi & canonici, sed ẽt conuersi, & perpetuo oblati ipsi ecclesiæ, siue sint conuersi, vel oblati ecclesiæ regularis, siue secularis, cum iste tex. mixtim loquat̃ de ecclesia & monasterio, ẜm Io. An. iõ est ꝙ tales gaudẽt priuilegio canonis, si quis suadente. 17. q. 5. vt in c. nõ dubium. š. de sen. excõ. Itẽ gaudent priuilegio fori, vt in c. 2. š. de fo. cõpe. & ibi per Doc. & ex isto tex. infert dñam esse inter conuersos, & perpetuò oblatos: sunt enim [a] conuersi illi qui portant habitum religiosorum, ẜm morem certorum religiosorũ, sed perpetuo oblati [b] sunt illi, qui se & sua dederũt ecclesiæ, tñ habitu conuersorum non vtuntur, de quibus in cle. 1. de deci. ẜm Ioã. And. de quo ibi no. & in d. c. non dubiũ. & in auth. ingressi. C. de sacrosan. ec. & per gl. fi. in c. vt lex cõtinennæ. 27. q. 1. Tertio no. ibi, præsbyter. †ꝙ in ecclesia regulari, conuentuali, & curata dẽt poni præsbyter, qui curã populi gerat, de quo in c. 1. š. de ca. mona. Quarto no. ibi, quo ad ea. ꝙ respectu diuersorũ membrorũ & ecclesiarum põt quis esse pro parte exemptus, & pro parte non, vt in c. cum capella. š. eo. sed ẽt respectu diuersę qualitatis ẽt in eodem corpore ecclesiæ, & sic ampliat tex. in d. ca. cum capella. Quinto no. ibi, parochiani. & ita allegat̃, ꝙ exempta ecclesia, nõ intelligunt̃ parochiani, nec ea quæ concernũt curã populi. ex quo infertur, ꝙ per exemptionẽ ecclesię nõ perdit eps ius, quod hẽt in parochianis. facit qđ no. ꝑ Inn. in c. recepimus. š. eo. tit. licet secus sit qñ in iudicio petitur ius epale, vt patet ex no. in c. conquerente. ff. de off. ordi. Sexto no. ibi, nõ aũt ecclesia. ꝙ appellatione [c] canonicorũ alicuius ecclesię non venit ipsa ecclesia, nec alij clerici ipsius ecclesiæ, quod facit, vt si impetret̃ bñficiũ consuetum assignari canonicis, non veniat consuetum assignari alijs clericis, de quo in c. fi. š. de præbẽdis. & in c. 1. de ele. eo. lib. & in c. cum de bñficio. š. de ꝑb. eo. li. Septimo no. ibi, tam canonici q̃ alij clerici. ꝙ appella. clericorũ veniunt canonici, & alij clerici, sed non eꝯ. de quo plene vide in c. cum tibi. š. de ver. sig. Vlti. no. ꝙ exemptis clericis & canonicis alicuius ecclesiæ, non intelligit̃ exempta ecclesia, vñ r̃ndebit epo in oibus, ꝑterq̃ in iurisdõne clericorũ, ẜm Inn. & Host. in c. cum capella. š. eo. tit. & Io. And. hic. ex quo infert̃, ꝙ dispositio relata ad rem contentã non includit continentem, licet aliud sit eꝯ, vt in princ. huius c. vbi appel. rei continentis, & sic ecclesiæ conuenit res contenta, & sic clerici & canonici ipsius ecclesiæ. In gl. j. ibi, emanauit declaratiue &c. & ad no. ꝑ Spec. eo. tit. in ver. licet. †In gl. in ver. curam. in fi. vide quod no. in extrauag. ad perpetuam. hic alle. in 1. gl. vbi dr̃. ꝙ si monasterium cum capellis est exemptum, sed non populus, tũc ipse eps populum curabit, 10. q. j. regenda. & poterit ędificare aliam ecclesiam, vel dare licentiam parochianis ędificandi, arg. c. ad audiẽtiam. el 1. de eccle. ędif. & ponere ibi ꝑsbyterũ, q. ꝑcipiet decimas, & alia iura parochialia, 8. q. c. j. ca. 1. & salua canonica epali. de quo vide in c. j. j. de ver. sig. & hoc nisi ꝯ epm esset præscriptum, vt in c. auditis. & c. cum olim. & c. de quarta. š. de præscri. ẜm Io. & ad prædicta vide ẽt in c. ex ore. š. eo. In gl. in ver. parochiani. in fi. idem Archi. in c. quamuis. el j. š. de præben. & vide in c. cum clerici. & hic per Do. Quare posset ẽt dici ẜm Dom. ꝙ ibi iuramentum præstitum non erat proportionabile, nisi epo & capitulo, vt in c. cum olim. & c. ijsq;. š. de maior. & obed. sed hic appellatio ipsius ecclesiæ profertur in materia proportionabili omnibus tam canonicis q̃ clericis, q̃ etiam conuersis & oblatis, cum omnib. istis conueniat exemptio, secundum Do. †In gl. in ver. non autem. in fi. vide per Ioã. And. in c. requisisti. hic alleg. sed certe per l. ciuibus. hic alleg. videretur tenendum ꝯtrium, vt legatum factum canonicis videatur factum ecclesiæ, vt tenet Bar. ibi, & Pe. de Anch. hic. & ita vr̃ tenendum reprobata opi. gl. in d. c. requisisti. & hic. & ita sequitur hic Io. de Ian. Geor. & Dñt. ex eo quia legatum est fauorabile, vnde est extendendum, sed exemptio est odiosa & restringenda, vt j. glo. proxi. In glo. ꝙ priuilegia, & exemptiones sunt stricte interpretandæ, dummodo aliquid conferant, cum præiudicent ordinariæ potestati, quæ est fauorabilis. 2. q. j. peruenit. 20. q. 3. qui resistit. secundum Host. in d. extrauag. & Archi. hic, vt refert Ioan. An. pro quo glo. no. in clem. 2. de offi. ordi. & dicit Ioan. And. quod priuilegia nunquam extenduntur de persona ad personam, & de loco ad locum, vt cap. sane. & cap. porro. š. eodem. Et ad prædicta vide no. per Barto. in d. l. ciuibus. & per Bald. in l. non plures. C. de sacrosan. eccle. & hic per Pet. de Ancha. †Extra glos. quæritur, an & quando ipsi conuersi sint conueniendi de debitis prius contractis, de quo hic per Ioan. Andr. concludentem. vide per Ioan. de Deo, lib. 4. quæstio. 7. vbi etiam quęrit, si ipse debitor facto testamento, & filia instituta hærede, factus sit conuersus ecclesiæ, et offert sibi bona sua, saluo testamento prædicto, an eius creditores agere debeant cõtra eum, vel contra ecclesiam, vel contra filiam, et arguit pro et contra, et concludit quod ipse conuersus sit conueniendus, cum personalis sit actio, in qua persona est coercenda, vt in capitu. quoniam, ad finem. supra vt lite non contesta. et cap. tuæ. et conuenietur vt exemptus, si ecclesia est exemptã, per hanc decisio. vt dicit Ioan. Andre. dicens, quod executio fiet in bonis penes quemcunque sint, quando essent hypothecata, cum transeant cum onere, vt in capit. ex literis. supra de pigno. et hoc potest procedere, quod hypothecaria debeat intentari contra possessorem, nõ autem quod sententia lata in personali sufficiat, vt fiat executio hypothecariæ contra possessorem, vt hic per Pet. de Ancha. qui circa primum dictum, quod sit conueniendus conuersus, videtur tenere contrarium, cum ecclesia sit conuenienda, ex quo in eam transeunt iura et actiones, ad hoc l. si adoptauero. ff. de preca. et l. si pater. ff. de adop. et authen. ingressi. C. de sacrosan. eccle. posset dici, quod conuersus ecclesiæ secularis ipse sit conueniendus, ex quo potest habere proprium, vt per glos. in d. cap. vt lex. et ita procedat dictum Ioan. Andr. Sed in conuerso ecclesiæ secularis, et tunc cum talis æquiparetur monachis, cũ dicatur vouere, vt in dicto capitulo, vt lex. & non erit conueniendus, sed ipsa ecclesia, & ita procedat dictum Pe. de Ancha. per iura ꝑ eũ alleg. de quo etiam per Bald. in d. auth. ingressi. & ibi vide plene per eum de his, & in authen. si qua mulier. eod. titu. & in authen. causa quæ fit. C. de episco. & cler. & plene no. in d. clem. 1. & per Docto. in cap. in præsentia. š. de proba.

ADDITIONES.

a Nico. Superan. Conuersi. Adde Archid. in c. duo sunt genera. 12. q. 1. Io. Cald. consi. ulti. de regu.
Vi c. God. Nota, quod conuersi possunt possidere & præscribere spiritualia iura ius patronatus ecclesiæ non patronatæ. Fely. in c. c. quæ. de præscri.
b Nic. Sup. Oblati. Adde Abb. in c. non est de regula. Abba. in ca. cum dilectus. de suc. ab intest. Lap. alle. 129.
c Nic. Sup. Canonicorum. Adde Lap. in c. 3. de elec. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Verba narratiua sunt, quæ non principaliter proferuntur super illo, de quo agitur, sed incidenter.*
a *An autem talia verba inducant probationem.*

3 *Verba dispositiua prolata in sententia vel priuilegio circa exemptionē, an inducant exemptionem.*

4 *Papa si in priuilegio dicat, eximimus omnes vestras ecclesias, quæ per vos sumpserunt regulam Augustini, quas hiis vocabulis duximus exprimendas, an talia verba sint narratiua. & nu. 5.*

6 *Verba enunciatiua si sunt talia, quod per ea inducatur quasi possessio, & enunciantur ab eo, qui potest, an ex tali enunciatione inducatur præsumptio, exemplum ponit.*

C A P. X.

tio ne requiritur debitus numerus epõrum, & ita resídet hic Ioan. An. In glo.2.ibi, adiunget. & sic vult glo. ꝙ in tali numero epõrum [a] ooo computetur proprius epſ, pro quo etiã tex. hic in ver. assistente. ſm Ioan. An. In ead. glo. ibi, ſubdiaconus. idem Io. An. & Arch. dicentes, ꝙ ita hodie eſt determinatũ per iſtum tex. dum dicit, in ſacris. & ſolum excludit minores ordines, in quibus nõ requiritur numerus epõrum: vnde in degradatione ſubdiaconi requiritur idem numerus, ſicut in degradatione diaconi, licèt glo. olim tenuerit ꝯtrium in c. quia iuxta. 5. q. 6. & Arch. in c. Fęlix. & in §. ſolus. 16. q. 7. †In ead. glo. ibi, de hæretic. c. j. & ibi uidetur proban, ꝙ excepto crimine hæreſis tam in degradatione verbali q̃ actuali requiratur numerus epiſcoporum, pro quo facit quod ibi dixit Ioan. An. poſt Arch. ſuper vlt. glo. & facit xj. q. 3. epſ. Sed in ꝯtrium facit tex. hic, & j. §. proxi. vbi in actuali nunq̃ reperitur de numero epõrum. Pro quo & adducit hic Io. An. plura iura, ex quibus patet ꝙ epiſcopi habent audire, diſcutere, diffinire, & ſententiare cauſas criminales talium clericorum, quæ verba conueniunt verbali degradationi & non actuali, & ſic concludit Ioan. Aod. ſolum in degradatione verbali, & non in actuali requiri numerum epiſcoporũ, & ita voluit Spe. in d. §. ſecũdo loco. in ver. ſed eſt notandum. dicens, ꝙ actualis degradatio eſt executio ſententiæ depoſitionis, & epiſcoporũ ꝑſentia, quæ eſt neceſſaria in ſententiæ prolatione, non eſt neceſſaria in hac executione actuali, vt hic plenius per Io. An. dicentẽ ſecundo, ꝙ iura, quæ iubẽt clericũ deponi & peregrinari per orbẽ, vel in monaſteriũ detrudi cum impreſſione characteris, nihil dicũt de numero epiſcoporũ, vt patet 50. q. j. ſi quis ſacerdos. & de pę. diſ. 6. ſacerdos. & in c. omnis. in fi. ẽ. de pęniten. & in c. ad audientiam. ẽ. de crimine falſi. ſm Io. An. dicentem tertio, ꝙ de conſuetudine gñali epſ cum ſuo clero audit cauſas criminales ſuorum clericorũ etiam de grauibus criminibus, vt homicidio, & ſimilibus, pro quibus pęna depoſitionis debetur, nõ adiuncto ſibi ad hoc numero epiſcoporũ, vbi non tenderet ad degradationẽ actualẽ, & eos conuictos & confeſſos punit, & idem tenet Io. de Fan. 15. q. 7. in ſumma. & Spec. in ti. de accuſa. §. quarto loco. ubi fatetur, ꝙ epĩ de conſuetudine per ſe vel officiales ſuos audiũt cauſas criminales ſuorũ clericorũ. facit c. licet. de offic. vica. & c. 3. de conſue. de offi. or. c. j. & c. ut litigantes. eo. li. ſm Ioan. An. & Domi. adducentẽ tex. in c. fi. ẽ. de celebra. miſ. vbi ſolus epſ audit & diffinit cauſam depoſitionis verbalis ipſius ſacerdotis [4] ab officio & beneficio. †Ex quibus omnibus inferũtur ſex cõcluſiones. Prima concluſio ſit, ꝙ ſolus epſ cum capitulo deponere poſſit clericum a beneficio, vt in c. licet. ẽ. de coha. cle. & voluit glo. in d. ſumma. & Spe. in d. §. quarto loco. & Inno. in c. graue. Secunda concluſio, ꝙ in degradatione ſeu depoſitione clerici ab ordinibus minorib. ſolus epſ ſufficiat, ut hic in tex. de quo j. in glo. Tertia concluſio, ꝙ in degradatione ſeu depoſitione actuali clericorũ ab ordinibus ſacris ſolus epſ ſufficiat, vt patet j. §. proximo. Quarta concluſio, ꝙ in degradatione uel depoſitione verbali, & eius cognitione, quę fit a ſacris ordinibus, quo ad actualem degradationem faciendam requiratꝰ numerus epõrum tam in degradatione verbali & eius diffinitione, q̃ in eius cognitione, vt ẽ. & ita procedat tex. hic. & per Inno. & Hoſtien. in d. c. graue. & Spe. in d. §. quarto loco. fallit tñ in cauſa hæreſis, ut d. c. j. & ſi numerus epõrum in tali degradatione verbali haberi non poſſit, dixit Archid. in c. j. 83. diſtin. ꝙ epiſcopus poterit tunc perpetuo ſuſpendere ab officio & beneficio, quæ habet eundem effectum, quem habet depoſitio ſecundũ eum, poterit etiam epiſcopus verbaliter deponere, vt d. c. fi. ut ẽ. non tamen ſufficeret dicta depoſitio ad actualem degradationem faciendam, ut ẽ. Quinta cõcluſio, quod vbi degradatio ſeu depoſitio verbalis non fit ad finem actualis degradationis fiendæ, ſed ad alium finem, ſolus epiſcopus cum clero ſuo facere poteſt, ſaltem attenta generali conſuetudine, vt ẽ. & hoc uoluit Specu. in d. §. quarto loco. & facit tex. in d. c. fi. Sexta & ultima concluſio, ꝙ ſolus epſ poſſit reſtituere clericum aduerſus depoſitionem, quando depoſitio non tenuit, & ita procedat quod no. in d. c. epiſcopus. xj. q. 3. aliàs autem erit in arbitrio ſolius Papæ, ut per Spe. in dicto §. 2. in ver. ſed nunquid. In glo. in ver. præſentiam. in fi. de quo per Archi. & Ioã. An. in d. c. j. ẽ. de hære. eo. lib. & per Innoce. in d. c. graue. & ſic vult glo. no. hic, ꝙ etiam in arduis poſſit epiſcopus preſcribere contra capitulum, ut conſenſus uel conſilium capituli non requiratur, de quo in d. c. j. & in d. c. 3. hic alleg.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Epiſcoporum. Adde gl. & Doc. in c. non poteſt. de ſen. & re iud.

b Vinc. God. Degradatio actualis uel uerbalis, quando requirat numerum epiſcoporum, uide Fel. in c. non poteſt. circa fi. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ſunt milites cęleſtis militiæ.*
2 *Ornamentorum appellatione, ueniunt liber, calix, & ſimilia.*
3 *Degradatio actualis poteſt fieri per epiſcopum proximum abſque præſentia aliorum epiſcoporum, etiam ſi degradandus ſit in ſacris cõſtitutus.*
4 *Degradatio fieri poteſt etiam in prima tonſura, uel etiam in pſalmiſtatu.*

[1] Actuelis. †No. j. quòd clerici ſunt milites cęleſtis militiæ. pro quo etiam tex. & glo. j. q. 3. ſaluator. ex [a] quo infertur primo, ꝙ clerici [a] ſunt præferendi militibus temporalibus, arg. c. ſolitæ. ẽ. de maior. & obed. de quo in c. eo libẽtius. ẽ. de ſeruis non ordi. Secundo infertur, ꝙ liceat arguere de milite armatæ militiæ ad militem cęleſtis militiæ, uel econtra, ut hic probatur ſecundũ Domi. ideo dixit glo. ſing. in l. miles. in prin. ff. de re iudi. ꝙ ſicut miles armatæ militiæ non tenetur niſi in quantum facere poteſt, ita & clericus, qui dicitur miles cęleſtis militiæ, de quo tñ uide per Bart. in l. j. in fi. C. de iur. [2] & fac. igno. †Secundo no. ibi, ornamentum, quod appellatione ornamentorum venit liber, calix, & ſimilia, quod facit ad q. de relicto facto pro ornamentis eccleſiæ, uel alicuius clerici, vt ſic in prædictis conuerti poſſit, ſecundũ Domi. de quo in c. ſignificaſti. el 2. ẽ. de homi. & in clemen. 2. de deci. & ſic facit, ꝙ de legato facto pro libris ſeu miſſali, uel calice, non debeatur [3] quarta epiſcopo, ut in cap. fi. ẽ. de teſt. iunctis prædictis. †Tertio no. ibi, cui epiſcopus &c. arg. ꝙ actualis ſeu ſolennis degradatio fieri poſſit per epiſcopum propriũ abſque præſentia aliorum epõrum, etiam ſi degradetur conſtitutus in ſacris, cũ tex. hic generaliter loquatꝰ. Nec eſt neceſſe, ꝙ epiſcopus degradans ſit indutus pontificalibus, cum de hoc nihil hic dicatur, et in hoc omnes concordant, licèt de conſuetudine aliud ſeruetur. Nec etiã eſt neceſſe, ꝙ talis degradatio fiat in eccleſia, in qua etiam audiuntur cauſæ ſpirituales, ut no. in c. qua fronte. ẽ. de appella. ſm Archi. hic, de quo per Specu. in tit. de accu. §. ſecundo loco. uer. & eſt notandum. circa fi. ſm Ioan. Aod. & ibi Specu. videtur idem velle, licèt ſm Domi. hic in contrarium faciat iſte tex. volens, ꝙ idem modus ſeruetur in degradando, qui ſeruatur in ordinando in ueſtibus, & alijs, ergo & quo ad locum, & facit xj. q. 3. epiſcopus. Quarto no. ibi, ueſtem quæ traditur, ꝙ in collatione tonſuræ tradenda eſt ueſtis, quæ vocatur ſuperpelicium, dicit tñ hic Ioan. An. & Io. Mo. ꝙ multos vidit ordinari ſi[4]ne tali veſte. vnde vr̃, ꝙ nõ ſit de neceſſitate. †Vltimo no. quòd locus eſt degradationi etiam in prima tonſura, uel pſalmiſtatu, ſm Io. And. vnde etiam eſt arg. iſte tex. ꝙ clericalis tonſura dicatur eſſe abraſio, quæ fit ſupra caput, de quo per glo. in cle. 2. de vita & hone. cler. Et ſic patet ex tex. ſufficere, ꝙ tondatur vel radatur caput illius clerici, nec loquitur hic de quadã abraſione, quam ponit Specu. in titu. de accuſa. §. 2. ver. degradatur, dicens, ꝙ loca capitis uel manuum, quæ fuerant inuncta radẽda erant vitro uel alio huiuſmodi. hoc tamen hic nõ præcipitur, ſed nec etiam prohibetur, ſm Ioan. And. In glo. in ver, ſpectans. in fi. Ioan. Mona. & Archid. remittunt ad quartum ſententiarum diſt. 24. & ad librum pontificalium, quem allegare licet cum ſit approbatus, ut no. in c. conſuluit. ẽ. de ſeruis non ordi. ſecundum Ioan. And,

ADDITIO.

a Nic. Sup. Clerici. Adde c. epiſcopus. de præben. c. diuerſis fallacijs. de cle. coniu. c. reprehenſibile. 23. q. 4.

Vin. God. Adde, an clericis ſit prohibita militia, & an & quando pugnare poſſint. Fely. in c. ego. prope fin. de iureiur & in c. petitio. de homi.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſunt proferenda contraria in actus deſtructione his, quæ fuerunt prolata in eiuſdem actus conſtructione.*
2 *Vltimi appellatione uenit illud, quod primum fuit, quando computatio fit retrorſum.*
3 *Traditio realis clerici ad curiam ſecularem fieri non debet, ſed potius quædam uerbalis declaratio.*
4 *Sacerdos degradatus an poſſit conficere uerum corpus Chriſti.*

[1] Poterit. †No. j. ꝙ in deſtructione alicuius actus ſolennia debemus vti contrarijs uerbis illis, quibus utimur in conceſſione. facit c. 1. ẽ. de reg. iu. & l. ab emptione. ff. de pac. loquitur tamẽ iſte tex. de actuali degradatione, & uerbis, quæ ſunt pars ipſius actualis, non autem de verbali, ut hic per [2] Ioan. And. & Do. †Secundo no. ibi, ultimi, ꝙ appellatione vltimi uenit illud, quod fuit primum, quando computatio fit incipiendo ab ultimo, quod inducit hic Domi. ad ſaluandum dicta teſtium, quorum vnus dicit, ꝙ Titius fuit primus poſſeſſor, & alius

alius dicit, quòd fuit vltimus, quia ſm diuerſum modum intelligendi quilibet dicit verum, de quo in c. cum Vintonienſis. ſ. de elec. & in c. cum tu. ſ. de teſti. In glo. fi. ibi, actualiter degradato. habet locum iſte finis, ubi dicitur quòd eſt exutus omni priuilegio clericali, & pro hac glo. facit tex. in c. 2. hic alleg. & 54 diſt. ex antiquis. idem videtur hic ſequi Ioã. And. Io. tamen de Ligna. tenet, & refert quoſdam tenere, ꝙ hoc procedat, quã do poſt degradationem de illo fuit facta traditio curiæ ſeculari, cum tunc perdat priuilegium, vt in c. nouimus. ſ. de verbo. ſignifi. ſecus ſi ante, ideo poſt degradationem adhuc reſidet dominium ipſius clerici penes eccleſiam, quod non perditur ſine traditione, ſicut eſt in alijs rebus. Sed Ioan. de Fan. ſequitur opi. huius gl. ut non ſit neceſſaria traditio ipſi curiæ ſeculari, vt patet ex hoc tex. & ita ſequitur hic Domi. † quia talis traditio clerici poſt degradationem fieri non debet, ut in d. c. nouimus. ſed ſi potius quædã verbalis declaratio, qualiter eſt exutus priuilegio clericali, ut in d. c. nouimus & per hanc declarationẽ perdit dominiũ, & abijcit a ſe poſſeſſionẽ ipſius clerici, ideo eſt, ꝙ quando clericus eſt exutus a iure omni priuilegio clericali, poteſt puniri per iudicem laicum abſque alia traditione, ſecundũ Ioan. An. in c. cum non ab homine. ſ. de iud. & facit quod no. in c. 1. ſ. de bigamis. eo. lib. ſm Domi. ſed ſi clericus ſit degradatus ſeu depoſitus tantũ verbaliter, ſed non actualiter, & tunc cum retineat priuilegium clericale, quouſq; actualiter degradetur, ut ſ. tũc percutiens talem incideret in excõicationem, vt vult glo. hic. Ideo eſt, ꝙ talis depoſitus ſeu degradatus verbaliter tenetur viuere clericaliter, vt per glo. no. in c. ad abolendam. ſ. de hæreti. & in c. accedens. 50. diſt. & in c. dictum. 81. diſtin. In ea. gl. ibi, eſt differentia. de quo etiam ꝑ Specu. in tit. de accuſa. §. ſecundo loco. ver. circa quod. & in uer. ſed nunquid. † In ead. glo. in fi. Archi. tamen hic ſequitur opi. Lau. & ſequacium, quam dicit placere Thomæ in 4. diſtin. 13. q. 1. art. j. ver. ad quartam q. & in tertia parte q. 82. arti. 8. Idem etiam tenuit Hoſtien. & Inno. in d. ca. 2. & licèt hæc opi. de iure verior eſſet, ſcilicet ꝙ degradatus etiam actualiter conficiat, pro qua facit, quia ſi talis reſtitueretur per Papam, non ordinaretur de nouo, licèt inſignia ablata ei reſtitui deberent, quia character a Deo imprimitur in anima, ut no. in c. 1. ſ. qui cle. vel vo. qui ꝑ hominem auferri non poteſt, ſecundũ Io. An. ideo dixit gl. no. 32. q. 7. in c. 2. ꝙ etiam poſt mortem nõ ꝑditur clericatus, quã opi. videlicet vt degradatus actualiter conficiat, tenuit & Arc. de conſe. diſt. 2. quid ſi. ſuper glo. & iſta eſt cõis opi. ſm Domini. & ita etiam ſequuntur Doct. Moder. in d. c. 2. Erit tamen ipſe clericus degradatus priuatus priuilegio clericali, ſeu canonis, ſi quis ſuadente, quod priuilegium cõceſſum eſt a iure. vnde & eodem iure de facili tolli poteſt, ſm Ioan. An. facit quod no. in c. 1. ſ. de biga. & in c. 1. ſ. de cle. coniu. eo. lib. ſm Domi. notantem ex dicto Io. An. ꝙ priuilegium canonis, ſi quis ſuadente, non eſt conceſſum characteri clericali, cum degradatus retineat characterẽ, & tamen illo priuilegio non gaudet, ut ſ. & vide in c. contigit. el j. & ibi per glo. ſ. de ſen. excom.

SVMMARIVM.

1 *Carcer, licèt ſit inuentus ad cuſtodiam, poteſt tamen clericus carcerari, uel ad tempus uel in perpetuum ad pœnitentiam agendam.*

2 *Pœna carceris pro pœnitentia eſt arbitraria.*

3 *Damnatus ad perpetuum carcerem non intelligitur condemnatus ad mortem, uel ad pœnam mortis.*

CAP. III.

Quamuis. Primo præmittit cauſam inuentionis carceris. Secundo ibi, nos tamen, ampliat.* † No. j. ꝙ licet carcer [a] regulariter fuerit inuentus ad cuſtodiam, & non ad pœnam, ut hic dr̃, & licèt ordinata ad vnum finem non ſint trahẽda ad aliũ, ut in c. 2. & ibi per glo. ſ. de appel. tamen hoc fallit iure permittente, ſicut dicitur hic de carcere, ꝙ ſubſiſtente cauſa poteſt deputari ad pœnam. facit quod dixit Ioan. And. in c. 1. ſ. de ſta. regu. eo. lib. in q. de monachali uirgine recepta in monaſterio deputato ꝓ meretricibus pœnitentibus, ſm Ioan. An. hic. † Vlti. no. ꝙ pœna carceris pro pœnitentia eſt arbitraria, & ſic facit, ut ipſa pœna, cũ non referatur ad certum crimen, non æquiparetur damnationi ad metallum, vel deportationi, prout æquiparat Inno. in c. qualiter. el 2. ſ. de accu. Nec reddat quem inteſtabilem ſeu inhabilem ad teſtimonium perhibendum, nec inducat confiſcationem bonorum, cum ſatis ſit, ꝙ operetur id, ad quod fuit impoſita, arg. l. non omnis. ff. ſi cer. pet. & hoc niſi ex genere delicti, pro quo talis pœna imponitur aliud inducatur, ſecundũ Pe. de Anch. de quo uide plene no. in rubri. ſ. de teſta. In glo. 2. in fi. uide per Hoſtien. in ſum. de accu. §. qualiter. in ulti. col. & dixit Ioan. An. ꝙ ideo de iure canonico eſt approbata pœna perpetui carceris, & de iure ciuili ſecus, ut in l. incredibile. ff. de pœnis, quia Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt cõuertat̃ & viuat, ut 3. q. 4. bi qui. † Damnatus ergo ad perpetuum carcerẽ non dicitur cõdemnatus ad mortem, vel ad pœnam mortis. facit l. in ipſius. C. famil. erciſcun. & ibi per Bal. quam pœnã mortis iudices eccleſiaſtici imponere nõ poſſunt, vt in c. archipresbyteratus. ſ. de rapt. de quo tamen per Inn. in d. c. qualiter. gl. tamen in l. in ſeruorũ. ff. de pœnis. dixit ꝙ maior pœna eſt ſtare in carcere, q̃ laborare in agro, vel in quolibet opere publico. ideo eſt, ꝙ carcer appellatur mala manſio, vt dicit tex. in l. ſi hominem. ff. depoſi. In glo. 3. in fi. idem Archid. ſm quem tex. hic loquitur directè de ipſo carcere, quem habere poteſt ipſa eccleſia, vt in c. inquiſitores. ſ. de hære. eo. lib. ſm Ioan. An. In gl. in uer. perpetuum. idem Arch. de quo in c. dictum. 81. diſtin. & in c. ex literis. hic alleg. & dicit hic Pe. de Anchi. ꝙ ſi aliquis cõdemnatur ad carcerem ad tempus, & non exprimatur ad quantum, ꝙ intelligitur ad decem annos, vt eſt caſus no. in l. ſi ne. ff. eo. ti. ſecundum eum, & vide no. in l. j. C. de poſtulan. per Doc.

ADDITIO.

a Nico. Supe. Carcer. Adde Ioan. An. in c. nobis. de apoſta. Vinc. God Carcer de iure ciuili non poteſt ad pœnam aſſignari, ſed ad cuſtodiam tantum, ſecus de iure canonico. Olds. conſ. 82. uide Card. Flor. in clemen. 1. de pœn.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio hominis & iuris non differunt quo ad interpretationem uerborum.*

2 *Filiorum appellatione & poſterorum, ueniunt tantum deſcendentes per lineam maſculinam, non per fœmininam, nec collaterales.*

Adde ad idem nu. 3.

4 *Papa ſi imponat pœnam Titio vſque ad quartam generationem, an includantur collaterales.*

CAP. IIII.

Vbicunque. Pœna alicui impoſita, & eius poſteris, non extẽditur ad poſteros ex linea fœminina. h. d. Et primo ponitur regula. Secundo exceptio. ibi, niſi. † No. j. ab homine vel a iure, ꝙ quo ad interpretationem verborum non cadit differentia inter diſpoſitionem hominis vel iuris, quia eodem modo verba debent interpretari. Ex quo infertur, ꝙ etiam ab homine poſſit pro delicto imponi pœna non ſolum delinquenti, ſed eius filijs & poſteris, & etiam collateralibus, vt in c. vnico. ſ. de ſciſmati. intellige, quando talis pœna imponitur a principe ex plenitudine poteſtatis, ſm Io. An. alias non poſſet ab homine talis pœna imponi, cum vnus pro alio puniri non poſſit, & pœna ſuos auctores tenere debet, ut ca. 2. ſ. tit. proxi. & c. quæſiuit. ſ. de his quæ fi. a maio. parte. fallit tamẽ in caſibus expreſſis in iure. † Secũdo no. in materia pœnali appellatione filiorum vel poſterorum veniunt tñ deſcendentes per lineam maſculinã non autem per fœmininam, & fortius non venirent collaterales, vt per Io. An. in ver. poſteritates. in c. in quibuſdam. ſ. eo. tit. ſm eum hic. & intellige, ſiue fiat mentio de ipſis filijs, vel poſteris vſq; ad certum gradum, uel generationem, ut hic in textu, ſiue ſimpliciter, ut ſ. eodem. Eo tñ quo ſimpliciter fieret mẽtio de ipſis poſteris, uel liberis, vſque ad quem gradum includãtur, dicit Io. And. hoc eſſe adeo dubium, quòd egeret determinatione ſummi pontificis. ipſe tñ aliter nõ declarat, forte poſſet dici ꝙ in dubio intelligetur vſque ad quartum gradum, ar. c. niſi §. pro graui. in ver. ego ſum. ſ. de renun. & facit quod no. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. † Vltimo nota, ꝙ ẽt ſi a iure vel ab homine fiat mentio de filijs vel poſteris etiam in materia pœnali, ueniunt etiam deſcendentes per lineam fœmininã qñ apparet ex diſpoſitione ipſius iuris, vel hominis hoc expreſſum: puta, ſi eſſet accepta emphyteuſis pro ſe filijs, & poſteris vſque ad tertiam generationẽ utriuſq; ſexus, quia tũc ex quo eſt expreſſum, vr̃ ꝙ veniant deſcendentes per lineã fœmininam, de quo ẽt uide per Bal. in l. 2. C. de iure emphy. & ꝑ Imo. in c. potuit. ſ. de locato. In glo. 2. in prin. vnde ſi tales non gaudent priuilegio & immunitate, eodem modo non ligãtur pœna, ſecundum Ioan. An. quod procedit non ſolum in fœminis deſcendentibus ex fœminis, ſed etiam in maſculis deſcendentibus ex fœminis, cum non veniant deſcendentes per lineam fœmininã, ut hic dicitur, & in d. l. j. hic alleg. bene tamẽ comprehenderentur filiæ fœminæ primi gradus, ut no. in c. ſtatutum. el 2. ſ. de hæreticis. eod. lib. & in d. l. j. Io ea. glo. ibi, & nõ matris. uide quod no. in c. 2. ſ. de cõuer. infidelium, ſuper tertia

glo.

glo. In ea. glo. in fi. vide per glo. in vet. liberali. in clemen. j. de baptismo. & quod no. in d. c. statutum. † In glo. fi. in fi. vide quod no. in c. ex tenore. ꝫ. qui fi. sint legi. super glo. fi. Quid autem si per Papam imponitur pęna Titio & cognationi suæ vsque ad quartam generationem, an tunc includantur collaterales. refert hic Ioan. An. fuisse disputando conclusum, ꝙ consulendus sit Papa, quid ipse intellexerit per illud verbum cognationis, arg. l. humanum. C. de ll. & si id fieri non potest, præsumetur noluisse punire collaterales, vt sic pęna & dolus restringantur, vt in regu. in pęnis. & in regula odia. j. eod. lib. & ita resilet hic Ioan. An. aliàs secundum eum sequeretur adoptiuos includi, cum & ipsi cognati sint, vt in l. j. ff. vnde cogna. & l. non facile. §. j. & l. iurisconsultus. §. j. ff. de gradibus. Ex cuius dicto no. ꝙ appellatione cognatorum non veniunt proprie consanguinei ex latere materno tantum, vt in l. j. §. 2. ff. de gradi. & Instit. de succes. cogna. per totum. de quibus omnibus hic plene per Pet. de Anc. & per Bal. in repeti. c. si pater. ꝫ. de testa. eod. lib. & ibi plenissime dixi circa fi. vbi vide.

SVMMARIVM.

1. *Sacrilegium dicitur quis committere percutiens Cardinalem.*
2. *Item quòd talis committit crimen lesæ maiestatis.*
3. *Domus delinquentis destruitur in certo casu, ut hic.*
4. *Domus alicuius si destruitur per sententiam, non propter hoc prohibetur, quin possit reædificari, nisi aliter in sententia fuerit dictum.*
5. *Cardinalem percutiens an possit ab eo absolui.*

CAP. V.

1 FOelicis. † No. j. dici sacrilegium percutere, vel hostiliter sequi Cardinalem. & vide in l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cler. Secundo no. ibi, aut defensauerit. aliud est defensare, & aliud receptare, de quo in c. t. ꝫ. de hære. eo. lib. & in l. j. ff. de recep. Tertio no. ibi, consilium &c. ꝙ in isto crimine æqualiter punitur faciens, & dans consilium auxilium, & fauorem. facit quod no. in d. c. 2. & in cle. c. si quis suadente. j. e. & quod no. in ca. sicut dignum. & in c. ad audientiam. ꝫ. de homici. & ibi per Innocen.
2 † Quarto no. ibi, læsæ maiestatis. hic delinquens contra Cardinalem [a] punitur vt reus læsæ maiestatis, & efficitur perpetuo infamis, læditur enim maiestas Papæ, si eius Cardinales lędantur, vt hic, & 6. q. j. si quis cum militibus, secundum Ioan. An. & Archi. dicentem hoc crimen committi et ex læsione principis inferioris a supremo, vt 2. q. j. in primis. ad fi. in ver. si vero. Quinto no. ibi, intestabilis. ꝙ ille, qui priuatus est factione testamenti actiue & passiue, dicitur intestabilis. facit quod no. in l. cum antiquioribus. C. de iu. delibe. & per Bar. in l. j. ff. de suis & legiti.
3 † Vltimo no. ibi, ædificia in ruinam. casum, in quo destruitur domus propter delictum ipsius delinquentis, & hæc pęna non posset remitti per inferiorem a Papa, secundum Archidia. & Ioan. An. & per no. 25. distin. sicut lancti. in fine. quia pęnæ iuris non possunt ab alio quàm a Papa remitti, secundum eos hic. & facit 16. quæstio. j. frater. Quid autem si talis delinquens haberet turrim, vel domum communem cum alio, & pars inferior sit sua, an tunc destrui debeat. fuit q. Bart. Brixien. in sua dominica li. 44. cuius dicta refert hic Archid. & Ioan. An. remittens se ad no. per eum in addi. Spe. in rub. de pęnis. & per Bar. in l. Auer. in §. de eo. de aqua plu. arcen. & hic per Doc. Et concludi, ꝙ si propter tale delictum domus uel turris fuit destructa, tunc socius poterit habere recursum contra delinquentem, arg. l. si is cum quo ff. commu. diuidu. secundum Bar. ibi, si uerò talis domus, vel turris non est destructa, fuit tamen lata sententia super eius destructione fienda, & tunc fiscus redimet partem consocij, & tota destruetur secundum Bar. ibi, & ita potest procedere opi. Io. An. de qua ꝫ. Et idem si non est lata sententia, & maleficium est scandalosum, secundum Ioan. And. ibi. Sed si maleficium non est scandalosum, fiscus tamen succedit in omnibus bonis, prout est in casu isto, & idem secundum Pet. de Anch. hic. sed si non succedit in omnibus bonis, & socius velit redimere partem destruendam, & erit admittendus, sed non cogendus, secundum Ioan. An. ibi. Sed si nolit redimere, tunc pena debet in aliud commutari, ar. l. & si seuerior. C. de infa. secundum Bar. in d. §. de eo. & ita fieri debet per iudicem, ex quo fieri potest sine iniuria alterius, alias tenetur partium ad interesse, ar. l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil. secundum Imo. hic, & posset nunc compelli, ut totam accipiat, ut in l. j. C. de ali. rerum fiscalium. secundum Bal. hic. & hoc, quando domus uel turris est communis pro diuiso, secus si esset communis pro indiuiso, quia tunc socius posset compelli ad diuisionem, & assignare delinquenti partem superiorem, & consocio partem inferiorem, quæ non destruitur secundum Bald. in d. l. & si seuerior. & isto casu posset
4 procedere opi. Bar. Bri. ita tenentis. † Vltimo no. ibi, reparetur. arg. ꝙ si per sententiam mandetur domus alicuius destrui, non videatur ex hoc prohibitus, ꝙ destructa non reædificetur, nisi hoc in sententia specialiter exprimatur, secundum Do. contrarium tamen fuit disputando conclusum in simili q. de ciuitate condemnata a Papa ad destructionem murorum, vt post destructionem non possit reparari sine licentia Papæ, secundum Cy. in l. seruus. C. de pęnis. & Bar. in l. si quis adulterium. §. j. ff. de adult. secundum Pet. de Ancha. Nec secundum eum ob. tex. hic, quia ista ponuntur ex abundanti, vide tamen per Doc. in l. inter Castellianum. ff. de arburis. In gl. in uer. sacrilegij. in fi. uide per Archid. & Io. An. ponentes plures species sacrilegij. de quo in c. sacrilegium. 17. q. 4. & per glo. & Doctores
5 in l. si nondum. C. de furtis. † In glo. in ver. percusserit. in fi. no. glo. & an percutiens Cardinalem possit ab eo absolui. uide per Specu. titu. 2. §. nunc dicamus. in ver. sed quæritur verum. & per glo. sing. in c. 2. 94. distin. tenentem ꝙ sic. In glo. in ver. ratum. in fi. idem Archi. & Ioan. An. licèt Ioan. Mona. aliud voluerit, & non bene. & per rationem huius glo. dicit hic Arch. & Io. An. ꝙ iste tex. dum loquitur de capiente Cardinalem, debet intelligi cum effectu: vnde propter insultum vel obsessionem ad domum factam ad verecundiam non haberet locum ista pęna, secus si obsessio fieret ad custodiam, quia talis dicetur captus. facit quod no. Innoc. in c. nuper. ꝫ. de senten. excom. vide dicta ꝫ. in glo. in ver. insecutionem. In glo. in uer. receptauerit. in fi. q. a tales non ita seuere puniuntur, ut in d. l. 2. secundum Io. An. & facit hæc glo. ad statuta uel banna facta contra receptatores bannitorum, ut non includant consanguineos uel affines, de quo dic vt per Bar. in d. l. 2.

ADDITIO.

a Vinc. God. Nota, quòd Cardinalis dicitur persona Illustris. Alex. in l. 1. de off. eius cui mand. est iu[illegible] in rub de iurisd. om. iud. & Ias. in l. 1. col. 7. de off. eius cui mand. est iu[illegible] ubi hoc limitat.

SVMMARIVM.

1. *Pęna competens alicui perpetuo, potest tolli ex iusta causa.*
2. *Bona alicuius si debent confiscari, an ueniant feuda, officia, beneficia spiritualia, uel temporalia.*
3. *Bona damnatorum regulariter non confiscantur. fallit in certis casibus, ut hic in glo. & lect.*

1 Nullus. † No. j. Papam posse actionem alicui competentem perpetuo tollere subsistente legitima causa, de quo per Inno. & Doc. in c. quæ in ecclesiarum. ꝫ. de constit.
2 eo. lib. † Secundo no. ibi, feuda &c. ꝙ licèt bona alicuius veniant confiscanda [a] propter delictum, non tamen in tali confiscatione veniunt feuda, officia uel beneficia temporalia, uel spiritualia, quæ ab ecclesijs tenet, & fiscus prædicta occupare non potest, sed remanent apud ipsas ecclesias, nec etiam ueniret ius patronatus, vt per glo. in clem. pastoralis. ꝫ. de re iudi. & per Doc. in c. cum secundum. ꝫ. de hæreti. & per Bar. in l. si finita. §. si de ue
3 cti. ff. de damno infec. † In glo. in ver. damnetur. in fi. fallit etiam in casu huius c. de quo plene per Bar. in l. j. ff. de bonis damnato. & etiam in d. c. cum secundum, nec habet locum hoc casu distinctio inter bona paterna & acquisita, de qua in l. 2. ff. de interdi. & relega. & hoc propter enormitatem criminis, secundum Ioan. An. qui hic super uerbo, infamis, referendo Arch. dicit, ꝙ in crimine læsæ maiestatis & similibus, quibus bona confiscantur, dominium ipsorum bonorum perditur, & acquiritur fisco ipso facto, & sine sententia, & sine traditione, sicut & bona ingredientis monasterium, ut in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & 19. q. fi. in ca. si qua mulier. & per Innocen. in c. in præsentia. ꝫ. de proba. & facit quod no. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. et in ca. ex literis. ꝫ. de consuetudi. et in c. si adoptiuum. ff. de precario. Erit tamen postea necessaria sententia saltem in genere, quæ declaret eum fuisse criminosum, antequàm fiat aliqua executio etiam in bonis, vt in d. c. cum secundum. Et proderit talis priuatio bonorum respectu dominij, licèt ante sententiam non auferantur propter fructus medij temporis, qui fisco debent restitui, ut in Auth. de incest. nup. §. j. secundum Ioan. An. prodent etiam, ut sic talis pęna transeat contra hæredes, ut non valeat alienatio facta post tale delictum, ut no. in c. cum secundum. secundum Pet. de Anc. imò plus dixit hic Io. And. post Archi. ꝙ non solum quo ad executionem confiscationis bonorum, sed etiam quo ad alias pęnas de quibus hic, requiritur sententia saltem generalis, s. quæ declaret illum fuisse talem, ut d. ca. cum secundum. vnde quo ad infamiam, de qua hic dicitur, non sufficeret, ꝙ probatio sit facta

de

ADDITIO.

a Vinc. God. Ad hæc nota, quòd confiscatis bonis filij, non ueni. peculium castrense, & quare. Ruy. consi. 21. nu. 4. lib. 5.

de crimine, vel ꝙ probatum sit notorium, cum certi sint mo-
di, ex quibus irrogatur infamia, inter quos iste non est: vnde &
in crimine læsæ maiesta. quo ad infamiam requiritur snia saltē
declaratoria, vt ś. vel confessio in iudicio facta, cum talis con-
fessio infamet, vt l. qm̄. ff. de infa. ſm Arch. & Io. And. quorum
dictū procedit, qn̄ infamia irrogatur per sniam, secus si irroga
tur ipso facto, vt patet in l. j. ff. de infa. Nam quidam sunt effe-
ctus, qui statim trahūt secum executionem ad factum, nisi sui
natura expetāt aliam extrinsecam executionem post se, sicut
est, ꝙ si quis sit infamis, sit intestabilis, & ista trahunt secū exe-
cutionem, ita vt alia actualis executio nō requiratur, & in istis
alia declaratoria non requiritur, licèt aliud velit hic Archid. &
Io. An. Quidam sunt effectus, qui nō trahunt secum executio-
nem, sed sui natura eam expetunt post se, vt est pęna confisca-
tionis bonorum, & priuationis beneficij, & ista expetunt exe
cutionem actuālem facti, ut sic de facto transferantur bona, &
tunc requiritur sententia declaratoria, vt d. c. cum secundū. &
per Inno. in c. cum criminis. ś. de cōces. præben. quod videtur
procedere etiam in pęna diffidationis, ex quo illa post se ex-
pectat offensionem. ſm Imol. & ita transit hic Domi. adducēs
ad hoc quod no. Innocen. in cap. qualiter. el 2. in glo. magna. in
ver. item no. ꝙ snia. ś. de accusa. Sed aduerte, quia prout dictum
fuit in d. c. pro humani. in fi. licèt quis ipso facto fiat infamis, &
quo ad hoc non requiratur alia sententia, sicut etiam non re-
quiritur quo ad hoc, vt perdat dn̄ium, vt ś. tamen quo ad hoc
vt repellatur tanquàm infamis, requiritur snia declaratoria, si-
cut requiritur quo ad hoc, vt diffidatus possit offendi. facit glo.
in uer. donec. in cle. j. de deci. & in Auth. de tabel. §. vt tamen.
& per Bal. in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. eccl. & per Bar.
in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione non ueniunt nepotes, etiam in linea directa descendentes.*
2 *Denunciatio excommunicationis fieri potest diebus feriatis etiam in honorem Dei.*
3 *Nudus non dicitur, qui habet tantum femoralia, sed nudus dicitur, qui nō est tectus aliquo tegumento.*
4 *Confiscatio trahitur tantum ad bona præsentia, & non ad futura.*
5 *Filius an perdat beneficium ecclesiasticum propter crimen læsæ maiestatis commissum a patre suo.*
6 *Beneficij appellatione an comprehendatur episcopalis dignitas.*

1 a Quod si quis. †No. j. appellatione [a] filiorum nō ve-
nire nepotes etiam descendentes per
lineam directam, de quo plenius per Bar. in l. liberorum. ff. de
verb. signi. tamen appellatione nepotum veniūt filij filiorum
per rectam lineam descendentes, de quo in ca. 1. ś. de scisma. i.
& c. statutum. el 2. ś. de hæreti. eo. lib. Secundo no. ibi, vel mun
dani, iudicem ecclesiasticum posse priuare laicum dignitati-
bus, & officijs etiam secularibus ratione delicti commissi in
2 clericum. † Tertio no. ibi, singulis diebus & c. practicam denū
ciationis excōicationis latæ a iure, ex quo infertur, ꝙ talis de-
nunciatio fieri potest diebus feriatis etiam in honorem Dei,
3 de quo in c. fi. ś. de iud. † Quarto no. ibi, femoralia tantum & c.
ꝙ ille non dicitur nudus, qui habet tm̄ femoralia, qui enim nō
est tectus aliquo tegmento, ille nudus dicitur, ut de pęni. dist.
2. sapiens. cum duobus c. seq. ut no. 12. q. j. clericus. in fi. secundū
Archi. & Io. And. adeo ꝙ qui ferret filum vel paleam in capire,
non diceretur nudus, ut per glo. in ver. non nudis. 21. dist. cle-
ros. Quinto no. ibi, nec exinde. ar. ꝙ qui relegatur in certo lo-
co ad tempus certum, non possit exinde recedere absque licē-
tia relegantis, etiam post tempus finitum, de quo tamen per
4 Bald. in l. actione. §. item qui societatem. ff. pro socio. † Sexto
no. ibi, postmodum acquisitis, ꝙ licèt quis sit bannitus & diffi-
datus, & eius bona publicata, tamen talis confiscatio trahitur
ad bona præsentia, non aūt ad futura, & sic potest de nouo ac-
quirere. facit l. si tibi mandauero. §. is cuius mihi bona. ff. man-
da. & vide glo. sing. in l. nam ad ea. ff. de condi. & demonstra.
5 † In glo. in uer. pontificalem. in prin. tene menti ex gl. iuncto
tex. ad limitationē glo. sing. 56. dist. satis peruersum. volentis, ꝙ
propter crimen læsæ maiesta. commissum per patrem, licèt pꝫ-
dat filius oīa bona temporalia patris, tamen non perdit bene-
ficium ecclesiasticū. Nam illa gl. procedit, qn̄ crimen læsæ ma
iesta. cōmittitur in principē secularē: secus si in ecclesiasticum,
quia tunc filius redditur inhabilis ad oīa beneficia, & ipsis ip-
6 so facto priuatur, ut est tex. & glo. hic, quā sing. no. † In ea. glo.
b in fi. no. ex glo. ꝙ appellatione [b] beneficij non cōprehenditur
dignitas epalis in materia pęnali, ſm Domi. de quo no. in cle.
auditor. de rescrip. & in reg. j. j. eo. lib. In glo. in ver. inlecutio-
ne. in fi. vide dicta ś. in glo. in ver. ratum. facit iste tex. & glo. ad
no. de pę. dist. j. si quis pulsatus, quia cum hoc sit speciale, ꝙ in-
sequens sit excōicatus, ergo in ꝯtriū est ius cōe. s. vt insequens
& vibrans non tn̄ percutiens clericū excōicatus non sit, & idē
tenuit Arch. 17. q. 4. sicut qui. ſm Ioā. An. hic. qđ no. ad materiā
c. nuper. ś. de sen. excō. In glo. in uer. vicinariū. ibi, legales. idem
Io. Mo. & Ioan. An. In ea. glo. ibi, infra prouinciam, uel finiti-
ma & propinqua, ſm Archi. pro quo facit cle. si quis suadente.
in uer. ꝙ si terra. j. de pęnis. ſm Io. An. Sed certe prout dicit glo.
no. hic in prin. & in fi. ꝙ quæ loca dicantur vicina, relinquitur
arbitrio iudicis, qui debet arbitrari attenta qualitate persona-
rum, locorū, & factorū, & ita ēt tenuit Bar. in l. 4. §. si tam vici-
num. ff. de damno infec. Qui autem dicantur vicini, no. in cap.
quanto. & c. quosdam. ś. de præsump. & per Bar. in l. si tertius.
ff. de aqua plu. arcen.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Appellatione filiorum. Adde glo. in cle. j. de bapcis. Io. An in c. statu-
tum. de hære. lib. 6. in nouella. Ant. de But. in c. ad extirpandas. de filijs presby
te. Bar. in l. alimenta. ff. de ali. leg. Lud. Ro. consi. 438. incip. In casu præsentis
consultationis.
b Nic. Sup. Appellatione beneficij. Adde glo in cle. auditor. de rescri. glo. in cle.
i. ut li. pen. glo. in cle si Romanus. de præben.
Vinc. God. Adde, ꝙ beneficium ecclesiasticum large & stricte est accipiendū,
Cor. consi. 66. placet. litera s. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Pęna simpliciter imposita fauorem uel consilium dāti, non comprehendit eum, qui dat nudum consilium uel fauorem.*
2 *Pęna delicti debet commensurari ipsi delicto.*
3 *Occidens Cardinalem capiens episcopum uel expellēt, qua pęna puniatur.*

1 Illud. †No. j. ibi, nudo cōsilio. iuncto prin. huius c. ꝙ pęna
simpliciter imposita danti consiliū vel fauorē, non
includit illum qui dat nudum consiliū uel fauorē. Secūdo no.
ibi, fratres, qui dicantur de linea transuersali, prout sunt fratres
2 a & filij fratrū, qui filij fratrum veniunt appellatione [a] nepotū,
vt hic probari vr̄, de quo uide no. in c. 1. ś. de scisma. & in cap.
fundamenta. ś. de elec. eo. li. Tertio no. ibi, nostræ familiæ, ꝙ in
hoc familia non gaudet priuilegio dn̄i, cum aliter puniatur of-
fendens dn̄m q̄ offendens familiam, de quo in c. licèt. ś. de pri
uileg. eo. lib. † Vltimo no. ibi, proportionetur, ꝙ vindicta & pę
na criminis debet commensurari delicto. facit c. quæsiuit. ś. de
his quæ fiunt a ma. parte. & de pę. dist. 1. mensurā. & sic ex qua-
litate pęnæ deprehenditur qualitas ipsius delicti, an sit graue
vel leue, ut in c. non afferamus. 23. q. 3. In glo. in uer. simpli. in fi.
idem o. I Mona. de quo hic per Ioā. An. In glo. in uer. in aliquo
pdictorum. in fi. an aūt dicatur reseruata absolutio Papę, si ali-
quis capiat uel verberet clericos familiares Papæ, seu Cardina
lium, & dic ꝙ non, arg. §. præsenti. ś. eo. c. vbi in certo casu reser
uatur absolutio, ergo secus in alijs. isti tamen sunt grauius pu-
niendi, q̄ si alius nō familiares percussissent, per istum tex. ſm
3 Archi. & Ioan. And. † In glo. in ver. causam. in fi. patet ex tex. q̄
pęna imponatur occidentibus Cardinalem. Et de occidente,
capiente, vel expellente epm̄, dic ut habetur in clemen. si quis
suadente. j. eod. & in c. si quis deinceps. 17. q. 4. & 24. q. 4. quis-
quis. de occidentibus autem presbyteros inferiores, & mona
chos, no. in c. de presbyterorum. et c. qui subdiaconum. 17. q. 4.
et in d. c. si quis deinceps.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Veniunt appellatione nepotum. Adde Abb. in c. per tuas. de probat.
Cel. Adde istum in c. fundamenta. nu. 7. & quod ibi notatur in apostil. ad eum.
in uer. nepos. supra de elec.
Vin. God. An talis nepos comprehendatur in statuto, uide Alex. consi. 49. col.
3. uersi. & statutum lib. 1. & ibi in additionibus.

SVMMARIVM.

1 *Pęna legis non tollitur per pęnam canonicam.*
2 *Pęna noua introductio. lex noua an tollat antiquam.*
3 *Crimen sacrilegij punitur secundum canones, & secundum leges, secundū quas requiruntur duo copulatiue, ut sit sacrilegium.*
4 *Pęnæ plures an possint imponi pro vno delicto. Et ponit regulam negatiuam, quam notabiliter limitat octo modis.*

1 Per hoc. †No. j. ꝙ pęna legalis non tollitur per pęnam
canonicam. facit l. qui sepulcha. C. de sepul. vio
2 la. de quo j. in glo. † Secundo no. quòd per introductionem no-
uæ poenæ per constitutionem nouam non tollitur antiqua, se
cundū Do. et sic licet lex noua, uel statutum loci imponat pro
delicto certam pęnam, non uidetur sublata pęna a iure cōi
pro eodem delicto imposita, et ita videtur hic velle Ioan. An.
dicens hoc fuisse disputatum. facit l. quoties. ff. de actio. et obli
ga. et c. 1. de re iudi. eod. lib. fallit, nisi ex verbis legis uel statuti
aliud

aliud appareret, vt in l.qui cum vno.§.qui post desertionem.ff. de re mili. & ita voluit Bart.in l.j.ff.vi bono.rap. & Bal. in l.in
3 cum.C.de fur. & Pet.de Ancha. hic.† Tertiò no.ibi, contra sacrilegos, q sacrilegium punitur tam ſm canones, q̃ ſm leges, ſm quas requiritur duo copulatiue, vt sit sacrilegium, scilicet auferre sacrum de sacro, sed ſm canones sufficit alterum, vt in c.quisquis.17.q.4.& no. in l.si nondum.C.de fur.& quæ sit pęna, habetur in l.sacrileg. ff.ad l. Iul.pecul. Impropriè tamen etiam ad alia crimina refertur, vt patet C.de crimine sacrileg. per totum. & ita potest intelligi text. hic vocans sacrilegos illos, qui contra rem publicam, ecclesiam, vel contra Principem aliquid faciunt. de quo hic per Archidia. & Ioan. And.& ĩ.in glos. 4. In glos. in ver. adimimus.ibi, sunt paria.ideo dicitur quòd omnia iudicia dicuntur absolutoria, vt Instit. de perpe. & tempo. act. in fi. & intellige, quòd sint paria non in toto, sed in tanto, quia simplr absolutus, est absolutus in oib. sed condemnatus in tanto, & soluens, absoluitur a tanto, si tamen ex alio capite teneatur, non est absolutus, sed poterit conueniri, vt l. a. ff. de priuatis delict. saltem in eo, quod excedit, vt oo. ff.de regu.iur.l.nemo ex his.§ quot. & per hnc est responsum ad l.licet.ff.nautæ caupo.secundum Ioan.Mona.& Ioan.
4 And. † conclude, an pro eodem delicto possint imponi plures pęnæ.& dic q non regulariter, vt l.senatus.ff.de accusa.& in c. at si clerici. hic alleg.cum vna tollat alteram non solum in eodem foro, siue sæculari, siue ecclesiastico, sed etiam in alterius foro, quia pęna imposita in foro sæculari tollit pœnam in ecclesiastico & econtra, vt voluit Ioan.And.& Hostien.in c.tuæ. ĩ.de procurato. Quod tamen limita primò propter enormitatem criminis, vt hic dicitur per glos. & in d. c. at si clerici. Secundò limita, quando per nouam constitutionem imponeretur pœna penitus diuersa a prima, quam imponit ius commune, cum tunc vtraque exigantur, vt l.quæ sepulchra.C.de sepul. vio. & l.quoties.in princ.ff.de act. & oblig. per quas leges fuit ita disputando conclusum, ſm Io.And.putà si vna pęna est capitalis, altera pecuniaria, vel diuersi generis, ita q vna possit euelli de corpore alterius. facit l.qui cum vno.§. qui post desertionem. ff.de re mili. & quod no. per Cyn. in d.l. qui sepul.& in l.transigere.C.de transac.ſm Bal.ibi. Tertiò limita, quando vtraq; prosequitur interesse priuatum, & vtraq; descendit ex facto, ex quo resultant diuersi tituli criminis, qui habent se vt species separatæ & distinctæ, cum tunc ex vtraq; puniatur, vt l.si adulterium cum incestu.ff.de adulte.& l.qui de crimine.C. de accu. si oriantur propter duo crimina, quæ habent se vt genus & species, cum tunc vna sufficiat, vt d.l.senatus. ſm Barto. ibi. Quartò limita, quando vna pęna tenderet ad interesse priuatum, & alia ad vindictam, seu vna est ciuilis, alia criminalis, vt l.j.C. quando ciuilis actio, & facit quod no.in l. prætor edixit.§.j. ff.de iniur. & per Io. And.in c.cum dilecti.ĩ. de dolo & contu.in vlti. glo. Quintò limita, quando vtraq; imponeretur per eandem legem, vt in l.placet.hic alleg. Sextò limita, quando vna pęna esset temporalis, alia spiritualis, vt no.per glos.in c.de his.hic alleg. & per Io.And.in c.j. de offi. ordi.in glo.fi.& ita tenet Bal.in dicta l.placet. Septimò limita, quando pro eodem delicto imponuntur pęnæ diuersis, cum pęna vni imposita non liberet alium, vt in l.si quis ad declinandam.C.de episco. & cleri. & l.pen. ff. ne quis eum. secũdum Pet.de Ancha. hic, & ita etiam voluit hic Io.Mo.dicens, q si vniuersitas sit punita ex delicto, tamen singulares de vniuersitate puniri poterũt. facit l.sicut.§.j.ff.quod cuiusq; vniuer.& l.aliud.§. refertur. ff.de reg.iur. cũ alia pęna cadat in delictis vniuersitatis, & alia in delictis singulorum, ſm Io.Mona.& Io.And. Octauò limita, quando vtraq; prosequitur interesse priuatum, seu vtraque est pecuniaria, cum tunc altera imponi possit, quatenus excedit, vt l.j.ff. vi bo.rap. secus si non excedit, sed sit omnino paritas, vt in c.pastoralis.ĩ.de fide instru.prout fuit disputando conclusum ſm Io.And.hic.quod intellige, quando ex ipso facto resultant diuersi tituli criminis, & diuersæ agendi formæ, & ipsi tituli criminis habent se vt genus & species, vt est furtum ad rapinam, cum tunc si actum sit vna actione criminali, agi possit ex altera, quatenus excedit, vt d.l.j. aliàs verò si ex ipso facto resultet vnus titulus criminis, sed diuersæ agendi formæ, vna electa, altera tolleretur, vt l.item ait.§.fi.ff. nautæ cau. & l.plura.ff. de actio.& oblig.ſm Bart.in l.j.§.dixerit aliquis.ff.de publi.do quã ibi plene per eum, & Imo.& Pet.de Ancha.hic.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus qualiter potest punire iudicem laicum negligentem punire delinquentes in re ecclesiastica.*
2 *Instantia causa durat quandoque tantum per mensem in delictis, cum regulariter duret biennio.*
3 *Ciuitas Romana venit appellatione vrbis simpliciter facta.*
4 *Difficultas siue impotentia excusat a pœna, qua imponitur ratione negligentiæ.*
5 *Ciuitas interdicitur propter delictum ciuium.*
6 *Cardinalis, qui verberatus, vel aliàs iniuriatus fuerit, an possit declarare pœnam, qua imponitur per hoc capitulum.*

1 Quapropter. † No.j.ibi, quam officiales. q iudex ecclesiasticus potest punire iudicem laicum non punientem laicos delinquẽtes in re ecclesiastica, & in casu isto propter delictum domini puniuntur eius officiales. ratio est, quia debent dñm incitare, quid facere debeat, nõ autem negligere, & sic puniuntur quodãmodo ex proprio de
2 licto, de pę.dist.j. nemo.ſm Io.And.† Secũdò no.ibi, infra mensem. no.speciale in hoc crimine, vt instantia duret per mẽsem, cum regulariter in criminibus duret biennio, vt l.fi.C.vt intra certa tpa. abbreuiabũr ergo hic dilationes, & non appellabĩt. sic ĩ.de hæreti.eo.lib.c.inquisitionis.ſm Io.And. dicẽtem post Archi. q talis mensis currit a die accusationis factæ, & põt intelligi iste tex.ſm vnum intellectum, vel ſm alium intellectũ a die denũciationis factæ ipsi iudici ab officiali, vel a priuata persona, cum possit iudex in hoc crimine sine accusatione procedere, licèt hodie hoc sit regulare, vt iudex in omni crimine possit per inquisitionem procedere, vt in Authen.de collatio. §.iubemus.col.9.ſm Io.And.quod intelligit hic Bal. fama prouocante, vt C.de offi. rectoris prouinciæ.l. iustissimos.de quo plene in c.j.ĩ.de accusa.eo.lib. & per Bart. in l.j.§.si publico.ff. de accusa.& per Bal.in l.pen.& fi.C.de proba.& per Innoc.& Doct. in c.qualiter.el 2.ĩ.de accusa. Vel ſm alium intellectum currit a die notitiæ per famam notum ipsi iudici. Pro quo facit quod no.Io.And.post Innoc.in c.bonæ me.Mag. super glo.& ita ĩ. de elect. quia fama inducit notitiam, vt in c.cum contingat.ĩ.de rescrip.in prima glos. imo tenet hic Archi. quòd talis mensis currit a tempore cuiuscunq; notitię, arg.l.item veniut. §.petiam.ff.de peti.hęredi. & licèt de iuris rigore computatio fieri debeat de momento ad momẽtum, vt probat tex. hic ibi, postq̃ &c. hoc casu dies notitiæ computabit in mẽse, cum materia sit pęnalis & restringenda, vt in c.statutum.ĩ. de elec.eo. lib.ſm Archi.& Io.And.quod dictum sing.tene mẽti, vt in pę-
a nalibus dies termini [a] non computetur in termino, ne fiat cõputatio de momento ad momentum.& facit quod no. per Io. And.ĩ.tit.proxi.c.j. & fi.& in l.j.ff.si quis cau. Et addit hic Bal. q dictum vnius notabilis viri faciat præsumi sciam & iustã credulitatem inducit, ſm gl.no.in l.Titio vsusfructus.ff.de adi.&
3 dem.† Tertiò no.ibi, vrbem. q applone [b] vrbis simplr facta ve-
b nit tñ ciuitas Romana.de quo in l.1.de ver.signi. Pro quo glo. in l.ad solu.C.de solu.& in c.3.ĩ.de pęnitentijs & remis. Appellatione tamen vrbis sacræ intelligitur de Hierusalem, ſm glo. in l.3.C.de nau.fęno. Quartò nota ibi, quæ talia &c. quod ciuitas seu vniuersitas potest delinquere non solum committendo, sed etiam negligendo, quòd quando collegialiter cõmunitas ciuium & rectores ciuitatis illud agunt, vel negligunt. facit l.iubemus nullam. C.de sacrosan.eccl. facit quod no.in c.dilectus.el 2.de simo.& in l.illud.§.refertur.ff.de reg.iur. ſm Ioã. And. de quo etiam per Pau.in clemen.j.in ver. ciuitas.j.eo.tit. & per Inno.in c.grauẽ.de sen.excõ.& per Bart.in l.aut facta.§.
4 fi.ff. de pęnis.† Quintò no. a cõtrario sensu ibi, facultas, q a pęna, quæ imponitur ratione negligentiæ, excusat impotentia, seu difficultas, putà si delictum puniri non potest propter potentiam facientis vel multitudinem delinquentium, vel graue scãdalum, vt quia armis se defendunt, vel loci difficultate se protegunt, ſm Archi.& Io.And. quod no. quia facit ad q. de villa vel officiali obligato capere malefactorem, vt excusetur si capere non põt supradictis interueniẽtib. de quo per Bar.in l.j.§.occisorũ.ff.ad Sil.& ibi per Bar.ff.de incẽ.ruina & nau.& qđ no.in
5 c.cupientes.§.cęterum.ff.de ele.eo.lib.† Vlt.no. q pp delictum
c ciuitatis seu ciuium ipsa ciuitas [c] interdicitur, facit c.non est.ĩ. de spon.

ADDITIONES.

a Celsus. Dies termini Adde Card.in cle.j de appel.Alex.omnino in l.cum bissextus.& in l.anniculus.ff.de ver.signi.& Gem.in c.j.nu.2.& ibi notatur in apostil.ad eum, in ver. non computatur.2.de resti.spo.
Vinc.God. Adde Alex.in l.cum bissextus.de ver.signi.& Fely.in c.placuit.col.j. de præscrip.
b Nic.Sup. Appellatione vrbis. Adde glo.in c.forus.de ver.signi. Doct.in cle. Romani, in §.j de iureiur. Io.And.in c.significante.de pœni.& remis.
Vin.God. Adde Alex.in l.2.de ver.signi.
c Vin.God. Ciuitas interdicta perdit priuilegia, Alex.in l.aut facta.§. fi de pœn. tamen non potest excommunicari, Fely.in c.responso.de sen.excom.

de sponsa. imo in casu isto priuatur pontificali dignitate, idest ordine seu executione ordinis vel dignitatis, cum dignitas episcopalis & ordo pontificalis pro eodem sumantur, secundum Archidia. alleg. no. in c. post translationem circa fi. ꝟ. de renun. & per Innocen. in c. j. ꝟ. de eo qui renunciauit. vnde per hanc priuationem officium episcopale quo ad locum ipsum erit sublatū, vt in §. generaliter. 22. q. 5. nec poterit episcopus ibi episcopale officium exercere, ſm Archid. contra cuius dictum facit quod no. Io. And. post Host. in c. accedentibus. in tex. & super glo. 2. ꝟ. de exces. prælato. vbi distinguitur inter ea, quæ sunt dignitatis, quæ per inferiorem præscribuntur, & illa quæ sunt ordinis, quæ non præscribūtur, vnde remanet dubium in his, quæ sunt episcopalis iurisdictionis, & etiam per quem tunc exhibeantur episcopalia. & cuius auctoritate, & quo loco, & an episcopus in loco vel extra locum quo ad extraneos possit exercere pontificalia, & quid si moriatur, an eligatur successor. quæ dubia egerent declaratione. & etiam an hic appellatione ciuitatis includatur diœcesis. & Archid. tenet hic, ꝙ non, per no. in c. Rodulphus. ꝟ. de præscrip. minus tamen dubium esset, quando ipsa diœcesis non subesset ipsi ciuitati, egerent tamen declaratione, ſm Io. And. qui aliter non determinat, de quo per Barto. in l. vrbis appellatione. ff. de verb. signifi. & no. in c. si ciuitas. ꝟ. de sen. excom. & dicit hic Domi. ꝙ tex. hic non priuat episcopum, qui iam erat institutus, sed ciuitatem pontificali dignitate, vnde remanebit episcopus, & retinebit episcopatum, donec viuet, & nominabit se episcopum, tamen non illius ciuitatis quæ perdidit nomen ciuitatis, sed diœcesis, seu ab ipsa diœcesi, & exercere poterit episcopalia in loco non subiecto iurisdictioni ipsorum delinquentium. Post mortem verò ipsius episcopi alius non eligeretur sine licentia Papæ, arg. eorum quæ no. Innoc. in c. 2 ꝟ. de ope. no. nuncia. vnde debet Papa consuli, 6 qui prouidebit ſm practicam c. ita nos. 25. q. 2. ſm Domi. † In glo. in fi. ibi, & pœnas imponere, sed quærit hic Io. And. post Archid. an Cardinalis legatus, contra quem cōmittitur tale crimen, possit declarare has pœnas cōtra ciuitatem, & delinquentes, præsupposito ꝙ factum sit notorium, ita ꝙ negari non possit, vel ꝙ vniuersæ viciniæ populus sit testis, ꝟ. de purga. canoni. c. pen. & tenet ꝙ sic, quia cum per hanc constitutionem sit lata sententia, quæ trahit executionem & factum est notorium, non est necessaria probatio vel sententia, vt no. per Inno. in c. j. ꝟ. de offi. deleg. eo. lib. & in c. ex parte. ꝟ. de verb. signi. intellige, ꝙ non sit necessaria sententia in scriptis solenniter proferenda, vt in Auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. necessitatem. sed bene requiritur notificatio & declaratio, vt in c. cum secundum. in fi. ꝟ. de hæreti. eo. lib. sed vbi dubium esset, an locum habeāt pœnæ hic expressæ, melius est id fieri per superiorem ipsius Cardinalis, cum non debeat quis esse iudex in causa sua, ſm Io. And. ex cuius dictis no. hic Dom. ꝙ licèt non possit quis cognoscere de iniuria sua ad imponendum pœnam, tamē potest per sniam declarare pœnam a iure impositam, sed certè hic nō colligitur, vel ex dictis Io. And. nec hoc est verum, nisi in notorijs, qn̄ prosequeretur iniuriam ecclesiæ, vt colligi potest ex dictis Io. And. hic, & vt est dictum in c. j. ꝟ. e. tit. & lib. & dic vt ibi.

De pœnitentiis & remissionibus. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Iurisdictione carens non potest alteri tribuere potestatem citandi.*

2 *Archiepiscopi non habent potestatem regularitèr in subditos suffraganeorum suorum.*

3 *Archiepiscopus an possit concedere quæstores pro quolibet opere pio, sicut pro fabrica matricis ecclesiæ.*

4 *Archiepiscopi possunt concedere literas indulgentiales per totam prouinciam quas literas concedere possunt legati.*

5 *Capitulum vacante sede an possit concedere indulgentias, quas poterat cōcedere archiepiscopus, vel episcopus.*

C A P. I.

ROmana. Quæstores non citant aliquos, licèt possint monere, vt conferāt in fabricam, nec pōt archieps in ↄcedendis indulgentijs excedere statuta concilij generalis. h. o. Et habet tres partes, sicut tria sunt dicta. secundū ibi, super. tertium ibi, in cōcedendo.

1 † Not. j. ꝙ carens iurisdictione non pōt tribuere alteri potestatem citandi sibi non subditum, & cōmissio non valeret, nec citatus ab eo tenetur ire allegaturus suum priuilegiū, quod procedit, quando constat illum non suum iudicem, sicut est hic in istis quæstoribus citantibus ex cōmissione archiepiscopi, ſm Inno. & Archi. dicentes, ꝙ impune istis quæstoribus non parebit. de quo in c. veniens. ꝟ. de accu. in gl. fi. & 3. q. 2. si eps. ſm Io. And. Scd̄ò no. a ↄtrio sensu, ꝙ iurisdōnem hn̄s pōt tribuere parti ptātem citandi aduersarium suum in cā sua, de quo in c. cum sit. ꝟ. de app. & in l. miles. §. qui iudican. ff. de re iudi. & per Bal. 2 in l. si vt proponis. C. quō & qn̄ iudex. † Tertiò no. tex. ibi, tribuūt ptātē, cuius est duplex rō. Prima, quia rrt in subditos suffraganeorum nō hn̄t ptātem, & ēt qr̄a in hac materia nō hn̄t iuris executionem, sed charitatiuam solicitudinem, & exhortationem quo ad gratuitum quæstum. vnde cancellaria isto casu non dat literas ↄpulsorias. & illud est quod soluit primum c. j. ꝟ. tit. proxi. ſm Io. And. ex cuius dicto no. ꝙ licèt archieps̄ punire possit subditus suffraganeorum impedientes eum, vel eius officiales in iurisdictione cōtentiosa, vel quasi, vt d. c. j. tn̄ non poterit iurisdictionem exercere cōtra ipsos subditos suffraganeorum impedientes eum, vel eius officiales circa charitatiuā sollicitationē, & exhortationem, vt hic, sed bene posset archieps̄ coercere suffraganeos, & eorum officiales, sed absq; nulla causa non permittit proponi indulgentiam per ipsos archiepiscopos missam pro fabrica suæ ecclesiæ, si patenter eam impediunt, cum potestas ipsorum archiepiscoporum circa exhortationem, de qua hic in tex. esset aliàs elusoria, vt in c. ex literis. ꝟ. de offic. deleg. & quia sunt iudices suffraganeorum, vt in c. pastoralis. ꝟ. de offic. ordi. vbi de hoc ſm Ioan. And. & ita sequitur 3 d. Flo. in clem. 2. eo. tit. in q. 2. † In glo. j. in prin. An autem sicut archiepiscopus potest concedere quæstores pro fabrica matricis ecclesiæ, vt est tex. hic, ita etiam possit pro quolibet opere pio, & dic ꝙ sic, cum eadem sit ratio, & per ↄ̄ns idem ius, ꝟ. de consti. transla. & tex. hic dum loquitur de fabrica, gratia exempli loquitur, vnde non restringit regulam tex. in c. pen. ꝟ. eo tit. & in c. si Papa. in fi. ꝟ. de priuil. eo lib. & ita tenet Imo. in d. cle. 2. in fi. & d. Flona. ibi in 3. 4. In ea. glo. ibi, quarta quæ pertinet ad ordinationem episcopi. 12. q. 2. Vulteranæ. & 10. q. 3. vnio. vbi de hoc secundum Archidia. & Ioan. And. In ea. glos. in fi. est enim opus fabricæ opus pietatis & misericordiæ, 86. dist. non satis. & licèt ad Principes & religiosos spectet ecclesias restaurare, 80. distin. c. fi. non tamen ad hoc est aliquis astringendus, cum ab initio vota sint gratuita, vt in c. magnæ. ꝟ. de voto. & hoc nisi maior pars capituli concordaret, vt c. fi. ꝟ. de his quæ fi. a ma. parte. vel nisi sint illi, quorum principaliter interest, & qui ad id tenentur, vt d. c. fi. cum tales possint compelli per illos, quibus immediate subsunt, quorum totum cōtrarium est hic. de quo in d. c. j. in glos. fi. An autem illicite acquisita & incerta possint in hunc vsum conuerti authoritate episcopi, vide per Io. And. & Docto. in c. 2. ꝟ. de testa. eo. lib. In glo. in ver. ipsorum. in fi. de officio horum quæstorum quale sit, habetur in c. vt officium. in §. compescendi. ꝟ. de hæreti. eo. lib. & ibi no. an possint prædicare, de quibus etiam no. eo. titu. in c. cum ex eo. & vide hodie in cle 2. j. eo. vbi est prouisum contra eorum abusiones. In glo. in ver. prouinciæ. in fi. licèt indulgentia non prosit non subditis, tamen non subditi possunt ea vti de licentia suorum iudicum, vt no. in c. quod autem. hic alleg. & in d. c. 4 cum ex eo. & j. eo. c. fi. ſm Ioan. And. † In glo. in ver. mouere. in prin. & habetur in c. nostro. hic allega. ꝙ non solum in eorum diœcesi, sed etiam per totam eorum prouinciam possunt archiepiscopi dictas indulgentiarum literas cōcedere. Quas literas remissionum possunt legati concedere, vt no. in c. fi. ꝟ. de offi. lega. suis tamen subditis, vt in d. c. quod autem. imo & etiam episcopi possunt suis subditis concedere, vt no. j. eo. c. fi. Abbas tamen & inferior ab episcopo non potest, vt in d. c. accedentibus. Et vide dicta j. eo. in c. fi. & intellige de episcopis confirmatis & consecratis, vel solum confirmatis, dummodo sint sacerdotes, vt videtur hic velle Ioan. Andr. post Archidia. secus si essent tantum confirmati, & non sacerdotes, quia tales indulgentias concedere non possunt, & ita transit hic Io. And. & in dicto c. accedentibus. & Gasp. de Calde. ibi referendo Thom. 4. sententiarum, 20. distin. q. 4. arti. 2. & 3. dicentem, quòd cum remissio, quæ fit per indulgentias, sit iurisdictionis & non ordinis, & cum diaconi, & qui non sunt sacerdotes, possunt habere iurisdictionem, vel commissarij sicut sunt legati, vel ordinarij sicut electi, poterunt ipsi licèt non sint sacerdotes indulgentias facere, licèt in foro pœnitentiali absoluere nō possint, cum talis absolutio sit ordinis. ex quibus sequitur, quòd episcopus confirmatus tantum etiam non sacerdos possit indulgentias concedere. & ita etiam sequitur do. Nico. in d. c. accedentibus. & ita etiam residet hic Domi. facit quod no. per Io. An. & Doc. in c. a nobis. el 2. ꝟ. de sen. excō. & in d. cle. 2. 5 & per gl. & Doct. in c. cannonica. ꝟ. de sen. excō. † Quid aūt sit de

c. vacan-

a c. vacante sede, an has indulgentias [a] concedere possit. Archi. hic videtur velle, quòd non, dicit tamen q in contrarium facit quod no. in c. si ecclesiæ. & c. si episcopus. s. de supplen. negli. præla. eo. lib. vbi cap. vacante sede administrat in spiritualib. & temporalibus, sed certe Ioan. And. in d. c. accedentibus. tenet q non possit. & idem Pau. in clemen. j. de hære. cum non omnia, quæ sunt iurisdictionis, transeant in capitulum vacante sede, sicut est depositio abbatum, vel clericorum, 89. distin. nullus episcopus. Idem etiam tenet Gasp. in d. c. accedentibus. ea ratione, quia thesaurum ecclesiæ disponere nō potest, nisi is cui reperitur ɔcessum. vnde cap. non poterit, cum hoc non sit iure cautum, s. ne sede vacan. c. j. secūdum eum, & ita residet hic Domi. de quo vide quod no. in c. j. s. de maio. & obe. eo. lib. vbi Lap. residet cum dicta determinatione, q cap. hoc nō possit. & per glo. & in ver. c. in d. cle. j. & quod no. in cle. j. de priuilegijs.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Indulgentias concedere possit. Cald. in repe. c. nostro postulasti. eo tit. Io. de Imo. in cle. j. de priuile.
Vinc. God. Adde, an indulgentiam consequatur, qui falso errore ductus dedit eleemosynam falso quæstori, O. dia. cons. 84. tenet quòd non, sed Ias. in l. a. col. fi. in princ. si contra ius vel vtilit. pub. tenet quod sic.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest suis subditis dare licentiam eligendi confessorem.*
2 *Et an possit concedi in genere, non aliter exprimendo quem dat.*
3 *Subditus episcopi non potest ex consuetudine sibi acquirere, vt possit eligere confessorem.*
4 *Licentia eligendi confessorē data in genere, intelligitur de eligendo idoneo.*
5 *Concedere licentiam parochiano eligendi confessorem, & committere alteri sacerdoti, qualiter differunt.*
6 *Subditi qui non sunt episcopi, an possint ipsis confiteri etiam voluntarie.*
7 *Episcopus an potest dare licentiam suo subdito eligendi confessorem, puta laico alicuius parochię &c.*
8 *Casus reseruati episcopo quot & qui sunt.*
9 *Absoluendi potestas ab excommunicatione maiori, non competit inferioribus ab episcopo.*
10 *Sacerdotes possunt absoluere ab omnibus criminibus, exceptis his quæ hic ennumerantur in glo. super verbo, reseruantur.*
11 *Episcopus si dat licentiam sacerdoti generalem audiendi confessiones, an videatur ei dedisse ptātem absoluēdi a casibus reseruatis ipsi episcopo.*
12 *Quid in fratribus minoribus, & prædicatoribus &c.*

CAP. II.

SI episcopus. Generalis liceotia de eligēdo sibi confessorem non includit specialiter reseruata episcopo, nec potest quis obtemptu consuetudinis sibi eligere confessorem. hoc dicit. Et primò ponit dictum cum ratione ibi, cum in gene1 rali. secundò ibi, nullam, reprobat consuetudinem. † No. j. episcopum cuilibet de sua dięcesi sibi subdito posse dare licentiā 2 eligendi [a] sibi coofessorem, de quo j. & ao talis licētia finiatur vnica electione. Io. An. remittit hic ad no. in c. non potest. s. de præben. eo. lib. vnde dicit vtile esse exprimere in tali concessione, q possint sibi eligere confessorem, quotiēscunq; confiteri voluerint. facit quod no. in l. hæc condi. ff. de condi. & de2 mon. & per Inno. in c. veniens. s. de iureiu. † Scdō no. q potest concedi talis licentia eligendi ɔfessorem in genere aliter non exprimendo quem. ex quo infertur, q forus pęnitentialis non sequitur naturam fori contentiosi, in quo non potest iudex incertus concedi, vt in c. ad hęc. s. de rescrip. & in c. ubi qui. & ibi per glo. eo. titu. & lib. Scdā differentia est, quia licèt aliàs ratione delicti sortiatur quis forum iudicis ipsius loci delicti, vt in c. j. s. de rap. & c. fi. s. de foro compe. tamen illud procedit in foro contentioso. secus in pęnitentiali, vnde si forensis hic deliquit, posset propter hoc de illo delicto hic confiteri, & absolui in foro pęnitentiali, sm glo. no. 16. q. j. de quo vide in c. omnis. Tertia diīa est, quia licèt aliàs in foro pniāli possit quis prorogare iurisdictionem in non suum iudicem, etiā si ille iudex habeat aliàs iurisdictionem habitu, licèt nō actu, vt in l. j. ff. de iudi. & ibi per glo. loquentem de iudicibus chartularijs, tñ secus in foro pōiali, quo casu non potest fieri prorogatio, nisi in eū, qui habeat iurisdictionem habitu & actu, & sic habeat executionem ordinis, vt hic ver. idoneum, de quo j. & debet tunc interuenire licentia proprij sacerdotis, vt hic in tex. & in d. c. omnis. licèt in foro iudiciali in prorogatione iurisdictionis nō requiratur consensus proprij iudicis, vt in l. 2. ff. de iudi. & hęc sit 3 quarta diīa. † Tertiò no. ibi, nulla. q non potest subditus ex consuetudine quærere sibi potestatem eligendi confessorem sine superioris licentia. Et ista vniuersalis negatiua nulla, oēm consuetudinem etiam longissimi temporis excludit, sm Ioā. And. etiam si esset consuetudo tanti temporis, in cuius contrarium non esset memoria, sm Domi. ex quo infert, q in hoc sit maioris potentiæ priuilegium q̄ cōsuetudo, quia ratione priuilegij hoc non pōt, vt hic, & in c. fi. s. e. secus rōne ɔsuetudinis. ast priuilegiū & ɔsuetudo æquiparent, sm gl. & Inno. in c. nouit. s. de iudi. Nec ēt prout dicit gl. hic posset subditus præscribere sibi hoc ius, & sic nec consuetudine nec pręscriptione pōt hoc ius quæri subditis. An tñ sacerdos vel alius prælatus possit præscribere, vel ex ɔsuetudine quærere in parochianos alterius curā aīarum. glo. in cle. quia ɔtingit. in fi. de relig. do. tenuit q sic, de quo no. in c. ois. & c. fi. s. e. & ibi per d. Nic. & per Doc. in c. ɔsequente. circa fi. s. de of. or. † Vlt. no. in fi. & tene menti iuncto 4 tex. s. in prin. q gnālis lnia de eligendo sibi ɔfessorē, quem quis elegerit, seu sibi placuerit, intelr de idoneo, & qui possit absoluere, vel ligare, ideo dixit glo. no. in d. c. oīs. in ver. alieno. q tale priuilegiū & lnia intelr de sacerdote curato hñte executionē ordinis, pro quo vr̄ tex. hic in ver. possit. vnde nō posset quis sibi eligere monachū, vel alium sacerdotē non hñtem executionē ordinis, & curā aīarum, & sic ptātem habitu & nō actu. qd̄ no. & ita tenet d. Nic. in d. c. fi. in fi. per gl. ibi in fi. vnde dicebat gl. no. in cle. j. de priuile. in ver. spāli. in fi., q ēt de spāli lnia proprij sacerdotis non possit quis ɔfiteri a presbytero nō hñte curā, quia licèt quilibet sacerdos hēat ordines, & per eos recipiat ptātem ligandi & soluendi, vt per gl. in c. nemo. 2. q. j. tñ intelr in habitu, sed nō in actu. & quo ad executionē solus ille sacerdos recipit, qui hēt curā aīarum, vt in §. ecce. el 2. & ibi per glo. 16. q. j. vbi sacerdos hñs subditos non pōt illam ptātem exercere. lnia ergo de eligendo sibi ɔfessorē quē sibi placuerit, intelr de idoneo, vt s. quæ tene mētu, secus tñ esset, qñ proprius sacerdos cōmitteret vni, vt audiret ɔfessionē sui parochiani, q tunc non requiritur, q talis, cui fit ɔmissio, hēat executionē in actu, & sic sit curatus, ex quo ille cognoscit, vt delegatus. & ita tenet 5 Pau. in d. cle. j. & ita dēt intelligi gl. ibi in ver. spāli. in fi. † Est ergo dīa inter ɔcedere lniam parochiano, & ɔmittere alteri sacerdoti in spē, vnde sacerdos hñs magnam parochiā pōt ɔmittere vices suas in certis casib. alteri sacerdoti, ēt non hñti curā. & facit qd̄ no. per Host. in c. clericus. s. de off. vic. ast asit posset esse dubiū, an gnālis cura aīarum possit per inferiorē prælatū delegari alteri, de quo per Arch. & Doc. in c. cum ex eo. s. e. tit. 6 & per Pau. in d. cle. j. † In gl. j. ibi, subsunt epīs exēpti. ergo qui nō subsunt epīs, non vr̄ q possint ipsis ɔfiteri ēt voluntarie, cū habeant Papā, qui dr̄ ordinarius exēptorū, vt in c. autoritatis. s. de priuile. eo. lib. Epīs ergo quo ad hoc non hēt ptātem nisi in suū subditum, vt est hic tex. no. qui multū facit pro hac parte. facit etiam tex. hic in fi. & dictum notabile Host. in c. nimis. s. de excess. præla. & in sum. in tit. de pęnitentijs. in §. cui ɔfitendum. Pro quo etiam tex. in d. c. omnis. & in cle. pen. de sent. excom. & ibi glo. in fi. & plene per Fede. in suo consi. 14. Et hanc q. solenniter disputauit do. Nico. in dispu. sua quæ incipit, Duo clerici. vbi ad hoc singu. inducit text. hic. videretur tamen, q licèt exemptus non possit ordinario confiteri, & ab eo absolui ex ordinaria potestate, tamen si exemptus ipse eligat sibi episcopum in cōfessorem, cum exempti habeant priuilegium de iure cōi eligendi sibi confessorem, vt in c. fi. s. eo. tit. clarum sit, q ab eo possint absolui, vt in d. c. fi. & voluit glo. j. in ver. eligere. sed certè tūc dr̄ potius absolutus autoritate apl̄ica, q̄ iure ordinario, vt dicit in simili glo. fi. in d. cle. pen. & sic videtur q iure ordinario non possit exemptus voluntarie absolui, & confiteri dięcesano, quod satis etiam probatur in d. c. fi. quia si ex priuilegio pñt sibi eligere confessorem, ergo de iure cōi sunt astricti confiteri soli Papæ, vel eius pęnitentiario, qui dr̄ eorum ordinarius superior, vt s. de quo etiam articulo vide per Lap. & 7 Domi. in c. cum nullus. in fi. s. de tempo. ord. eo. lib. † In ea. glo. in fi. vide quod no. per glo. in ver. presbyteri. in d. clem. j. de priuileg. sm Io. And. sed quicquid dicat glo. ibi, tenendum est sm Domi. q ante factum, & post factum possit sustineri, q episcopus dare possit hanc licentiam suo subdito. & ita aperte probatur hic in tex. loquente de epō. & ita ēt tenuit glo. hic, ex quo quilibet de dięcesi dicat quo ad hoc subditus epi, cum omnes animæ dięcesis sint cōmissæ sub ptāte episcopi, vt probat tex. 10. q. j. quæcunq;. & 12. q. j. præcipimus. & quilibet de dięcesi dr̄ esse parochianus epī, vt in c. licet. s. de ferijs. & in c. j. de rap. & in c. ad aures. s. de pęnis. sm Do. & facit bonus tex. i cle. dudū.

§. in

ADDITIO.

a Nic. Sup. Eligendi sibi confessorem. Adde cle. dudum. de sepul. Doct. in c. omnis vtriusque sexus. de pœni. & remis.
Vinc. God. Confessio peccatorum facta sacerdoti non est reuelāda, Fely. in c. j. de excep. imo sacerdos reuelando punitur. Istud fallit, quando confessio fieret ad fauorem matrimonij, Ias. in l. patre furioso. col. 5. ver. quod confirmo. de his qui sunt sui vel alie. iur.

§.in ecclesijs.de sepul.Quid autem sit de vicario episcopi et generali,an possit dare hanc licentiam eligendi confessorem.Host. in sum.in d.§.cui cõfitendum.in 3.col.ver. quid si episcopus.& ver.seq.tenet quod non.& ita transit hic Archi.Io.And.& alij Docto.quod tamen intelligit hic Archid. nisi vicarius haberet in specie ab episcopo talem potestatem, quia tunc posset, vt hic per eum in fi.Sed an idem sit in archipresbytero,vt possit dare hanc licentiam.& videtur quod nõ, quia ipse videtur vicarius episcopi, vt dicit glo. hoc ergo non potest sicut nec vicarius,vt §. licèt enim quilibet possit cõfiteri ipsi archipresbytero, tamen non potest dare ipse hanc licentiam alteri confitendi, & facit glo.in ver.presbyteri.in d.clem.j.de quo tamen vide quod plenius no.in c.officium.hic alleg.† In glo in ver. reseruantur.in 8 prin.tene menti glo.sing.& ordi.ponentem omnes casus [a] reseruatos episcopo, a quibus inferior absoluere non potest. Et intellige hanc glo.primo non solum in laicis delinquentibus, sed etiam in clericis delinquentibus, vt in his casibus non possint absolui ab inferioribus ab episcopo, vt tenet Imo. super glo. in ver. pœnitentias.in princi.in c.conquerente. §.de offi. ordi.Secundò intellige hanc glo.etiam in mendicantibus,qui licèt habeant potestatem audiendi confessiones,& absoluendi, vt in clemen. dudum. de sepul.tamen non poterunt absoluere in casibus episcopo reseruatis, de quibus hic in glo.vt tenet glo.no.in ver.concessa.in dicta clemen.dudum.quòd in illis casibus absoluere poterunt, in quibus possunt presbyteri parochiales.Tertiò intellige hanc glo. procedere etiam in generali vicario episcopi, vt non possit in istis casibus reseruatis absoluere,nisi specialiter sibi fuerit cõcessum, & hoc per text. 9 hic,& in c.fi.§.de offic.vica. eo.lib.† In ea.glos.ibi,nuper.vide per Docto.& no.ex glo.quòd potestas absoluendi a maiori excommunicatione de iure communi non competit inferioribus ab episcopo, & sic facit, quòd inferiores ab episcopo non absoluant ab excommunicatione canonis,quod no.pro dicto Fede.de Se.in dicto suo consi. 14.tenentis, quòd abbas etiam exemptus non possit absoluere suum monachum a sententia excommunicationis latæ a canone. & intellige hanc glos. nisi inferiores prælati haberent ex priuilegio iurisdictionem quasi episcopalem,quia tũc possent absoluere a sententia excõicationis latæ a canone,prout episcopi,arg.cle.j.de reb.eccl.non alie.& tenet Fede. in d.consi.14.& facit d. clemen.j. In ea.glo. ibi, blasphematoribus.intellige de publicis blasphematoribus,aliàs secus esset s̃m Io. And.hic, & in c.2. alleg.In ea.glos. ibi, male ablatorum,vide plene no.in c.2.§.de vsuris.eo.lib.& in c.cum tu.eo.titu.& in d.clem.dudum.in §.si vero.ijdem præ 10 lati.† In ea.glos.ibi solent episcopis reseruari,aduerte,quia de iure cõi regula est, quod exceptis sex casibus hic reseruatis ab omnibus alijs possint sacerdotes absoluere,cum exceptio habeat b firmare regulam [b] in casibus non exceptuatis , vt in c. 2. §. de coniug.lepro. vnde de iure cõmuni exceptis dictis sex casibus sacerdos potest absoluere etiam de magnis criminibus,vt homicidio, adulterio, & similibus, vt probat tex.sing.iuncto superscriptio, in ver. sacerdotibus.in c. Deus, qui.§.eo. titu. & sic nõ esset necesse adire Papam pro absolutione ab homicidio, vt cõiter credũt vulgares,nec etiam episcopum,nisi quia vt dicit gl.hic,epi reseruant sibi huiusmodi casus, de quibus hic in glos. Sed dubium est,an valeant huiusmodi statuta,ex quo arctant potestatem sacerdotum sibi subiectorum,& per cõs fratrum mendicantium,qui nõ possunt absoluere,nisi prout possunt presbyteri parochiales,s̃m gl.no.in ver.concessa. in dicta clem.dudum.de quo dic,vt per d.Nic & alios in d.c.Deus,qui. In ea.glo.in fi.& vltra glo.adde alios casus.Primò est solennis seu publica pœnitentia, de quo in c.accedentibus.§. de exces. præla.Secundò in irregularitate contracta,de quo per Host.in sum. in titu.de dispensa. §.quis possit. versi. sed quibus. Tertiò in incendio,vt 23.q.fi.c.si quis. Quartò, si episcopus audit confessionem de aliquo peccato , vt 21.distin. inferior . Quintò in omnibus alijs casibus sibi reseruatis ratione consuetudinis,vt in omnibus casibus , quos sibi episcopus in specie reseruaret, vt de his vide per Hostien.in dicto §.cui confitendum.& §.sed vtrum,& ex hoc vltimo & ex glos. hic tene menti,quòd ordinaria potestas sacerdotum curatorum concessa eis a iure communi in absoluendo potest per episcopum arctari & restringi per suam constitutionem , vel reseruationem . & ita etiam tenet glo.no.in d.clem.dudum.in ver.concessa.Pro quo facit ratio , quia in reseruatis episcopo sacerdos non dicitur habere executionem ordinis,argu. dicti §.ecce.16.q.j.& episcopus est, qui cõmittit curam animarum & execut. vt in c. j. §. de capel. mona.eo. lib.De casibus verò reseruatis Papæ vide per glo. &

11 Docto.in c.quod translationem.§.de offi.leg.† In gl. in ver.confessiones.in fi.& per hanc rationem tenet hic Io. An. idem esse,si epũs daret licentiam gñalem sacerdoti,vel sacerdotib.de audiẽdis cõfes. vt non intelligatur in casib. spãliter reseruatis epõ. & facit d.cle.dudum.in §.per hmõi.vide gl.ibi in ver.cõcessa. vide dicta in c.qui ad agendũ.§.j.§.de procu.eo.lib.& in c.pe.insi.☞ de offi.vica.eo.lib.& ibi sing.Sed ego dubito in hoc,quid si talis sacerdos erat parochialis sacerdos,& epũs cõcedit sibi gñalem licẽtiam audiẽdi cõfessiones suorum parochianorum,an intelligatur in casib.sibi reseruatis.dictum Io.And.hic facit quod nõ: sed certe posset intelligi quod licentia erat gñalis audiendi cõfessiones quorumcunque etiam alterius parochiæ , vel forte illi non erant curati, quo casu licentia satis operatur,sed eo casu,quo presbytero parochiali cõcedit licentiam gñalem audiendi cõfessiones oium suorũ parochianorum, vr quod ad hoc, vt talis licẽtia aliquid operetur, quod tũc intelligatur etiam in casib.reseruatis,alias talis licentia nihil cõcederet,quod esse non debet,vt in c.si Papa.§.de priuile. & in l.si 12 quando. ff. de lega. j. quia tunc satis cessat ratio istius tex. † Et eodem modo posset dubitari, si episcopus fratribus minorib. & prædicatoribus concedit liberam licentiam generaliter audiendi confessiones quorumcunque, vt intelligatur etiam in casibus reseruatis episcopo.ratio,quia alias talis licẽtia nihil operaretur , ex quo dicti fratres in casibus non reseruatis habent dictam licentiam a iure,vt in clem.dudum.de sepul.& ita posset limitari iste tex. quia tamen dicti fratres de iure non habẽt licentiam cõfitendi,nisi sint ad hoc deputati per eorum superiores,& licentia episcopi interueniente,vt in d.cle. dudum.§. statuimus.in fi. vbi extra locum sibi deputatum audire nõ possunt,tunc isto casu talis licentia,ex quo põt operari aliud, non trahetur ad casus reseruatos episcopis,secus videtur quãdo talis concessio nihil operaretur,nisi intelligeretur de casibus reseruatis,cogita, & vide per glos. in ver.ab alieno sacerdote.in c.omnis.§. de peniten. & remis. In glos. in ver. consuetudine, ibi, ecclesijs a quibus percipi debet tale sacramentum , onus autem patet per sequentia.Et quia qua ratione posset hoc primus parochialis,posset etiam vltimus,simile quod no.§.de foro compe.si diligenti,in j.gl.in ver. item non potest. s̃m Ioan. And.In ea.glo.in fi.fit etiam alia ratio,quia ipsi prælato dicitur Prouerbiorum 17.Diligenter agnosce vultũ pecoris tui , tuosque greges considera.debet ergo proprius parochialis ad hoc laborare,quod impediret talis consuetudo, vt hic per Io.And. & facit etiam ratio c.omnis.§.eo.& d.cle.j.de priuil.in ver.speciali.Quid in legato de latere,vide apostillam §.eo.ti.& lib.c.j.

ADDITIONES.

a Nic.Sup. Casus reseruatos episcopo.Adde Host.in sum.eo.tit.in §. cui confitendum.Car.in cle.dudum in §.hac deinde.in 6.q. de sepul.

b Celsus. Firmare reg. [illegible] Adde Bar. in l. quæsitum.& ibi tex ff de fun. in stru l. nam quod liquide.de penu leg.Bal.in l.j C.de posthu hæred.inst.Alex.in l fi.ff. quod cuiusque iur.Aduerte tamen,quod exceptio non excludit casus similes exceptuatis glo est sing.in l.j.C. de condi.ir deb quam singul. dicit Abb.in c.quoniam frequenter.vt lite non contestata.& in c.pastoralis in prin. de rescrip & Alex consi.107.vol.

Vinc God. Adde quando exceptio firmat regulam,per præceptorem meum do.Lud.Goz.in consi.16.nu.48 & 49 & consi.82. nu.19.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi possunt concedere indulgentias,idest remissiones pœnarum.*
2 *Quid in inferioribus ab episcopo.*
3 *Concessum a pluribus , an plus valeat quàm ab vno tantum.*
4 *Vide per inutile non vitiatur.*
5 *Episcopus dedit indulgentiam 40 dierum ad vnum actum, an eius successor potest ad eundem actum indulgentiam eiusdem temporis dare, ita quod vtraque simul valeat.*
6 *Capitulum ex eo quod restrinxit potestatem episcoporum , & superiorum in indulgentijs dandis, an intelligatur etiam in indulgentijs in foro pœnitentiali.*
7 *Prælatus concedens indulgentiam,an possit illa vti.*
8 *Indulgentiæ an possint acquiri sæpius eodem die iterando actum , pro quo sunt concessæ.*
9 *Sacerdos an possit minuere pœnitentiam impositam ab episcopo.*
10 *Indulgentiæ publicatæ ex falsis literis,quæ creduntur esse vera, an prosint populo.*

CAP. III.

1 2 INdulgentiæ.† No.j.episcopos concedere posse [a] indulgẽtias,hoc est remissiones pœnarũ & pniæ,& ita sumitur hic hoc ebũ, licèt

ADDITIO.

a Nic.Sup. Indulgentias. Adde, quod episcopus non potest concedere nisi 40. dies indulgentiæ, an possit concedere indulgentiam duplicatam,vide per Host. in c.cum ex eo.in §.vlt.de pœ.& remis.Cal.in repe. c.nostro postulasti. eo.tit. in §.nunquid si episcopus.

licèt plures alias significationes habeat, de quibus hic per Archi. & Io. And. Sic etiam legati possunt eas concedere sm Archi. hic, de quo est dictum s. eo. c. j. † Secundò no. inferiores [a] ab

2 a ipsis non posse concedere indulgentias, sic s. de exces. præla. c. accedentibus. quod sine dubio procedit in publicis indulgẽtijs. Sed in priuatis in foro pęnitentiali tenuit gl. pen. & Inno. in c. quod autem. s. eo. q etiam sacerdos hoc possit, ita transit hic Archi. Io. And. & Pet. de Ancha. Sed Gasp. de Cal. in repe. c. nostro. s. eo. tenet contrarium, quia licèt presbyteri habeant potestatem clauium in absoluendo, non tamen habent dignitatem præeminentiæ quam habuit Petrus, & post eum successores, 24. q. j. quodcunq;. & facit quod no. in c. in nouo. 21. dist. vnde cum dare has indulgentias competat ratione dignitatis episcopalis, non possunt inferiores hoc facere, qui illam non habent, & hoc aperte volunt Doct. in d. c. accedentibus. hinc est, q simplex sacerdos non potest excõmunicare, ex quo illud non competit ratione ordinis, vt no. 2. q. j. nemo. & de offi. ord.

3 si sacerdos, secundũ eum, vt refert hic Domi. ita residens. † Tertiò no. quòd licèt regulariter plus valeat cõcessum a pluribus, quàm ab vno, vt per glos. 11. distin. palam, tamen isto casu tantum valet indulgentia concessa a pluribus, quantum ab vno, & tantam indulgentiam possunt cõcedere plures, sicut vnus, secundum Archid. quod ideo est, quia Papa sic restrinxit, & restringere potuit, vt per Inno. in d. c. cum ex eo. & hic per Ioan. And. Vltimò nota, q vbi certo actui pro eius exercitio deputatur certa quantitas, talis quãtitas non multiplicatur, siue actus exerceatur per vnum, siue per plures, quod facit ad q. si promittatur c. primo intranti castrum, & plures simul intrent, quòd non debentur cuilibet c. sed diuidantur illa c. in plures, secundum Domi. de quo per Bar. in l. hoc articulo. ff. de hæredi. in-

4 b stit. † In glo. 2. in fi. & sic relidet glo. q vtile per inutile [b] non vitietur, & ita videtur hic residere Ioan. And. Idem etiam tenet hic Archi. arg. in c. j. in fi. s. de despon. impu. eo. lib. licèt Ioan. Mona. hic teneat contrarium, vt sic tota vitietur, prout hic tenet Io. An. & ita tenet Gas. in d. c. nostro, in fi. adducens tex. ibi dicentem, ita tamen q statutum generalis concilij non excedat. vnde si excedit, nihil valet, tanq totum sit factũ ab eo, qui potestatem non habet. & pro hac parte videtur tex. hic, vbi dicitur, q indulgentiæ excedentes statuta concilij vires non obtinent, vnde talis indulgentia est nulla, & sic in aliquo non valet, sicut dr in dicto testis, quod in nullo valeat, si admiseet aliquam falsitatẽ, 9. dist. si ad sacras. 3. q. 9. puta. nec dicit tex. hic, q non obtineant vires in eo, quod excedũt, sed simplr dicit, si excedũt. & sic in totum annullat, sm Do. ita residentẽ, pro cuius dicto facit l. certa ratione. & quod ibi no. C. quando prouoca. & in l. j. C. de errore calculi. Sed certè op. istius glo. videtur verior, quia tex. hic, & in dicto c. cum ex eo. & in dicto c. nostro, non ponit nisi excessum, vnde ex quo talis indulgentia continet id, quod est de se diuiduum, certè vtile non debet per inutile vitiari, vt dicit glos. & facit glos. in l. 2. C. de re iudi. & vide quod no. in c. cum inter. s. de re iudi. & ita transit do. Nicola. in d. c. cum ex eo. in fi. Extra glo. quæritur primo quid si in consecratione ecclesiæ concurrat episcopus & archiepiscopus, & quilibet det annum, & tunc indulgentia sit ad biẽnium. Host. in d. c. cum ex eo. tenet q comprouinciales habeant annũ, sed subditi episcopi biennium. & idem tenet hic Arch. quod non placet hic Io. An. vt in d. c. cũ ex eo. & idem sequit Gal. de Cal. in d. c. nostro, per tex. hic, quia siue cõcedant ab vno, siue a pluribus, non possunt excedere statuta cõcilij, vt hic dicitur. & ita

5 residet hic Domi. pro quo facit quod j. proxime dicetur. Secũdò quæritur, eps dedit ad vnũ actum indulgẽtiam vel remissionẽ 40. dierum, an eius successor poterit ad eundem actũ indulgẽtiam eiusdem rpis dare, ita q vtraq; simul valeat. Io. An. hic remittit ad no. in addi. Spec. super hac rub. & arguit primo q sic, per no. in simili in c. pastoralis. ver. hoc semper. s. de dona. tñ ipse tenet ꝯtrium, quia per reiterationem successorũ posset deueniri ad violentiã ꝯcilij gñalis, vnde tex. hic dum dicit, pluribus epis. intelligi debet etiam de eisdem, vel proximis successiue, sm Io. An. ibi, & hic. Non ob. d. c. pastoralis, quia ibi põt successor, qđ poterat prædecessor, nec põt qđ ille non poterat. Si ergo quatuor vel plures successiue dabũt indulgentiã, erit renouatio, nõ adiectio. valet ergo ad memoriã, vt tollat opi. credẽdi illam reuocari per mortem, per no. in c. si. s. de offi. leg. sm Io. And. ibi, & ita transit hic Do. Et ex prędictis infertur, q non solum vnus eps vel eius superior, sed plures episcopi, vel vnus episcopus & alius archiepiscopus nõ possunt pro vno actu cõcedere, nisi vnam indulgentiam, vt patet hic iuncto d. c. cum

6 ex eo. † Tertiò quęrit, quia ꝯcilium in d. c. cum ex eo. restrinxit potestatem episcoporum, & superiorum in indulgentia ad annum in dedicationibus ecclesiarum, & in alijs casibus ad 40. dies, an intelligatur tam in publicis indulgentijs quam etiam in foro penitentiali. Inno. in dicto c. cum ex eo. tenet q non sit restricta in foro pœnitentiali, vnde poterunt plures annos & dies indulgere, dumtamen discrete faciant. & ita transit hic

7 c Archid. Io. And. & alij Docto. † Quartò quæritur, an dans indulgentiã [c] possit illa vti. Arch. hic refert opi. & inclinat q nõ, de quo remittit Io. And. ad no. per eum in c. cũ ex eo. Sed Gas. in repe. d. c. nostro. tenet q sic, prout etiã tenet Tho. 4. sniarum, dist. 20. arti. 5. vbi dixit, q indulgentia datur authoritate iurisdictionis & administrationis generalis, & per quam potest dispensare thesaurus ecclesiæ, vt in c. quod autem. s. eo. ergo post q posuit indulgẽtiam generalem, poterit illa vti, sicut in simili dicitur de sacerdote, qui conficit corpus Christi, vt cõmunicet alijs, & tamen illo vtitur etiam pro se, facit l. si consul. cum l. seq. ff. de adop. & ita etiam sequitur hic Domi. & Pet. de An-

8 d chara. per alias rationes. † Quintò quęritur, an sępius reiterans actum, [d] pro quo data est indulgentia etiam eodem die totiẽs prosit sibi. Archidia. hic quòd sic, vt etiam tenet Vinc. in dicto c. cum ex eo. & ita transit hic Ioan. And. Sed Gasp. in dicto c. nostro, tenet opi. Thom. 4. sententiarum, distin. 20. q. 4. arti. 2. quòd aut indulgentia fit perenniter, hoc est sine alicuius termini præfinitione, & tunc procedit quod dicit hic Archidia. secus si conceditur ad tempus determinatum, vt quia dicatur, quicunq; vadit ad talem ecclesiam vsq; ad tale tempus, vel quicunq; vadit tali die, & tunc intelligitur semel tantum consequi ipse dans vel vadens. facit quod no. per Ioan. And. in c. j. de fil. presbyte. eo. lib. & in c. non potest. a. respon. s. de præbend. eo. lib. & in c. Fælicis. s. de censibus. eo. lib. & ita transit hic Domi. de quo vide quod no. in c. non mediocriter. de pęni. distin. 5. & per Ioan. And. in dicto c. cum ex eo. & per Specu. in titu. de pęnitentijs. ver. quid si eadem. vbi plene per eum de hac q. Sextò quæritur, an Papa vel episcopus possit remittere pœnitentiam per confessionem iniunctam sine licentia confessoris. Archid. & Ioan. And. hic quòd non, per no. in c. j. vltra medium, de pęniten. distin. 5. quia pęnitentiam impositam ab homine non potest quis propria authoritate remittere, vel sibi

9 committere, secundum glos. in c. presbyter. 86. distin. † Septimò quæritur, an sacerdos possit remittere seu diminuere pœnitentiam alicui iniunctam ab episcopo, vel episcopus pœnitentiam iniunctam a Papa. glos. in c. tempora. 26. q. vlti. videtur velle quòd sic, dicens quòd episcopus potest dimittere pœnitentiam, quam indixit Papa. Sed glos. in c. latorem. 33. q. 2. sentit contrarium, quia a princi. potest episcopus vel sacerdos, ex quo pœnitentiæ sunt arbitrariæ, vt in c. Deus qui. s. eo. diminuere pœnitentias a Papa, vel a concilio statutas de iure communi. & ita loquitur glos. in dicto c. tempora. sed pœnitentiam impositam a Papa viuente episcopo, & pęnitentiam impositam ab episcopo sacerdos remittere non potest, arg. 21. dist. inferior. & ita tenet hic Archi. & Io. And. & ita & transeũt hic Doct. Et hæc est notanda, quia per has indulgentias remittuntur etiam dies pęnitentiæ impositæ a confessore, vt tenet Innoc. in dicto c. quod autem. vnde patet, quando sit, q per indulgentiam concessam ab episcopo remittatur pęnitentia imposita a Papa vel sacerdote, vel econtra, vt s. dicitur. Octauò, & vltimò quæritur, in literis indulgentiarum dicitur, quòd porrigens manus adiutrices in certo opere consequatur indulgentiam, modo conferuntur eleemosynæ ex dicta de causa, & post certum tempus, & multum concursum populi appareat ipsas literas fore falso fabricatas. Oldra. in sua quæst. 70. tenet, quòd non consequatur quis indulgentiam, cum veritas præferatur opinioni, 8. distin. veritate. & c. consuetudo. & ita per plures rationes sequitur hic Pet. de Anchara. & vide quod no. in c. dudum. el 2. de elect.

Finis Rubricæ de Pœnitentijs & remissionibus.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Inferiores ab episcopis. Adde Host. in sum. eo. tit. in §. quis possit. Io. An. in c. cum contingat. de fo. compe. & in c. nostro postulasti, de pę. & remi.

b Nic. Sup. Vtile per inutile. Vide in regula, vtile. de reg. iur. lib. 6. glo. in c. j. 16. dist. Cy. in l. sancimus C. de dona. Bal. in l. Grecè. in §. illud. ff. de fideiussorib. Vin. God. Adde, quando vtile per inutile vitietur. Ruy. consi. 152. nu. 11. lib. 4. & consi. 209. nu. 27. eo. lib. 4. & in indiuiduis quando per inutile vitiatur, Ruy consi. 65. nu. 7. lib. 5. & consi. 44. nu. 9. lib. 2.

c Nic. Sup. An dans indulgentiam. Adde Io. An. d. in regula, cui licet. de reg. iur. lib. 6. in mer. curialibus.

d Nic. Sup. Sæpius reiterans actum. Adde Archi. in c. imitare. 5. q. j. Cal. in repe. c. nostro postulasti eo. tit. ver. si quis cadit.
Vin. God. Acta in uno iudicio summario non nocent in plenario, etiam inter easdem personas. Goz. consi. 16. nu. 7.

Solennis, ac perutilis tractatus celeberrimi iuris vtriuſque conſultiſſimi do. Philip. Franchi, de Peruſio, ſuper vtilibus & contingibilibus materijs, de ſen. excom. & de ver. ſigni.

De ſententia excommunicationis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1. *Excommunicatio dicitur medicinalis, non mortalis.*
2. *Excommunicatio an inferat iuſtum metum.*
3. *Excommunicatus ſi contemnat excommunicationem, tunc dicitur eſſe mortalis.*
4. *Superior, qui habet corrigere delicta, dicitur eſſe medicus.*
5. *Excommunicationem proferens debet tendere ad medelam animæ, & tamen non deuiare a traditionibus canonicis.*

CAP. I.

a Cum medicinalis. [a] Habet ſex partes. Primò ponit proemium. Secundò ibi, quiſquis, ponit ſtatutum circa excommunicationem ferendam. Tertiò ibi, ſi quis autem. ponitur pęna. Quartò ibi, ſuperior, aggrauat pęnas. Quintò ibi, & hæc eadem, prorogat ſtatutum ad pęnas ſuſpenſionis & interdicti. Sextò ibi, caueat. reddit cautos illos, qui pęnas intenrant.
1 † Nota j. ꝙ licèt excõmunicatus dicatur extra communionem hominum poſitus, vt 24. q. 3. cum aliquibus, & duobus c. ſeq.
b & licèt etiam excõmunicatio dicatur maior pęna, [b] quæ ſit in eccleſia Dei, vt 24. q. 3. corripiantur. tamen excõmunicatio ipſa dicitur eſſe medicinalis, & non mortalis, tam in proferente, qui rectè operatur, cum intendit ad medelam non ad mor-
c tem [c], 11. q. 3. audi. quàm in patiente, qui humiliter patet, quia excõmunicatus ex eo, quia vitari ſe videt, confuſus ex hoc facilius reuertitur, vt d. c. audi. & ȝ. de excep. eo. lib. c. pia. vt hic per
2 Ioan. And. † Secundò nota argu. quòd cum excommunicatio non ſit mortalis, non infert metum iuſtum, qui tunc dicitur iuſtus, cum eſt metus mortis, vel cruciatus corporis, vt in l. interpoſitas. C. de tranſac. & in c. j. ȝ. quod met. cau. & ita tenet Archidia. hic, & glo. in c. cum dilectus. ȝ. quòd met. cau. vbi Ioan. Andr. dicit hoc verum, quando eſt iuſta, ſecus ſi iniuſta, quia tunc inferret iuſtum metum, & excuſaret, & ita procedat glo. in c. olim. ȝ. de reſtitu. ſpolia. ſecũdum Lap. hic, & facit c. ſacro. ȝ. eo. in ver. cum non leuis. & ita tenet hic Pet. de Ancha. & Rota in deciſio. 33. alias 35. quæ incipit, Item ſi quis. & Imo. &
3 do. Nico. in dicto c. cum dilectus. † Tertiò nota a contrario ſenſu ibi, dumtamen &c. quòd ſi excommunicatus contemnat excõmunicationem, dicitur tunc ipſa excommunicatio mortalis, & ſic ex contemptu plus ligatur, vt no. 11. quæſt. 3. ſententia paſtoris. Ideo dicitur in c. epiſcopi. 11. q. 3. quòd propter illam quis quandoq; citius moritur, & animam tollit, 11. q. 3. nihil. in fi. & tunc etiam procedit, quod dicit Innoc. in c. qualiter. el 2. ȝ. de ſenten. excom. quòd excommunicatio æquipara-
d tur pęnæ mortis, [d] debet intelligi de pœna excommunicationis, & non de morte naturali, vt eſt tex. no. in c. venerabilem. in fi. ȝ. qui fi. ſint legi. & dicitur excõmunicatio mortalis non ſolum in patiente, ſi eam contemnit, vt ȝ. ſed etiam in proferente, ſi ſe non habeat rectè, ſecũdum Ioan. Mona. & Io. And. de quo j. Et quot modis excommunicatio contemnatur, not.
4 in dicto c. dilecto. j. eodem. † Vltimò nota, quòd ſuperior habens corrigere delicta, dicitur medicus in correctione. facit c. omnis. ȝ. de pœn. & debet medicus ſpiritualis non ſolum eſſe cautus & diſcretus, vt dicto c. omnis. ſed etiam intelligens, de pœni. diſtin. 1. menſuram. & idoneus, ȝ. ritu. proxi. ſi epiſcopus. & prouidus, vt hic patet, cum debeat prius præmeditari, & ante videre, ſecũdum Ioan. And. dicentem, quòd talis medicus debet eſſe peritus & ſolicitus, & traditiones artis canonicæ obſeruare, ad hoc c. ad aures. ȝ. de æta. & qualita. ſecundum eum. In gloſ. in ver. contemnat. in princip. & ratio eſt,
5 quia non abſoluitur ita de facili. † In gloſ. in ver. medentiſ. in fine, quia proferens debet tendere ad medelam animæ, & obſeruare traditiones canonicas, vt in c. ad aures. ȝ. de ætate & qualitate. quæ ſunt, vt ſeruetur ordo, exprimatur cauſa, & quòd ſententia feratur bono zelo, vnde proferens habet probare ſententiam iuſtam, quo ad duo prima, ſed quo ad tertium probat conquerens, vt dicto c. ſacro, ſecundum Ioan. And. in §. proxi. imo plus tenuit Thom. 4. ſententiarum, diſtin. 18. ſub articulo fi. quòd prælatus, qui videt hanc medicinam excommunicationis etiam iuſtè latam non proficere, ſed officere, illam diſcretè tollere poteſt etiam durante contumacia, ex quo videt illius ſaluti ſic expedire. ad hoc 23. quæſt. 5. prodeſt, vt etiam inquantum eſt pœna ſicut fertur in inuitum, ſic auferri poſſit etiam ab inuito, vt in c. j. de regu. iur. non ſic in culpa, quæ quia voluntate contrahitur, ſine illa non remittitur, & per hoc ſoluitur, quòd contumacia, propter quam fertur, aggrauatur propter contemptum, ȝ. eodem. per tuas. quia non abſoluitur a culpa, de qua intelligitur 24. q. 2. ligatur. & ſecundum hoc minus dubium habet quod no. in c. cum deſideres. ſuper ver. abſolutus. ȝ. eodem. & in c. ſignificaſti. ȝ. de eo qui duxit in matrimonium. in glo. fi.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Cum medicinalis. Adde glo. in ver. mortis. in c. nemo epiſcoporum, 11. q. 3. glo. in ver. diſciplinam. in c. notandum. 23. q. 3.
b Nico. Sup. Maior pęna. Adde tex. in c. non afferamus. 24. q. 3. glo. in c. ſacro. de ſen. excom. Abb. in c. cum ſit generale. de fo. compe.
c Nic. Sup. Non ad mortem. Adde tex. in c. 2. de maio. & obe.
d Nic. Sup. Aequiparatur pœna mortis. Adde Abb. in ca. j. in vlt. col. de homi. Abb. in c. j. in vlt. col. de fur. Abb. in c. 2. ſuper glo. fi. de maio. & obe.
Vin. God. Excommunicatio quid ſit, & vnde dicatur. Ioan. de Ligna. in tract. de cenſ. eccl. §. j. nu. j. & 3. quod habetur in lib. 9. tract. fol. 288. & ibidem §. 2. nu. j. quod ſint ſpecies excommunicationis. & § 3. nu. j. eo lib. & fol. vnde excommunicatio ortum habuerit, & de maiori & minori excõmunicatione.

SVMMARIVM.

1. *Quiſquis, quicunque, iſtæ dictiones comprehendunt totum.*
2. *Scriptura eſt neceſſaria, quando profertur ſententia excommunicationis.*
3. *Item requiritur cauſa expreſſa.*
4. *Inſtrumentum publicum, & literę ſigillatæ ſigillo authentico ſunt einſdem vigoris, & vtraq; probant.*
5. *Contumacia qualibet eſt digna excommunicatione.*
6. *Solennitates quæ requiruntur, quando profertur ſententia excommunicationis.*
7. *Cauſę expreſſio quare requiratur in ſententia excommunicationis, & non in ſententia diffinitiua.*

1 a Quiſquis. † No. primò ibi, quiſquis, [a] ꝙ diſpoſitio iſtius tex. generaliter locum habet in quocunque excõmunicante, dummodo poteſtatem habeat excõmunicandi, ſuſpendendi, vel interdicẽdi, ex quo enim dicitur quiſquis, vel quicunq;, nullus excipitur, ȝ. de maio. & obe. ſolitæ, ad fi. ſecundum Ioan. And. & facit text. in §. caueant. ibi, iudices vniuerſi. & ibi per glo. Secundò no. ibi, excõmunicat, ꝙ iſte tex. locum habet in qualibet excõmunicatione hominis, cum poſſit eſſe iuſta & iniuſta, ideo tex. hic dum dicit, excõmunicat, exponitur, id eſt, excõmunicare intendit, vnde non habet locum in excõmunicatione canonis, quæ ſemper eſt iuſta, vt 4. diſtin. erit. & ex hac ratione teſtes non compelluntur ferre teſtimonium ſuper excõmunicatione canonis, quia illud eſſet ſuper crimine teſtificari, ſed non ſic in ſentẽtia hominis, quæ poteſt eſſe iniuſta. facit quod no. in regula, odia, j. eo. lib. in ſolutione q. in fi. ſm Io. An. qui voluit in d. regula odia, ꝙ ſi epiſcopus per viam conſtitutionis profert excõmunicationem ſine ſcriptis, tenendo ꝙ valeat conſtitutio ſine ſcriptis, vt no. in regula nemo. j. eo. lib. non incurrit pęnam huius conſtitutionis. & ita reſidet hic Do. & ita etiam voluit Lap. in ſua alleg. 73. circa fi. de
2 a quo j. in glo. in ver. cauſam. † Tertiò no. ibi, in ſcriptis. ꝙ in ſen-
b tentia excõmunicationis eſt neceſſaria ſcriptura, [b] non tamen refert, an ſcriptura ſit authentica vel priuata, ſm Innoc. hic, & facit quod no. in c. j. in prin. ȝ. de appel. eo. tit. ſm Io. And. & facit tex. hic, ibi, conſcribat, vbi patet ꝙ ſufficit ſcriptura ipſius iudicis, & no. in c. fi. de re iudi. eo. lib. debet etiam iudex ſententiam excõmunicationis per ſe proferre, & recitare, vt hic dicitur, non autem per notarium, ſic dicitur in ſententia diffinitiua in d. c. fi. intellige, niſi in epiſcopo, quo caſu ſufficit quòd eo præſente notarius legat, ita ꝙ dicat epiſcopus, & nos talem in ſcriptis excommunicamus, vt in dicto c. fi. & ita reſidet hic Archid. & Ioan. And. debet ergo quo ad euitãdam pęnam huius c. proferri excõmunicatio in ſcriptis per ipſum excõmunicantem, ſi tamen hoc non fieret, licèt tunc habeat locum hæc pęna, propter hoc tamen non fit, quòd excõmunicatio ſit nulla, vt in c. j. 11. q. 3. ideo tex. hic non annullat propter hoc excõicationem, ſicut annullat aliam ſniam diffi. in d. c. fi. ſm Do. & ita
3 tenet gl. hic. in ver. cãm. † Quartò no. ibi, cãm expreſſe, ꝙ in ſententia excõicationis requirit cã expreſſa, & ſic ſpecialiter nominata

ADDITIONES.

a Vin. God. Nota, quòd iſta dictio, quiſquis. quandoque eſt coniunctiua, quandoque diſtributiua, tantum Bar. in l. hoc articulo. col. 5. ff. de hære. inſti. & in l. ex duobus. §. filium. & ibi Bal. ff. de vulg. & pup. dictio autem, quicunque, eſt dictio maſculina comprehendens etiam fœmininam. vide Bar. in d. l. hoc articulo. & ibi Alex. & in l. metum. §. animaduertendum, quod met. cau.
b Nico. Super. An. Eſt neceſſaria ſcriptura. Adde Car. Zab. in c. j. in 3. no. de treu. & pace.

per Inno. & Host. in c. per tuas. ꝫ. eo. quorũ dicta refert hic Io. An dicẽs ea esse satis terminata hic, tam in pura absolutione; quæ fit qñ est appellatum post excõicationẽ, de quo ꝫ. in princ. q̃ in absolutione ad cautelã, qñ appellatio ꝓcessit, de qua hic in fi. Et vltra hoc Inno. in d.c. per tuas. refert quosdam dicere, ꝙ a sententia excõicationis põt appellari sine expressione causæ sicut a diffinitiua, quod sibi non placet, cum eius interpositio non suspendat effectum sententiæ, vt in c. pastoralis ꝫ. de appella. habet ergo deferre principale negotium, ad quod necessarium est eam ex causa iusta & vera interpositã, vt in c. debitoris. ꝫ. de appel. cum ergo contra sñiam illum effectũ non possit operari, quem operatur appellatio a diffinitiua ꝯ ipsam, patet æquiparationẽ fiendã non esse, sed æquiparandũ appellationi a grauamine, ſm Innoc. ibi, pro quo facit quod no. in c. j. ꝫ. eo. ti. & li. in glo. vt quia, in fi. ſm Io. An. hic, facit ẽt glo. 9. q. j. in summa, ſm Domi. & ita ẽt tenuit d. Flo. in repe. c. perpẽdimus. ꝫ. eo. in 5. q. †Et no. j. ex hac glos. ꝙ vbi actoris intentio est dubia, non obtinet actor, nisi illam clarè probet, ẽt si dubitatio surgat ex exceptionibus ipsius rei, de quo in cle. fi. de rescrip. & ibi per glo. in ver. creatum. Secundo no. ex glo. ꝙ vbi quis se fundat ex tpe, habet necesse tp̃s limitato modo probare, aliàs succumbat. facit quod no. in d. cle. fi. & in rub. ꝫ. de spõsa duorũ. & in c. in præsentia. de proba. & per Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de no. ope. nun. & per Rotam in deci. 410. quæ incip. Item si immediate. in fi. per Bal. in l. cum actum. ff. de neg. gest. & in l. matrẽ. C. de ꝓba. Tertio no. ex glo. ꝙ qñ lex vel statutũ adijcit qualitatẽ disposito, ille, qui agit virtute illius statuti, debet ꝓbare illã qualitatẽ adesse, ſm Do. facit l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus. vbi bonus tex. de hoc.

SVMMARIVM.

1. *Excommunicati prohibentur a tribus actibus iudicialibus.*
2. *Iura canonica sunt seruanda, quæ disponunt circa ordinationem iudiciorũ etiam in foro seculari, quando ex non obseruatione nutriretur peccatũ.*
3. *Iudex secularis debet credere iudici ecclesiastico dicenti ipsum esse excommunicatum, cum hæc sit cognitio iudicis ecclesiastici.*
   Adde ad idem nu. 4.
5. *Exceptio excommunicationis, an habeat obstare, uel non est cognitio iudicis ecclesiastici, non secularis.*
6. *Excommunicatus an possit esse testis.*
7. *Tabellio, prætor, nunciati excommunicati publicè repelluntur ab extraiudicialibus.*
8. *Instrumentum confectum ab excommunicato, an ualeat, uide late hic.*
   Adde ad idem nu. 9.

CAP. VIII.

DEcernimus. Ecclesiasticus iudex compellit laicum, vt excõicatos repellat ab actibus iudiciarijs prohibitis. h.d. †Tene mẽti primo ex tex. tres actus iudiciales, a quibus prohibentur excõicati. Secundo no. ibi, in suis curijs. hodie terminatum esse quod no. Specu. in titu. de excep. §. a. ver. porro. in fi. tenens ꝙ exceptio excõicationis possit opponi ẽt coram iudice seculari, & per eum est admittenda, & ad hoc cogi possit per censuram ecclesiasticã, prout est tex. hic, quod procedit tã de iure canonico vt hic, q̃ etiam de iure ciuili, vt in Auth. de sanctissimis episcopis. §. vt aũt. & no. 15. q. 6. nos sanctorũ. & ꝑ glo. in l. j. C. de iu. & fac. igno. & in c. pia. ꝫ. de excep. eod. lib. in ver. opponat. & ibi no. an exceptio excõicationis possit probari coram iudice seculari, de quo j. imò ipse iudex secularis tenetur ex officio repellere notorie excõicatum, ẽt nemine opponente, vt in c. exceptione. ꝫ. de excep. ſm Io. An. †Tertio no. ꝙ iura canonica disponentia circa ordinationẽ iudicij sunt seruanda in foro seculari, qñ ex non obseruatione nutriretur peccatum, sicut est ex participatione cum excõicato, aliàs secus esset, vt per glo. no. in ver. vsuris. in clemen. dispendiosam. de iudi. Vlti. no. ꝙ ecclesiasticus potest & debet cõpellere iudicẽ laicũ, ut seruet iura canonica ꝯ laicos disponẽtia in materia peccati, de quo per glo. in uer. vsuris. in cle. dispendiosam. de iudicijs. quod procedit, siue iudex ecclesiasticus sit ep̃s, qui ꝓprie est iudex ordinarius in diœcesi & ciuitate, xj. q. j. de ꝑsona. ſm Archid. sed ẽt si sit alius iudex habens iurisdõnem ep̃alem, vel quasi in loco, qđ esse põt, ut in c. Abbates. ꝫ. de priuileg. eo. lib. facit glo. in uer. loci ordinario. in c. 2. de vsuris eo. lib. ſm Ioan. An. & in c. cum personæ. ꝫ. de priuilegijs. eod. lib. in uer. ordinariorũ. & vide ẽt per glo. in uer. ordinarij. in prin. ꝫ. de offi. ordi. eo. lib. †In glo. j. ibi, coerceri põt, & dẽt iudex secularis credere iudici ecclesiastico dicenti illum esse excõicatum, nõ enim secularis iudicis, sed ecclesiastici est hæc cognitio, ut j. d. c. si iudex laicus, ſm Io. Mo. & Io. An. dicentes ẽt, ꝙ si inter iudicẽ ecclesiasticũ & partem esset qõ, & ille negat se excõicatum, tũc ẽt coram ecclesiastico iudice probare habet excõicans, quod per suas literas fieri poterit, vt in c. post cessionẽ. de proba. Si verò fatetur se excõicatum, sed dicit sñiam esse nullam uel iniustam, & nunc dic, vt ꝫ. c. proxi. & in c. solet. ꝫ. eo. Quod intelligit procedere, ut cognitio excõicationis spectet ad ecclesiasticũ, qñ dubitatur de eius validitate, aliàs verò si dubitatur in facto, s. an sit excõicatus uel nõ, & tunc secularis poterit cognoscere, ut no. per eum in c. fi. ꝫ. de fo. compe. eo. lib. & in d. c. pia. †Sed aduerte, quia pro hac parte facit quod no. Bar. in l. Titia. ff. so. mat. Sed in ꝯtrium facit quod no. Host. & Io. And. in d. c. pia. tenens, ꝙ excõicatio sit quid spirituale: vnde dicunt, ꝙ licèt per modum exceptionis possit deduci coram iudice seculari, tamen non posset deduci principaliter vel per modum accusationis, uel aliter, vnde concludunt, ꝙ cognitio & diffinitio istius exceptionis erit iudicis ecclesiastici, per c. tuam. ꝫ. de ordi. cog. & ita sequitur Lap. & Pet. de Anch. in d. c. pia. & consulit Ioan. Calde. in suo consi. x. de foro compe. ꝙ secularis nullo modo possit cognoscere de causa excõicationis, ẽt si coram ipso opponatur exceptio, & sic ex his omnibus infertur primo, ꝙ licèt coram iudice seculari possit opponi ista exceptio excõicationis, ut hic dicitur, tñ non poterit coram eo probari, quia cum probatio debeat fieri causa cognita, & præcedente citatione partis, ut in c. 2. ꝫ. de testi. cognitio hæc nõ spectat ad laicum, ut ꝫ. per Ioan. And. Ideo Bal. in l. 3. in fi. C. de iudi. singulariter concludit, quòd etiam per instrumentũ [a] nõ posset fieri probatio excõicationis coram laico, per no. in d. c. si iudex. & licèt per instrumentũ dicatur probatio probata, tamen omnis probatio debet fieri coram iudice competenti ſm eũ ibi, quod procedit etiam si sit confessio, ut in c. at si clerici. ꝫ. de iudi. †Secundo infertur, ꝙ decisio & pronunciatio super exceptione excõicationis, an habeat obstare, uel an sit probata uel non, fieri non possit per iudicem laicum, sed per ecclesiasticũ, ut ꝫ. per Ioan And. in qua tene menti. In glo. in uer. patrocinãdo. in fi. & uide per Spe. in titu. de offi. iu. §. j. in fi. tenentem ꝙ etiam inuitis partibus iudex ex suo officio repellat aduocatũ excõicatum, sicut etiam ex officio compellat ad hoc iudicem secularem, ut hic dicitur, secundũ Ioan. And. & facit l. quos ꝓhibet. ff. de postulando. & tenuit Hostien. in d. c. pia. & Io. An. hic, quòd aduocatus uel procurator excõicatus exercens officium tenetur ad restitutionem salarij inde percepti, & debeat fieri erogatio pauperibus tanquàm de illicite acquisitis, ut in c. cum sit. ꝫ. de Iudæ. & facit quod no. in c. 1. ꝫ. ne cle. uel mona. †In glo. in uer. testificando. ibi, consueuerunt absolui. regulariter ergo excõicatus [b] testis esse non potest etiam cõtra alium excommunicatum, secundũ Spe. in titu. de teste. §. j. ver. sed nũquid excõmunicatus. & uer. seq. tamen limita primo, nisi in crimine hæresis, de hæreticis. c. in fidei. eo. lib. Secundo limita, nisi sit descriptus in testem in instrumẽto, cum tunc ualeat instrũm, dummodo aliàs non sit suspectum, quia si esset suspectum, tunc daretur fides per talem testem, nisi tempore depositionis sit absolutus, ut tenuit Inno. in c. pia. ꝫ. de excep. eod. lib. & ita etiam tenuit Spe. in titu. de instrumen. edi. in §. instrumentum. in uer. quid si testis. secundũ Ioan. An. ex cuius dicto no. primo, quòd licèt in instrumento sit descriptus testis inhabilis, tamen ualet instrumentum, licèt non possit vna uoce instrumentum coadiuuare, secundum Domi. Quod procederet in teste, qui adhiberetur in instrumento, non ad substantiam instrumenti, sed ad probationem, quo casu sufficit ipsum esse absolutum tempore depositionis, ut ꝫ. aliàs si ad substantiandum instrumentum, sicut est quando testis debet esse rogatus, & tunc non valeret instrumentum, si illo tempore non sit idoneus, ut no. in l. ad testium. §. conditionem. ff. de testamen. & in l. j. C. de testamen. & ibi per Bald. & d. Flo. in repe. c. perpendimus. ꝫ. eo. in 7. quæstio. & per Innocen. in cap. ex literis. ꝫ. de transac. Tertio no. ex prædictis, quòd excommunicatus absolutus potest testificari etiam de actu gesto tempore, quo erat excommunicatus, quod plene examinat hic Archidia. de quo plenius 4. q. j. in summa. & per Host. & Inno. in c. testimonium. ꝫ. de testi. & ibi per Io. And. & alios Docto. ubi secundũ Pe. de Anch.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Per instrumentum. Adde Lud. Ro. consi. 349. dum quæritur. Vinc. God. Probatio quando est prohibita fieri per instrumentum publicũ, tamen hoc casu poterit fieri probatio per quinque testes, & erit plena non obstante prohibente. Fel. in c. sicut consuetudo. col. 6. de proba. Hip. de Mar. sing. 157 uolo te docere

b Nic. Sup. Excommunicatus testis. Adde glo. in l. fi. C. de hæret. Doc. in c. cum nec. 2. el 2. de testi. Io. An. in c. testimonium. de testi.

Ancha.hic, videtur tenere, ꝙ non repellatur per excõicationẽ niſi quouſque ipſa durat.facit c.veniens.el 2.de teſtibus. Et qđ no.Federi.in ſuo conſi.3.& Io.Cald.in diſputatione,quæ incipit,excõicatus volens, ꝙ ſi excõicatus durante excommunicatione contraxit,vel iniuriam ſit paſſus,eoipſo ꝙ eſt abſolutus, agere poſſit.& de his per Doct.in c.teſtimonium.Quid autem ſit de teſte,qui tempore quo iurat,erat excõicatus, ſed non tẽpore depoſitionis vel contra,an valeat eius teſtimonium,vide per Bald.in d.§.conditionem.& per Bart.in l.3.§.duæ cauſæ.ff. ad Carbo.& per Ioan.An.in reg.factum legitimè.ĵ.eodem lib. In ea.glo.ibi,nunquid poterit teſtari.de hoc articulo vide plene dicta in rub.ſ.de teſta.eod.lib. † In ead.glo.in fi.& hæc vlti.
7 opi.fuit ipſius Specu.vt per eum in titu.de inſtru. edi.§. reſtat. ver.quid ſit inſtrumentum.& verſi.ſeq.pro qua facit glo.in d.§. credentes.hic alleg.ſed Innocen.in d. cap.pia.videtur vlnmo
a loco velle valere inſtrumentum ᵃ ab excõmunicato confectũ, niſi ſententialiter ſit damnatus,vt inſtrumenta conficere non poſſit,& ita procedat canon,nullus,hic alleg.ſecundũ Io. An. qui ex hoc videtur tenere, & idem tenuit Archid.in d.ca. nullus.& Fed. in ſuo conſi.71. quod incip. vetus.& facit quod no. Hoſtien.in ca. fraternitatis. ſ.eo.& ita videtur hic reſidere Pe. de Ancha.& Ioan.de Ligna.in c. veritatis. ſ. de dolo & contu. vbi dixit valere inſtrumentum confectum ab excõicato, cum ſit capax huius officij, vt refert do.Flor.in d. capitu. perpendimus.circa finem.verſi.quid de inſtrumento. ipſe tamen videtur tenere opi.vt diſtinguatur,an ſit publice excõicatus, & nõ valeat, an vero occulte,& valeat,per no.in d. ca.ad probandũ. & pro hac opi.facit,quia ſi notarius cenſetur facere inſtrumẽtum,vt index,ſecundũ no.per Innocen.in ca.cum a nobis, de teſti.& tunc procedit dicta diſtinctio, ex quo publica excõmunicatio inficiat acta iudicis,vt d.cap.ad probandum.Si verò cẽſetur facere vt teſtis,quod verius uidetur,per tex.in c. cum Ioannes.ſ.de fide inſtru.& tunc ſimiliter clarum eſt, ꝙ teſti notorie excõmunicato nõ creditur,vt d.ca.nullus.ſatis enim cenſetur tunc ſententialiter damnatus, cum iura prohibeant talibus credi,& quia notarius facit iſtud officium ratione publici officij,vt in c.ad audientiam.ſ.de præſcrip. vnde ipſa toleratio debet attẽdi, cũ & ipſa faciat valere acta extraiudicialia, ut in c.ſolet.ſ.eodem. ſecundũ Domi.hic dicẽtem ex his poſt Ioan. And.eſſe differentiã inter ea, quæ in iudicio aguntur, & quæ extra,quia iudicialia geſta ab excõicato valent & tenent, vt d. c.pia.niſi fiant a iudice ſententialiter, vel aliàs publice excõicato,quia tunc non valent,etiam ſi non excipiatur, ut in d.ca. ad probandum.Sed in extraiudicialibus dic,ꝙ ſi fiant a ſententialiter excõicato,vel alias publice, & fiant ex publico officio, vt inſtrã,& non valent, vt ſ. ſecundũ Inn. Si verò non fiant ex publico officio,ut contractus & huiuſmodi,& ualent etiam ſi publice & ſolenniter ſit excõicatus,ut in d.c. ueritatis. & hæc in his,quæ fiunt per excõicatum,uel eum,qui habetur pro excõicato, ſed in geſtis per eum, qui cõmuni opinione habetur pro non excõicato, an ualeant, ut eſt ſi talis conferat beneficium,eligatur ad illud,uel impetret. dic ut per Ioan. Calde. in ſua diſpu.quæ incip.excommunicatus, qui cõmuni opi. & ibi concludit,quòd ſi talis cõmunis opi.non eſt probabilis, & nõ prodeſt,ut in d.c.ad probandum.ſi eſt probabilis, & tunc aut actus,de quo quæritur, competit ratione ſingularis & priuati intereſſe,aut ratione publici officij.Primo caſu in his, quæ facit pro ſe,uel ad ſui commodum,uel utilitatem, & tunc etiam cõis opin.non iuuat,ut in capi.propoſuit.ſ. de ele.excom. ſiue fuerit ſciens,ſiue ignorans,ut no.eo.ti.in c.pe.Fallit in caſu d. c.pia.vbi de hoc, & idem in his quæ facit procuratorio nomine alterius,quando conſtitutus ſciuit eum eſſe talem,quia cõmunis opi.non iuuat.facit quod no.in d.c.penul.& ſ.eod.in c. cum non ab homine.& in c.j.ſ.de reſcrip.eo.lib. ſecus ſi igno
8 rauit, ex quo tunc nulla culpa poteſt imputari.†Secundo caſu in his,quæ competunt ratione publici officij, & tunc in temporalibus actibus iuuat communis opinio,ut 8.quæſtio.4.nõne. & ff. de offic. præto. l. Barbarius. In ſpiritualibus uerò, ſi quæratur de excommunicatione ab eo lata, & non iuuat, ut no.in d.capit. pia. & 24.quæſtio.j.audiuimus.Aut de alijs actibus,& tunc aut is,cum quo fuit initus,ſciuit illum talem,& dicto caſu licet quod actum eſt mero iure teneat,tamen eſt reuocandum,ut ſ.de cleri.excom.c.poſtulaſti.ſecus ſi ignorauit, ut 32.diſtin.uerum. fallit in collationibus ſacramẽtorum, ut j.q.j. ſi quis a ſimoniacis.& in c.a.ſ.de ordi.ab epiſco. ſecundũ Ioã. Cal.& Pet.de Anch.hic eius dicta referentem.Et quis dicatur
b publice ᵇ excommunicatus,dic ut no.in ca.j. ſ. de ſepul. & in c.a.ſ.de uſuris.eodem libro.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Inſtrumentum.Adde Doct.in c.ſi.de procu. Specu. tit. de inſtru.edi. uer.reſtat.& uer.quid ſi inſtrumentum.

b Nic.Sup.Publicè.Adde glo.in c.exceptionem.de exce.c. ad probandum. de re iudi.& glo.in cle.j.de ſepul.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari ut poſſint participantes cum excommunicatis, præcedere debet monitio.*

2 *Decernimus,uerbum in conſtitutione appoſitũ declaratoria,non facit quominus conſtitutio dicatur eſſe declaratoria.*

3 *Monitio qualis præcedere debeat, ut poſſit fieri ſententia excommunicationis.*

CAP. IX.

1 Conſtitutionẽ fœlicis. Primo declarat conſtitutionem Inno.Secundo ibi,ſtatuimus. dat formam monitioni,& unum caſum excipit ibi,niſi.† No.j. ꝙ ad hoc ut excõicatio lata in participantes ualeat,debet monitio præcedere:vnde non poteſt ſimul cũ monitione nominatim ſienda fulminari excommunicatio,ſed debet expectari lapſus termini,& poſtea excommunicare,& eſt ſpeciale hoc caſu. facit c.ſtatuimus.ſ.eo.& ĵ.c. ſtatutum.ſm Io.An.& Lap. hic adducẽtem alleg.ſ.eo.lib.de elec.commiſſa.in prin.& de offi.delega.
a cum plures.in ulti.glo.& in cle.ſi.in ſi.de ſta.reg.†Secũdo no.
2 ibi,decernimus, ᵃ quòd iſtud uerbum appoſitum in conſtitutione declaratoria non facit,quominus conſtitutio dicatur declaratoria,de quo in c.1.ſ.de priui.eo. li.Vlti.no. ibi,hoc caſu a contrario ſenſu ſm Domi. ꝙ monitio poteſt dici canonica, etiã ſi nomina monitorum non exprimantur, eſt enim hoc ſpeciale iſto caſu,ergo ſecus in alijs, cum aliàs bene poſſet fieri monitio generalis,ut in c.ſi ſacerdos.ſ.de offi.or.& in c.ſi Iudęos. ſ.de Iudæ.in ſi.& in c.poſt miſerabilem.ſ.de uſuris. de quo ſ.e. titu.Romana.§.caueant.In gl.2.ibi,excuſantur certæ perſonæ, & tales perſonæ non incurrerent etiam maiorem excõicationẽ,licèt participent cum illis, in quorum participantes nõ nominatim eſſet lata ſentẽtia excõicationis per eum,qui poteſt, ut per Papam, ex quo enim participando non incurrunt maiorem,ergo nec minorem,ut hic per Io.An.in prin. In ea.glo. in fine.idem Io.Mo.hic,& Arch.in §.nulli.hic alleg.& uide ibi no.& idem tenet glo.in uer.literas.in cle.fina.eo. titu. & facit
3 quod no.hic per Ioan.And.†In glo.in uer. nominatim.ibi,ſed ꝯtrium eſt verum, ut ſic tunc non ſufficiat generalis monitio, eſto ꝙ gñalis excõicatio poſſit ferri,& idem Io. Mo. & Archi. hic,& licèt hæc opi.ſit tutior,tamẽ alia opi.quæ eſt, ut ſufficiat gñalis monitio,qñ fertur generalis ſñia excõicationis, quã tenuit Hoſtien.in d.c.ſtatuimus. uidetur magis iuri conſona,cũ ad generalem excõicationem ita conueniat generalis monitio,ſicut ad ſpecialẽ ſpecialis. Sed certè qñ monitio fit de participantibus,hoc non eſſet uerum,quia eſſet contra tex. hic, & ideo tutius & uerius eſt quod dicit gloſ.In alijs uerò caſibus, ubi admittitur generalis excõicatio, tunc bene admittatur generalis monitio,& ita poſſet procedere opi. Hoſtien. ſm Pet. de Anch.hic,qui poſt Hoſt.ibi,& Io.An.hic dicit, ꝙ in caſibus in quibus admittitur generalis monitio,non denunciatur, qa licèt dicatur ueniſſe ꝯ, niſi ad cauſam poſitus contumcatur,ut in c.ſi ꝯtiterit.de accu.& in c.cum in diœceſi.de uſur.& uide p Hoſt.in d.c.ſtatuimus.ponentem formã generalis monitionis quã ad ſpecialem reducere poſſumus,dicendo ſic, cum Titius excõicauimus,qui ſe non emendat longo tpe expectatus, ſed medicinã contẽnat in aïæ ſuę periculũ & ſcandalũ plurimorũ, uel ſic, quia non uitatur fortius indureſcit, ex quo ſibi & alijs periculum noſcitur imminere, ideo monemus M. A. B.& C. ne cum ipſo Titio de cætero cõionem uel participium aliqđ habere præſumant,ſed infra tot dies,quorum decem pro primo &c. ab ipſius participio in totum abſtineant, nec ſubdere poterit alioquin &c.ſecundum Ioan.An.hic.

ADDITIO.

a Vinc.God.Verbum,decernimus,eſt noui iuris inductiuum,ut per Fel.in c. decernimus.in ſi.de iud.

SVMMARIVM.

1 *Monitio facta tribus uicibus ſeparatim,uel una tantum,idem eſt, dummodo interualla dierum contineat*

2 *Et quot dies debent aſſignari in qualibet monitione.*

1 Statuimus quoque. †No. j. paria eſſe, monere tribus uicibus ſeparatim, uel una tantum,dummodo contineat interualla dierũ.Ad hoc enim ut monitio dicatur canonica, requiritur ꝙ hẽat aliquorũ dierũ interualla,ut hic dr̃,& in c.ſacro.ſ. eod. Et per tex.hic in

ver. statuimus. dicit hic Ioan. And. habere locum, quod hic dicuntus etiam in alijs excõicationibus, quæ proferuntur contra alios, quam contra participãtes. ideo cum dixit statuimus, vt sic sciatur, quod id quod hic sequitur, sit generale, & non restringendum ad casum sup. proxi. quod no. pro hoc verbum, statuimus. sic et id quod hic dr generaliter, locũ habet in oĩbus iudicibus, siue sint epi, siue inferiores ordinarij, vel delegati, d. ca. statutum. ideo est quod tex. generaliter loquitur hic dicendo iudices, secundum Io. An. quod no. in ver. iudices. in c. j. sup. de consess. eo. lib. Vltimo no. quod quãdoque propter facti necessitatem terminus iuris abbreuiatur, & a forma receditur, quia ratione casuum emergentium licet leges transgredi, secundum Inno. in c. j. sup. de consti. In glo. in ver. vna. in fi. idem Archi. sed Io. Mo. dicit, quod hoc non consonat literæ, vnde si sit vna sola monitio, habebis dies expressos, sicut faciunt executores. s. duos pro primo, & duos pro secundo, & duos pro tertio, vt refert Io. And. ita residens. 2 † In glo. in ver. competentia. in fi. & licèt hoc sit arbitrarium, tñ per hunc tex. hic in ver. dierum. requiritur, quod ad minus assignentur duo dies pro quolibet termino, vt in regula, pluralis. j. e. lib. sed Abbas in c. sacro. sup. e. dicit, quod sufficeret vna dies per tex. in l. inter accusatorem. ff. de publicis iudicijs. & in l. si conuenerit. in fi. ff. de pigno. act. sed tutius est, quod quælibet dilatio saltem duos dies habeat, cũ tex. hic velit, quod et in vna monitione seruentur interualla aliquorũ dierum, secundum Do. quod intellige, nisi necessitas facti aliud suadeat, vt hic in tex. vnde hoc est arbitrariũ, nec restringitur ad vnum vel duos, sed ipse iudex secundum qualitatem facti hoc statuet, & moderabitur, vt hic in fi. tex. In glo. fi. in fi. quãque res celeritatem desiderat, vt in l. j. ff. de dam. infec. secundum Ioan. And. referentem Hostien. in c. Romana. in §. sed nec. sup. eo. tit. quod iudex verisimiliter præsumit, quod hi, qui sunt ad arma parati, non desisterent propter excõicationem. consulunt quod iudex non inferat excõicationem, sed dicat, sub excõicationis pœna præcipio quod deponantur arma, vel quod intretis hospitia, vel recedatis de loco. aliàs sententia non esset medicinalis, sed mortalis, contra c. j. sup. e. ti. & li. & facit c. clericos. sup. de coha. cle. Io. And.

ADDITIO.

a Vinc. God Nota, quòd monitio requiritur antequam feratur sententia excõicationis & interdicti, Fel. in c. cum sit. col. 6. de appella.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum tunc censetur generale, quando generaliter refert ad locum,*
2 *Statutum in vno non semper extenditur ad aliud, licèt sint aliqua communiter parificata.*
3 *Excommunicatus excommunicare non potest, licèt excommunicatus iterum possit excommunicari.*
4 *Excommunicatio in quibus casibus dicitur nulla, uide inuentn gl. super uerbo, ad cautelam.*
5 *Interdicto denegantur omnia sacramenta, sicut excommunicato.*

CAP. X.

PRæsenti generali. Relaxatio ad cautelã in generali interdicto locum non habet. h. d. 1 † No. ex tex. quod interdictũ censetur [a] gñale, quñ refertur gñaliter ad locum, de quo in c. cum in partibus. sup. de verbo. sign. siue sint ciuitates, siue castra, siue alia loca, puta regna, prouinciæ, comitatus, vel villæ, secundum Io. An. de quo j. In glo. j. ibi, ratione non roborentur. vnde extirpandæ sunt, 68. distin. cor episcopi, cum ratione vincendũ sit, 23. q. 6. vides. nec sunt recipienda, quæ opinione vacua non ratione uel auctoritate iuuantur, 26. distin. deinde. In ea. gl. ibi, 2 quod inter, & ista sunt solutio Gui. secundum Ioan. And. † In ead. glo. in fi. no. ex glo. iuncto fine cum princ. quòd licèt aliqua communiter sint parificata a iure, tamen statutum in vno non extenditur ad aliud, quñ est dare rationem diuersitatis concludentem aliud ius non debere extendi, & ita debet limitari glo. pen. in c. si postquàm. sup. de elec. eo. lib. & idem voluit glo. a. in c. licet. j. eo. titu. secundum Do. Et aduerte ad glo. quia licèt absolutio ad cautelam non habeat locum in tali interdicto propter rationes prædictas, attamen in tali interdicto poterit peti simplex absolutio cum satisdatione de stando iuri, secundum no. in c. cum cõtingat. sup. de offi. dele. aliter enim obseruatur in absolutione simplici, quam in absolutione ad cautelam, ut no. in c. soler. sup. e. & ita tenet Ro. in antiquis, in deci. 90. quę incip. Item no. vbi concludit, quod aut interdictum petitur relaxari per illum, propter cuius culpam est latum, & tunc procedit d. c. cum contingat, quia talis potest cauere de stando iuri, & hoc casu non procedit tex. hic, quia cessat ratio prædicta. Sed si petitur relaxari per alium, quam per illum, propter cuius culpam est latũ, & tunc non vr̃ habere locum d. c. cum contingat, quia iniuste peteretur cautio de stando iuri, & de satisfaciẽdo ab illo, qui non fuit in culpa, nec est obligatus: vnde nimirum, si hoc casu non fit relaxatio ad 3 cautelam, secundum Rotam ibi, prout refert Domi. hic. † In gl. in ver. ad cautelam. ibi, sed excõicato, quia licèt excõicatus possit iterum excõicari, ut in c. ita quorundam. sup. de Iudæis. tamen excõmunicare non põt, cum hoc sit iurisdictionis, cuius exercitiũ ipse excõicatus nõ habet, ut in c. Romana. sup. de officio vicarij. eo. lib. & in c. ad probandũ. sup. de re iudi. & etiam quia cum sit extra cõionem hominum, non põt ab ea alium excludere, sicut nec poss. possider. ff. de adulterijs. l. sic eueniet. secundum Io. And. hic, quod procedit, etiam si ipse excõicatus cõi opinione habetur pro non excõicato, cum etiam tũc excõicare nõ possit, ut est dictum sup. eo. titu. in c. decernimus. In ea. glo. ibi, sup. de præbendis. c. vlti. & sup. de priuilegijs. eo. li. c. auctoritatis. si tñ ab ipso delegato feratur excõicatio, non contra intentionẽ delegãtis, tũc valeret ipsa sententia, licet fortè esset iniusta, vt videtur velle hæc glo. non enumerans hunc casum inter alias species nullitatis. facit glo. In ver. attentent. in c. j. sup. de offi. ordi. eo. lib. & glo. mag. in cle. j. de offi. deleg. quod facit ad no. in c. Romana. §. sed nec. sup. eo. titu. & vide dicta in c. venerabilibus. in §. pos4 tro. sup. eo. titu. & lib. † In ea. glo. in fi. addunt aliqui casum in c. Romana. in §. fi. sup. eo. lib. sed dic ut ibi no. in glo. per hanc. & ibi per Ioan. An. Et aliqui addunt alium no. sup. eo. Romana. in §. in vniuersitatis, de quo tamen dic vt ibi est dictum. An aũt excõicatio sit nulla ex defectu clauis scientiæ, scilicet cum fertur a plato omnino illa claue scientiæ carente. & glo. hic facit, quod non, quæ hunc casum non enumerat, & ita concludit hic Ioan. Antum quia per multos negatur scientiam esse clauẽ, & quia censura ecclesiastica non ex scientia, sed ex potestate & auctoritate ligat, quod satis expeditur per extrauagantẽ Io. quia quorũdam. ver. quid aũt. cum sequenti. ubi habetur diffinitio ipsius clauis, de quo sup. de sum. tri. firmiter. in §. vna. & facit quod habet in c. fi. sup. de ætate & qualitate, secundum Io. An. & Domi. adducentem et de abbate, in quo non requiritur literatura, ut no. per gl. 18. q. j. legi. & tñ potest excõicare, vt sup. de maio. & obe. cum in ec5 clesijs. & de accusa. sicut olim. † In glo. in ver. generalr. in fi. idẽ Ioan. Mona. & Arch. & facit c. venerabili. sup. eo. ti. per quem tex. ita tenuit Inno. in c. ad hoc quñ. sup. de appel. in j. glo. quod intelligendum est de interdicto personæ non loci per hanc decre. secundum Io. An dicentẽ et idem esse in gñali interdicto lato in personas, puta in vniuersitatẽ vel collegium, ut sic fiat relaxatio ad cautelam, de quo per Ioã. Calde. in tractatu de ecclesiastico interdicto, in secũdo membro, ver. prædictorũ causa. & in tertio membro. ver. sed põt quæri. & no. j. e. c. fi. §. illis. Et no. ex glo. quod interdictũ speciale latum contra personam hẽt naturã excõicationis quo ad derogationẽ sacrorum, & et quo ad relaxationem. Sed quæritur, quid si feratur spãle interdictum in aliquo loco speciali, puta in uilla, uel castro. & dic quod haberet locũ tex. hic, cum & tunc dicatur gñale interdictũ, et si ibi vnica vel nulla esset ecclesia, ut no. in d. cap. cum in partibus. in fi. & locus erit pœnis gñalis interdicti, secundum Io. And. hic. imò tenuit hic Arch. quod hæc decretalis hẽat locũ et in interdicto lato in spãles ecclesias. Sed Io. Mo. in hoc contra dicens, quod si sit interdicta ecclesia, & per prælatũ & clericos petat relaxatio talis interdicti poterit secundum hanc formã relaxari cum regula iuris seruanda sit, nisi in casu quo illa reperit vitiata, l. j. ff. de re. iu. & hoc vltimum verius vr̃, secundum Io. And. cũ tex. hic locũ non hẽat in gñali interdicto, quale non est istud, vnde in eo locum non hẽt licet interdictũ alicuius loci spãlis, ut uillæ, uel castri, sit interdictũ gñale, ut sup. tñ interdicta ecclesiarũ non sunt gñalia quo ad effectũ gñalis interdicti, et si interdicerent oẽs ecclesiæ ciuitatis uel prouinciæ, puta propter decimas non solutas, vel similes causas, nec hẽbit tunc locũ c. fi. §. adiicimus. j. eo. ut ibi no. in j. gl. nã licèt nõ possit tũc celebrari in ipsis ecclesijs et uoce submissa, tñ poterit celebrari extra alta uoce sub tẽtorio, uel et in ecclesia, si qua nõ eẽt interdicta, secundum Io. An. infert etiã ex his, quod si executor gr̃æ excõicet canonicos, & interdicat ecclesiã, ex eo quia ad eius mandatũ nõ recipit ille, pro quo est datus, & canonici propter appellationem præcedentem vel similem cãm dicãt sñias illas nullas, poterũt relaxari ad cautelã, secundum Io. An. & idẽ tenuit Io. Cal. in dicto tractatu, in secũdo mẽbro, in uer. sed quæro. secundum Pe. de Anc. & Do. Et de his et per Rotã in dec.

ADDITIO.

a Vinc. God. Interdictum latum in aliquem locum pro pec. uniario debito hodie ipso iure est nullum, Fel. in c. ex rescripto. in prin. 1. col. de iureiu. & in c. sane. circa fin. 1. col. de offi. deleg. ubi quod pro tali debito sine speciali mandato Papæ imponi non potest et in d. c. sane. col. 1. circa medium. Quærit idẽ Fel. an ciuitas interdici possit propter delictum episcopi.

In deci.433. quę incipit, Item fuit dubitatum vtrum interdicti. vbi dicitur, quod licet ipsi domini teneant opi. Archi. tamē vt ibi dicitur, obtētum fuit in palatio apostolico, & obseruatum, quod tenet Ioan.Mon.& Ioan.Andr.hic. Et ex his patet vna differentia inter generale interdictum in locum, & speciale. Alia differentia est, quia interdictum generale in locum ferri non potest pro debito pecuniario sine speciali licentia Papæ, vt in extrauag. Bonifacij prouide. quæ prohibitio locum non habet in speciali interdicto, sm Io. And. inferentem etiam ex prædictis aliud esse interdicere ciuitatem vel locum, & aliud interdicere ciues, vniuersitatem, vel collegium, vt j. eodem titu. si sententia. §. 1. vbi de hoc super glos. 1. In glos. in fine. idem Ioan. Mon. & Archidiaco.

SVMMARIVM.

1 *Iubentes, mandantes, & licentiam dantes æquiparantur quo ad incurrendam sententiam excommunicationis.*
2 *Restituere & satisfacere qualiter differunt.*
3 *Ordinarius regis quis esse dicatur.*
4 *Res integra quando esse dicatur.*

CAP. XI.

Qvicunque. Primo excommunicat cum certis limitationibus dantes licentiam offendendi in personis, vel rebus suis, vel suorum exercentes contra aliquos ecclesiasticam censuram, vel exerceri facientes, vel illam seruantes. Secundo ibi, eadem, prorogat pœnam ad vtentem vel proprio motu id agē[1] tem. Tertio ibi, qui autem, pœnam aggrauat. †No. 1. ibi, licentiā, quod iste tex. afficit, & ligat non solum iubentes vel mandantes, sed etiam licentiam dantes, quod minus est, secundum Archid. & Ioan. And. Secondo no. ibi, reuocauerint. quod quo ad effectum euitationis pœnæ potest licentia delinquendi reuocari re integra. quod facit ad no. in c. cum quis. j. eod. & in regu[2] la quod semel. j. eod. lib. †Tertio no. ibi, restituta aut satisfactio, aliud esse restituere, aliud satisfare. quod facit, vt obligatus ad rem restituendam non adimpleat sententiam satisfaciendo p illa re. facit l. 4. §. prætor ait, ff. de re iu. & ibi de hoc. facit etiam ad no. per gl. in regula peccatum. j. eo. li. Quarto no. ibi, eadem que &c. quod pœna imposita concedenti licentiam non extēdit ad vtentē illa, nisi spāliter p ipsam legē extendat, pro vt extendit hic. In gl. j. in fi. sed suspensionū. de quibus hic loquitur & pro hoc facit istud vniuersale quicunque, quod singulos cōprehendit, vt l. hoc articulo. ff. de hæred. institu. & in c. solitæ. ȝ. de maio. & obed. vnde includitur etiam imperator, secundum
[3] Archi. & Ioan. And. †In glo. 2. in fi. tene menti ex glo. quis dicatur esse ordinarius regis. [a] & vide quod no. 18. distin. quoniam, & 73. dist. Valentinianus. secundum Ioan. Andr. In glo. in ver. suorum. [b] ibi, familiariom. ad hoc 12. q. 2. ecclesiarum seruos. Idem de filijs, vel seruis, vt Institu. de his qui sunt sui vel alieni iuris. per totum. & idem de domesticis, vt in c. possunt. §. sane. C. de his qui ad ecclesias confugiunt. & no. 3. q. 5. in sum. Et idē de vxore & mancipijs, vt in l. 2. C. de epi. & cle. & idem de colonis, 89. dist. iudicantum. sm Io. And. Ex cuius dictis iuncta gl. habetur, qui veniant appellatione suorum. quod facit ad statuta & priuilegia facientia mentionem de certa persona, & suis, de quo in l. si fœmina. C. ad turpil. & in c. fi. j. de ver. sig. & 50. dist.
[4] studeat. †In glo. in ver. re integra. potest dici prius quam sit processum ad grauandum personas. Sed Ioan. Mon. exponit rem integram, idest iniuriam nōdum illatam in persona, vel rebus, vt hic per eum ponentem, an pars possit prorogare talem terminum datum ad soluendum sub pœna excommunicationis ad euitandam excommunicationem. Et quid si infra istum terminum appelletur, de quibus in c. præterea. el 2. ȝ. de appel. In gl. fi. & licet ex quo Papa ita expressit, non possit ab alio absolui, quam ab ipso Papa. Fallit tamen in articulo mortis, vt in ca. eos qui. j. eod. ti. & in c. pastoralis. ȝ. de offi. ordi. & ita sm Ioan. And. hic debet limitari iste tex.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Regis Adde c. omnes. & ibi Doc. de maio. & obe.
b Nico. Super an. Suorum. Adde, qui dicantur sui. vide gl. fi. in c. studeat. 50. dist. Card. Zaba in c. de cætero. de testi. Bar. in l. si ita. in §. ea lege. de verbo. obliga. Ergo an appellatione suorum veniat amicus singularis. vide Bald. in l. 1. in 15. colum. C. qui accusa. non pos. Barba. consilio 72. incip. præclare scribitur. in 2. col. in 4. uol.
Vin. God. Nota, qui veniant appellatione domesticorum, Ange. consil. 128 & Mar. Soz. consi. 17. supra dicta. uersi. quoniam edictum. ibi, & quam uis. lib. 2. Raph. Cum. consi. 27. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus licite capit clericum pro maleficio, si se gerit pro laico.*
2 *Iudex ecclesiasticus potest opponere exemptionem clericatus, & eum repetere non solum ipse clericus.*
3 *Prælatus potest repetere clericum suum etiam inuitum, & se confitentem esse laicum.*

CAP. XII.

SI iudex laicus. Habet duas partes principales. Primo enim dicit. q citata parte, ad iudicium ecclesiasticum pertinet et cognoscere de clericatu, quem allegat ipse captus per iudicem laicum, & causam reddit. In secunda parte ibi, & si notorium. tractat quando fiat remissio, vel non. Et hęc secūda pars subdiuiditur in tres partes. Quia primo ponit tres casus, in quibus ante cognitionem fit remissio. Secundo ibi, idem. addit quartum. Tertio ibi, non sic. ponit quintum, in quo non fit remissio ante cognitionem, iudex tamen ulterius non
[1] procedit secundum Ioā. And. †No. 1. licitum esse iudici secular capere seu capi facere clericum pro maleficio, dummodo pro laico se gerat, facit c. si clericos. j. eod. imo voluit Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cle. quod etiam clericū inuen-
[2] tum [a] in crimine in habitu & tonsura potest iudex laicus seu eius familia capere, & ad episcopum ducere. Idem videtur velle Inno. in c. vt famæ. ȝ. eod. quod intellige, quando esset in fuga, vel suspicio de ea, alias non liceret laicis capere clericos & inuentos in delicto, vt est tex. no. in c. si vero. el 1. ȝ. eod. Ex quo ibi est speciale in certis personis, quod tñ intelligit ibi Innoc. esse verum, quando clericus a delicto desisteret, secus si continuaret, nec posset aliter compesci ab iniuria alterius, quia tūc posset capi a quocunque etiam laico, & priuato sine pœna excommunicationis, quando non esset ibi officialis ipsius clerici, qui hoc faceret, secundum Innoc. ibi, & sic patet non posse clericum inuentum in delicto capi per laicum, quādo esset paratus desistere, & hoc nisi timeretur de fuga extra diœcesim, vt vide per Ioan. And. in c. cum non ab homine. ȝ. de iudicijs. & ita est tenendum, quicquid aliter dixerit Bald. in d. l. si qua per calumniam. Vnde ex his infert do. Nico. in d. l. si vero. & in d. c. vt famæ. quod si miles inuenit clericum de nocte, & sic verisimiliter potest timere delictum committendum, arg. c. consuluit. ȝ. de officio deleg. poterit eum capere sine pęna excommunicationis, ex quo videtur tunc impedire delictum com-
[2] mittendum, alias autem non posset capere, vt ibi per eum. †Secundo no. ibi, repetat, quod non solum ipse clericus potest opponere exceptionem clericatus, & petere remitti ad ecclesiasticum, sed etiam ipse iudex ecclesiasticus ex suo officio potest repetere clericum captum per iudicem secularem, & sic patet diuersa esse, quod clericus ipse apponat de incompetentia iudicis laici propter clericatum, & aliud est clericum repeti a iudice ecclesiastico, quod inducit hic Do. ad euitandum pęnā, q per statuta imponitur declinantibus iurisdictionem iudicis laici, quę statuta quandoque de facto ad clericos extenduntur. Nam practica est, vt ipse clericus nō declinet iurisdictionem, sed ipse iudex ex officio omnia repetat, quod potest, vt hic dicitur, & vide de hoc no. in ca. 2. ȝ. de foro compe. eod. lib. Vltimo no. ibi, ad iudicem ecclesiasticum. q si coram iudice laico reuocetur in dubium etiam per modum exceptionis de clericatu, & sic an res sit spiritualis & ecclesiastica, tunc de hoc laicus iudex cognoscere non potest etiam summarie, secundum Ioan. And. hic, sed ipse iudex ecclesiasticus, facit cap. tuam. ȝ. de ordi. cogni. & c. lator. ȝ. qui filij sint. leg. & sic infertur ex tex. quod licet iudex ex officio procedat, & reuocetur in dubium, an sit iudex, etiam ipso dicente se iudicem poterit cognoscere, & pronunciare an sua sit iurisdictio, cum tex. hic loquatur etiam de iudice ecclesiastico ex officio clericum repetente, quod tō est, quia est certum quod isto casu ad iudicem secularem non potest competere iurisdictio, alias aliud esset. & vide per gl. in ver. copia. in c. statutum. ȝ. de rescrip. eod. lib. & in c. cum personę. in ver. ordinarijs. ȝ. de priuilegijs. eod. lib. & ibi no. & per Innocen. & in c. ex parte. ȝ. de verbo. signifi. Sed de quo iudice ecclesiastico intelligitur iste tex. Concludit Lapus, quod de illo, qui est iudex ordinarius capientis, seu iudicis secularis clericum detinentis, vt voluit Innocen. in d. c. vt famę. in glo. si laicus iudex. de quo ȝ. in gl. vnde infertur, quòd si potestas vel officialis aliunde veniens ad regendum locum, erit in hoc eius iudex ordinarius loci, vbi officium exercet, arg. c. fin. ȝ. de foro compe.

ADDITIO.

a Nicu. Supe. Inuentum in crimine. Adde Pet. de Ancha. in regula, ea quæ. de reg. iur. lib. 6. Domi. in c. si quis diaconus. in 40. colum. 50. distin. & per Bal. in §. furtorum. Insti. de oblig. ex deli.
Vin. God. Adde Foly. in c. contingit. circa prin. de sen. excom.

compe.& de priuilegijs.c.j.eo. lib. & facit quod no. per Inno. & Hoſt.in c. omnis.ǝ.de pœnitentijs. Et facit quod no. per glo. in l.ciues.C.de incolis.lib.10.& per Bar.in l.1.ad municip.ſecũdum Imo.& ita ſequitur hic Domi.& Pe.de Ancha.† In glo. 2. in fine.& ſic iudex ſuus eum repetere poteſt.facit c.dilectus.& quod ibi nota.per Innocen.ǝ.de appellatio.ſecundum Archid. & Ioan.And.imo dixit Innoc. in d. c. vt famæ. in glo. ſi laicus. prælatum repetere poſſe ſuum clericum etiam inuitum, & ſe laicum confitentem, ex quo hoc tendit ad iniuriam eccleſiæ, vt in c.coniungit.ǝ.eod.& ſatis probatur hic in tex. ſecundum Domi.& tenuit Bal. in d.l. ſi qua.imo plus tenuit Innocen. in d. c. vt famæ. quod epiſcopus poſſit, maxime ſi eſt ordinarius capientis,procedere per modum inquiſitionis contra detinentem,quia crimen ſacrilegij eſt detinere clericum,17. q. 4. quiſquis.& c.deinceps.intellige,ſi fama eſt illum eſſe clericũ, alias ſi eſſet notorium, & tunc ſine inquiſitione requirit illum, & excommunicat detinentem.imo etiam dicit Inno.quod ſi clericus volens, vel inuitus etiam ſuper cauſa ciuili conuenitur coram ſeculari,poteſt ſuus prælatus etiam inuitum abſtrahere a iudicio ſeculari,vt in c.ſi diligenti.ǝ.de foro compet. & poterit iudicem punire quaſi de ſacrilegio,ar.c.1.ǝ.de foro compet. Si tamen prælatus ageret officio iudicis, vel rei vendicatione, ſm no.in c.inter quatuor.ff.de maio.& obe.pro recuperatione clerici,quem laicus vt laicum poſſideret,tũc debet litigare coram iudice rei,ſecundum Inn.ibi,& Io.And.hic.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quando eſt notoria, iudex debet ſtatim admittere abſque alia iudiciali cognitione.*
2 *Reputatio communis,& tractatus probant aliquem eſſe talem, qualis reputabatur.*
3 *Opinio communis tantum operatur, quantum fama.*

1 **Et ſi notorium.** † No. 1. quod quando exceptio eſt notoria, iudex debet ſtatim ipſam admittere abſque alia iudiciali cognitione. Secũdo no.ibi, vel fama. quod in cauſa criminali quãdo agitur ad probandum iuriſdictionem ſuper illa cauſa per famam, inducit plenam probationem,ſecus ſi deduceretur ad probandum crimen,quia tunc non faceret plenam probationem,ſecundum glo.no.in ca.veniens.el 1.ǝ.de teſtibus. In ciuilibus [a] vero ipſa fama bene facit ſemiplenam probationem,ſecundum gloſ.in c.1.ǝ.de appella. 2 Tertio no.ibi,communiter habebatur,† quod communis reputatio & tractatus probat quem eſſe talem, ſicut reputatur, facit quod no.in c.illud.ǝ.de præſum.& in l.filium diffi. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, quod procedit ſaltem in his, quæ non ſunt grauis præiudicij,ſicut eſt hic,quia non agitur niſi de exercitio iuriſdictionis,ſecundum Domi.referentem hic in fi. Ro.in deciſio.230.quæ incipit,Mortuo Titio.idem tenentem per hunc tex. & quod in probatione alicuius præambuli ſufficiat 3 probare poſſeſſionem clericatus. † Vltimo no. quod communis opinio operatur tantum,quantum fama, quod facit ad no. in ca.veſtra.ǝ.de coha.cleri.In gloſ. in ver.debeat.ibi,vxoratus non incedens in habitu.Aduerte,quia Rota in deciſio.202.quæ incipit,Item ſi clericus. ſingu. tenet,quod ſi clericus coniugatus eſt captus a iudice ſeculari,non ſit ſtatim remittendus,licet probet ſe clericum,niſi doceat ſe contraxiſſe cum vnica & virgine, & portaſſe habitum & tonſuram clericalem, quia alias non gauderet priuilegio fori, vt no.in c.1.ǝ.de cle.coniuga. eo. lib.& de his cognoſcit eccleſiaſticus, & non ſecularis, vt ǝ. in tex.ſecundum Rotam ibi,& Domi.hic in fi.huius c.In ea. glo. ibi,bigamus.ſaluo eo quod no.in c.vnico.ǝ.eod.lib.in gloſ.vere.ſecundum Io.And.In ea.glo.in fi.idem Arch.& vide per Io. And.in c.perpendimus.& in c.contingit.el 2.ponentem caſus. in quibus clericus perdit priuilegium clericale, & plenius per do.Flo.in d.c.perpendimus.

ADDITIO.

a Nico.Sup In ciuilibus vero.Adde §.item ſæpe.4.q.3.Archi.in c.ſi duo. 25. q.6. Spe.in tit.de proba.in §.videndum.uer.6.l.admonendi.ff. de iureiuran. & in l.in bonæfidei. C.de re.cre.& Cy.in l.fi.C.de quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Habitus clericalis conſiſtit in duobus,ſcilicet in tonſura,& veſtibus.*
2 *Negatiua mera,ſcilicet quod quis non ſit clericus,poteſt probari, intellige per poſitionem confeſſatam.*
3 *Talis quis præſumitur,qualis in habitu reperitur.*
4 *Signum deferens alicuius officij, præſumitur eſſe talis, cuius officij ſignum gerit.*

1 **Idem eſſe.** † No. primo ſecundum Ioan. And. quod in duobus conſiſtit habitus clericalis, ſcilicet in tonſura,& veſtibus,quod eſt notandum. & de veſtibus vide per glo.no.in ver.ſecularis.in clemen.1.de ele.& de tonſura vide per glo.in verſic.& tonſuram.in clemen.2.de vi.& honeſta. 2 † Secundo no.ibi.donec conſtet de contrario, quod hæc mera negatiua,ſcilicet quod non ſit clericus,poteſt probari,quod intellige per poſitionem confeſſatam,ǝ.eo.lib.de confeſ.c.1. poſſet etiam hoc probari,quando caderet in affirmatiuam, vt ſi diceretur priuatus priuilegio clericali, vt in caſibus notatis ǝ. in glo.in ver.debeat.ſecundum Ioan.Andr. dicentem quod ſi talis eſſet penitus illiteratus,vrgens præſumptio eſſet contra eũ, quod clericus non eſſet,cum talibus clericatus & tonſura conferri non debeat,vt in cap.nullus.ǝ.de tempo. ordi. eodem lib. 3 † Tertio no.ibi,nam talem &c.quod in dubio quis præſumitur talis,& ita iudicari debet, qualis in habitu apparet,& in forma extrinſeca.facit l. mouemur. C. de ſeruis exporian. vnde dicenti contrarium incumbit onus probandi, quia talis habitus ſeu forma cõſtituit illum in quaſi poſſeſſione talis ſtatus.Et ſic talis quaſi poſſeſſio releuat quem ab onere probandi, & transfert onus probandi in aduerſarium,vt eſt tex.nota.hic.Quarto no.ibi,legalis. quod etiam in eccleſiaſticis & in iudicio eccleſiaſtico licitum eſt allegare,& argumentari [a] per leges ciuiles. de quo vide in c.1.& in c.autoritate. ǝ. de conceſ. præbẽ.eo.lib. 4 † Vltimo no.ibi,ex ſtigmate enim &c.quod deferens ſignum [b] alicuius officij præſumitur eſſe in illo officio, cuius ſignũ portat.ex ſignis enim impreſſis quis recognoſcitur, vt dicit tex. hic, quod facit, vt per ſigna probetur de idoneitate rei. quod facit ad nota. per Bar.in trac. de teſte. §.hanc eandem,& in tractatu de inſignijs & armis,ideo vulgariter dicitur,quod al ſegnal ſe cognoſceno le balle,vt hic probatur,& in auth.dos data. C.de dona.ante nup.& Bal.ibi.In gloſ. legalis. in fine,& ibi de hoc, & ex his dicit hic Archidia.& Ioan. Andr.quod monachus, ſi conſtet de monachato, non poteſt eſſe in poſſeſſione libertatis.de quo plene per Ioan.Andr.in ver.fugitiuos.in cap.fina. ǝ.de regularibus.

ADDITIONES.

a Nic.Sup.Et argumẽtari per leges ciuiles.Adde c.clerici.de iu.c. ult. de ſecun. nup.c.1.de no.ope.nun.& per gl.ſum.10.diſt.

b Deferens ſignum alicuius officij.Adde Iac.Rebuff.in l.prohibitum. in 1.& quæ ibi notaui in apo. ad eum,in uer.cognoſcatur. C. de iure fiſci. lib. 10. Bal. in t. de pace Conſtan.uer.ſigillo.& in l.ſi is qui.ff.de fur. Lac.fran. de Oria. in c. quoniam contra falſam. uerſic.orationes.in fine,& ibi plenius per Fely. poſt alios.de probatio.Celſ.a.

Vin.God.Adde de ſignis appoſitis in muro communi,quæ ſint,Cæpol.in trac. de ſer.urb.præd.tit.de pariete.nu.13.

SVMMARIVM.

1 *Non ſufficit,quod quis ſe in aliquo ſtatu talem gerat, ſed opus eſt quod ab alijs communiter talis reputetur.*
2 *Habitus clericalis aſſumptio an tribuat poſſeſſionem clericatus.*
3 *Præſumptio vna tollitur per aliam præſumptionem fortiorem.*
4 *Clericus an poſſit probari per inſtrumentum coram iudice ſeculari.*
5 *Clericatus poteſt probari non ſolum per inſtrumentum, ſed etiam per teſtes.*
6 *Conuerſus aliquis ſi ſe confiteatur laicum coram iudice laico, an ſibi noceat,ita quod non poſſit petere ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticum.vide alias tres quæſtiones de eodem.*
7 *Titulum quis probare debet,poſſeſſor,an actor.*

1 **Non ſic.** † No.1.ibi, ac pro tali. ad hoc vt præſumatur quis eſſe in aliquo ſtatu, nõ ſufficit quod talis in illo ſtatu publice ſe gerat,ſed ẽt vltra hoc requiritur,quod ab alijs cõiter ſic reputetur. 2 † Secundo no.ibi,repertus fuerit. quod aſſumptio habitus clericalis non tribuit poſſeſſionẽ clericatus, intantum quod ſtatim debeat remiſſio fieri de ipſo ad eccleſiaſticum,quod intellige,quando paulo ante capturam pro laico reputabatur quo ad ſe & alios. & ita intelligit tex.hic, ſecus ſi multo tempore ante, vt videtur velle Io.An. hic, & facit tex.ǝ.Tertio no.ibi,reſtituẽdus nõ eſt, tex.pro dicto Inno.in c.vt famæ.ǝ.eo.in gl.ſi laicus. quod pendente iſto proceſſu iudex laicus nõ debet talẽ relaxare a carcere, quia iſto iudicio pendente,an ſit clericus vel non, nihil eſt innouandum, vt in c.ſignificante.ǝ.de appe.ſm eum ibi.& ita tenet Lap. & Dom. ǝ.ſuper glo.Quarto no.ibi,propter præſumptionẽ.& ita alle. quod præſumptio transfert onus probãdi in illum,contra quem inſurgit.ſic ǝ. vt eccleſiaſtica bñficia.c.1.& l.ſiue poſſidetis. C. de probatio. 3 † Quinto no. & ita ẽt alleg.quod vna [a] præſumptio tollitur per aliam præſumptionẽ fortiorẽ,vt hic dicitur,& in l.ſcio.ff.de in inte. reſti. Vltimo no. quod quando litigatur ſuper aliquo articulo incidẽti, index debet

ADDITIO.

a Nic. Sup. Vna præſumptio.Adde c.tranſmiſſa.qui filij ſint leg.gl.in c.literas.de præſum.& gl.in c.pe. de cri.falſ.l.diuus.ff.de reſti.in integ.

Vin.God. Præſumptio una tollit aliam,Soc.in conſ.78.nu.96.& conſ.214.nu. 24. lib. 3. & quod præſumptioni ſtatur,vbi contrarium non probatur,idem conſ.61.nu.3.lib.3.& conſ.36.nu.13.lib.4.

debet supersedere in negotio principali, sic ʒ. de ordi. cog. cap. tuam. & ibi plene per Doct. In glo. in ver. clericali. in princi. & idem tenet Bal. in l. si qua per calumniã. C. de epi. & cle. dicens etiam quod interim iudex secularis debet supersedere, si allegat se clericum, & si coram eo literas clericatus ostendat, debebit statim remitti ad episcopum, de quo ʒ. In ea. glo. in fi. sed in contrarium facit l. si mater. C. de sta. defuncto. vbi vltima fama, & vltima tempora attenduntur, sed hic ideo istud est secundum Ioan. Mona. quia plura faciebant contra ipsum, quã pro ipso, vt pater ex tex. vnde a pluribus denominabitur, & secundum illa iudicabitur, vt no. j. tit. proxi. c. fin. secundum Io. And.

4 † In glo. in ver. fecerit. in prin. idem Io. Mon. & Archid. Sed an poterit fieri probatio per instrumentum clericatus coram iudice seculari. Bal. in d. l. si qua. quod sic ad instructionem ipsius iudicis, & ad inducendam scientiam, vt sic postea sit excommunicatus, si cum detineat. nec in tali ostensione est necesse aduersarium citari, cum non fiat in modum probationis, sed instructionis, arg. l. si quis inficiatus. ff. depositi. Aduerte tñ, quia eo casu, quo captus non reperitur in habitu clericali, vel repetitur in habitu de proximo assumpto, requiritur vera probatio tituli clericatus, vt hic in tex. & talis vera probatio non potest fieri coram laico, etiam per instrumentum, cum sit quid spirituale, vt ʒ. in princ. huius c. & ibi in vltimo notabili. & facit qđ no. in regula non licet. j. eod. & per Bal. & c. Hanc rationem & per hunc tex. tenuit in simili idem Bal. in l. j. in fi. de iud. quod exceptio excommunicationis non poterit probari etiam per instrumentum coram iudice seculari, cum sit quid spirituale, vt est dictum in c. decernimus. ʒ. eod. lib. An tamen ipse iudex laicus si constat sibi per instrumentum de clericatu, incidat in excommunicationem, dependet ex notatis per glo. & Docto. in c. si vero. ʒ. eod. In ead. glo. ibi, l. diuus. quod procedit in casu hic expresso, in quo ipse captus non est remittendus seu reddẽdus, eo tamen casu quo esset remittendus, poterit ipse remissus per se litigare coram iudice seculari, nõ tamen ex tali remissione facta in dicto casu erit liberatus a iudice seculari, apud quem detinebatur, sed agetur corã ecclesiastico, cui redditus est de proprietate, hoc est de titulo clericatus, cum sola possessio non sufficiat, vt debeat censeri clericus, sed probandus est titulus clericatus, vt 2. q. 5. in summa. secundum Ioan. Mona. & Lap. hic. Dixit Ioan. And. post Innoc. & Host. in c. fin. ʒ. de cle. non baptizato. & in d. cap. fin. ʒ. de eo qui furtiue. quod qui lon go tempore fuit in possessione sacerdotii, & maxime si episcopus suus cum vt sacerdotem admisit, non cogitur ostendere literas. ad quas teneretur, vt 2. quæstio. 5. legum. de quo j. † In ea. glo. in fi. tene menti singulariter glo. quod ordo seu clericatus

5

a potest probari non solũ per instrumẽta, sed etiã per testes. Et isto casu ad probandum clericatum non sufficerent literæ ipsæ productæ coram iudice ecclesiastico, in quibus nominat cum clericum, vt voluit Ioan. Andr. in regula non licet. j. eod. lib. & Pe. de Anch. hic, vnde talibus literis iudex laicus credere non debet, sed bene tenetur credere probationibus legitimè factis coram iudice ecclesiastico, & sententiæ iudicis ecclesiastici, qua pronunciat illum clericum, ʒ. de excep. cap. fin. eo. lib. secundum Bal. in l. si qua. & ita etiã tenet Fede. in suo cõsi. 229. quod incipit, Factum sic se habet. vbi refert de quodam laico condemnato per iudicem de crimine falsi, & bannito, & de inde talis sic bannitus obtulit se & sua cuidam ecclesiæ seculari, & demum vigore dicti banni fuit captus a iudice seculari, & coram illo sponte est confessus se fuisse bannitum, sed q̃ nunc erat processus dictæ ecclesiæ, ac etiam fuit confessus, quod tẽpore capturæ non erat in habitu conuersali, sed in habitu laicali. deinde rector illius ecclesiæ repetit illum conuersum, & factis probationibus coram vicario episcopi pronunciauit illum fuisse in habitu tempore capturæ, & iudex laicus visis dictis actis pronunciauit illum relaxandum. † Et ex his elicit ibi Fede. quatuor q. Et primo, an confessio illius conuersi corã iudice laico noceat sibi, vt non possit petere se relaxari. & concludit quod non, cum fit facta coram iudice competenti, vt no. in c. at si clerici. de iudic. & quia non potest suo priuilegio renunciare, vt in c. si diligenti. ʒ. de foro competen. vnde poterit eius prælatus cum inuitum repetere, & se laicum confitentem, vt est dictum ʒ. in princip. c. in a. glo. Imo licet probaretur, quod tempore capturæ fuisset in habitu laicali, tamen ex hoc non perderet suum priuilegium, licet detineri possit donec pẽdeat probationis articulus, vt ʒ. in fi. tex. Secunda q. an virtute actorum gestorum coram iudice ecclesiastico, & an iudex laicus debeat eum relaxare, & concludit quod dicta acta fidem faciant coram iudice seculari, si debitus ordo fuit seruatus, scilicet facta citatione de eo, cuius interest, vt ʒ. in princ. cap. & facta probatione de oblatione. Tertia q. an talia acta sufficiant si ne literis monitorijs & requisitionis ipsius iudicis ecclesiastici. & concludit quod sic, quia ea quo illa acta sunt gesta a iudice competenti, vnde fidem faciunt coram quocunque iudice, vt l. gesta. de re iudic. ad c. fin. & aliæ monitiones iudicis ecclesiastici non sunt necessariæ, nisi quando ipse iudex laicus esset negligens vel rebellis, vt ʒ. eod. tit. decernimus. & cap. fina. de iureiurando. Cautum esset, vt iudex laicus reciperet literas præceptiuas a iudice ecclesiastico, cum iussus iudicis habeat multum excusare, vt nota. in c. ad aures. ʒ. de tempo. ordi. Quarta q. est, an iudex secularis excusetur a pœna excommunicationis, si mandat illum relaxari, si absque eius culpa nõ relaxetur. & concludit quod sic, si fecit quicquid potuit cum custodibus carcerum, & cum alijs, secundum eum ibi, & Domi. hic dicentem etiam, quod si iudex ecclesiasticus remittit talem clericũ seu conuersum ignominiose, & cum verecundia cum tubis, vel aliter vt multi faciunt, poterit iudex secularis puniri ex tali remissione, quia inferens verecundiam videtur inferre magnam pœnam, vt de pe. dist. 1. quem pœnitet. ver. oportet enim, & facit quod no. in c. nuper. ʒ. eod. titu. Ex quibus etiam potest dici, quod incidat in excommunicationem, cum sans dicatur tunc inferre violentiam personalem taliter clericum remittẽdo impeditum, & non liberum, vt ibi no. secundum Domini. hic. In glo. in vet. præsumptionem. in fi. & vide hic per Archi. & Io. And. scil incumbat onus probandi titulum, an possessori, vel actori. & dic vt hic per eos inter alia concludentes, quod cum episcopus videt tenentem beneficium in possessione clericatus, quia nunc possessio non sufficit, poterit cogere illum facere fidem de clericatu, 2. q. 1. legum. de rescrip. cum adeo, de transac. ea literis. quod intelligunt esse verum, si possessio est de recenti, alias si fuisset antiquata possessio, tunc ex hoc præsumeretur clericus, & talis possessio reputaretur calumniosa, arg. ff. de ritu nup. in lib. &c. & quod no. in c. illud. de præsump. ille enim, qui contendit de beneficio, semper debet probare se clericum, vt d. c. cum adeo. d. c. ex literis. secus vbi du incon cusse tenuisset, secundum Ioan. Andr. hic. de quo plenius per gl. & Doct. in c. ordinarij. ʒ. de off. ord. eo. lib. Et ideo dicit Lap. hic, quod licet clericus remittatur ad ecclesiasticum, tamẽ erit ibi probãdum de proprietate & titulo clericali, cum sola possessio non sufficiat, vt ʒ. in glo. quod inducit hic Domi. in fi. ad no. per Rotam in decisio. 235. quæ incipit, Mortuo Titio. tenentem, quod si Titius decessit ab intestato sine cõsanguineis, & fiscus vult occupare eius bona, & episcopus dicit illum fuisse clericum, & sic succedit ecclesia, quod tunc non sufficiat probare possessionem clericatus, sed debet probari plene titulus clericatus, nec sufficiat summaria probatio, vt in l. 1. C. quorũ legatorum. & pro his facit tex. hic, vt ʒ. & quia cum ecclesiastica fundet intentionem suam super clericatu, & non sup possessione, non sufficit probatio solius clericatus, vt in c. fin. ʒ. de causa possessio. & cum hic.

7

6

ADDITIO.

a Cels. a. Sed etiam per testes. Adde Guid. Papæ in decisionibus Gratianopoli. deci. 151 & ibi late tetigi de hac q. an absolutione materiæ clerici captiui. Vin. God. Nota, quod ordinationes etiam a quibulcu que criminosis occultis fieri possunt, & valent, si habitum pro vero & legitimis prælatis. Mar. Soz. consi. 32. Ex his ver. & ex ipsa promissione. lib. 1.

CAP. XIII.

Statutum. Primo ponit constitutionis prorogationem. Secundo adijcit decretum, ibi, decernentes. No. 1. ibi, ad declarationẽ, quod dispositio c. constitutionem. ʒ. eod. titu. est declaratoria, capit. statuimus. ʒ. eodem, non ampliatiua. Secundo no. ibi, in suspensionis & c. quod iura de excommunicatione loquentia circa modum proferendi, locum non hab ẽ in sententijs suspensionis & interdicti, nisi hoc sit in specie expressum, de quo per glo. ʒ. eodem titu. præsenti. Quid autem sit in alijs sententijs quam sint sententiæ censuræ, an procedat iste tex. si proferantur contra participantes. concludit hic Io. And. quod non, quia contra illas sunt remedia appellationum, per quas suspenduntur, quę remedia desunt in sententijs censuræ, vt j. eod. tit. is cui. in fine. Vltimo nota. ibi, delegatus. quod iudices delegati possunt non solum excommunicare monitione præmissa participantes cum excommunicatis ab eis, sed etiam interdicere vel suspendere, etiam si hoc eis non sit specialiter commissum in rescripto, vt est tex. hic, secundum Archi. & vide quod est dictum in cap. statuimus. & in capit. fane. el a. de offic. delega.

Desertio

SVMMARIVM.

1 *Desertio appellationis surgens ex negligentia appellantis non validat quæ attentata sunt post appellationem.*
2 *Desertio appellationis fit, quando intra terminum iuris, vel hominis, quis non prosequitur appellationem.*
3 *Appellans licet non possit prosequi appellationem desertam, potest tamen prosequi nullitatem.*
4 *Appellatio an faciat conualescere sententiam nullam.*
5 *Absolutionem petens, an fateatur se esse excommunicatum.*
6 *Præsumitur pro denunciatione iudicis.*

CAP. XIIII.

Licet. Primo respondet obiectioni. Secundo ibi, excommunicatus, soluit q. †No. primo ibi, non ratificetur. quod desertio [a] appellationis surgens ex negligentia appellantis non habet validare attentata post appellationem legitimam. Et idem si desertio surgat ex renunciatione tacita vel expressa, vt in c. solicitudinem. ad fi. de appel. secundum Ioan. And. hic, & idem tenet Ro. in decisio. 130. quę incipit, Item si post. Et idem si ipsi appellationi renuncierit per contumaciam ipsius appellantis, cum & tūc possit appellatus vti beneficio appellationis. quod procedit hoc casu, & in causa excommunicationis, in qua hoc pmittitur fauore animæ & iuris publici, vbi etiam auditur quis allegans turpitudinem suam, alias autem nō posset appellans vti beneficio appellationis, cui renunciauit, & ita procedat quod no. Innoc. & Ioan. Andr. in c. ex parte. § de rescri. & in c. eum qui. § de dolo & contu. eod. lib. secundum Lap. & Domi. Quid autem sit in alijs causis, an per desertionem appellationis ratificentur attentata post appellationem legitimam. tex. hic facit quod sic, ex quo videtur hic esse speciale in sententia excommunicationis, ergo in alijs sententijs secus, & ita tenet Ro. in 1. deci. sed Lap. in sua alle. 1. circa fi. per multa iura tenet q processus omni casu remaneat nullus, & idem tenet Rota in d. decisio. 130. De qua articulo vide plene dicta in capit. non solum. in fi. princip. § de app. eod. lib. & j. in glo. in ver. conualescat. & in decisio. 425. quæ incipit, Item si decanus. circa h. In tex. ibi, nominatim vel specialiter. no. quod aliud est exprimere nominatim, aliud specialiter & expresse. †Secundo no. ibi, vel a iure. quod quo ad desertionem appellationis paria sunt, non prosequi ipsam appellationem intra terminum iuris, vel hominis, de quo in c. cum sit Romana. & c. personas. § de app. Tertio nota ibi, nedum in iudicialibus &c. quod licet excommunicatus denunciatus, sit vitandus non solum in iudicialib. & extraiudicialibus, ipse tamen pro excommunicato se gerere non tenetur, si in veritate non est excommunicatus, puta vt quia sententia est nulla, nec incurrit irregularitatem si celebrat. facit c. ad præsentiam. & quod ibi no. per Innocen. in c. dilectus. § de appel. & in c. solet. § eod. secundum Io. And. hic, imo tenet hic Lap. quòd licèt excommunicatus & denunciatus, de quo hic, debeat vitari, ea tamē quæ interim facit, vel de ipso facta fuerunt, valebunt, vt si eligat aliquem, vel si fuit electus ad aliquod beneficium, pendēte enim ex futuro euentu, secundum quod appellatio vel sententia nulla probata fuerit. Quarto nota ibi, quod postquam appellatio quantumcunque deserta, potest in iudicio deduci, & prosequi ad finem ostendēdi nullitatem gestorum post illam, de quo in cap. sæpe. § eod. †Vltimo no. quod licèt deserta appellatione non possit appellans prosequi appellationem, vt in clem. sicut, de appel. Potest tamen prosequi viam nullitatis sententiæ, & de ea docere nō solum ex causa, quia sententia sit lata post appellationem, sed etiam ex alia causa, coram quocunque iudice competenti, vt dicit hic Ioan. And. In glo. 2. in princip. idem Archid. & idem tenuit Ioan. And. in c. andius. super glo. antepen. de elec. secūdum Domi. notantem ex hac glo. quod constitutio disponens super vno de extremis communiter panficaris, extenditur ad aliud, quando est eadem ratio in vtroque. de qua in c. præsenti. in 1. glo. in fi. § eod. †In ead. glo. in fi. tene menti singulariter ex glo. quod licet appelletur a sententia nulla, & deseratur appellationi, ex hoc tamen non reconualescit sentētia nulla, nec excluditur a facultate agendi de nullitate sententiæ, etiam si non sit sententia censuræ, fallit in casu hic expresso in glos. & ita etiam intelligitur glo. quæ est 2. q. 1. statuis. quæ videt̄ huic contraria, vt videlicet procedat in casu hic expresso in glo. secundum Domi. & vide circa hoc per Ioan. And. in c. cum venissent. de eo qui mittitur in posses. & in d. ca. sæpe, & per Lap. in d. alleg. 1. & per Barto. Ange. & Imo. in l. si expressim. circa fi. ff. de appel. & per Ro. in d. decisio. 1. & per Bal. in l. tale pactū. §. qui prouocauit ff. de pac. cuius dicta refert hic Pet. de Anch. de quibus vide no. in c. fin. § de re iudi. eod. lib. Sèd an ipse appellans possit prosequi causam nullitatis sententiæ coram iudice a quo, sine præiudicio causæ appellationis. Lapus hic q sic, per hanc glo. & per ea quæ notat Fede. in suo consi. 2, 7. c. q incipit, Si a sententia. vbi videtur velle, quod ad instantiam appellan iudex a quo, inuito appellante a sententia, quæ est nulla, possit iterum pronunciare. C. quomodo & quando iudex. l. si vt proponis. vt refert Lap. hic, quod ideo est, quia iudex a quo potest reuocare grauamen, & in causa procedere inuito appellante, vt in c. si a iudice. § de appel. eod. lib. quod verum est, quando re integra id facere velit, cum appellantis non intersit, nec allegare potest iudicem a quo suspectū, vt no. in ca. interposita. § de appella. secundum Imo. & Do. In glo. in ver. conualescat. in fine. idem Archidia. & alij Docto. Quid autem si post appel. interpositam a sententia diffin. sit facta executio, an reconualescat, seu firmetur deserta appellatione. Io. Mona. hic, prout refert Ioan. And. j. in glo. antepenul. tenet quod non in ipsa executione indirecta, vt est si ipse victus excommunicetur, ex eo quia non paret sententiæ. Nam licèt talis excommunicatio fiat ad executionem iudicati, tamen non firmatur nec reconualescit, vt hic in tex. sed directa executio, quę fit per solutionem, vel per traditionem possessionis &c. de qua est iudicatum, & tunc cum deserta appellatione tollatur suspensio ipsius iudicati inducta per appellationem, manebit firma ipsa executio, licèt male facta fuerit, cum de nouo fieri debeat, si facta non esset, vel facta reuocaretur, vt § de re iudic. cum aliquibus, & quia firmato principali, idest sententia iudicata, firmatur accessorium, idest talis executio directa, vt in l. si ex causa. ff. de appella. & facit d. l. furti. hic allega. de hoc tamen vide qđ no. in d. c. non solum. & per do. Nico. in c. sæpe. § de appella. In glo. in ver. nunciari. in fi. constat etiam hic de neglecta appellatione, vt patet in tex. & dicit glo. fina. j. Et pro hac parte facit bonus tex. in c. pastoralis. in §. verum. § de appel. quia per denūciationem quis non ligatur, & denunciatio potest esse iniusta, vt hic in tex. & ibi. Sed licet hic constaret de sententia, non tamen constabat quod esset valida necessario, vt hic patet, & iō Archid. in d. c. pia. sequitur opi. Hostien. vt hic refert Ioan. An. & eam sequitur Imo. hic, pro qua facit tex. hic, & quia credendum est suo ordinario de denunciatione, nisi aliud appareat, 11. q. 3. curæ. secundum Io. An. qui ita residet. & licèt ita etiam tenuerit Archi. 11. q. 3. nemo contemnat. Rota tamen in decisio. 252. quę incip. Item licet sit, videtur velle, quòd hoc procedat, quando opponitur excommunicatio in vim dilatorię, secus si in vim peremptoriæ, cum tunc maior probatio requiratur, & hæc distinctio est satis æqua secundum Imo. in d. cap. pia. licèt Rota in decisio. 400. quæ incipit, Item si quis petat, teneat indistincte quod nec in vim dilatoriæ, nec in vim peremptoriæ p denunciationem probetur excommunicatio, & ita dicit in curia seruari. Et ideo de hoc articulo vide plene per Docto. in d. c. pia. super glo. in ver. nomen. Et aduerte primo, quid si opponitur exceptio excommunicationis, & ille replicat quòd fuit absolutus, an per hoc sit probata excommunicatio, si absolutio non probetur, vide per Barto. in l. decem. ff. de verb. oblig. Secundo aduerte, an ad probandum quem excommunicatū sufficiat probare quod petijt absolutionem, de quo no. in cap. venerabilem. § de electio. in ver. fuit. & per domi. Flor. in repet. c. perpendimus. § eod. ad fi. vbi videtur tenere quòd nō, adducit ad hoc tex. in ca. exhibita. § de homicidio. vbi singulariter probatur, quod petens veniam super delicto non propter hoc fatetur illud commisisse, quod nota. In glo. in ver. legitimam. in fi. hoc procedit in appellatione interposita ante diffinitiuam, vel post sententiam diffinitiuam. non autem in appellatione ab ipsa sententia diffinitiua, si post ipsam appellationem. ex eo quia ipse condemnatus non paret sententiæ, fuerit excommunicatus, quia tūc cum talis excommunicatio veniat reuocanda per viam attentati, & nullitatis, etiam non iustificata iustitia appellationis, dummodo appareat appellatū debito modo & tempore per dictum c. non solum, etiam isto casu quādo agitur, vt ipsa excommunicatio declaretur nulla, sufficiet hoc probare, scilicet quod fuit appellatū debito modo & tempore, quo probato apparet ipsam excommunicationem postea latam non tenuisse, & per consequens poterit sic declarari nulla, quod procedit, nisi ex aduerso probetur causam

ADDITIO.

a Vin. God. Desertio appellationis fit eodem modo, quo appellationis, Alexan. consi. 51. lib. 1. & insi. per desertio excusatur paupertate, Cassiod. in titu. de appel. decisio. 6.

sam fuisse, In qua non potuit appellari, vel ante excommunicationem fuisse renunciatum appellationi, vel aliquid tale, vt s. de appellationi. c. Romana. §. si vero. & §. si autem talis. sequeretur quod per acta antiqua, vel per nouas probationes oporteret probare iniquitatem sententiæ, quod esset graue, secundum Ioan. And. de quo in d. c. non solum. In glo. finx. in princi. sed antequam ipsam litem inducat, bene repellitur. & si posset intelligi c. per tuas. s. eod. tit. vt dixit Innoc. in c. quia periculosum. in fi. s. eod. secundum Ioan. And. de quo plenius no. in d. c. solet. †In ead. glo. in fi. idem Archi. qui etiam dicebat, quòd præsumitur pro denunciatione iudicis, vt s. de renunciatione. in præsentia. licèt per illam quis amplius non ligetur, vt d. cap. pastoralis. in fi. secundum Ioan. And. & intellige, vt dicit gl. in eo qui neglexit prosequi appellationem, secus si non potuit impeditus, vel suberat iusta causa, quare non potuisset prosequi, vel non tenebatur, & tunc cum appellatio non sit deserta, non fiet denunciatio, & per consequens non euitabitur, cum tex. hic locum non habeat, ex quo loquitur in eo, qui potuit prosequi & non fecit, vt in d. clem. sicut appellationem. secundum ipsum Ioan. And. inducentem istam deci. ad vltimam q. Ioan. de Deo, lib. 4. scilicet de Seio minore 15. annis, qui publice matrimonium contraxit, & cōsummauit, deinde Titius ab eo illam vxorem euicit, & Seius a sententia appellauit, & nō fuit appellationem prosecutus. modo postea Titius accusat Seium de adulterio coram iudice seculari, quæritur quid iuris. & reiecta exceptione minoris ætatis, cum in causa matrimoniali minor 25. annis agat & defendat vt maior olim & hodie, vt in ca. ex parte. s. de restitu. spolia. & in c. fin. s. de iudi. eod. lib. pro ipso Titio facit res iudicata, cui acquieuit Seius appellans non prosequendo, vt s. de appel. cum sit. & c. sępe. Sed pro Seio facit tex. hic. Nam ipse defendit se propter nullitatem sententiæ, in qua decepta fuit ecclesia per falsas probationes. Constitio autem, quod fuerit lata contra matrimonium, non transit in rem iudicatam, s. de re iudic. lator. & c. consanguinei. nec conualescit per negligentiam non prosequentis vt hic. vnde hoc probato ad sui defensionem apparebit illum non adulterum, & ita concludit, dicens etiā, quod ecclesiasticus iudex de hoc cognoscet, & mandabit iudici seculari, vt interim supersedeat accusationi, de ordi. cog. tuam. vt refert Ioan. Andr. qui tamen per hanc deci. putat, quod Seius separabitur a coniuge, donec sit cognitum de causa, vt sic per sententiam & negligentiam propriam appellantis Seius priuetur possessione coniugis, sicut hic propter illa duo priuatur possessione cōionis. & hoc ipse iudex ex officio faciet, nec alias eum audiet. facit c. a. & 3. s. de matrimonio contracto, sicut & hic ex officio procedit ad hanc denunciationem in pœnam negligentis, & propter periculum communionis, vt in d. c. pia. Nec ob. c. laudabilem. s. vt lite pendente. quia illa duo, de quibus hic, non concurrebant secundum Ioan. Andr. Pro quibus facit quod singu. no. Innoc. & alij Docto. in rub. s. de spon. duorum. & ibi vide de his.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum nomine veniunt tam constituti in sacris, quam alij minorum ordinum quantum ad tex. huius c.*
2 *Clerici pro suis excessibus possunt capi, & detineri per iudices laicos mandante episcopo.*
3 *Clericus an possit capi, & incarcerari pro debito ciuili.*
4 *Clericus pro crimine tenetur satisdare de iuri stando, non de parendo voluntati capientis.*
5 *Clericus capi potest non solum pro delicto enormi, sed etiam pro leuiori.*
6 *Clericum quocunque modo percutiens incurrit sententiam excommunicationis.*
7 *Satisdatio comprehendit dationem pignorum, vel fideiussorum.*

CAP. XIIII.

SI clericos. Habet duas partes. Primo soluit dubium, quod dupliciter fortificat ibi, & per laicos. ibi, licet. & causam reddit ibi, cum in his. In secunda parte ibi, eadem, ponit regulam, a qua duos casus excipit ibi, nisi. †Nota. 1. ibi, clericos. quod ex quo tex. hic generaliter loquatur, locum habet, siue clerici sint constituti in sacris, siue non, facit c. cum episcopus. s. de officio ordi. eod. lib. & 27. q. 1. si custos. licèt in modo detinendi inter eos sit differentia, vt 45. dist. cum beatus. secundum Ioā. Andr. †Secundo no. ibi, excessus. quod clerici pro excessibus possunt detineri, & capi per laicos ad mandatum iudicis ecclesiastici, quod procedit secundum Ioan. Andr. quando excessus essent graues, secus si leues, vt habetur 35. dist. c. 1. & vltimo. & s. de vi. & honesta. cleri. a crapula. & de accusatione, cum dilecti. & ff. de accusationibus. leuia. Sed certe etiam pro leuibus poterunt capi, & detineri, licèt sint relaxandi dans fideiussoribus, vt j. in tex. & no. per Spec. in tit. de accusa. §. 1. ver. sed pone. & ad hoc bene facit l. leuia. †Item nota a contrario sensu, quod clericus [a] pro debito ciuili capi & incarcerari non potest, ex quo hic permittitur solum pro excessibus. facit c. 2. s. de pignorib. quod procedit, etiam si ad id se obligasset, s. de iureiuran. ex rescripto. circa quod dic, vt ibi no. secundum Ioan. Andr. Et hoc idem videtur tenere Lap in sua allega. 116. Pro quo facit, quia clericus, qui [b] dicitur miles cęlestis militię, vt in c. a. s. de pęnis. eod. lib. habet hoc priuilegium, vt non teneatur nisi inquantum facere potest, secundum glo. no. in l. miles. ff. de re iudic. ergo carcerari non debet, quod procederet, nisi tale debitum ciuile descendat ex crimine seu ex dolo, quia tunc pro eo capi posset, vt in c. grauis. s. de deposito. secundum Domi. hic, de quo per domi. Anto. & per Docto. in d. c. 2. & per Bald. in l. 1. ff. de in ius vocan. & in l. etiam. C. de execu. rei iudi. & in authen. causa quæ fit, circa medium. C. de episco. & cler. & per Imo. in l. si vero. § de viro. ff. sol. ma. in 13. col. & ibi notabiliter. Laicus verò pro debito ciuili ita demū pōt capi de iure cōi facta excussione bonorū, sm gl. in rub. ff. de excus. bon. & in l. 3. §. tutores qui. ff. de suspectis tuto. Sed p statutū pōt prouideri, vt statim possit capi, vt in l. 1. C. qui bonis cedere pōt. & ibi per Bal. & p Docto. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. Tertio no. ibi, temeritas vel iniuria. quod excommunicatio incurritur ex iniectione manus in clericum, siue manus sit iniuriosa, siue temeraria, de quo in c. nuper. s. eod. †Quarto no. ibi, de stando iuri, quod clericus captus pro crimine tenetur satisdare de stando iuri, non autem de parendo voluntati, vel arbitrio facientis capi, nec tenetur renunciare appellationi. facit s. de appella. ad hæc quoniam. & ff. qui satisda. cog. l. fi. quod facit contra quosdam prælatos contrarium facientes, secundum Ioan. And hic, quia incurrūt excommunicationem, si eos inuitos sic detinerent, vt hic in tex. Quinto no. ibi, detinere non debes, quod etiam vbi clericus de iure posset carcerari, & detineri, si det fideiussorem de parendo iuri, non erit detinēdus sed relaxandus, nisi in duobus casibus hic expressis, & pro hoc determinatur qđ no. Spec. in d. §. 1. ver. sed pone. cuius dicta refert Lap. hic, & vide plene per Bar. in l. 2. ff. de custo. reorum. & quod no. in cap. quamuis. de pęnis. s. eod. lib. & in cap. inquisitionis. s. de hæreticis. & per Cyn. in l. ad commentariensem. C. de custo. reo. dicentem quod si captus pro delicto, ex quo venit imponenda pęna corporalis, det fideiussorem, & postea aufugiat ipse principalis, quod fideiussor eadem poena non punietur. Pro quo est glo. sing. 23. q. 5. cum homo. †Vltimo no. in fi. iuncto tex. s. qđ non solum pro delicto enormi, sed etiam pro non enormi potest clericus capi & detineri, licet in modo relaxandi sit differētia, vt hic patet. Et dicitur delictum enorme, si esset falsarius literarum Papæ, vel præsentator scienter talium literarum, s. de crimine falsi. ad falsariorum. vel si dicatur qđ episcopum suum occidit, 2. q. 5. super. vel de hæresi. vt in d. c. inquisitionis. vel simile, secundum Ioan. Andr. de quibus vide etiam per Docto. in c. cum non ab homine. s. de iud. In glo. 2. in fi. idem Archid. quod procedit in habente iurisdictionem puniendi crimina, vt patet j. in 3. glo. & facit d. c. quamuis. & in clemen. 1. ad fi. de cele. mis. secundum Ioan. Andr. & per Archi. 19. dist. in memoriam. tenentem quod ordinarius possit capere ad mandatum delegati Papę. puta si coram eo præsentatum fuisset rescriptū falsum, arg. c. 1. s. de offi. dele. secundum Domi. hic. In gl. in ver. postea. in princ. & dicit hic Ioan. Andr. quod illa dicitur debita pęna, quæ est statuta in iure, nisi dispensetur per eum, qui possit, alias si non esset statuta, imponetur poena extraordinaria, s. de offi. deleg. de causis. & in clem. 1. in fi. de testa. & in c. licet. s. de pęnis. In glo. in ver. innodari. ibi, iustitiæ vel disciplinæ, vt in c. fin. s. de regu. secundum Ioan. And. †In glo. in ver. excedatur. in fi. no. ex glo. quod non solum inijciens manus in clericum, sed etiam pedes, est excōmunicatus, imo quomodocunque percutiat, vt dicit glo. hic, idem si expueret, vel aquam infunderet, vel vestimenta rumpat, vt no. per Inno. & Ioan. And. in d. c.

ADDITIONES.

a Nico. Sup. Clericus pro debito. Adde, an talis possit capi sine excommunicatione, vide per Abb. in c. lator de pig.
Vinc. God. Nota, quod clerici, licet notorie delinquant in habitu seculari, priuilegium fori non amittunt. Ruyn. consi. 7. nu. 6. lib. 5. Clericus autem suspectus de fuga capi potest propria auctoritate, Ruyn. consi. 4. nu. 12. lib. 5. & ibi nu. 13. quod possit capi a laico etiam priuato.
b Nic. Sup. Qui dicitur miles cęlestis. Adde Io. And. in c. 1. de cleri. ægro. idem Io. And. in c. degradatio. de pęnis. supra eo. lib.

in d.c.nuper.cuius dicta refert hic Pet. de Ancha.colligens ex his, quando dicatur iniuria inferri in perſonam, & quando nõ, vt hic per eum.& per Barto. in l.licitatio.§.quod illicite. ff. de publicanis.& per Docto.in d.c.nuper.In glo.in ver. fideiuſſorem.ibi, quam in perſonam agere, vt Inſti.de obli.quæ ex delicto.§.furti.& ff.de reg.iur.l.plus cautionis.ſecundum Io. And. 7 & idem Archi.hic.† In ead.glo.in fi.vide in l.1.ff.qui ſatiſd.cog. In glo.fin.in fi.facit ẽ.de confeſ.c.1.& de hæreti.accuſatus.§.licet.eod.lib.ſecundum Ioan. And., Et idem ſi eſſet ſuſpectus de fuga, cum cautio non ſit admittenda, quãdu fragilis eſt, vt no. in c.literas.& c.ex tranſmiſſa.ẽ.de reſti.ſpo.& per Ioan.Cal. in conſi.21.de regularibus, vt refert hic Domi.notans ex hac glo. primo, quod licèt confeſſio ſocij non probet delictum, vt patet in iuribus hic alle.tamen ad dictum ſocij poterunt alij maleſactores capi.facit glo.in l.fin.C.de accu. Secundo pro delicto poteſt quis capi, etiam antequam cõſtet de delicto. de quo articulo an clericus poſſit capi, antequam conſtet de delicto, hic per Archi.& 18.q 2.abbates.& 45.diſt.ſuper glo.ſummæ.& hic per Ioan.And.& Dom.concludentem quod ſi clericus eſt incorrigibilis, & de hoc conſtat, & poteſt capi etiam per laicum de mandato iudicis eccleſiaſtici, qui crimen punire põt, vt in d.c.vt famæ.& ẽ. in glo. Si verò eſt corrigibilis, & de hoc apparet, vt quia volebat ſuperiori obedire, & capi non debet, cum violentia eidem etiam notorio crimino ſo tunc inferri non debeat, vt d.cap.vt famæ.& no.in d. cap. cum non ab homine.ſecundum Archid.hic. Si vero eſt dubium, an ſit corrigibilis vel non, tunc ſi iudici conſtat plene de delicto, poteſt capi per laicum de mandato ipſius iudicis, vt eſt tex.hic ſecundũ intellectum Archi. Ad idem ẽ.de pœnis.c.ſuper his.& c.tuæ. & quod ibi no.& 20.q.2.c.1.& in c.grauis.& d.c.vt famæ.& ca. cũ non ab homine.& per Lap.in d.alleg. 116. poterit etiam familia poteſtatis capere clericum in rixa, vel in adulterio deprehenſum, vt epiſcopo præſentet, ſecundum Barto.in l.ſi quis in ſeruitute.ff.de fur.& Bald.l.ſi qua per calumniam.C. de epiſc. & cler.& Pet.de Aneb.hic, dicentem tamen quod tunc debet honeſte duci, & non turpiter, vt hic in glo.& habetur in d. ca. vt famæ.& eſt dictum in c.ſi iudex.§.fin.ẽ. eod. quod tu intellige, vt dictum fuit in d.c.vt iudex.in princip. Si verò iudici non conſtet de delicto clerici per præſumptiones, vel probationes, & tunc capi non poteſt, ſecundum Archid.per tex.hic in verſ. commiſſas.a contrario ſenſu.& ita procedat eius dictum, & dictum Ioan.And.hic ſecundum Domini.intellige, niſi conſtet de delicto, quia tunc licèt ignoretur perſona, tamen pro veritate habenda & delicto puniendo poterit clericus capi, caueant tamen prælati, ne ad hoc ſint faciles, ſecundum Ioan.And. vt refert Bal. hic. Si verò de ipſo delicto conſtet ſaltem præſumptiue, & tunc poterit capi, & incarcerari ſine pœna excommunicationis, vt in d.ca.grauis.vbi gl.hoc videtur velle, & hic, facit d.ca.inquiſitionis.§.1.& de crimine fal.ſuper eo. & in cle. 1.§.1. de hereticis. Et prædicta in captura & carceratione, quæ ſit pro delictis ad cuſtodiam. Si verò captura & carceratio ſit perpetua, & loco pœnæ, tunc fieri non poterit, niſi plene liqueat de delicto, & lata ſententia, vt in d. capit. quamuis. & ita procedat 27.q.1.ſi homo. & cap.ſi cuſtos.& 20.quæſt.1. ca.1. ſecundum Domi.hic.

S V M M A R I V M.

1 *Clerus non venit appellatione populi.*
2 *Eccleſia interdicta, an videantur interdicti clerici.*

C A P. XV.

SI ſententia. Habet tres partes. Primo ſoluit dubium, & excipit ibi, niſi.& ſolutionem declarat ibi, vnde. Secundo ibi, cęterum, ſoluit ſecundam interſerens duas limitationes ibi, qui culpabiles. & ibi, dummodo. Tertiu ibi, cum vero, ſoluit 1 tertium dubium rationem interſerens, ibi, ne ſententia. † No.1. 2 & ita allegatur, quod appellatione populi [a] non venit clerus, nec econtra.facit c.licet.ẽ.d priuileg. eod. lib.& quod nota. in clemen.in pleriſque. de elec. & hoc procedit tam in ſententia interdicti, quam in qualibet alia ſententia vel diſpoſitione, dummodo materia ſit adaptabilis, cum eadem ſit ratio, ſecundum Ioã. And.dicentem etiam, quod licet appellatione [b] cleri, vel expreſſo clero non veniat populus, ſi tamen diſtrictualibus alicuius domini vel prouincialibus, puta Anglicis daret aliquod priuilegium, & tunc bene comprehenderentur clerici, & tali immunitate vel priuilegio gaudebunt, vt no.in c. fin. §.j.ſuper ver.diſtrictu.ẽ.de offic.deleg.& in c.dilecti, ſuper verbo, Anglicis.ẽ.de foro competen. Et ibi per Ioan.And.& in ca. accedens.2.vt li.non conteſt.& per Oldr.in q.27. quod no. per glo.& Docto.in cap.fin.ẽ.de ſta.mona.& per Lap. in ſua alleg. 2 c.† In glo.2.in princip.ſed quid econtra, an interdicta [c] eccleſia, videantur interdicti clerici.& dic quod non, ſi non ſunt culpabiles, vt j.§.proxi. licèt aliud ſit in priuilegio exemptionis exẽpta eccleſia, vt in c.per exemptionem.hic alleg. quod non ob. per no.in regula, in pœnis.j.eod.lib. ſecundum Ioan. Andr. In ead.glo.in fi.tamen conſulendum eſſet, vt alij clerici durante tali interdicto abſtineant a publica celebratione, ne pro hoc vilipendatur interdictum, contra c. proxi. & voluit Ioan. Cal. in ſuo trac.de eccleſiaſtico interdicto, in ſecũdo membro, ver. ſed circa hoc. Sed clerici eccleſiæ interdictæ ibi celebrare non poſſunt, cum ſint interdicti, ſiue ſint clerici ſeculares, ſiue regulares, ſiue conuerſi ipſius eccleſię, dummodo ſint ad eccleſiam tranſlati, 12.q.1.duo ſunt.& 21.q.2.ſi quis iam tranſlatus. cũ iſti veniant appellatione clericorum eccleſię, vt no. per Ioan. Cal.in d.ſecundo membro.verſ.intellige autem. ſecundũ Do. Et an appellatione clericorum veniant canonici. dic quod ſic, vt eſt tex.in c.cum tibi.ẽ.de verbo.ſignifi. In glo.in ver. matrimonio.in fi.no.ex glo.ſecundum Domi.quod nomen generale qualificatum reſpectu vnius profeſſionis non includit aliud genus diuerſæ profeſſionis etiam eiuſdem ſexus, de quo nota. per Pau.in clem.eos.de conſan.& affi.& per Docto.in capitu. ſedes.hic allega.

A D D I T I O N E S.

a Nico.Sup Appellatione populi. Adde Card.Alexan. in capit. de his. in princip.12.diſtinc.

b Nico.Super an Appellatione cleri. Adde Benedictum Capram in clem.vni. de reli.& vene.ſanctorum.
Vinc. God. Adde, quod licet appellatione populi non veniant clerici, Clerici tamen non ſunt immunes a gabellis, & huiuſmodi oneribus pro rebus quas habent negociationis gratia, ſecus ſi eas habent vſus ſui cauſa, Ruyn. conſ. 112.nu.6.lib.5.

c Nico.Sup Interdicta eccleſia. Adde, an interdicto officio, ſit interdictum beneficium.vide no.in cap.fina.de reſcrip lib.6. Card.Zaba.in cap.paſtoralis.in §. verum.in 6.r.o.de ap.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuitas poteſt interdici non ſolum propter delictum domini, ſed etiam propter delictum rectoris.*
2 *Et an intelligantur interdicti ciues non culpabiles.*
Adde ad idem.nu.3.
4 *Interdictum ciuitatis, vel loci, an differat ab interdicto collegij, vel vniuerſitatis.*
5 *Interdicta terra Domini, an videatur interdicta terra, quæ ei data eſt in dotem, vide vſque ad finem de terris interdictis.*

Cęterum. In tex.ibi, domini vel rectoris.no.differentiam inter hæc, dñs enim eſt perpetuus proprietarius, rector verò vt plurimum temporalis, & quaſi vicarius, ſecundum Ioan.Andr.& facit quod no.24.q.3.§.ſed quia.& 1 ff.quod me.cau.iſti quidem.ſecundum Domi.† No.1.quod nõ [a] 2 ſolum propter delictum domini poteſt tota ciuitas interdici, vt in c.non eſt.ẽ.de ſpon.ſed etiam propter delictum rectoris. facit c.ſane.el 2.de offic.deleg. quod facit ſecundum Archi. vt propter contumaciam epiſcopi poſſit eius ciuitas interdici, ꝑ quo j.eod. c. fin.§.illis.& ẽ.de priui. quod nonnullis. de quo in d.c.ſane. Secundo no.ibi, puniendum, quod propter delictum domini vel rectoris puniendum, eius ciues & ſubditi interdi-2 ci & puniri poſſunt.† Vltimo no.quod interdictis ciuibus propter delictum domini vel rectoris, intelliguntur interdicti nõ ſolum ciues culpabiles, ſed etiam non culpabiles, imo etiam & abſentes etiam ex iuſta cauſa tũc includuntur ſecundũ Archid.per no.31.q.3.quod ſi dormierit.pro quo etiam tex.hic, ex quo probatur quod tunc etiam innocentes includuntur. Sed in contrarium facit ẽ.de conſti.c.2.eod.lib. ſecundum Archid. ſed dic, quod non ob. quia ibi loquitur de ſententia ſtatuti puniente futuras culpas in delinquentibus tantum, quæ non ligat ignorantes vel abſentes extra diœceſim delinquentes, vt ibi, ſed hic loquitur in ſententia interdicti puniente culpam præteritam in delinquentes, vel alios innoxios, vnde ligant expreſſos etiam generaliter, vt ſi puniat ciues propter dominum vt hic, & quia loquitur de ſententia interdicti, qua puniri poſ-3 ſunt innocentes, vt ẽ.ſecundum Ioan.And. & Domi. † In glo. in ver.domini. in fi. vult gloſ.quod interdicta ciuitate propter delictum ciuium, intelligantur tũc omnes ciues interdicti, ex quo tũc oẽs ſunt culpabiles, & verum eſt hoc, ſi omnes fuerint culpa-

A D D I T I O.

a Nic.Sup.Non ſolum propter delictum domini. Adde Dom.in c.quæſiuit.de his quæ ſi.a ma.parte ca.Do.in c.ſane.el 2.de offi.deleg.

culpabiles, vt quia omnes fuerunt præsentes, & nullus contra dicit, alias vero si aliqui cõtradixissent, vel erant absentes, tũc dicendum est prout dicit Ioan. And. in illa q. qua quęrit, si propter delictum consiliariorum regẽtium ciuitatem, vel propter delictum vniuersitatis est latum generaliter interdictum in cõsiliarios, vel in vniuersitatem, an sint interdicti consiliarij, qui tunc erant absentes, vel illi de vniuersitate, qui non contradixerunt. in qua q. 1. arguit, quod sic per iura dicẽtia factum a maiori parte corporis a toto corpore factum videri. Sed in contrarium alleg. quia decretales, statuta, & bãna non ligant probabiliter ignorantes, vt d. c. 2. & qui matrimonium accu. possunt. c. fi. & ff. de decretis ab ordi. l. fin. & quia absentes & ignorantes ex maleficio non obligantur, ff. de acti. & obli. l. ex maleficijs. §. 1. ergo multo minus contradicentes, s. de simonia. sicut. el 2. & propter has rationes, & alias multas videtur religiosos absentes vel contradicentes ligatos non esse tali sententia interdicti, etiam quo ad ecclesiam, licet præsentes & tacentes ligati sint. facit no. d. Inno. in c. 1. s. de his quæ fiunt a ma. parte. & quia hoc habet æquitatem, tenendum videtur etiam si ius expressum deficiat, vt s. de transac. c. fin. Sed certe ista determinatio est contra tex. hic, per quem apertè patet etiam non culpabiles propter delictum domini ligari generali interdicto ciuium, per quem tex. tenendum videtur primum dictum, licet certis casibus distinguantur culpabiles a non culpabilibus, vt per Ioan. Andr. s. in ver. culpabiles. secundum Ioan. And. hic, dicentem tamen quo ad Deum tales nullo modo teneri, s. eo. tit. c. a nobis. el 2. & de re iud. c. 1. in princ. eod. lib. & hoc idem tenuit Ioan. Cal. in d. secundo membro, ver. sed dubitatur de absentibus, secundum Domi. hic. Sed Bal. hic dicit hoc procedere in sententijs interdicti, alias aliud esset, per no. in l. j. §. j. ff. de magi. conueniendis. [4] †In glo. in ver. interdictu. ibi, & ciues. subaudi, & aliud est interdicere ius tantum, ex quo manifeste colligitur secundum Archid. aliud esse interdictum ciuitatis, vel loci ab interdicto vniuersitatis vel collegij, & dicit hoc probari in c. 1. s. de vsuris. eod. lib. & ibi per Ioan. An. super verbo, terræ. & facit c. quamquam. in fi. s. de censib. eod. lib. vnde interdicta vniuersitate, poterunt clerici ianuis apertis & pulsatis campanis alta voce celebrare, exclusis excommunicatis & interdictis. Sed interdicto loco celebrari non posset, nisi vt dicitur j. in c. fin. & facit quod no. s. eo. c. præsenti. secundum Ioan. And. de quo per Ioan. Cal. in d. secundo membro. in ver. circa hoc. vbi istud limitat, prout est dictum s. in glo. 2. secundum Domi. [5] †In glo. in ver. extra. in fi. Aduerte, quia Ioan. Andr. tangit hic aliqua dubia. Et primo, quid si interdicatur simpliciter terra alicuius domini, de qua intelligatur, an tunc videatur interdicta terra data illi in dotem, vel ei pignorata. de quo hic per Archi. & per Ioan. And. in c. j. s. de postu. præla. in glo. bona fuit, & ibi dicit esse attendenda verba interdicti, nam si verba denotantia dominium, puta suam terram interdicimus, vel per similia verba, de quibus in l. Quintus. ff. de au. & arg. leg. & tunc venit dotalis, ex quo notoriè habet in ea dominium, vt in l. doceancillam. C. de rei ven. sed non venit terra pignorata, quia cessat in ea dominium. Si verò per verba denotantia possessionem, puta interdicimus terram, quam talis possidet. tunc veniret pignorata, ex quo creditor dicatur possidere, vt l. sciendum. §. creditor. ff. qui satisda. cog. secundum Pe. de Anch. hic, secundum quem hoc idem tenuit Ioã. Cal. in d. secundo membro, in ver. quid si pertineat ad ipsam. & ver. seq. Secundo tangit hic Ioan. Andr. an videatur interdicta terra, in qua quis haberet vsumfructum. & dicit quod sic, vt in l. 4. ff. de vsufru. vbi de hoc. Tertio tangit, quid de terra, in qua quis haberet nudam proprietatem. & dicit idem, vt Insti. de hær. insti. §. 1. 2. & 3. ff. de reli. l. 2. §. 1. Sed Ioan. Cal. in d. 2. membro, ver. quid si interdicitur. dicit, quod licet istud sit verum, tamen posset sustineri contrarium, quia si interdicitur terra, in qua quis habet vsumfru. non includitur illa, in qua quis habet proprietatem, & alius vsumfruc. & hoc sine dubio procedit, quando ita exprimeretur, nec hoc dictum contrariat dicto Ioan. And. loquentis, quãdo in dicto loco simpliciter interdicit terra alicuius, quo casu venit illa, in qua quis hẽt vsumfru. & alius proprietatem, & eã, eum dicendo terram talis domini vtrique adaptetur, secundum Domi. Quarto tangit Ioan. Andr. de terra communi, an videatur interdicta. & in hoc dicendum est, quod si dominus, cuius terra interdicitur, habet terram in consortio diuisam prouincijs partem in vna, & partem in alia, & tũc si pro diuiso, & omnes illæ partes erũt interdictæ, secus si pro indiuiso, cum alio, & hoc ne innocens puniatur, s. de sepul. c. sacris. & quod ibi no. & ff. de ritu nup. illud. & l. Quintus. ff. de au. & arg. leg. & s. de concess. præben. c. j. secundum Ioan. And. & idem tenuit Io. Cal. in d. secundo mẽbro, ver. quid si is. & Lap. hic, adducens ca. dudum. circa fi. s. de præben. eod. lib. Et inducit prædicta, quod si aliquis habet terram communem cum aliquo damnato cum participibus suis defendendo propter partem suam totam terram, non dicatur ex hoc fautor damnari, secundum Domini. & vide ad prędicta glo. no. in c. j. s. de iure patro. lib. 6. Quinto tangit Ioan. Andr. de terra perdita, vel alienata post interdictum, an propter hoc tollatur interdictum. & dicit quod non, vt hic per eum, & per Io. Cal. in d. secundo membro, vers. quid si quis. dicentem hoc iõ esse, quia est quid reale, & transit cum re, s. de pigno. ex literis, nec alienatio est modus tollendi interdictum, sed relaxatio, vt in c. ad hoc quoniam. s. de appel. Sexto tangit Ioan. And. de terra acquisita post interdictum, & dicit quod nõ erit interdicta, nisi verba sententiæ id exprimant, facit quod no. in c. fina. s. de rescrip. & in c. cum capella. s. de priui. in glo. a. & in l. si ita. ff. de au. & arg. leg. licèt alias dicatur, quod statuta ciuitatis habeant locum etiam in locis subiectis, quantumcunque de nouo acquisitis, vt in l. etiam. & ibi Cyn. & Bald. C. de iure dotium, per Barto. in l. si conuenit. §. scienda. ff. de pigno. actione. de quo j. §. proximo.

SVMMARIVM.

1. *Populus potest interdici.*
2. *Populi appellatione vel vniuersitatis, veniunt singulares personæ.*
3. *Sententia vel alia dispositio vbicunque esset inutilis, intelligendo verba vt iacent, an debeant tunc impropriari.*
4. *Interdictum inhabilitat personas interdictas in auditione diuinorum.*
5. *Interdictum si sit latum in populum, etiam innocens in populo ligabitur.*
6. *Interdicto ligatus, si se transferat ad alium locum primo dimisso, an desinat esse interdictus.*

[1] [a] Cum verò. †No. c. populum [a] posse interdici. & vide per Ioan. And. in c. fundamenta. in §. ne autem. super verbo, populo. s. de elec. eod. lib. quid sit populus, & vnde dicatur, & an facto interdicto de populo censeantur singulæ personæ ipsius populi interdictæ, et dicit tex. hic, quod procedit, cuiuscunque conditionis existant, siue sint nobiles, Comites, Marchiones, & huiusmodi, & in quocunque loco habitent, dummodo sint de ipso popolo, vt in l. relegatorum. §. solet. ff. de interdictis & relegans. & l. est verum, a contrario sensu. C. de incolis. lib. 10. & facit gl. 3. s. Et idem si tales, vel alij essent exempti per priuilegiũ ab omnibus oneribus, propter hoc enim non sequitur, quòd non sint de populo vel vniuersitate, vnde saluis priuilegijs ligantur pęnis, quibus alij de populo ligantur, vt d. c. cum capella. & de priuileg. eod. lib. c. 1. secundum Pe. de Ancha. dicentem secus esse, si non sint de ipso populo interdicto, & cum eo nihil participant, licèt habitent in ciuitate ipsius populi, vt colligitur hic in tex. a contrario sen[a] su, & vide quod no. in c. proximo. †Secundò no. ibi, singulares [b] quod appellatione [b] populi vel vniuersitatis veniunt singulares personę ipsius populi, non vniuersitas, quando profertur in materia, quæ non est proportionabilis vniuersitati, vt vniuersitati, sed vt singulis, quod facit, vt sub nomine capituli generaliter posito in tali materia veniant singulares personę ipsius capituli, secũdum Archi. ex quo infertur, quod interdicto capitulo, singulares personæ ipsius capituli erunt interdictæ, [3] secundum Ioan. Andr. †Tertio no. ibi, effectu careat, tene menti singulariter, quod vbicunque sentẽtia vel alia dispositio esset inutilis, intelligendo verba vt iacent, debeant tunc impropriari & extẽdi, & ita intelligi, vt ipsa dispositio teneat, & operetur effectum, quantumcũque ipsa dispositio sit odiosa & pęnalis, vt probat tex. no. hic, & facit quod no. in ca. pastoralis. s. de appella. & ibi per do. Nico. in prin. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiuran. Quarto no. ibi, alicubi. & ita allegatur, quod interdictis personis etiam per respectum ad certum locum, censentur interdictæ quocunque vadant, etiam extra illum locum, sicut dicitur de excommunicato, vt in c. j. s. de treuga & pace. & in c. ad reprimendam. s. de offic. ordi. & in c. pastora-

ADDITIONES.

a Vinc. God. Adde, quando populus contra ius commune possit statuere, Ruyn. consi. 23. nu. 14. lib. 2.

b Nic. Sup. Appellatione populi Adde, an veniant iudæi. vide glo. sing. in uerbo, quod nullus in c. ius Quiritum. 1. distin. quam alleg. pro sing. Barba. in tract. de præstantia Cardinalium, in 1. q. basilica. in 7. q. Barba. cons. 43. incip. Licet in medium, in 2. col. ver. si uero. in 4. uo.

Vin. God. Populum repræsentantes non possunt iuri tertio quæsito præiudicare etiam ex causa, nec requiritur maior pars, sed requiritur totus populus, Ruy. consi. 105. nu. 2. lib. 5.

gentia m si est delegatus, additur delegans. si est ordinarius, ad ditor eius superior, vt probatur in ca. prudentiam. §. sexta. ḹ. de offic. deleg. & in d. c. nuper. & in c. pastoralis. & c. ad reprimendam. ḹ. de offic. ordi. de quo in c. venerabilibus. ḹ. eod. tit. & lib. & per Io. Cal. in c. ab excommunicato. ḹ. de rescri. & per Pau. in clem. 1. de rebus ecclesiæ. a †Secundo no. ibi, ab alio absolutus. q propter legitimum impedimentum, & in casu necessitatis potest quis absolui ab alio, qui alias de iure absoluere non potuisset. facit gl. in d. c. pastoralis. quod procedit non solum si sit excommunicatus propter violentam manus iniectionem factam in clericum, vt dicit Inn. in c. quamuis. ḹ. eo. sed etiã ex quacunque alia cã a snia iuris vel hois, vt patet ex hoc tex. licet Inn. in d. c. quamuis. aliud voluerit, & non bene sm Ioan. And. & alios Doc. hic. Tertio no. ibi, pñtare. q tenent isti perso a naliter comparere quamcito commode possunt, & qñ dicantur commode posse, no. per gl. a tépe. in cle. si quis suadẽte. de pœnis. & sic facit iste tex. q ex quo isti tenent personaliter pñtare, q absolutio non possit peti per procuratorẽ, de quo hic per Archi. referentẽ Inn. in c. cũ desideres. in prin. ḹ. eo. & hoc côtter tenet in absolutione, q̃ fit in foro pœnitentiali, vt sic p procuratorem fieri non possit, nec requirat introductionem in ecclesia cum psalmo & oratione dominicali, 11. q. 3. cum aliquis. sm Do. de quo ẽt per Spe. in tit. de procu. §. 1. ver. item opponitur. ver. 21. & per Doc. in c. cum desideres. 3 †Quarto no. ibi, satis facturi. quod excommunicatus & absolutus debet satisfacere, & tenetur iuxta proprias facultates, vt in c. ea noscit. ḹ. eod. sm Archid. inferentem ex hoc, facultates ecclesiæ, quas habet ad vsum ad id non teneri, vs 16. q. 3. §. vlti. Pro quo facit cle. nolẽtes. §. 1. de hære. & ḹ. de ap. reprehensibilis. & no. Io. c. de multa. ḹ. de præben. in 4 gl. sm Ioã. And. Ex quo no. hic Do. q fructus ecclesiæ capi non possunt pro satisfactione delicti per clericũ commissi. de quo tñ vide in c. grauis. ḹ. de deposito. & in ca. 2. ḹ. de solu. Vltimo no. ibi, in eandem sniam reincidere, quia est eadem genere, & sic non minor, sed similis pristinæ excommunicationi. vo. sic vult iste tex. q sicut olim absolutus non parẽs absoluenti reducebatur per hominem in pristinam excõmunicationem, sic & hodie in his casibus reincidit ipso iure absque ministerio hominis. quia alias si ad hominis ministerium recurri deberet, esset necessaria causæ cognitio, & longus tractatus, q redundaret in aliorum dispendium, secundum Ioan. Mon. & Io. And. Et ex his determinat Rota in decisio. 399. quæ incipit, Item si pronuncietur. q licet si declaretur quis male absolutus a snia excommunicationis lata per hoiem, & petatur reduci in eandem sniam excommunicationis, debeat hæc reintrusio fieri cum causæ cognitione parte vocata, & canonica monitione præmissa, & iusta causa & probata, secundum Inn. in c. ab excommunicato. super verbo, obtentis. in fi. ḹ. de rescr. tamen secus est in sententia excommunicationis lata a iure, in quam reincidit quis ipso facto, vt hic in tex. & alia non sunt necessaria, vt ibi plene per Rotam. Sed aduerte, quia hoc dictũ procederet, qñ peteretur quem reduci in eandem sniam excõicationis latam ab hoie, ex eo quia sit male absolutus, puta ex falsa cã, vel quia non satisfecit, dummodo tñ sit absolutus per eum, qui debebat de iure absoluere, secus si rõne impedimenti quis fuerit absolutus ab eo, qui alias non poterat de iure absoluere, quo casu si cessante impedimento non repñtat se coram illo, qui debebat de iure absoluere, tunc reincidit ipso iure in eandem sniam excommunicationis, siue talis excõmunicatio fuerit lata a canone, siue ab hoie, vt est tex. hic in princi. vbi in hoc pari sicas excõmunicatio lata a canone & ab hoie, & isto casu ẽt in snia lata ab hoie, alias cognitio nõ esset necessaria, vt patet ex tex. cogita tñ, an in casu illius decre. sit necessaria snia declaratoria, per no. in c. cum secundum. ḹ. de hæreticis. & in tali snia requiratur citatio partis. & vr q sic, non tamẽ alia monitio, ex quo ipso iure reincidit. In gl. 2. ibi, §. prælatis. in fi. isti duo casus sunt hodie sublati per cle. quoniam. de immu. eccle. In ea. gl. ibi, non computantur. sicut etiam inter hos triginta casus huius sexti non computatur casus, qui additur in c. exiij. in fi. j. de ver. signi. Nec etiam computantur duo casus, quos induxit Bonifacius post compilationem huius libri per extrauag. detestandæ. & extraua. statuimus. secundum Io. Andr. dicentem, quod de istis casibus Sexti enumeratis hic in glo. pauci sunt Papales, idest reseruati Papę excepto quinto casu, 23. 28. & 30. post perseuerantiam duorum mensium, & non prius, omissis casibus c. clerici. ḹ. de immu. eccle. quę est reuocata vt ḹ. patet. Ex istis etiam casibus quatuor requirunt satisfactionem ante absolutionem, quos vide ḹ. eodem. solet. in gl. 4 in ver. manifesta. secundum Ioan. Andr. †In ead. glo. in fine, sinis huius glo. fuit additio, & *ex illis* casibus notatis ibi, 16. *sunt* Papę reseruati, vt patet ibi in glo. Sunt etiam 30. casus iuris veteris, quos enumerat Hostien. in summa. eod. titu. §. 3. in princi. secundum Ioan. Andr. hic. Quorum primus est, cum incidit quis in hęresim iam damnatam, sicut fuit Arriani, & similes, de quibus 24. q. j. ca. j. & 2. & seq. & generaliter quicunque per Romanam ecclesiam vel episcopum in sua diœcesi tanquam hæreticus fuerit damnatus, ḹ. de hęreticis. ad abolendam. Secundo, cum quis defendit vel receptat hęreticos, supra de hæreticis. sicut ait. Tertio, si quis dicat Romanam ecclesiam non esse caput. & ei tanquam capiti nolit obedire. 19. distinc. nulli fas. Quarto, si quis in clericũ, vel personam ecclesiasticam, vel religiosam manus iniiciat violentas vel temerarias, 17. qõ. 4. si quis suadente. & intellige de religioso, cuius religio sit approbata, vs in c. fin. ḹ. de religio. do. Quinto, cum potest quis defendere clericum a violenta manuum iniectione, & nõ defendit, vt ḹ. eod. tit. quantæ. de quo tamen ibi per Ioan. And. & per Docto. & Io. c. dilecto. ḹ. eod. Sexto in illo, qui nec manum iniecit, nec aliquo modo consentit q hoc fiat, retinet tamen ipsum clericum inuitum ponendo fortè eidem custodes, vel infra domum aliquam inducendo, vt d. c. nuper. §. 1. Septimo in illis, qui de cætero seruari fecerint statuta & consuetudines contra libertatem ecclesiasticam, prout hr̃ n. q. 3. §. hoc si quis. & in c. nouerint. ḹ. eod. Octauo in his, qui decętero talia statuta scripserint, vt ibi. Nono in his, qui dicta statuta sumpserint. Decimo in potestatibus & alijs officialibus & cõsiliariis locorum, vbi hęc statuta & cõsuetudines decętero fuerint seruata, vel edita. Vndecimo in illis, qui sm illa præsumpserint iudicare. Duodecimo in scribentibus iudicata, vt hæc omnia hñr in d. ca. nouerint. & ita debes intelligi c. grauem. eo. tit. vt ibi per Hostiẽ. & Doct. Decimotertio in potestatibus laicis, & alijs officialibus locorum imponentibus angarias, & alias exactiones indebitas ecclesijs, sacerdotibus, & eorũ possessoribus, vel alia onera imponentes, ḹ. de immuni. eccle. non minus. & ca. aduersus. vbi de his. & per Host. in summa, eo. tit. de immu. eccle. in §. a quibus muneribus. ver. ab angariis, & sequentib. Decimoquarto in illis, qui supradictis proxime successerunt, nisi infra mensem excessum reuocauerint, vt d. c. aduersus. §. fi. Decimoquinto in illis, qui per se vel alium falsant literas Papę cum suis fautoribus, & defensoribus, vt Io c. ad falsariorum. ḹ. de crimine falsi. Decimosexto in eo, qui scienter vtitur literis apostolicis ab alio falsatis, vt in d. c. ad falsariorum. de quo ibi per Doct. & per Host. in summa, de crimine falsi. §. & qualiter puniat. versi. porrò. & sequentibus. Decimoseptimo in incendiariis, & violatoribus ecclesiarum, ḹ. eo. conquesti. & vide in c. conquestus. ḹ. de fo. compe. Decimooctauo in eo, qui de tertia parte Cardinalium contra nomen Papæ sibi vsurpauerit, & in eo qui salem receperint, sm Host. in summa. in ti. de electio. §. qualiter. sub §. & notandũ. Decimonono in eo, qui a paucioribus quam a duobus partibus Cardinalium in Papam electus electioni de se factæ consentit, & pro Papa se gerit, si humiliter noluerit abstinere, vt in c. licet. §. præterea. ḹ. de elec. Vigesimo in eo, qui defert arma, & alias res prohibitas saracenis, vel aliud subsidiũ impediunt in dispẽdium terræ sanctæ, vt ḹ. de iudæis. c. ita quorundam & c. significauit. & c. ad liberandam. & c. olim. & plenius per Host. in summa in tit. de iudęis. in rubri. Vigesimoprimo cõtra magistros & scholares tractantes cum aliquo Bononiense ciue de ipsius hospitio in inquilini scholaris prędiudicium, seu eo irrequisito, ḹ. de loca. c. 1. Vigesimosecundo in his, qui artem illam damnabilem, & odibilem balistariorum aduersus Christianos & catholicos exercent, vt ḹ. de sagitta. ca. 1. de quo ibi vide. Vigesimotertio in participantibus in crimine criminoso, & propter suum crimẽ excõicato, ḹ eo. tit. nuper. & c. si cõcubinę. Vigesimoquarto in religiosis professis leges vel physicam audientibus, ḹ. ne cleri. vel mon. non magno. & c. super specu. Vigesimoquinto contra plebanos, prępositos, & cãtores, & alios clericos personatus habentes, nec non præsbyteros leges vel physicam audientes, nisi infra duos menses destiterint, vt d. c. super spec. §. q si. Vigesimosexto in eo, qui sciẽter & sponte participat excõicato a Papa in diuinis officiis, vt in c. significauit. ḹ. eo. de quo ibi per Io. An. & Doc. Vigesimoseptimo cõ principes, prelatos, vel alios, qui fecerint vel mãdauerint interfici quempiam Christianorũ per assassinos, vt in c. pro humani. ḹ. de homi. eo. li. Vigesimooctauo contra religiosos non

ADDITIO.

s Vinc God. Nota, quod cõmodum ex qualitate oneris iniuncti declaratur, ex ex qua parte spectare debeat. Ruy. consi. 136. nu. 11. lib. 4.

ſos non deferentes habitum extra monaſterium, vt in c.2.ſ. ne cleri.vel mona. eo. lib. Sed certe iſti duo caſus ſunt de caſibus huius ſeu i libri, vt hic in glo. Vigeſimonono contra illos, qui Romanos aut alios Chriſtianos pro negociatione vel alijs honeſtis cauſis nauigantes capere, aut rebus ſuis, ſpoliare præſumant, aut naufragium paſſos ſpoliant reb. ſuis, niſi moniti ſatisfaciant, vt ſ. de rapto. c.3. Trigeſimo contra illos, qui ſcienter retinent a ſciſmaticis beneficia, vel ordinationibus innitũtur a ſciſmaticis factis, vt in c.1.ſ. de ſciſmaticis. In glo. in ver. legitimum. in fine. intellige de impedimento perpetuo, vt ſ. eodem cap. quamuis. ſecundum Ioan. Andr. & alia exempla habentur in l.3. cum l.ſequen. ff. de donat. cauſa mort. ſecundum Petr. de Ancha. In glo. in ver. decernimus. in princip. no. glo. quòd conſtitutio verbo decernimus, non dicitur veteris iuris declaratoria, ſed dicitur noua conſtitutio. & vide aliàs per glo. in verſic. receperit. in cap.1. de cleri. non reſiden. eod. lib. & ibi de verbo, ſtatuimus. & j.§. proximo.

SVMMARIVM.

1 *Legati factum an dicatur factum ſedis apoſtolicæ.*

2 *Legatus poteſt abſoluere a quacunque ſententia excommunicationis.*

3 *Papa licèt abſoluat ab excommunicatione in curia Romana, tamen pro ſatisfactione remittit ad partes.*

1 Idē. †No.1. quòd factum [a] legati non dicitur factũ apoſtolicæ ſedis, cum hic ponantur vt diuerſa, de quo tamen in ca. ſi abbatem. ſ. de elec. & in c. hi qui. ſ. de præben. eod. lib. † Secundo no. ibi, a quibuſuis ſententijs, quod non ſolum Papa, ſed & legatus poteſt abſoluere a quacunque ſententia excommunicationis, quod inducit hic Archi. contra opi. Hoſtien. Nam poterit legatus [b] de latere abſoluere etiam excommunicatos pro enormi iniuria. de quo in cap. 1. ſ. de offic. lega. eod. lib. & licet opi. Archid. ſi vera, vt tenet Ioan. Andr. in ca. ad eminentiam. ſ. eod. titu. tamen non probatur hic in tex. vbi in nulla parte tractatur de poteſtate legatorum in abſoluendo, ſed de abſolutis per legatos a ſententijs, a quibus abſoluere poſſunt quæcunque ſint. facit quod no. in c. ſi gratioſè. de reſcri. eod. lib. Nec eſt verum, quòd legati poſſint abſoluere a quibuſcunque ſententijs, cum non poſſint abſoluere in caſibus reſeruatis Papæ, de quibus ſ. in prin. in glo. 2. præter quam in caſu manus iniectionis in clericum, vt ſ. de offi. leg. quod tranſlationem. & c. pe. Nec poſſunt abſoluere nominatim excommunicatos a Papa, vel eius delegato. ſ. de offic. leg. ſtuduiſti. & de offi. ordi. paſtoralis. in fi. & hoc niſi habeat ſuper hoc ſpeciale mãdatum, ſuper quo eis non creditur, niſi oſtendant, vt C. de mandatis prin. l.1. vel niſi probent miſſionem & tenorem literarũ, ſi literas perdiderint, vt ſ. de priuilegijs. cum olim. el 2. vel publicationem, cum ſufficiat, quòd ſemel fuerint publicatæ, vt in auth. vt fratrum filij. §. illud. C. de teſt. l. publicati. & ſ. de fi. inſtr. ſi inſtrumenta. & facit quod no. per In no. in c. venerabilis. ſ. de elec. ſm Io. And. Pe. de Ancha. & Do. notantem ea hoc dicto, quòd licet legato de latere credatur [c] in his, quæ veniunt generali mandato, vt no. 98. diſt. nobiliſſimus. tamen ſecus eſt in his, quæ requirunt ſpecialẽ cõmiſſionem. & facit quod no. in d. c. j. & vide per glo. & Doct. in c. ſicut. ſ. eod. Tertio no. ibi, ſuſcepturi pœnitentiam, quòd fit abſolutio antequam imponatur pœnitentia pro peccato, quod facit cõ gl. quæ eſt ſuper verbo, audire. in cle. dudum. de ſepul. & vltra no. iuncto tex. ſeq. quòd licèt quis ſatisfaciat pro iniuria delicti proximo ſuo, tamen debet etiam facere pœnitẽtiam de delicto, quod eſt cõ Dyn. in regula, peccatum. j. eod. lib. ſm Do. † Vltimo no. quòd licèt Papa vel legatus abſoluat excommunicatos ab alijs, tamen pro pœnitẽtia & ſatisfactione remittit ad ſuos ordinarios vel ad alios, qui ſunt in partibus. & hoc ideo, quia in curia Romana, vel in curijs legatorum circunſtantiæ, quæ ponderantur in imponendis pœnitentijs, vel quæ ſunt arbitrandæ in ſatisfactionibus, non facilè poſſunt ibi ſciri, ideo fit iſta remiſſio, & quia abſoluti non curabant adire tales, ideo fuit neceſſaria prouiſio huius text. & facit cap. ſignificauit. ſ. eod. ſecundum Ioã. Andr. vnde ſi adire illos contempſerint, reincidunt ipſo iure in eandem ſniam, vt ſ. in ver. cõtempſerint. & dicitur contẽnere eo ipſo, quod ceſſante iuſta cauſa ſe non præſentat illi, vt no. 2. quæſtio. 7. Metropolitanum. ſecundum Ioan. And. ſ. & vide dicta in d. clem. ſi quis ſuadente. In gloſ. in ver. idem in fine, ſcilicet illi qui abſoluti fuerunt ſecundum formam huius §. a ſede apoſtolica, vel legati eiuſdem a ſententijs excommunicationis quibuſcunque. quod procedit in ſententijs latis a iure, non ab homine, ſecundum Io. Mo. cum Papa vel eius legatus a ſententijs latis ab homine non abſoluat de ſtilo curiæ, ſed remittat, & hoc, niſi quando delegatus abſoluere non poſſet, vt ſ. de offic. deleg. quærenti. vel eſt mortuus, & alius non ſuccedit in delegatione, vt ſ. de offic. ordi. paſtoralis. vel quãdo ſucceſſor ſuccedit in delegatione, ſed non eſt ſpes de feſtina prouiſione, vt ſ. de offi. dele. c. is cui. & hoc in delegato, nõ in ep̃o, cũ ep̃o ſuccedat capitulũ, vt ſ. de maio. & obe. c.1. ſecundũ Ioã. Mon. qui putat quod abſolutus a ſentẽtijs delegatorum in caſibus prædictis, ſi non pareat, non reincidat ipſo iure, ſed per ſententiam hominis, vt ſic ſtetur antiquæ regulæ, niſi in eo in quo repetitur vitiata, vt C. de appella. l. præcipimus. Sed Ioan. And. in hoc contra per tex. in ver. a quibuſuis ſententijs, quod verbum eſt vniuerſale, & latum. facit etiam tex. hic in princip. huius c. generaliter loquens. & de vtriſque exprimit ſecundũ Ioan. And. & ita ſequitur hic Pet. de Ancha. Sed Domi. hic refert Rotam in deciſio. 97. quæ incipit, Item no. quòd vbi ea cõmunicatus. vbi videtur tenere cum opinione Io. Mon. & dicit, quòd ſi auditor excommunicatum ab homine abſoluit præſtita cautione de ſtando iuri, ſi non paret, non erit ipſo iure excommunicatus, ſed excommunicandus per ſententiam. & hoc per dictum Io. Mon. hic, idem etiam & clarius tenet Rota in deciſio. 439. quæ incipit, item ſi pronuncietur. Idem etiam tenet Rota in deciſio. 487. quæ incipit, item ſi excommunicatus. Sed certe verior videtur opi. Ioan. And. cum iſte tex. habeat locum in abſolutione a quibuſcunque ſententijs, ſiue ab homine, ſiue a iure, vt hic in tex. Sed quæritur, an tex. iſtius §. habeat locum in abſolutis ab alio, quam a Papa vel legato de latere. Ioan. Andr. hic quod non, cum tex. hic ſolum loquatur in Papa vel legato de latere. ſecus ergo in abſolutis ab alijs. facit c. ad audientiam. ſ. de deci. ſecundum Domi. Dubium tamen facit tex. ſ. 1o prin. c. locum habet in abſolutis etiam ab alijs quam a Papa, vt ibi patet, & fortè videretur in caſu huius §. ſi abſolutio fuerit facta ab alio quam a Papa, vel legato, tamen idem ſit dicendum, & hoc propter identitatem rationis, quæ eſt expreſſa hic in tex. ne ſcilicet illudatur eccleſiaſticæ cenſuræ, quo caſu fit extenſio ad alios, quando eſt eadem ratio, vt per gloſ. no. in verſic. eligatur. in cle. 1. de elec.

ADDITIONES.

a Nico. Supe. Factum legati. Adde c. dilectus de filiis presby Spec. titu. de leg. in §. minime oſtendendum §. legatus igitur. Ioan. And. in regula, indultum, de re. iur. lib. 6. in mercu.
Vin. God Adde, an legatus de latere æquiparetur proconſuli, vel prefecto prætorio, Fely. in c. ſuper quæſtionum § quem vero. de offic. deleg. qui Fely. in c. mandata certarum de præſcrip. dicit, quod ſunt honorandi ſicut Papa.

b Nico. Sup. Legatus de latere abſoluere. Adde gl. in c. excommunicamus, & ibi Car. Zab. in 1. q. de offi. leg.

c Nico. Supe. Credatur in his. Adde Doct. in cap. quod tranſlationem, de offi. leg. Ioan. And. in c. cum ex literis. de reſtiten. in integr. & in extrauag. Bonifacij, incip. iniunc.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio requiritur, quando quid eſt meo nomine geſtum, vt pœnam incurram.*

2 *Incunctanter exponitur indubitanter.*

3 *Approbans maleficium factum per alium non ſuo nomine peccat, non tamen mortaliter.*

4 *Clericorum appellatione larga comprehenduntur clerici ſeculares, regulares, & conuerſi.*

5 *Retrotrahi dicitur dupliciter, vno modo quo ad actum, & eius tempus. Alio modo quo ad actum tantum, & non tempus.*

CAP. XXI.

1 CVm quis. Habet duas partes, ſicut duo dicta ponit. Secunda ibi, ſi vero. † Nota. 1. ibi, ratũ habueris. quòd ad hoc vt obligetur quis ad pœnã, eo quòd aliquid ſit eius nomine geſtũ, non ſufficit hoc ſolũ, ſed requiritur ratihabitio. quod procedit in geſtis per nõ procuratorẽ, ſecus ſi per procuratorẽ etiam gñalem, & hñtem ad id ſpãle mandatũ, quo caſu non requiritur ratificatio, ſed ſufficit quòd ſciat & non cõdicat, vt j. c. ſi. ſ. de iuteiu. eo. lib. & in c.1. ſ. vt lite nõ cõteſt. & idẽ eſt, quia ex hoc reſultat tunc ratihabitio pſumpta, quæ ſufficit, vt 2. q. 1. votum. ſicut dr̃ in c. quãtæ. ſ. eo. & ita voluit Io. Mo. in c. dilecto. ſ. eo. & Io. An. hic. Ex quibus infert primo ſm Do. aliud eſſe ratum habere, aliud non cõdicere, quod facit ad no. in c.1. in prin. ſ. de deſpõ. impu. eo. lib. Scd̃o infert, quòd in geſtis per procuratorẽ ſufficit ſola ſciẽtia formæ cõdictionis, vt inducatur ratihabitio. † Secundo no. ibi, incunctanter incurris, quia exponitur id eſt indubitanter, & ſine mora poſt ratihabitionem verã vel pſumptã, facit l. tutor. §. j. ff. de admi. tut. ſm Io. And. & ſic patet, quòd & in delictis ratihabitio locũ habet & obligat ratificantẽ, ac ſi per ipſum factum eſſet, de quo hic, per Pet. de Ancha. & per Bar. in l.1. §. quoties. ff. de vi & vi ar. quod limita ſm Do. niſi eſſet tale delictum, quod ad eius pœnam requireret non ſolum maleficiũ, ſed & tractatũ per prius, quia tũc ratihabitio nõ ſufficeret, & pœna nõ haberet locũ. & ita procedat gl. in c.1. ſ. de cõuer.

3 tre. in fide. † Tertio no. ibi, penes. no. q approbans maleficium factum per alium non suo nomine peccat, tamen non mortaliter, sed venialiter, sm Io. An. p no. in c. sacris. ĩ. q p me. cã. in vlti. q. Vltimo no. tex. in fi. & ita a. le. sic j. eo. lib. in reg. ratum. & ibi dicetur. In glo. a. ibi, Inn. dixit talem excõicatum non esse, ipse tñ Inn. vt hoc tenere, qñ tam tarde penituit, q non potuit reuocare, alias secus, vt hęc distinctio colligitur ex principio, & fine suę gl. sm Io. And. In ea. gl. in fi. idem Do. hic, & Bar. in l. dedi. §. si seruum. ff. de condi. ob causam. sm Pet. de Ancha. hic, de quo per eum in cle. 1. de renun. & vide notabiliter per Inno. in c. ad audientiam. ĩ. de homi. & per Bal. in l. 1. C. de seruis fugi. Et limita glo. hic, nisi mandãti possit culpa imputari, quia non certiorauerit, quia tunc etiam quo ad Deum tenetur, vt in c. fin. ĩ. de iniurijs. Secundo limita gl. procedere, quando talia mãdans decessit post manus iniectionem, secus si ante, sm gl. in c. mulieres. hic alleg. & idem Inn. & Host. ibi, & Pet. de Ancha. hic. Sed Gof. & Tan. ibi contra, quia intelligitur in eadem voluntate decessisse, vt in c. maiores. ĩ. de baptismo. & ideo concludit Host. & Io. And. in d. c. mulieres. hoc procedere, qñ talis nõ pęnituit ante mortem, quia cũ constet decessisse in peccato mortali, large excommunicatus est. & idem in effectu est de mente Archi. & Io. And. hic, & idem tenet do. Pet. & do. Nico. in d. c. mulieres. licèt d. Ant. ibi distinguat, an mãdatarius fuerit certificatus de morte, vel non, vt ibi per eum. Et vide quod no. in c. cum laici. ĩ. de iure patro. vbi ponuntur certi casus, in quibus pęnitentia liberat a pœna. Quid autem si quis mandat vnũ nominatim ex tribus clericis simul incidentib. capi, & alios duos non grauari, & mandatario id exequi volente nominatus aufugiat, reus tamen eius & alij duo fuerunt capti, & se redimerunt, an talis mandans, vel eius nuncius sit excõmunicatus. Io. And. refert hic Io. de Deo tenuisse q non, ex quo cõ volũtatem ipsorum illi duo capti fuerũt, ĩ. de simo. sicut quis. & de homi. c. Petrus. quia tamen causam damni dederunt, puta eos teneri de damno quod illi passi fuerunt, vt d. c. fi. Et pro hac decisione

4 in primo dicto facit tex. hic secundum Io. And. † In glo. in vers. clericorum. in fi. no. ex gl. iuncta canone in ea alle. q appella-

a tione [a] clericorum in lata significatione comprehendũtur clerici seculares, regulares, & conuersi, sm Do. de quo in c. nõ dubium. ĩ. eo. In gl. in ver. suo nomine. in prin. tene mente ex glo. modum probãdi ratificationem actus gesti per alium, & vide quod no. in l. 3. ff. de adimen. lega. & in l. quo enim. §. 1. ff. rẽ ra. hab. & per Inn. in d. c. ad audientiam. In ea. gl. in fi. an idem sit de hæretico occulto, hic per Archi. & per glo. in ver. eo ipso incurrant. in clem. 1. in fi. de hæreticis. & ibi per Doct. Quid autẽ de eo, qui sciuit aliquem verberasse clericum suo nomine, & cõ dixit, postea ratum habuit, an sit excommunicatus. Fede. in suo consi. 233. quod incipit, scribatur. tenuit q non. Sed in cõtrarium facit c. licet. ĩ. de procu. eod. lib. & ĩ. de præben. c. si tibi absenti. & quod no. per Io. And. in c. si pro te. ĩ. de rescri. eod. lib. & facit c. sicut suis. ĩ. de simo. sm Lap. & Do. aliter se non firmantes. sed Pet. de Ancha. hic videtur tenere, q talis non sit excommunicatus, cum non possit quis reprobare quod semel prius approbauit. & adducit quod no. in l. dispensationem. ff. de sol. & l. Pom-

5 po. scribit si negotium. ff. de neg. gest. † In gl. in ver. incurtis. in fi. idem Io. Mon. & Archi. & no. ex glo. q dupliciter considerãtur retrotrahi, vno modo quo ad actum & eius tẽpus, alio modo quo ad actum tantum, & non ad tempus. & ita trahitur hic secundum Io. And. quod ideo est, quia cum excommunicatio canonis sit pœna delicti, non ligat aliquem nisi eũ delinquit, ĩ. de consti. c. 2. & l. 1. §. quotiẽs. ff. de vi & vi ar. & etiam quia qñ nullum est initium obligationis, obligatur quis solum a tempore ratificationis, vt est quando quis mea cõtemplatione verberatur, cum ex illius facto ego non sim obligatus in aliquo, vt 1. q. 4. cap. 1. & cap. sequen. Sed quando adest initium, vt in obligatione conditionali, vel in prorogatione decreta dem, vt in cap. cum olim. de offic. delega. tunc ratihabitio trahitur retro, vt in l. donationes. C. de donat. inter virum. secundum Ioã. Andr. & ita transit hic Domini. quod sine dubio procedit in excommunicatione, de qua hic, vt a tempore obligationis tantum liget, sed in alijs obligationibus de delicto vel contractu nomine alterius gesto, & ratificato videtur quod ratihabitio trahatur retro etiam a tempore actus gesti, a quo tempore initium obligationis videtur esse, ex quo obligatio non oritur ex ipsa ratificatione, sed ex ipso actu propter ratihabitionem, vt nota. in l. si pupilli. §. item quæritur. ff. de nego. gest. & in l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrup. de quo tamen dicetur in clem.

b rati. j. eo. lib. Et [b] an ratihabitio trahatur retro quo ad locum, vt sic consideretur locus actus gesti, vide per gl. no. in ver. collatio. in cle. 1. vt lite penden. & per Bar. in l. si proponitur. ff. de fideius. & in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniurijs. & in l. 1. si q opem. ff. de furtis. & per Bal. in l. fi. C. si a non compe. iudic. & hic per Pe. de Anch. in 1. col. in fi.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Appellatione clericorum. Adde c. ad apostolicæ. de re iud. lib. 6. cle. 1. de vi. & ho. cle. c. quoniam. & ibi Io. de Ar. a de simo.
Vinc. God. Adde Io. Lup. in repe. Rub. de donat. inter vir. & vxor. col. 73. appellatione tamen clericorum non veniunt monachi, Felyn. in c. fi. de simo. circa prin. & in c. non dubium. de sen. excom.

b Nic. Sup. An ratihabitio. Adde in regula, ratihabit. autem, de re. iur. lib. 6.
Vin. God. Ratihabitio non inducitur nisi necessario inferatur, & a sciente actũ nomine suo gestum, Ruy. consi. 91. nu. 10. lib. 1. Nec retrotrahitur in præiudicium tertij, consi. 72. nu. 13. lib. 3. Nec sufficit ubi forma deficit, Ruy. consi. 69. nu. 13. lib. 3. & vide consi. 72. nu. 5. lib. 3. & consi. 8. nu. 3. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Statutum rationabiliter, potest rationabiliter mutari.*
2 *Statutorũ appellatione comprehenduntur canones Romanorum pontificũ.*
3 *Chrismatis confectio qualiter permittatur tempore interdicti. & nu. 4.*

CAP. XXII.

1 ALma. Summa & diuide vt hic in 1. glo. † Nota, quod illud quod est rationabiliter statutum & ordinatum, potest etiam rationabiliter mutari & reuocari. sic ĩ. de consangui. & affi. non debet. & in l. 1. C. de cadu. tollen. Secundo no. ibi, nulla. regulam negatiuam, quod tempore generalis interdicti nulla diuina officia vel sacramenta ecclesiastica sunt permissa ministrari, vel celebrari, nisi in certis casibus in iure expressis, vnde dicenti talia fore permissa, incumbit onus probandi, in edictis enim permissorijs certorum casuum, quod non reperitur expresse permissum, subiacet regulæ prohibitiuæ, 2. quæstio. 6. consuluisti. & supra de transac. cap. 2. & in clem. exiui. §. porro. de verb. signifi. vnde vide per Ioan. Cal. in tracta. de ecclesiastico interdic. in 6. membro. & de his etiam per Pet. de Ancha. hic ponentem etiam, an celebrans vel ingerens se diuinis tempore interdicti incurrat irregularitatem. de quo vide dicta in cap. 1. ĩ. eod.

2 Tertio nota ibi, statutorum. † quod appellatione [a] statutorum

a comprehenduntur etiam canones Romanorum pontificum. Quarto nota ibi, vel ab homine. quod generale interdictum in loco poni potest tam a iure quam etiam ab homine, imo etiam ab episcopo de consilio sui capituli, ĩ. de excel. prælato. cap. 1. & plene no. in cap. 2. ĩ. de his quæ fi. a maio. parte. Vltimo nota, quod confessio seu pęnitentia tempore generalis interdicti est omnibus permissa tam sanis quam infirmis. Dicit tamẽ Ioan. Cal. in d. tractatu, in 5. membro, quod si esset talis casus, in quo veniret imponenda solennis pęnitentia, tunc non possent obseruari solennitates. quæ in illa requiruntur, de quibus 50. distinc. in capite. & idem Pet. de Ancha. hic referens ipsum Ioan. Cal. tenentem, quod interdicti non tamen eorum culpa gaudent etiam indulgentijs & remissionibus. vt patet j. §. proximo. & facit quod no. ĩ. de priuile. quod nonnullis. & in cap. licet. ĩ. eod. titu. & lib. In glos. in ver. sacramentis. ibi, baptisma. & idem de catechismo, qui fieri poterit cum debito officio, ar. cap. præterea. ĩ. de offic. deleg. cum catechismus præcedat baptismum, & est eius pars, 21. q. 1. & facit quod habetur in c. quoniam. ĩ. eod. imo etiam in ecclesia specialiter interdicta potest quis baptizari, vel in fronte chrismari, vt in c. non est. hic alleg. & in d. c. quoniam. secundum Ioan. Cal. in d. 2. membro, in ver.

3 sed nunquid. & Pe. de Anch. hic. † In ea. glo. ibi, confectio chrismatis. intellige quod fieri debeat cum debita moderatione, de qua j. in §. adijcimus. vt tenet Archi. & Io. An. in d. c. quoniã. alias faciens solenniter officium pro ipso chrismate, incurreret irregularitatem, vt ibi no. Et intellige, si fiat chrisma in loco interdicto, sed non ab interdictis, quia ab ipsis nullo modo cõfici posset, secundum Ioan. Cal. in d. 2. membro, & Pe. de Ancha hic. In ea. glo. in fi. vide in c. 1. ĩ. de sacra vncti. circa princi. & ibi per Io. Andr. & conclude, q matrimonium per consensum legitimum de præsenti potest quocunque tempore conferri, vt in c. capellanus. ĩ. de ferijs. etiam si cõtrahentes sint interdicti, secundum gl. hic, & Inno. in d. c. non est. Solennis tamẽ benedictio tpe interdicti fieri non poterit, cum tale officium sit deputatum certo ordini, vt ĩ. de secun. nup. c. 2. & 3. sm Hostiẽ. ibi. Et hęc, qñ locus est interdictus, vel qñ essent interdicti cõtrahẽtes, vel vnus ex eis, quo casu etiã fieri non poterit solennis benedictio.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Appellatione statutorum. Adde an comprehenditur ius cõe. vide in c. statutum. & ibi Do. de rescri. supra eo. lib.

dictio, quia non dēt non interdictus simul cum interdicto cōicare, vt probatur in c. vt priuilegia. cum seq. s. de priui. & j. eod. in §. adijcimus. secundum Ioan. Cal. in d. 2. membro. & Pet. de Anch. hic, ponentem etiam de sacramento ordinis. de quo ibi per Ioan. Cal. & plene per Io. And. & Docto. in d. c. non est. De extrema verò vnctione dic, quod est prohibita tempore interdicti, vt vide per Doct. in d. c. quod in te. s. de pœnitentijs. & hic per Pe. de Ancha. 4 †In glos. in ver. admittuntur. in fi. patet ergo, q̃ circa sacramēta hodie nihil est immutatum, nisi circa pœnitentiam, secundum Io. And. & idem quod glo. tenet hic Archi. & Io. Mon. imo plus tenuit Io. And. d. c. quod in te. quòd tēpore interdicti mulieribus prægnantibus, & partui appropinquātibus non poterit dari sacramentum eucharistiæ, nisi periculū immineat. & idem Pe. de Anch. hic, & Io. Cal. in d. 2. membro. licet do. Nic. in d. c. quod in te. dicat, q̃ debeat cōsiderari qualitas mulieris. Et an verisimiliter dubitetur de morte, vel non, vt ibi per eum. Et eadem ratione non poterit concedi corpus Christi intrantibus mare, vel bellum campestre, vel obsessis. ad hoc quod no. in c. pastoralis. s. de offi. ord. secundum Pet. de Anch. dicentem tamen, q̃ corpus Christi posset tunc concedi a etiam sanis [a] damnatis ad mortem, ex quo tales sunt in mortis articulo. & facit cle. 1. de pœnitentijs. & ibi per gl. secundum Io. Cal. ibi dicentem, quod quando portatur corpus Christi ad infirmum, poterit portari cum pulsatione campanellæ, & lumi- b ne [b] præcedente, & alijs consuetis. & idem Pe. de Anch. hic, & Fede. in suo consi. 67. & tenet Io. Cal. ibi, q̃ corpus Christi possit dari tunc infirmo in præsentia personarum ibi astantiū, vel venientium, qui licitè poterunt videre & adorare, nec reperitur expressum, q̃ visio tanti sacramēti sit prohibita tempore interdicti, nisi cum diuina officia celebrantur actualiter, & ita potest intelligi quod no. in clem. 1. eo. tit. circa prin. secundum Pe. de Ancha. dicētem, q̃ de presbytero celebrante missam nō est quæstio, q̃ ipse possit sumere corpus Christi, cum debeat celebrare seruata forma § adijcimus. j. eo. Alij autem nō possunt, vnde nō vr̄, quod religiosi suis fratribus & sororibus, quorum curam gerunt, possint tali tempore concedere eucharistiā, s̄m Pe. de Ancha. hic, & Io. Cal. ibi.

ADDITIONES.

a Nic. Sup. Sanis damnatis ad mortem. Adde gl. in clem. 1. de pę. & remis. & tex. in c. quæsitum. 13. q. 2. ita.

b Nico. Sup. Et lumine. Adde tex. in c. sane. de celeb. miss.

SVMMARIVM.

1 *Consilium fauorem, vel auxilium dantes, an puniantur sicut perpetrantes delicta.*

1 Illis. †No. primo ita puniri dantes auxilium, consilium, vel a fauorem [a] in delictis, sicut & ipsi perpetrantes delictū. sic s. de her. eo. lib. c. 2. Secundo no. ibi, nequeunt, q̃ obligatus ad satisfaciendum admittitur ad pœnitentiam, licet non satisfaciat, si satisfacere non pōt. facit quod no. in c. 2. circa fi. s. de vsuris. eod. lib. Tertio no. ibi, iuratoriam. q̃ sufficit iuratoria cautio, quando quis non potest idoneam cautionem præstare, quod facit ad no. per gl. in d. c. quamquam. Vltimo no. ibi, non est pœnitentiæ &c. quod pœnitentia non est concedenda illis, quorū dolo vel fraude positum est interdictum, nisi satisfecerint vel cauerint, prout hic dicitur, nec eisdem proderunt indulgentiæ vel remissiones, cum non sint verè pœnitentes vel confessi, prout requiritur, vt in clem. 2. de reliquijs & vene. san. licet aliud sit in interdictis non propter eorum culpam, vt hic per Pe. de Ancha. An autem ab ipsis interdictis poterūt licitè recipi mortuaria vel funeralia, & pro eis iri orandum. & dic q̃ sic post pœnitētiam, vt no. 11. q. 3. quicunque. & in c. fin. s. de exces. præla. secus ante pœnitentiam inuoctam, 87. dist. c. fin. Sed aliæ oblationes ab interdictis pœnitentibus, vel non recipi possunt etiam in loco interdicto, per no. 90. distin. oblationes. In glo. in verbo, relaxatio. in prin. & vide per Inno. & Io. And. super fi. vltimæ gl. in c. quod in te. hic alleg.

ADDITIO.

a Celsus. Auxilium consilium & fauorem Adde Ang. Are. in suo trac. malefic. in glo. & ei auxilium consilium & fauorem.

Vinc. God. Auxilium præstans, consilium & opem, quod non puniatur eadem pœna. Hipol. in l. 1. col. 11. ver. ego autem. ff. de sica. adducit duos tex. & quod auxiliator mitius puniatur ponit Soz. in cōsi. 183. Vita bulla. vers. Sed iterum instari posset. lib. 2. Et nota, quod auxilium dicitur præstare, qui stat armatus cum delinquente. Fely. in c. sicut dig. [illegible] col. 2. de homic.

SVMMARIVM.

1 *Officia diuina non possunt celebrari extra monasteria tempore interdicti, absque violatione interdicti, & nota.*

3 *Officia diuina quando celebrantur in ecclesia posita in loco interdicti, tria requiruntur.*

4 *Campanæ non sunt pulsandæ tempore interdicti.*

5 *Distributiones quotidianæ quæ dantur pro diuino officio, debentur etiam quando diuinum officium dicitur sine cantu subsistente legitima causa.*

6 *Sacramenta an tempore interdicti possint præstari extraneis in ecclesijs positis in loco interdicti.*

1 Adijcimus. †No. primo ibi, in ecclesiis & monasteriis a contrario sensu, quod extra ecclesias vel monasteria tempore interdicti celebrari vel alia diuina officia dici non possint sine violatione interdicti, secundum Pet. de 2 Ancha. & ita tenuit Io. Cal. in d. 6. membro. †Secundo no. ibi, sicut prius. quod in ecclesiis existentibus in loco generalis interdicti non solum possunt celebrari missæ vt prius, & sic conuentuales & peculiares, licèt in peculiaribus aliud tenuerit Ioan. Mon. in sua additione, & non bene secundum Io. Andr. hic. & Ioan. Cal. ibi in ver. sed dubitant quidam, sed etiam alia diuina officia, seruata tamen moderatione de qua hic. quod tamen dicit hic Pe. de Ancha. procedere, quando est generale interdictum in loco, quo casu tunc habet locum tex. istius §. adijcimus. qui sic debet intelligi. & secundum prin. huius ca. secus si ipsæ ecclesiæ essent specialiter interdictę, tunc diuina officia in eis celebrari non possent, etiam cum moderatione, de qua hic, vt no. s. eod. tit. præsenti. de quo hic plenius per Pe. de An- 3 cha. & per Ioan. Cal. ibi. †Tertio no. ibi, submissa voce &c. quatuor, quę seruari debent, quando celebratur diuinum officium in ecclesia posita in loco interdicti, quorum cuiuslibet transgressio violat interdictum etiam alijs seruatis, secundum Ioan. Andr. hic, & induceret irregularitatem, vt in c. is qui. §. 1. s. eod. & ita tenet Ioan. And. in c. permittimus. s. eodem titu. Et hoc, quando celebratur in ecclesia posita in loco interdicto, vt s. sed si celebratur in ecclesia in loco, vbi est interdictus populus, & tunc cum interdicto populo non videatur interdictus locus, poterit tunc in dicta ecclesia celebrari solenniter, & ianuis apertis, vt prius absque violatione interdicti, interdictis tamen exclusis, secundum Ioan. Cal. in d. 6. membro, & plene 4 per Fede. in suo † consi. 67. & no. in capit. si sententia. s. eodem in glo. 2 de quo j. in glo. Quarto no. ibi, campanis, quod tempo- a re generalis interdicti non [a] sunt pulsandæ campanæ etiam paruæ, siue sint in ecclesia siue extra. intellige si pulsarentur pro missa vel alijs diuinis officiis dicendis vt hic. & s. eod. titu. quod in te. & tunc esset quis irregularis vt hic in tex. & ex his quæ dicit hic Ioan. Andr. in versic. submissa. & in vers. campanis. ideo etiam nec pro canonicis horis notificandis licet campanas pulsare, puta tertiis vel nonis & similibus licet de facto ipsa diuina non celebrent tamen præsumitur quod pro celebratione diuinorum pulsarent. & propter hoc dicit Ioā. Andr. se sæpe redarguisse clericos & præcipue religiosos qui in eorum festiuitatibus sonant campanas dictis horis, licet de facto non celebrent, dicit tamen quod propter hoc non incurrant irregularitatem. & idem Pet. de Anch. hic quod intellige quādo isti non celebrarent diuina, sed solum pulsarent. alias si celebrarent diuina officia cum pulsatione campanarum, tūc es- 5 sent irregulares, vt s. in tex. & ibi per Ioan. And. †Vltimo no. q̃ b vbi quotidianæ [b] distributiones dantur in officio debentur &t si diuinum officium dicatur sine cantu subsistente tamen legitima causa secundum Domi. & forte posset dici id procedere etiam sine causa per tex. d. c. permittimus. vbi probatur q̃ pulsatio campanarum & cantus nō sunt de solēnitate missæ, quia peraguntur solennia missarum sine his quod inducit do. Ant. hic ad relictum factum sacerdoti si annuatim dixerit solennia vnius missæ, vel si dixerit certas missas, quia non tenetur eas cātare. & debetur legatum si dicatur missa submissa voce & non pulsatis campanis & sine his dicuntur peragi solennia missarum & aliorum diuinorum officiorum, vt in d. c. permittimus. In glo. in ver. monasteriis. in fi. vide per glo. in ver. monasteriorum. in capit. grandi. s. de supel. negli. eod. lib. In glos. in ver. interdictis. in fine, tenet glos. quod alii etiam non interdicti non admittantur ad audiendum diuina in talibus ecclesiis tempore generalis interdicti. & hoc sine dubio procedit in laicis secundum Pet. de Ancha. hic, & Ioan. Cal. in d. 6. membro. Quid autem sit in clericis vel monachis aliarum ecclesiarum. Arcb. hic

ADDITIONES.

a Nico. Supe. Non sunt pulsandæ campanæ Adde Io. Cal. in tractatu de ecclesiastico interdicto.

Vin. God. Adde, quod campanæ tempore interdicti pulsandæ non sunt, tamen ad prædicationem possunt pulsari quoniam tempore interdicti potest prædicari Card. in cle. 2. in q. 6. de pœn. & remis.

b Nico. Supe. Quotidianæ distributiones. Adde gl. in c. vnico. de cler. non resi. dentibus libro 6.

hic idem tenet, vt hic per eum. Sed hoc dictum dubium vr nam ex eo sequeretur, quod beneficiatus vnius ecclesiæ in alia tunc celebrare non posset. Item sequeretur quod si solus presbyter esset institutus in ecclesia non posset celebrare cum seruientibus, vel si haberet socium ille esset absens sm Io. An. tenentem, quòd tales clerici vel monachi aliarum ecclesiarum possint admitti ad celebrandum, vel concelebrandū in talibus ecclesijs, & de his plene per Io. Cald. in dicto sexto membro, vbi tamen concludit, quòd ante factū nō fuit ausus aliquos, vt extraneos admittere, sed post factum satis concludit, quod non esset irregularis, vt refert Do. hic, quod procedit sm Fed. in suo consi. 87. in fi. in fratribus qui transitum facerent per conuentum loci interdicti de licentia superiorum, cum tales possint dici de illo cōuentu ad quē declinant quoad diuina officia & ecclesiastica sacramenta, sicut dicitur in simili de peregrinis. in c. j. ī. de sepul. & in c. omnis. de pœnitentijs. alias si essent extranei, tūc posset saluari dictum Arch. qui de ipsis sensit, vt ibi plene per ipsum, & hic per Domi. ita residentem. Et adde quod dicebat Io. Cal. in d. 6. membro, quod si rector ante interdictū habet seruientem laicum poterit superueniente interdicto eū retinere ad seruiendum in diuinis, & eo recedente alium non interdictum subrogare, cum tales seruientes & domestici gaudeant priuilegio concesso ab homine, vt in d. c. licet. & fortius concesso a iure vt hic, & hoc nisi talis seruiens subrogatus esset de illis quorum culpa fuit latum interdictum, uel præstiterit consilium uel fauorem, ut d. c. licèt. de quo ibi plenius per eum. Dicit tamen quod si ille laicus primo seruiens erat de populo interdicto non poterit retineri ad seruiendum in diuinis cum interdicti excludantur, vt hic, nisi in quatuor festiuitatibus, vt j. §. proximo. & ita debet intelligi d. c. licet. sm eum dicentem etiam quod laici habentes fraternitates & societates poterunt in ecclesijs sitis in loco interdicto publice cantare letanias rogationes & laudes, nec incurrunt irregularitatem, cū ordinem vel officium non habeant, nec putat eos peccare, quia non sunt prohibita talia per interdictum, nisi essent de inclusis in extrauag. Io. 22. quæ incip. Sancta Romana ecclesia, secū-

6 dum Pet. de Ancha. hic. †Quid aūt sit de sacramentis, an extraneis non interdictis poterunt præstari ecclesijs positis in loco interdicti. Pet. de Anch. hic, quod non: quia solum permittuntur diuina officia. sic j. §. proximo. imò etiam religiosi suis fratrib. & sororibus quorum curam gerunt non possunt concedere eucharistiam tempore generalis interdicti, licèt aliquando de facto seruent contrarium & male secundum Pet. de Anchara. Quid autē de clericis aliunde uenientibus, an possint admitti ad sepulturam, uide notabiliter per Fed. in suo consi. 67. & ibi plene ad materiam de qua ī.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicati sunt peioris conditionis quàm interdicti.*

2 *Mortui an tempore interdicti possint sepeliri in ecclesia in quatuor festiuitatibus principalibus.*

3 *Et an possint sacramenta præstari.*

1 **In festiuitatibus.** †No. j. ibi excommunicatis &c. quod peioris conditionis est excōmunicatus, & longe plus est prohibita celebratio diuinorū excōicatis quàm interdictis, ut hic patet. Secundo no. ibi solēnitatum, quòd festa dici possunt solennitates. facit cle. dudum. in fi. de iudi. proprie tamen festum dicitur a feria quasi feriatū, sic de cōsecra. dist. j. in prin. sed solennitas proprie pertinet ad

2 honorem, vt hic plene per Archi. & Ioan. And. †Tertio no. ibi gratiam reconciliationis effectum, quòd cum ista ratio cesset post mortem, quòd etiam in istis quatuor festiuitatibus nō poterunt mortui sepeliri in ecclesia. facit etiam tex. in ca. cum & plantare. §. quod si. ī. de priuilegijs. & quia tex. hic solum permittit celebrationem diuinorum, non autem sacramenta & sepulturam, & ita tenet glo. in uer. a iure. in cle. eos. de sepul. & Ioan. An. hic. facit etiam Ioan. Cald. in d. 6. membro in uer. sed horū causa. talis ratio quia cum per hanc permissionem hic non uideatur sublatum impedimentū sepulturæ, ergo remanet prohibitum. ī. de elec. eo. lib. constitutio. ipse tū Ioan. Cald. ibi tenet cōtrarium, quia sepultura propter interdictum non est specialiter prohibita, sed quia accedit prohibitioni diuinorū & sacramentorū, ut hic patet in prin. quæ celebratio istis temporibus est permissa, ut hic dr. Nec ob. quod cessat ratio reconciliationis, quia licèt non sit spes de mortuis tamen est spes viuorum, sicut no. in simili. 13. q. 2. cum gratia, & quia principalis cā est reuerentia ipsarum festiuitatum, & istę rationes non cessant sm eum, & ita residet hic Pet. de Ancha. Sed Ioan. de Lig. in suo tractatu de ecclesiastico interdicto sequitur opin. Ioan. And. quæ verior videtur, quia regula est negatiua, et ista nō cōcordantur tempore interdicti, vt in c. quod in te. ī. de pœnitentijs, & quia ipsa sepultura magis accedit ad naturam sacramētorum quàm diuinorū officiorū, ut no. in c. non satis. & se. de simonia. & per glo. in d. cle. eos. Et hanc partem vr tenere Fed. de Senis in suo consi. 108. & tanquàm securior tenenda est,

3 vt in c. ad audientiam de homicidio. †Vltimo no. ibi diuinorū quod in istis quatuor festiuitatibus fit solum relaxatio interdicti quo ad diuina officia, ex quo concludit Archi. quòd non poterunt sacramenta præstari cum hic, & ī. in §. adijciamus. nihil dicatur de sacramentis, sed solum de diuinis, vnde non poterit conferri corpus Christi, & ita indubitanter est tenendum sm Ioan. And. de quo etiam per Ioan. Cal. in d. 6. membro. in uer. sed cum supradixerim. dicentem, quòd cum isti Doctores non distinguant clericos a laicis, & personas interdictas a non interdictis videtur secundū eos, quòd omnes indistincte sint prohibiti etiam ipsi clerici a perceptione corporis Christi etiam in dictis festiuitatibus, quòd est rigorosum secundū eum, ut refert hic Pet. de Ancha. & Domi. secundū quem posset iste tex. induci, quòd possit concedi clericis illius ecclesiæ, ex quo eis non est prohibita participatio sacrorum & diuinorum officiorum, vt ī. in d. §. adijciamus. vbi patet, quod hoc conceditur tempore occultis celebrationis: multo fortius in istę festiuitatibus, ut hic patet secundū eum. Sed certe licet hoc permittatur ipsis celebrantibus tū non est necesse permissum alijs clericis uel religiosis non celebrantibus. & uide dicta in d. §. adijcimus. Et per prædicta etiam patet quod in istis quatuor festiuitatibus non poterit extrema vnctio concedi, cum & illa intelligatur interdicta, vt in d. c. quod in te. sm Ioan. Cald. ibi, & Pet. de Ancha. hic, nec etiam poterunt episcopi publice consecrari tenendo, quod episcopatus sit ordo & sacrm, ut no. de purga. canon. quoniā. & sacramenta sunt prohibita, ut ī. secundū Pet. de Ancha. Sola enim diuina officia sunt permissa, ut hic in tex. vnde tenet Ioan. Cald. in d. 6. membro, ī. Pet. de Ancha. hic, quod in istis festiuitatibus poterit celebrari alia missa quàm de ipso festo, licèt honestius sit quod dicatur missa de proprio festo, ut in c. 2. ī. de cele. missa. Poterit etiam in his quatuor festiuitatibus a-

a qua [a] solenniter benedici & aspersio fieri, quia benedictio accedit ad diuinum officium quod generaliter in dictis festiuitatibus est permissum. Poterunt etiam in his quatuor festiuitatibus nuptiæ solenniter benedici, virgines uel altaria consecrari vel benedici, velum monialibus imponi. calices, sacramenta, abbates & abbatissę benedici, cum prædicta non sint proprie sacramenta, sed orationes seu certa diuina officia, quæ tali tempore sunt permissa, vt hic secundū Pet. de Ancha. In gl. in uer. assumptionis natiuitatis, uel annūciationis, de quo plus uidebatur secundū Ioan. And. In ea. glo. ibi inclusiue, idē Arc. & facit cle. j. in fi. de reliquijs & ven. san. & hoc ex obseruantia est indubitatum, & de his per glo. & Doc. in c. 2. hic alleg. & per Ioan. And. in c. 2. ī. de homici. & idem quod glo. tenet hic Do. & Ioan. Cal. in d. 6. membro. in uer. sed quomodo recipitur. In ea. glo. in fi. sed Archi. contra cum completorium comprehendatur sub uespere. xj. q. 3. si quis in concilio. & no. 92. distin. c. fi. Item quia hæc gratia est amplianda. ī. de præben. eo. li. quàmuis. Sed dicit hic Ioan. And. quod ante factum tenendum est cum glo. hic, sed post factum pium est tenere cum Archi. facit quod in simili no. per glo. in uer. presbyteri. in clemen. j. de priuilegijs. Sed licèt secundum glo. cantans solenniter completorium esset irregularis, tamen quia id egit per errorem fulcitus opinione Doctoris, & nō in contemptū clauiū esset dispēsabile, & cum eo posset dispensari per legatum secundum Io. An. per no. per eum in c. clerici. de cleri. excom. de quo etiam per Ioan. Cal. in d. uer. sed quomodo recipitur. tenentem opi. Ioan. An. hic, quia solennis celebratio vnius diei naturalis incipit in uesperis a uigilia, & terminatur in uesperis festi, ut d. c. a. & ita hæc verba debent intelligi, & sic secundum subiectam materiam, ut in c. ex literis. de consan. & affi. & ita residet hic Pet. de Anch. dicit tamen hic Domi. quòd cōis obseruantia facit pro opi. Archid. obseruat enim ecclesia, ut completorium diei festi attribuatur semper illi diei, cum in die festo duplicetur, licet dies sequens non habeat festum, vnde cum attribuatur illi diei, & illis diebus non permittitur hæc celebratio poterit totum officium quod dicitur propter illud festum celebrari,

ADDITIO.

a Nic. Sup. Aqua solenniter benedici. Adde Card. Zab. in c. tanta. in ult. colum. de excel. pr. ala.

brasi. vnde dicitur permissum etiam completorium quod respectu officij illi diei computatur. facit quod tenuit Archid. de conse. dist. j. solent, secundum Domi.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio detrahens certos casus de iure communi non intelligitur detrahere casus alios, nisi eos expresse nominet.*

2 *Clausula generalis, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, tollit omnia priuilegia contraria.*

1 Cæteris. † Nota primo ibi, duraturis, quod dispositio detrahens de iure cõi certos casus non intelligitur subtrahere alios casus inclusos in iure, nisi eos expresse nominet. † Secundo no. ibi, sub quauis forma, q per clausulam generalem, a non obstantibus quibuscunque priuilegijs, appositam in lege tolluntur omnia priuilegia cõtra, licèt aliter de ipsis priuilegijs non fiat specialis mentio. de quo in c. veniens. ẜ. de præscrip. & in c. 1. ẜ. de exces. præla. eo. lib. Vltimo nota ibi, a sede apostolica, q sola sedes apostolica potest concedere priuilegium circa interdictos, non autem inferior, de quo in ca. ad hæc. ẜ. de appel. In glo. fi. ibi, & puto. idem Archidiac. & Ioan. An. & sic generaliter sunt reuocata omnia priuilegia concessa quibuscunque personis ecclesiasticis super celebratione diuinorũ, vt patet ex tex. hic, in fi. ibi quibuslibet. iuncto uerbo celebrent. Et idem si priuilegia sint commissa ipsis personis ecclesiasticis super admittendu ad diuina, quia talia priuilegia eodem modo sunt reuocata per hunc tex. ẜm Ioan. And. Quid autem de priuilegijs concessis ante hanc cõstitutionem de audiendis diuinis, & præcipue laicis, an intelligantur reuocata p hunc tex. & videtur quod non, quia hic in tex. non includuntur laici. facit quod no. in c. licet. ẜ. de priuile. eo. lib. vnde sublata videtur dubitatio de pęnitentibus tertij ordinis beati Francisci, & de humiliatis & cruce signatis priuilegiatis super audiendis diuinis, vt eorum priora priuilegia non sint reuocata per hanc decreta. Sed in contrarium facit connexitas audiendi & celebrandi, ut sic vnius prohibitio includat reliquum, ut in c. translato. ẜ. de constitu. & in c. 2. in fi. ẜ. ne cle. vel mon. eo. lib. & quia auditus nõ potest esse sine celebratione, vt hic plene per Ioan. And. qui tenere videtur, q ista priuilegia sint reuocata, licèt ẜm eum vtilis esset declaratio. sed Lap. hic cõtra qa priuilegiũ, vt possit quis audire diuina, includit alios prohibitos, ut dicere possint. facit quod no. per Ioan. An. in c. 2. in fi. de tempo. ordi. eo. lib. & quod no. in regula, cum quid. ẜ. eo. lib. in quæstione. & per Archi. in c. fęlicis. ẜ. de pęnis. eod. lib. in glo. sic ẜ. circa medium. ver. sed forte. Idem etiam videtur tenere Fede. in suo consi. 87. arg. c. penul. ẜ. de priuile. in princ. nec ista priuilegia reuocantur hic, sed tantum priuilegia illorum per quæ poterat celebrari tempore interdicti: facit c. cum ex eo ẜ. eo. vbi specialiter reuocantur priuilegia illorum de tertio ordine: vnde a contrario sensu remanent valida priuilegia concessa alijs, ut possint audire, de quo ibi plene per Fede. respondentem ad clementinam. j. in fi. eo. titu. sed Ioan. de Lig. in d. 6. membro, ibi quæro, an priuilegia. tenet opi. Ioan. An. ne illudatur censurę ecclesiasticæ, ut in d. cle. cum ex eo. & ne accessorium, vel minus dignum attrahat ad se principale vel magis dignum, vt in c. j. ẜ. de consecra. eccle. & pro hoc dicto facit quod no. in l. petens. C. de pac. & in l. ex pupillari. ff. de vulga. & pupil. ẜm Pet. de Ancha. ita residentem. quare Do. hic concludit, q opi. contraria procedat in meris laicis, sed opi. Ioan. And. & aliorum procedat in laicis qui sunt personæ ecclesiasticæ, cum iste tex. reuocet priuilegia concessa religiosis & personis ecclesiasticis secularibus vel regularibus, ergo tales videntur exclusi a priuilegijs, licèt sint laici, ex quo sunt personæ ecclesiasticæ, & sic non meri laici, vt hic plene per eum.

ADDITIO.

a Vinc. God. Clausula generalis, non obsta. tibus priuilegijs, sufficit ad derogãdum priuilegijs non insertis in corpore iuris. Ruy. consi. 116. in me. 1. lib. 1. Quando autem restringatur ad specificata. Ruy. consi. 67. nu. 19. lib. 3. & consi. 93. nume. 6. lib. 3.

De verbo. signifi. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Legatus potest excommunicare & interdicere etiam priuilegiatos qui nõ possunt ab alio quàm a Papa excommunicari.*

2 *Iura ubi communiter loquuntur per plura extrema statutum in vno extenditur ad reliquum.*

CAP. I.

Veniens. Habet quinque partes. Primo declarat quid conferat priuilegium filiationis. Secundo ibi illum, quis locus dicatur desertus circa ecclesias talium locorũ, quatuor articulos declarat. Tertio ibi cæterũ. diffinit articulum decimarum. Quarto ibi in alijs, fit reseruatio iuris episcopalis. Quinto ibi per declarationem, fit protestatio vtriusque. Et pro intelligentia totius decisi. præmitte q templarij & hospitalarij, in q. quam habebant cũ episcopo produxerunt priuilegia Alex. & Lucij, de quorum certis verbis dubitabatur, quid significent, quod hic in prin. declaratur, sed Inno. dicit quod hic loquitur de quodam ordine in Hispania qui dicitur ordo sancti Iacobi in quo sunt laici vxorati certis diebus in hebdomada abstinentes a choro, habent tamen clericos in illo ordine ẜm Ioan. And. & uide. j. per glo. in 1 ver. absoluant. † No. j. ibi vel legato. & tene menti quod legatus de latere potest excõicare vel interdicere etiam priuilegiatos qui possunt excõmunicari vel interdici ab alio quàm a Pa-a pa. Ex quo singulariter infert, q legatus a de latere possit cognoscere de causis exemptorum, q ita clare alibi non probatur ẜm Abb. & Ioan. And. sed Pet. de Ancha. dicit hoc non probari hic in tex. ergo non de iure communi, vt in l. j. C. de the. lib. x. & facit quod no. in c. a. de offi. lega. eo. li. ẜm eum. Sed certe hoc non exprimitur in priuilegio, solum enim per priuilegium fuerant isti recepti in proprios filios, cuius priuilegij verba quid significent hic declaratur dicendo, q licèt tale priuilegium eximat tales, vt non possint interdici vel excõmunicari tamen non eximit a Papa uel legato, & sic probat tex. dictum abbatis, vt ẜ. de quo tamen uide per glo. & Docto. in c. 1. & c. q translationem. ẜ. de offi. leg. & per Spec. eo. titu. §. superest. ver. sed nunquid legatus ibi dicit, quod solus legatus de latere hoc potest & per Hostieo. in summa de legato. §. quod pertinet. & a in prin. & per glo. in c. auctoritate. ẜ. de priuileg. eo. lib. † In gl. in ver. interdici, ibi fit quoddam interdictum, vt patet. ẜ. tit. proxi. is cui. secundum Ioan. An. & Domi. notantem ex hac glo. iunctis his quod ubi iura communiter loquũtur per plura extrema statutum postea in vno extenditur ad reliquum per gl. in c. si postquàm. ẜ. de elec. eo. lib.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Legatus de latere. Adde Spe. titu. de offi. leg. in §. superest. uer sed nũquid legatus. Host. in sum. eo. ti. in §. quid pertinet.

SVMMARIVM.

1 *Locus desertus quis dicatur.*

2 *Vltra memoriam hominis, hæc uerba sonant in negatiuã, scilicet quòd non sit memoria hominum.*

3 *Gaudeas plena libertate, hæc uerba important exemptionem a lege diœcesana.*

4 *Exempti a iurisdictione episcopi si habeant capellas curatas respectu illarum sunt subiecti episcopo.*

1 Illum. † No. j. ibi in præmissis, q quo ad casum istius c. locus dicitur desertus prout hic stat. alibi vero aliter sumitur desertus, vt patet in appel. in clemen. sicut. de appella. Item ecclesia dicitur alibi deserta per non residentiam, vt 7. q. j. si quis presbyter. & ẜ. de cle. non resi. c. 2. ut hic per Ioan. An. & sic patet quod loca detenta per Saracenos, de quibus non a est memoria in contrarium dicuntur deserta. † Secundo no. ibi, vel vltra q ista verba sonant in negatiuam, scilicet quod non sit memoria quod per Christianos fuerit habitus, de quo in c. 1. ẜ. de præscrip. eo. lib. secundum Ioan. An. & sic oratio affirmatiua quãdoque tacite includit negatiuam. facit quod no. a de dictione tantum, a in c. cum ecclesia. ẜ. de causa poss. Tertio no. ibi construendas, quòd ecclesia etiam construenda potest priuilegiari. circa quod vide, quod no. in c. ad audientiam. el 2. 3 de eccle. ędi. ẜ. de te iu. eod. lib. in c. abbate. † Vltimo no. ibi plena libertate, iuncto tex. j. quòd per ista uerba gaudeas plena libertate conceditur exemptio a lege. diœcesana ex quo infertur, quòd dicatur plena libertate gaudere ecclesia, quæ est exẽpta quo ad l. diœcesanam tantum, q procedit isto casu in quo talis plenitudo sic restringitur prout hic dicitur, alìàs autẽ nõ diceretur plena libertas, nisi quis ab vtraque lege esset liber secũdum Inno. & Ioan. An. & sic illa uerba, plena libertate, important regulariter exẽptionem a lege iurisdictionis. & l. diœcesana, q nota. In glo. in uersi. penitus. & hoc teneas quicquid hic

ADDITIO.

b Vin. God. De hac dictione tatum, uide Bar. in l. j. col. 1. ff. quæ sint dic. no. obtẽ. & Bal. in l. cum mulier. col. 2. ff. sol. mat.

hic dicat Hostien. secundum Ioan. An. vt hic per eum. In glo. in ver. legis diœcesanæ. in fi. vnde sub diœcesanis poterunt cõtineri, secundum Innocen. & vide quod no. in ca. 1. §. in eos. in glo. 2. ē. de priuileg. eo. lib. In glo. in ver. petita, in fi. no. ex glo. iuncto tex. quod vbi requiritur licentia alicuius, debet talis licentia non solum esse petita, sed etiam obtenta, de quo tamẽ 4 in c. licet. ē. de regu. & ibi per Doc. † In glo. in ver. subiecti. c. in princ. iuncto tex. ibi. ꝙ licèt aliqui sint exempti a iurisdictione episcopi si tamen habeant capellas curatas respectu illarum sunt subiecti, nam quod cura animarum debeat recipi ab ipso episcopo, & antequàm instituantur sunt ipsi episcopo præsentandi & ab ipso examinandi, vt hic in tex. & si facta præsentatione & examinatione reperiantur non idonei, poterit episcopus ecclesiam de alijs idoneis ordinare. ē. de sup. neg. c. 2. secundum Hostien. quod ideo est, quia tales ecclesiæ habentes curã sunt subiectæ episcopo, nec sunt ex toto exemptæ, vt patet hic in tex. aliàs autem quando sunt in totum exemptę, clerici sunt instituendi per fratres. 16. q6. 2. ca. 1. Si autem populus non esset exemptus tūc rector ecclesiæ institutus per fratres recipiet curam ab episcopo, & eidem reddit rationem populi ibi ad concilium episcopale, & statuta synodalia recipiet, & respondebit de quarta decimarum & aliorum obuenientium sibi a populo, & ratione ipsius populi præstabit sibi reuerentiã obsequiũ & honorem, & alia quæ ab alijs rectoribus præstantur episcopo. ē. de priui. ex ore. & ē. de maio. & obedien. quod super his. nec ob. quod quando episcopus instituit aliquem in ecclesijs non exemptis, vbi est patronus clericus, non recipit institutus curam temporalium a patrono, nam hoc nõ est simile, quia curam animarum nõ potest quis habere, nisi per episcopum cui subest vel eius vicarium. 16. q̃. 8. nullus. ē. de offic. ordina. cum satis. sed ipse abbas exemptus non est vicarius episcopi, vnde ab ipso abbate recipi non potest, sed secus est in cura tẽporaliũ quæ intelligitur data eo ipso quod animarum cura est concessa, & potest dici quod præsentatio facta a patrono sufficiat, vt postea commissa cura animarum, videatur patronus committere curam temporalium, examinare autem eum nõ debebit episcopus, quia non instituit eum in ecclesia, nec confirmat, nec manum imponit, sed Abb. & tales sunt examinandi ab illis quibus debet manus imponi, vt in c. nihil. & c. venerabilẽ. ē. de elec. & isto casu cura animarum nõ est principalis, sed accessoria, nam ex quo per patronum clericus est institutus, & cura animarum est quasi accessoria, ideo contra eum nulla exceptio admittitur, nisi forte infamia laborauit. ē. de accu. accedens. nec etiam accusabitur ab aliquo coram episcopo, & episcopus de eius criminibus vel negligentia non inquiret, quia non est iudex eius, sed si est negligens vel etiam absens, tunc poterit episcopus dare licẽtiam populo, vt ab alio recipiat pęnitentiam & sacramenta. ē. de offi. ordi. inter cætera. in fi. nec ipse episcopus prohibebit parochianis, vt non recipiant sacramenta ab huiusmodi rectore quandiu toleratur. 8. q. 4. nnnne. nisi sciuit vel vehementer præsumeret, ꝙ parochianos vellet trahere ad errorem vel peccandum: nam tunc nõ quasi iudex vel in forma iudicij, sed quasi superior eius rector, & cui præ alijs vel super alios est cõmissa cura eius parochiæ, poterit eis mandare, quòd ab eo, non recipiant sacramenta. ar. ē. de diuortijs. quanto. Caueat tamẽ ipse episcopus, quia si postea rector conqueratur de eo oportet ipsum episcopum probare causas, & præsumptiones quare hoc facit quas si non probabit punietur. ar. ē. de excef. præla. c. 2. Ab isto autem rectore si parochiani appellent extra iudicium debet appellari ad abbatem si in iudicio, tunc debet appellari ad episcopum a quo eos habet. argumen. ē. de maio. & obedien. solitę. & ipse episcopus vacãte ecclesia habebit curam populi, quoad cu- am. 63. distin. si in plebibus. ipsi tamen parochiani audient officia in parochiali ecclesia etiam vacante, & etiam ab extraneo sacerdote, cum locus ille ad hoc deputatus sit. ē. de parochijs, vt dominicis. imò & si rector processisset inquirendo contra parochianum appellabitur ad episcopum, & cum vocabit rectorem, vt defendat processum suum. ē. de appel. tamen speciali. circa fi. secundum Innocen. prout refert hic Arch. & Ioan. An. adducens ad prædicta. c. per exemptionem. ē. de priui. eo. li. & qđ ibi no. & vide etiam qđ no. in c. 1. ē. de capel. mo. e. lib. & per d. Nic. in c. in Lateranensi. ē. de præbendis.

S V M M A R I V M.

1 *Fratres possunt proprijs manibus exercere agriculturam.*
2 *Quarta canonica debetur de iure communi etiam a regularibus.*
3 *Protestatio declaratoria quem habet effectum.*
4 *Episcopus quid probare debet vt excludat exemptionem.*
5 *Monasterium quando est priuilegiatum super decimis noualium certa parochiæ, & agit contra rectorem quasi earum possessorem, quid venıat in probatione.*

1 Cęterũ. † No. j. ibi proprijs manibus, quòd fratres proprijs manibus exercere possunt agriculturam, nec est eis hoc prohibitum, facit qđ no. de consecra. dist. 5. nũquàm. & in c. cum apostolus. ē. de censi. & in c. 1. ē. de ecle. mis. Secundo no. ibi sumptibus. arg. quòd priuilegium concessum circa culturam suis manibus non extenditur ad culturam alicuius factam suis sumptibus, cum hæc ponantur, vt diuersa. vi 2 de. in l. cum duobus. §. si quis in coeunda. ff. pro so. † Tertio no. ibi exigatur, quod canonica decimarum debetur de iure communi etiã a fratribus seu regularibus. facit ē. de decimis, quoniã. & c. dudum, aliàs hoc non esset priuilegium, secundum Io. An. Quarto no. ibi ecclesijs parochialibus, quod regulares soluere debent decimas [a] prædiales ecclesijs parochialibus, ut in c. commissum. ē. de decimis. In glo. fi. ibi, ca. suborta. & per ista iura videtur quod talis reseruatio sit inutilis, quo ad iura omissa competentia tempori iudicati, vt in l. si sub spẽ. C. de re iu. et l. 2. C. sententiam rescin. non pos. & multominus talis reseruatio non est necessaria quo ad iura quæsita post sententiam cũ illa non lædantur propter iudicatum. ē. de excep. c. pen. secundum Ioan. Mona. dicentem, primum dictum procedere in iuribus & defensionibus pristinis inspecto iure priuato, de quo sublata sunt. Sed inspecto iure publico est secus & hoc causa ꝑtestationis reseruantis defensiones & iura omissa. ar. ff. de re iu. l. Imperatores. hic ergo talis protestatio est solum conseruatiua iuris omissi, nam Papa qui est supra ius. ē. de concess. præben. proposuit legem quam vult imponi sententiæ quam dat vel tradit partibus. ff. de sol. l. j. vt refert Ioan. And. de quo. j. in glo. ex quorum dictis no. quòd Papa ex plenitudine potestatis potest reseruare iura in sententia, sed non inferior, secundum Pet. de Anch. de quo per Doc. in sæpe. ē. de appel. & in c. certificari. de sepulturis. & per glo. & Bal. in l. quòd Labeo. ff. famil. erciscun. Nam videtur quod quilibet iudex possit in sententia reseruare iura parti, pro quo glo. in l. si qua militi. ff. ex qui. cau. maiores. & tex. no. in l. Biblius. ff. de pact. dotalibus. in fi. vbi si iudex profert sententiam cõtra partem ex vna causa potest reseruare iura, quòd non noceat ex altera causa. vnde etiã dicebat Bal. in l. j. C. qui accu. non poss. quòd iudex in sua sententia potest reseruare parti exceptionem falsitatis. Idem etiã Bal. in l. peremptorias. C. sententiam rescin. non posse, in 6. colum. dicebat, quòd iudex potest proferre sententiam condemnatoriam contra partem, & tamen in sententia potest sibi reseruare exceptionem solutionis, quod etiam tenuit Ang. in l. ꝙ iussit. ff. de re iu. subsistente enim aliqua iusta causa possunt 3 huiusmodi reseruationes in sentẽtia per iudicem fieri. † In ea. glo. in fi. fuit ergo sententia declaratoria super certis articulis, & sic potest dici, quòd talis protestatio non fuerit conseruatiua iuris, sed declaratoria. hunc enim effectum habet ipsa protestatio, vt in regula, in generali. j. eo. lib. secundum Ioan. Mo. hic, de quo hic per eum, & Ioan. An. & uide in l. si de certa. C. de transac. & in l. an eandem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. & in c. abbate. ē. de re iudi. eod. lib. Et no. j. ex hac glo. secundum Pet. de Ancha. quòd si feratur sententia super declaratione verbi vel intẽtionis ambiguę, non præcludit viam probationib. & iuribus producendis post ipsam super talibus iuribus declaratis, sed quando verè non de dubia intentione, sed de ipso iure competente esset quæstio, & tunc post sententiam alijs probationibus & defensionibus esset via præclusa. Secundo no. ex glo. secundum Domi. ꝙ sententia super declaratione vel interpretatione verborum priuilegij est interlocutoria. Sed contrarium habetur in c. in his. ē. eo. & ibi per Ioan. An. & per Innocen. in c. olim. eo. titu. dicentem, quod est diffinitiua, qđ procederet quando interpretatio & declaratio fit iudicialiter super articulo principaliter in iudicio deducto, puta si partes litigent super intellectu sententiæ iam latæ, & Papa interpretetur, cum illa sit sententia diffinitiua. facit gl. 2. q6. 6. §. diffi. & in clemen. j. in ver. diffi. de sequest. posses. Si uerò interpretatio fiat super articulo non deducto principaliter, sed incidenter, vt si reuocetur in dubium de intellectu priuilegij in iudicio producti ad probandum principalem intentionem, & talis est interlocutoria, & ita intelligi potest glo. hic, & in dicta clementi. j. Si verò interpretatio fiat extraiudicialiter, vt puta quia

A D D I T I O.

a Vinc. God. Decimæ quã ratione, & ad quem finem solui debeant. Ruy. consi. 142. nume. 3. lib. 1.

quia dubitatur de intellectu priuilegij Papæ, & ipse aditur super declaratione verborum, & tunc illa nõ diffinitiua, nec interlocutoria, ex quo actus extraiudicialis, & de ista loquit tex. in c. dilecto. ſ. e. & ita videtur velle Innocen. in d. c. cum olim. secundum Do. hic, & vide tex. in c. j. in prin. ſ. de priuilegijs. e. lib. † Extra glo. cum hic tractatur de exemptione inter episcopum, & religiosos quærit Ioan. Mona. quid incumbat episcopo probare ad excludendum exemptionem, & dicit, ꝙ episcopus videre debet primo si ius commune, quod est pro eo iuuatur vsu vel consuetudine. nam & leges firmantur si equentium iudiciorum vsu, & longa cõsuetudine approbantur, sicut etiam per desuetudinem abeunt. C. de veteri iure. l. j. §. sed si quæ leges. 4. distin. §. leges. Secundo videre debet an priuilegium deroget iuri communi in totum vel in partem cum ista sint diuersa. Tertio videat si priuilegio sit præscriptum, vt ſ. de priuileg. c. si de terra. & c. accedentibus. Quarto videat si exemptus vult iuuare se priuilegio, sicut titulo dante causam præscribendi, quod requiritur quando præscriptio est iuri communi contraria. ſ. de præscrip. c. j. e. lib. & si tunc exemptus velit excedere metas priuilegiorum, tunc in excessu iuste repellitur, puta si alleg. priuilegium liberę sepulturæ, in quo priuilegio solet apponi clausula, salua canonica &c. vt in d. c. certificari. si exẽptus etiam cõtra canonicam se velit iuuare præscriptione, vel consuetudine, quia habet malam fidem in eo, ꝙ excedit. ſ. de præscri. veniẽs. & in regula possessor. j. eo. lib. Quinto videat si priuilegium expresse non tollit ius cõmune, & si in alijs possit saluari, & si graue præiudicium affert, quia non tollitur. C. de appel. pręcipimus, in fi. & de decimis suggestum. Secundo principaliter quærit Ioan. Mona. quid incumbat religiosis, & exemptis. & dicit, quòd primo exemptus inspiciat priuilegiũ, & an iuuetur consuetudine quæ quandoque interpretatur priuilegium. ſ. de consue. cum dilectus. & si priuilegium iuuatur consuetudine firmante priuilegium, vt d. c. veniens. cum tunc præscribatur contra ius commune. ſ. de præscrip. audiens. nam licèt subditus contra proprium episcopum libertatem præscribere non possit, tamen alterius libertatem & proprij præscribere potest, vt d. c. auditis. & c. non liceat. & c. de quarta. eo. ut. secundum Ioan. Mona. & Io. An. quorum dictum inquantum dicunt, quòd præscriptio non procedit in eo quod pars vult addere ad priuilegiũ, facit cõtra episcopũ Fesulanum, vt nõ possit vltra priuilegium exemptionis ecclesiæ in campo Florenti. allegare pręscriptionem contra episcopum Florentinum in his quæ non sunt in priuilegio expressa. & facit quod no. in ca. cũ personæ. super glo. & sic in fi. ſ. de priuileg. eod. lib. secundum Lap. † Et vlti. vide hic per Innocen. super ver. ponentem primo quid veniat in probatione, quando monasterium priuilegiatum super decimis noualium certę parochiæ agit cõtra rectorem quasi possessorem earum. Et econtra quando rector agit contra monasterium, vt illas sibi in pace dimittat. quã gl. hic Ioan. An. non recitauit, quia quasi ad literam habetur in Specu. in titu. de proba. §. j. versi. vltra quæritur, de quibus uide hic plene per Pet. de Ancha. ex quibus dictis, & ipsius Innoc. habetur primo qualiter possit probari memoriam non extare in contrarium. Et qualiter ᵃ probetur memoria in contrarium existere, de quibus. in l. 2. §. idẽ Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & in l. si arbiter. ff. de probatio. Secundo habetur in quibus casibus sufficiat probatio de communi opi. & quid operetur talis probatio, de quo in c. illud. ſ. de præscrip. & per Bar. in l. de minore. ff. de quæstionibus. & Bal. in l. j. C. de testi. & in l. contenticulam. C. de episco. & cleri. & per Rotam in deci. 4. & in deci. 122. quæ incipit, licẽ quòd sufficit. Tertio habetur in quo differat communis opi. ab ipso notorio, & qualiter probetur communis opi. & communis vsus loquendi, de quo per do. Anto. in c. vestra. ſ. de coha cleri. & per Bar. in l. testium. C. de testib. & per Bald. in l. Labeo. ff. de supel. & in l. librorum. §. quòd tamẽ Cassius. ff. de leg. 3. Et pro declaratione horum trium uide hic per Pet. de Ancha. qui quo ad primum quid veniat in probatione quãdo monasterium priuilegiatum super noualibus vult probare noualia, & qualiter testes habeant deponere. super quo Innocen. in d. ca. quid per nouale. ponit primo vnum modum qui sibi non placet. deinde ponit alium in ver. vel melius. dicens, quòd testes debent dicere omnium esse communem opi. se non vidisse vel audiuisse eos qui viderunt vel audierunt quando fuerunt cultę illę possessiones, vt l. si arbiter. ff. de proba. Sed ipse Inno. hic in sua gl. ponit certos alios modos, dicens testes debere dicere, ꝙ opi. cõis est hominum habitantium circa loca, quæ monasterium dicit noualia, & etiam aliorum quibus de his.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Qualiter probetur memoria. Adde Specu. titu. de proba. in §. 2. versi. ult. quæritur.

Vinc. God. Adde, ꝙ memoria non extare in contrarium probatur per lapsum centum annorum, & per communem opinionem, ut per Bar. in l. 2. §. pen. ff. de aq. plu. arc. Bal. in l. fi. C. de lon. temp. præsc. Bar. Cæpol. de ser. urb. c. 19.

SVMMARIVM.

1 *Modi prouidendi de dignitatibus sunt tres, scilicet electio, postulatio, & promotio.*

2 *Defectum patiens in aliquo sensu corporis, non est promouendus ad dignitatem.*

3 *Manifestum & euidens, an in aliquo differant.*

CAP. II.

Constitutionem. Summa & diuide, vt in glo. j. † No. ibi, alias promouendo, tres modos quibus prouideri potest in dignitatibus, scilicet per electionem, postulationẽ, & promotionem, & vide glo. in ver. prouisionem. in c. 1. ſ. de elec. eod. lib. Secundo no. ibi, & alijs &c. quòd auditus & visus sunt duo de quinque sensibus corporis, & tres alios vide per glo. ordi. in l. quod meo §. fi. ff. de acquir. posses. & per Innocẽ. in c. cum causam. ſ. de testi. De vitijs vero animi & corporis vide no. in l. j. cum sequen. ff. de ędil. edic. † Quarto no. ibi memoria & intellectu, ꝙ non solum patiens defectum in aliquo ex sensibus corporalibus non est promouendus ad aliquam dignitatem, immo repellendus, vt hic in tex. & 44. distin. sit rector. sed etiam patiens defectum in memoria, vel intellectu, vt hic, vbi etiam dicitur, quòd talis defectus potest esse euidens. † Vltimo nota quod nulla ᵃ est differentia inter manifestum, & euidens, de quo hic in glo. & vide etiam per glo. no. in l. ciues. C. de appel. de differentia inter manifestum & notorium. In glo. in ver. manifestum ibi, fiet certum. paria ergo sunt aliquid esse certum vel leuiter posse fieri certum, ut l. quamuis. el j. C. de adulterijs. & l. damni. §. Sabini. ff. de dam. inf. secundum Ioan. Mona. facit quod no. in j. glo. in c. insuper. ſ. qui matrimonium accu. possunt. Et certum dicitur duobus modis, aut quia expresse apparet, vt in l. certe, hic alleg. aut quia potest fieri certum, puta si promittatur vinum uel granum, quod est in horreo, quod per apertionem fiet certum, vt ff. de uerborum obl. l. ubi autem. §. sed quæ uinum. sic ergo si examinabitur clericus scietur quid est in suo horreo secundum Ioan. And. facit quod no. 22. q. 5. vbi humanę aures. & in l. Lucius. ff. qui. ad li. procla. non licet. secundum Pet. de Ancha. Ideo est, quòd vbi venit examinanda qualitas personæ, debet ipsa persona personaliter comparere, & non admittitur procurator, ut in l. 2. C. de his qui ueniam impe. Et no. Pet. de Ancha. ex hac glo. ꝙ etiam dicitur euidens illud quod per visum corporis percipi non potest, sed iudicio & oculo intellectus, vt defectus scientię, memorię uel intellectus, licet prædicta non possint ad oculum demonstrari, sed per loquelam tantum. facit quod no. in l. licet Imperator. ff. de leg. j. & in l. si tutor. C. de peri. tu. Et no. ex hac glo. quòd quemadmodum sufficit libellum actoris præsumptiue concludere. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraudem credi. ita & exceptio ipsius rei sufficit, quòd præsumptiue concludere possit vt hic in glo.

ADDITIO.

a Nic. Sup. Nulla est differentia. Adde ca. euidentia. de accu. & in ca. si forte. de elec. lib. 6. & utrobique per d. c. eorum & ibi Arc. xj q. 3.

Vinc. God. Manifestum & notorium, an differant Bar. in auth. qui semel. C. quom. & quad. iud. Soc. in l. si uero. §. si pro rei. qui satisd. cog.

SVMMARIVM.

1 *Canonici cuiuscumque ecclesiæ possunt facere statuta, an autem sine auctoritate superioris.*

2 *Conspiratores contra Romanam ecclesiam qui dicantur.*

3 *Castra vel villę, an possint facere statuta.*

4 *Conuratio & conspiratio quid sint.*

5 *Crimen qualiter potest probari per instrumentum.*

Cæterũ. † Nota primo ibi, cuiusuis ecclesiæ, quòd canonici quarumcunque ecclesiarum possunt ᵃ facere statuta in ecclesia sua sine auctoritate superioris, de quo hic in glo. & dicta statuta firmare per iuramentum: vnus modus firmandi statuta per iuramentũ est, ut hic dicitur, & alios modos uide per glo. in c. cum aliquibus. ſ. de rescrip. eo. lib. & uide

ADDITIO.

a Nic. Sup. Possunt facere statuta. Adde Pet. de Anch. in repe. c. 1. de consti. Ioã. de Imo. in cle. ne Romani. in 2. col. de elec. Fede. de Sen. cons. 16. incip. ca. ecclesiæ.

4 b

vide per glo. no. in c. cum non deceat. in fi. de elec. eo. lib. Secũdo no. ibi sigillo. quod procuratorium potest probari per literas sigillatas sigillo constituentis, de quo per glo. in clemen. j. de procura. Tertio no. ibi libertatem, quòd statuta quæ tendunt ad detrahendam obedientiam debitam Papæ dicuntur esse contra libertatem ecclesiasticam, de quo per Inno. in c. nouerint. ij. de senten. excommu. Vltimo nota, quòd facientes conuentionem & statutum iuramento firmatum de non recipiendo beneficiatos in ecclesia ad mandatum Papæ, dicuntur conspiratores & coniuratores, & vt coniuratores & conspiratores puniuntur, vt hic dicitur, quòd etiam procedit siue sint canonici ecclesiæ cathedralis, siue inferioris secularis vel regularis, imò etiam si sint monachi cum sit eadem ratio, & fortior. ad hoc. c. accusatus. supra de hære. eodem lib. secundum Ioan. An. In gl. in ver. statutum. in fi. tene menti singulariter hanc gl. quæ semper allegatur. & vide per Innocen. & Ioan. And. in c. cum omnes. supra de constit. & in c. constitutus. super ver. per decimũ. de rescrip. & in c. cum consuetudinis. de consuetu. per Lap. in sua allega. 20. & 21. & per Bald. in l. debitorum. C. de pac. Et loquitur ista gl. de cap. ecclesiæ cathedralis, sed in alijs capitulis aliarum ecclesiarum collegiatarum, an possint facere statuta in eorum ecclesia cum eorum prælato sine licentia episcopi, no. per Archidia. xj. distin. catholici. & per Guil. in clemen. j. in ver. inualescat. de celebra. mis. & secundum eos fit eadem distinctio in istis, sicut fit in ista glo. secundum Do. hic. & facit quod no. Innocen. in cap. requisisti. de testa. Quid autem sit de alijs collegijs approbatis, an [a] possint facere statuta. Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. quod sic in his in quibus habent iurisdictionem, & ad ipsos pertinent. facit l. 2. C. de constitu. pecu. & ibi per Bal. & in l. j. C. de monopolijs. & in l. fina. & in l. priuatorum. C. de iurisdi. om. iud. & ibi per Docto. † De castris vero vel villis, an possint facere statuta. Barto. in d. l. omnes. videtur tenere quod sic etiam sine auctoritate superioris, tamen seruata distinctione & moderatione huius glo. Et idẽ est dicendum in consuetudine, nam castra & villę possunt habere propriam consuetudinem non repugnantem legi vel cõsuetudini proprię ciuitatis. nam vbi repugnaret non valeret consuetudo rusticorum, vt hic in glo. & hoc nisi esset confirmata per superiorem. C. de testi. l. fina. ita dicit Bald. in l. j. circa prin. C. quæ sit lon. consue. In glo. in ver. canonicas. ibi, & c. cũ oporteat. & uide in c. cum I. & A. ij. de re iudi. in vlti. gl. & ibi per Ioan. An. an isti repellantur contra alios. † In ea. glo. ibi, est autem. no. glo. quid sit coniuratio, & quid [b] conspiratio, & dicit hic Archidia. quod coniuratio fit cum iuramento, & in hoc differt a conspiratione cum sit promissio vel pactum sine iuramento dicta a conspirando, idest simul spirando, vt quando plures spirant & tendunt in vnum secundum Ioan. And. Quid autem si monachi contra abbatem dilapidatorem ligãt & promittunt cum iuramento se iuuare, & cõtra omne aliud monasterium damnum inferens, an isti sint conspiratores, & a iure hoc reprobetur hic per Archidi. arguentem primo, quod sic de iure quòd non, cum ligatio quæ fit ad aliquid honestum non sit conspiratio, sed potius concordia, & vnio. facit l. j. ff. de collegijs illici. & quod no. in d. c. cum I. & A. & 11. q. j. si clerici. & c. si qui clericorum. & ibi Hugo. hanc partem tenet secundum Archidia. & ita residet hic Ioan. And. & Domi. quod limita procedere in conspiratione facta ex iusta causa de præsenti, puta contra prælatum uel superiorem qui iam incipit dilapidare vel male tractare bona & personas monasterij, secus si hoc fieret malo animo & quæsito colore, ut quia in animo gerebant se iuuare per phas & nephas, quia tunc secus esset. argumen. l. dudum. C. de contrahen. emptio. & istis pœna imponetur, vt no. in l. j. ff. de calum. secundum Bald. hic. immo tales conspiratores censerentur secundum Per. de Anch. dicentem vel præsumptionem illicite, tunc subditis non licet conspirare, & coniurare contra ipsorum superiorem etiam in casu in quo esset malus in posterum, & ita procedat tex. hic, cum cõiuratio istorum contra impetrantes non fuit facta super re illicita, sed super licita, puta vt defenderent se contra impetrantes vsque ad ius & sententiam quantum poterunt, ista enim conuentio non sonat in delictum, cum licita sit defensio secũdum Pet. de Ancha. & pro his facit, quia in dubio omnis coniuratio præsumitur illicita, & fieri ad malum finem, nisi contrarium appareat, ut no. in c. j. supra de scismaticis. Et prædicta procedunt quando coniuratio fieret super re communi, puta super defensione bonorum ecclesiæ, secus si fieret super re ꝓpria alicuius de collegio, puta defendẽdo vnũ de collegio ab iniuria ei illata per suum prælatum, quia talis conuentio est illicita, & contra reuerentiam superioris. ad hoc quod no. per Bar. in l. fi. de collegijs illici. & hic plene per Pet. de Anchara. † In ead. glo. in fi. no. ex glo. crimen posse probari per instrumentum, intellige quando instrumentum fuit cõfectum de voluntate eius contra quem producitur, vt hic, alias secus, ut per Ioan. An. in regula semel malus. j. eod. lib. vbi plene per eũ. de quo etiam per glo. in c. cum impositionibus. hic alleg. & in l. Senatus. ff. ad turpil. & ibi per Bart. & Bal. in l. contra vagantem. ff. ad l. Aquil.

ADDITIONES.

a Ni. Sup. An possit facere statuta. Adde Ioannem An. in c. cum omnes. de constitu. an tales possint facere statuta specialia contra statuta generalia illius ciuitatis. uide per Barba. consi. 30 incip. Illud in medium in 3. uol.

b Nic. Sup. Quid conspiratio. Adde Card. Zaba. in clemen. pastoralis. in 7. no. de re iudi.

Vin. God. Coniuratio, quid sit, remissiue per Fel. in c. exhibita. col. 2. de iud. & de conspiratione, in c. per tuas. col. 1. in fine de simon.

SVMMARIVM.

1 *Capituli appellatione non comprehenduntur singuli de capitulo.*

2 *Statutum quibus, & quot causis cognoscatur esse iniustum.*

1 Statutum. † No. primo ibi, & singulis, quòd appella. capituli non comprehenduntur singulares de capitulo cum ponantur hic, vt diuersa, de quo vide no. in c. si sententia. supra titu. proxi. † Secundo nota ex toto hoc tex. plures causas ex quarum qualibet cognoscitur statutum esse illicitum & iniquum. Et primo quando ex statuto prohibetur debita obedientia superiori. Secundo quando ingerit grauamen expensarum. Tertio quãdo vetat concordiam litis. Quarto quando compellit iniustam mouere litem. Quinto quando prohibet renunciationem litis. Sexto quando inducit quem ad peccandum. Septimo omne statutum inducens conspirationem contra superiorem est illicitum & reprobatum, ut hęc omnia probantur hic in tex. quod est no. secundum Domi. In glo. in ver. laudabile. in fi. no. glo. pro excusatione prælati, ut si in rebus ecclesiæ exercet litem non possit ex hoc reprehendi. facit l. minoribus. 25. annis subuenitur. ff. de min. & quia clerici quantum possunt debent a iudicijs abstinere, & expedit ipsis paruo incommodo a strepitu causarum esse quietos, vt in c. 1. ij. de syndi.

CAP. III.

Exijt qui. In gl. j. in fi. idem Ar. & licet tex. hic in fi. prohibeat hanc cõstitutionem glossari, ista tamẽ ꝓhibitio, & eius pęna hodie est suspensa ad beneplacitum sedis apostolicæ, vt patet in extrauaganti, quia nonnunquàm, Ioan. 22. secundum Io. An. hic. Et uide no. per Bald. in auth. si qua mulier. in fi. C. de sacrosan. eccle. inducentem tex. hic. in §. cæterum. & in §. quia sub colore, ad statuta quãdo in eis caueretur, quòd aliquod statutum non possit glossari, quia qualiter hoc intelligi debeat, patet hic in tex. de quo ibi per Bald. & in l. 3. C. de libe. præte. & in l. non dubium. C. de legibus. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Et loquitur tota hæc decre. de regula fratrũ minorum & illam interpretatur ordinat & limitat, de quibus etiam vide plene in cle. exiui. eo. titu.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium dicitur esse abbatis quo ad correctionem monachorum.*

2 *Cellarium monasterij appellatione quid ueniat.*

3 *Commorantes, hoc uerbum uerificatur in quacunque mora quæ fit in loco siue sit perpetua siue temporalis.*

CAP. IIII.

1 Priuilegiũ. † No. primo ibi, tuo. quòd monasteriũ dicitur esse abbatis. intellige quo ad correctionem monachorum. supra de maio. & obed. cum in ecclesijs. vel quoad administrationẽ, vt in c. edoceri. de rescrip. cum tota vis & potestas monasterij resideat in abbate. 17. quæstio. 2. nulla. Non autem intelligitur quod monasterium sit proprium abbatis, quia prælati regulares non possunt habere proprium, vt supra de priuileg. cum olim. el secondo, & quia abbatia monachis remanet, ut 54. distin. abbati, quia monachus caret proprio, ut 12. qũ. j. non dicatis. et sic paret quòd illud pronomen meum et tuum, non semper importat dominium et proprietatem, sed uerificatur etiã respectu administra. Secũdo no. ibi, siue fratres, optimum tex. probantem idem esse dicere fratres, quòd monacos, de quo ꝑ de iudi. causam. Tertio no. ibi, interdicto. iuncto tex. præcedẽti differentiam inter excommunicationem et interdictũ, quia personæ excommunicantur et loca interdicuntur. sic 11. q. 3. c. nemo.

nemo episcoporum. & de cle. exco. postulasti. secundum Ioã. And. j. c. prox. & ibi dicta. [2] † Quarto no. ibi prioratus ecclesias vel capellas, quòd appellatione cellarum monasterij non veniunt prioratus ecclesiæ, vel capellæ monasterij quod procedit sumendo verba propriè, vel quando verba sunt strictè interpretanda, sicut est in priuilegijs ordinariç potestati præiudicantibus, vt hic secundum Imo. & Domi. pro quo glo. in cle. 2. in fi. de offic. ord. alias verò de lata significatione vocabuli, eo casu quo verba deberent latè sumi, tunc veniret nõ solum ecclesiæ, vel capellę monasterij, vt patet 18. quæstio. 2. quàm sit in prin. & ibi glo. sed etiam monasterium & prioritas, vt est tex. ĩ. de transac. præterea. & ita procedant dicta iura, de quo hic ꝑ Imo. & Do. & pro his etiam glo. hic in ver. secreta. volens, ꝙ large sumendo appellatione cellarum veniunt cellę, quę sunt intra claustrum, sed strictè sumendo, prout sumi debet in priuilegijs alteri præiudicantibus non veniunt, vt ibi in glo. Quinto no. ibi ab ordinariorum, quòd monachi in prioratibus vel capellis in monasterijs existentes, & ipsi prioratus & capellæ sunt subiecti iurisdictioni episcoporum, de quo in c. conquerente. de offi. ordi. Vltimo no. quòd appella. cellarum monasterij veniunt loca ipsius monasterij secreta & solitaria a conuersatione hominum & contemplationi deputata. [3] † In glo. in ver. commorantes, in fi. idem Archi. super tex. intelligens hunc tex. etiam de habentibus ad tempus secundum Domi. notantem ex hac glos. de isto verbo commorantes, quod verificatur in quacunque mora quæ fit in loco siue perpetua, siue temporali, intellige quãdo fit mora, vt fiat de familia illius loci, vel quãdo in illo loco deseruiret & ad tempus, secus si ibi fieret mora gratia solatij vel visitationis, & tunc aliud esset, vt no. per gl. in ver. residcant. in cap. 1. ĩ. de priuileg. eo. lib. secundum Dom. In glo. in ver. secreta ibi, a celando, hoc importat occultationẽ de qua sequitur, sed in alia significatione ponitur pro sculpere, quia sicut sculpendo datur forma materiæ quæ forma ornat, ita & cella ipsum monachũ quem mũdo celat & per contemplationem ornat Deo secundum Ioã. An. vt hic per eum. In ea. glo. in fi. adeo est, quòd in ordine Cartusiensi, de quo fuit dictum per Ioan. An. in c. constitutionem. ĩ. eo. & in cap. de decimis. eodem lib. non habet locum quo ad cellas fratrum, quæ sunt in claustro eorum, quæ regulariter sunt. 12. nam illi habẽt cõmunionem claustri & capituli, & certis diebus refectorij, vt no. per Ioan. And. in c. sane. in glo. mag. supra de regu. secundũ Ioan. An. hic. In glo. fi. in fi. Arch. inducit hunc tex. 8. q. j. in scriptutis, quòd quies est nobis ex corde appetenda per quod videtur contemplatiuam vitam præcellere, facit etiam 8. q. j. qui episcopatum. quod dicit verum secundum Augu. nam. 12. sunt in quibus vita contemplatiua præcellit actiuam, vt per Augu. in summa de virtutibus, de quo per Ioan. And. in c. j. §. sane. in glo. mag. & facit quod habetur in c. licet. de regula. & in c. cõmissam. ĩ. de sponsa.

S V M M A R I V M.

1. *Gratia siue priuilegium dicitur esse illius cui conceditur, licèt ab alio deriuetur.*
2. *Gratia limitata ad vnum modum vacationis non extenditur ad alium modum si non exprimatur.*
3. *Conferre beneficia suorum clericorum, quis non potest de iure communi.*
4. *Gratia concessa circa clericos veniunt clerici sui quotcunque sint.*
5. *Morari in loco quis continue dicitur, licet absit aliquo tempore.*
6. *Priuilegium est strictè interpretandum quando tendit in præiudicium tertij. & num. 7.*
8. *Commensales prælati priuilegiati, ut gaudeant priuilegio canonis, quæ requirantur.*
9. *Continue verbum, de quo tempore debet intelligi.*
10. *Legatus habens priuilegium, ut durante legatione possit conferre beneficia suorum capellanorum &c. vide de septem temporibus, numero 11. 12. & 13.*
14. *Familiæ appellatione qui veniant.*

C A P. V.

SIcut. Primo ponitur consideratio causata a verbis duplicis gratiæ. secundo ibi, verum, ponitur latior responsio. [1] † No. j. ibi, tibi gratiosè, quod licet effectus gratiæ deriuetur in alium ab illo cui conceditur prout est hic, ipsa tamen gratia uel priuilegium dicitur esse illius cui cõceditur, & ex cuius persona in alium deriuatur, vt est tex. hic. facit c. si cui. & c. quàmuis tibi. supra de præben. eod. lib. quod inducit ad op. Oldra. supra de episcopo concedente indulgentiam subditis porrigentibus manus adiutrices in opere alicuius in dioecesi construendo, ut gratia nõ valeat, ex quo concernit opus fiendum extra dioecesim, licet eius effectus deriuetur in subditis secundum Pet. de Anch. remittentem se ad no. per eum. in c. postulasti. ĩ. de fo. compe. in repe. [2] † Secundo no. ibi, cedentium vel decedentium, quod gratia limitata ad vnum modum vacationis non extenditur ad alium modum, nisi exprimatur. facit c. susceptum. ĩ. de rescrip. eod. lib. quod procedit etiã si gratia sit talis cuius effectus deriuetur in alium ab illo cui cõceditur, vt hic patet, licèt talis gratia non sit ita ambitiosa, vt j. dicetur. & vide per glo. in ver. decedentium. in c. quàmuis. el 1. supra de præben. eo. li. quod no. ad d. c. susceptum. An autem beneficia istorum cedentium, ut includantur in priuilegio possint renũciari in manibus istius priuilegiati, an uero sit necesse, quòd in manibus illius ad quẽ de iure spectat. Arch. hic arguendo pro & contra, videtur hoc vltimum tenere, & idem Ioan. An. & hoc nisi aliud in priuilegio sit expressum, vt in c. dudum. ĩ. de præben. eod. lib. & facit quod no. per glo. in uer. manibus. & in clemen. j. de renuncia. & ibi per Pau. [3] † Tertio no. ibi possis conferre, quod de iure cõmuni non potest quis conferre beneficia suorum clericorum, ex quo de gratia & ex priuilegio Papæ hoc cõcedatur, vt in l. j. C. de thesau. lib. x. Intellige, nisi essent talia beneficia, quæ aliàs de iure communi poterant cõferri. Et aduerte si talis cui hæc gratia conceditur velit dicta beneficia conferre, & in eis vti gratia & illius virtute conferre dicetur factum auctoritate apostolica, licèt in priuilegio hoc non sit expressum, cum subintelligatur saltem quo ad illa beneficia, quæ alias de iure conferre non poterat, licèt in literis facultatis bene distinguatur, an in eis sit expressum auctoritate apostolica uel non, ut in c. cum aliquibus. ĩ. de rescrip. eo. lib. secundum Ioan. And. Quarto no. ibi fructus percipiant, ꝙ de iure communi non deberentur clericis fructus suorum beneficiorum, vel præbendarum si in eis non resideant, ideo est, quòd hoc ex priuilegio conceditur. quod procedit etiam si clerici sint in seruitio etiam Cardinalis uel episcopi, cum iste textus generaliter loquatur, & non apparet cui loquatur secundum Ioan. And. remittentem se ad notata per eum in cap. ad audientiam. ĩ. de cleri. non residen. in vlti. glo. & ibi de familiaribus episcopi, de familiaribus uero Cardinalis, no. in c. cum dilectus. ĩ. de cle. non residen. in ulti. glo. hodie tamen commensales Cardinalium sunt priuilegiati de iure communi in officiando eadem forma cum ipsis, ut in cle. fi. de celebra. missa. [4] † Quinto no. ibi clericos, ꝙ in gratia concessa circa clericos ueniunt clerici sui quotcunque sint ex quo hic in tex. non taxantur. Veniunt etiam clerici sui non solum qui erant sui tẽpore datæ gratiæ, sed etiam postea quæsiti uel recepti, dummodo non sint quæsiti fraudulẽter, ut j. in tex. secundum Ioan. An. qui post Ioan. Mona. inducit prædicta ad episcopum habentem priuilegium cum temporis præfinitione ut quatuor clerici suis obsequijs insistentes percipiant fructus beneficiorum suorum, quòd si unus ex ipsis quatuor sic elec. cedit vel decedit possit episcopus loco illius subrogare, arg. l. sicut. ff. quibus mo. usufru. amit. & hic plene per eos. Sexto no. ibi, & in tuis expensis, ꝙ illi dicũtur uere clerici, uel [a] familiares alicuius domini qui uere sunt de eius familia,[a] & cõtinui commensales expensis eius, & ita sumitur hic, licèt in alia materia aliter sumatur, ut in l. pronunciatio. in fi. cum l. se. ff. de uerb. sig. & in l. j. §. familiæ. ff. de publi. & per Bal. in l. parentes. C. de testibus. & uide in l. ędiles. §. familię. ff. de ędil. edi. [5] † Vlti. no. ꝙ ille qui abest a loco animo redeundi in breui, uel infra modicum tempus, dicitur continue in loco morari. facit quod no. in c. præsenti. ĩ. de præben. eo. lib. ex quo patet, ꝙ dicitur aliquid continue fieri etiam si aliquod interuallum hẽat, facit quod no. per glo. & Doc. in proęmio decreta. & in l. j. ff. solu. mat. tenentes ex his ꝙ si testes dicunt aliquem continue possedisse, eorum dicta non uitiãtur, licèt probetur talem qui dicitur semper possedisse aliquo tempore abfuisse, & idem tenet hic Pet. de Ancha. & Bal. in proę. C. in princ. & uide quod no. j. in glo. in uer. continue. facit quod habetur in l. 2. in fi. ff. de diuortijs & de pę. distin. j. diuortium. nam non dicimus diuertisse qui statim seu in breui redijt, ut ibi habetur. In glo. 2. ibi, in curia Romana. glo. in c. quamuis. hic alleg. tenet ꝙ non. idẽ hic Archi. de quo plene per Ioan. An. & Doc. in d. c. quamuis.

In

A D D I T I O.

[a] Celsus. Sunt de eius familia. Adde Pet. de Ancha. & Ioan. de Ana. in c. i. de cen. & Bar. & Bal. in l. fi. ff. de uerbo signifi. Alex. in l. pronunciatio. ff. fami. ercisc. & Pau. de Ca. consi. 17.

Vinc. God. Familia quando per nomen familiæ uocatur, intelligitur ordine successiuo graduum, Cor. consi. 131. præmittendum litera 2. lib. 2. & familiæ nomen etiam ad futuros extenditur. Ruy. consi. 2. nu. 13. lib. 2.

In glo. in ver. respondemus. In prin. no. ex glo. modum cognoscendi quando constitutio sit declaratoria, an inductoria noui iuris. In ea. glo. in fi. mens Ioan. Mona. secundum Ioan. An. dicentem etiam quod in plus se habet declaratio, scilicet, vt trahatur ad præterita quam ordinatio statutum vel prorogatio, quæ proprie respiciunt futura. probatur vtrunque. in c. constitutionem. de reg. & de pœnis, Romana. & in c. statutum. de hære. in j. responso. eod. lib. etiam ex his deciditur quæstio de

6 qua in cle. 2. in 1. glo. de decimis, ut hic per Ioan. And. † In glo. in ver. similibus. ibi odioso no. quod priuilegium censetur odiosum, & stricte interpretandum quando tendit in præiudicium tertij, etiam si tendat hoc modo, quia auferat ordinario potestatem conferendi. facit quod no. in cap. quamuis. hic alleg. & per glo. in clemen. 2. in fi. de offi. ordi. & bene illo respectu priuilegia de quibus hic sint odiosa & restringenda, quia tamen ipsorum effectus deriuatur in alios, vt est dictum. in tex. in princ. notatur minuit ipsa ambitio in impetrante, & ideo in aliquibus late interpretantur, quod patet, quia verbum beneficia, in tex. positum in istis priuilegijs ponitur late, vt compre

a hendat etiam maiora beneficia, [a] vt in c. pen. supra eod. & ibi hoc no. in prin. & in fi. & in c. si propter. de rescrip. eo. lib. in prin. vbi no. an veniant beneficia exemptorum, secundum Io. And. hic dicentem etiam quod in utroque priuilegio, de quo in tex. extenditur gratia ad beneficia acquisita etiam post datam gratiæ, vt hic per eum, de quo vide no. in d. c. si cui. Et ex prædictis infertur quod si in vna, & eadem dispositione concurrat fauor & odium, seu quod vno respectu sit odiosa & altero respectu fauorabilis, iudicanir potius vt odiosa, de quo de foro competen. si diligenti, in prima glo. & in ca. sciant. supra de elect. eod. lib. secundum Do. de quo etiam vide in l. qui excep. ff. de condi. indebi. & ibidem, & per glo. in l. venia. C. de in ius

7 vocan. † In ea. glo. in fi. dic, quod ibi priuilegium non est odiosum, & quia ibi verbum clerici, simpliciter profertur, sed hæc in ista determinatione suorum, ideo est quod restringitur ad clericos qui vere sunt familiares, & sui commensales continui. Et idem si diceretur meorum, vel suorum clericorum, cum meum tuum & suum ad diuersos modos loquendi relata, idem suppositum importent, secundum Ioan. Mona. ut plenius hic per eum. & Ioan. And. ex quo infertur quod istud pronomen

tunc hæc regula locum habeat. Si verò ocurrũt q̃nque delicta, vbi non sit minimũ, vt in q. in qua dubitatur quis sit iudex delicti, vt est q̃n exemptus in loco exempto manens proiecit lapides, & percussit stantem in loco non exempto, vt ponit Egidius, vel q̃n existens in Paduano districtu iuxta fines ipsius aliquid cum existente, vel in existentem in territorio Triuisano egit, propter quod factus est reus, & tunc ipsi disputantes concludunt, ne delicta remaneant impunita, vtrunq; esse iudicẽ, ꝓlatum exempti, vel paduanum respectu principij, & quia sub eo perficit quo ad se. ad idem c.i.ẽ. de præsump. ibi, q. mittit, & quod ibi no. & ordinarius loci & Triuisanus respectu finis & effectus, & sic delictũ plura territoria tangens cuiq; territorio attribuetur insolidũ. ad hoc l.j. C. vbi de cri. agi oportet, & quod ibi no. in gl. ſm Io. An. hic. facit ẽt ad hoc glo. in l. j. C. vbi de cri. agi oportet, & quod no. Dyn. in l. pupillus. §. j. ff. de ver. sig. tenens, q̀ de delicto cõmisso in confinibus duorum territoriorũ possit vterq; iudex cognoscere. pro quo l. iuris peritos. §. cum oriundus. ff. de excusa. tuto. sed Bal. in d. l. j. videtur tenere, q̀ delictum dicatur cõmissum in loco, vbi est quis ꝑcussus, & sic vbi est consummatum, & ipsius loci iudex possit cognoscere ratione delicti. ad hoc l. illud. ff. ad l. Aqui. & q̃d no. in l. qui de crimine. ff. de accu. & quod no. per Bart. in l. q̃d aũt lex. §. fi. ff. de adul. & l. libellorum. ff. de accusa. & quod no. in c. j. ẽ. de consecra. eccle. eod. lib. Sed posito q̀ vterque iudex possit cognoscere, non tamen poterit vnusquisque pęnam imponere insolidum, imò reo per alterum punito præcludetur alteri potestas puniendi, vt ẽ. de accusa. de his. & in l. licet. ff. nau. caupo. stabu. ſm Io. An. hic. & vide plene per do. Anto. in c. fi. ẽ. de foro compe. & per Bal. in l. si quis non dicam. C. de epis. & cler. dicentem ẽt, q̀ si comparitio fieri oportet, & tunc præfertur principium, hoc est comparere debebit corã prælato exẽpto, vel ordinario iudice. ad hoc ff. arbo. fur. cęsarum. l. si plures. §. fi. & vide per Bar. in l. sepulchri violati actio in primis. ff. de sepul. viola. Quid autem sit in ꝯctu, & eius foro. dicit hic Io. An. ponderandam consummationẽ ꝯctus, vt vterque sortiatur forum in loco, in quo contractus perficitur. ad hoc l. obligari. §. tutor. ff. de aucto. tuto. & ibi glo. & hoc nisi essent personæ, quæ ratione contractus non sortiuntur forum, de quibus ff. de iudi. l. hæres absens. §. j. vel nisi actum esset de solutione faciẽda in altero prædictorum locorum, vel in tertio loco, cum tũc in illo loco videatur contraxisse, & ibi poterit conueniri, ff. de actio. & obli. l. contraxisse. vt hic plene per Ioan. And. & no. in c. i. ẽ. de priuile. eo. lib. & in c. Romana. §. contrahentes. ẽ. de foro compe. eo. lib. & ibi per Doc. in d. c. fi.

R E G. XXXI.

Eum, qui est certus, certiorari ulterius non oportet.

S V M M A R I V M.

1 *Denunciatio an sit necessaria, vbi datur scientia & certitudo.*
2 *Venditor si sciens seruitutem deberi, aut vitium, dixerit se nolle teneri nomine seruitutum, an hoc pactum generale trahatur ad ea quæ venditor sciuit.*
3 *Nouitius stans in monasterio per annum, postea exiuit, deinde iterum rediit, an debeat habere nouum annum.*
4 *Delegantur duo in aliqua causa cum clausula, quòd si non ambo &c. alter ex his procedit non facta fide de impedimento, an teneat processus.*

1 EVm qui. † Nota hanc regulam, q̀ vbi daĩ scientia & certitudo, ibi denunciatio non est necessaria, quod verum est ſm Dy. hic, in his, in quibus sola scia est de substantia, [b] alias denunciatio esset necessaria, & m̃ non sufficit scientia, vt ff. de adul. denunciasse. in dubio tunc ꝓsumendũ est potius sciam q̃ denunciationem esse de substantia, cum denunciatio fieri soleat, vt incertus certificetur. ad hoc ff. de peti. hær. l. item veniunt. §. petitã & ff. q̃d vi aut clã. l. aut qui aliter. §. si forte. ſm Dy. & Io. An. hic. Bar. tñ in l. 2. §. fi. ff. sol. mat. notabiliter dixit, q̀ q̃n denunciatio fit solum ad finem scientiæ & ad certificandũ aliquẽ, tunc procedit regula hæc, sed q̃n denunciatio fit ob aliud, tunc etiã scienti debet fieri denunciatio, vt d. l. denunciasse. vnde cõcludit, q̀ ẽt venditori scienti litem motam debet fieri denunciatio, quia ei non fit solum, vt certificetur, sed ut veniat ad defendendũ, de quo in l. emptor. C. de euictio. & per Bal. in d. l. denũciasse. & l. non solum. §. morte. ff. de noui ope. nun. quo ad hoc tñ, ut ex scientia augeatur effectus, bñ requiritur denunciatio,
2 ut q̃n requiritur mora, vt ff. si cer. pet. l. q̃d te. † In glo. j. ibi, quanto minoris ageret ẽt emptor, & venditor sciens seruitutẽ, uel uitium dixerit se nolle teneri noĩe seruitutũ, uel uitiorũ, hoc enim gñale pctũ non trahitur ad illa, quæ uenditor sciuit, ut ff. de act. emp. l. hæc autem. & ibi per Dy. & per Spec. in tit. de emp. & uen. §. uidendũ. uer. quid si uenditor. & seq. & per Ioã. An. in c. cum infirmitas. ẽ. de pę. & remis. & no. ex glo. q̀ q̃ quis certus non sit certificandus, bene tñ est requirendus & ꝯmonẽdus ad causam, ut ff. de pęnis. l. absentẽ. fallit in l. sępe. ff. de re
3 iudi. ſm Bal. & ibi uide. † In ea. glo. in fi. idem tenet Spe. in titu. de sta. mo. uer. 38. & ibi uide per Io. An. in addi. & procedit hęc glo. in eo, qui steterit per annum conõnuũ in monasterio, & exiuit ante professionẽ, et postea rediit, quia non est necesse q̀ habeat alium nouũ annum. Sed si [a] nouitius stent in monasterio per sex menses, et exiuit, et postea rediit, tunc deberet habere integrum annum, ſm Bar. in l. fi. §. quoties. ff. de publicanis. as daretur casus, in quo quis nõ probaret oẽs asperitates regulę, & ita tenet do. Nico. in c. ad apostolicã. ẽ. de reg. et Lap. in sua alleg. 47. ubi plenius de his. et per Arch. in c. non solũ. ẽ. de reg. eo. li. uide no. per Ang. in l. quoties in stipul. ff. de uerb. obli. et
4 ibi in recol. † Extra glo. inducitur hæc regula ad q. si duo delegantur ad cãm cum clausula, q̀ si nõ ambo, alter ex his altero collega uerè impedito, sed de impedimento fide nõ facta processit in causa, an ualeat processus. Et concludit Io. And. q̀ aut est impedimentũ sine ope exceptionis impediens iurisdictionem uel exercitiũ, uel erat perpetuũ, uel tpale ineuitabile, et tunc siue id fuerit notorium, siue non, ualet processus, ẽt si ipse iudex uel aliqua partium de hac q. non retulerit, et ita procedat opi. Inn. in c. prudentiã. de offi. deleg. et Arch. in c. cum plures. eo. tit. in 6. quod procedit non solũ si ipse iudex procedens tale impedimentũ sciuerit, sed ẽt si dubitauerit, ſm Io. And. adducentẽ ad hoc no. in l. 3. ff. de manumis. vin. et in c. cum ex officij. ẽ. de præscrip. et ibi per Ioan. An. post Inno. et Host. Sed si tale impedimẽtum, in quo sit necessaria exceptio, ut impedimentũ suspicionis, quod debet probari et opponi ſm no. in c. si qua vnum. ẽ. de offi. dele. eo. lib. uel sit impedimentũ incommoditatis, uel impedimentum uoluntatis, et his casibus nõ valet ꝓcessus, et procedit op. glẽr Host. in d. c. prudentiã. s. q̃a in impedimẽto incõmoditas non ex incõmoditate, sed q̀ ex excusatione seu allegatione existit ꝯditio, et ita loquit c. si statutus. ẽ. de rescrip. maxime cum tunc subdelegare possit, et collega teneatur subdelegatũ admittere, ut in c. coram. ẽ. de offi. deleg. Et de impedimento uoluntatis necesse est de illa constare, uel per contumaciã, uel resistentiam, ſm Ioan. An. hic plene per eum, et per Do. in d. c. suscitatus. et in d. c. prudentiã. et in d. c. cũ plures. et ꝑ Ro. in deci. 166. q̃ inci. Itẽ si duo ex tribus.

A D D I T I O.

a Si nouitius in monasterio per sex menses. Adde Spe. titu. de sta. mona. in §. j. uer 33 Abb. in c. apostolicam. de regu. Bar. in l. fi. in §. atrocitas. ff. de condi. insti. Ang. in proę. ff. Ang. in l. si idem cum eo ff. de iurisdi. om. iudi.
b Vinc. God. Adde Fel. in c. cum d. & 2. col. antepen. de re iud.

R E G. XXXII.

Non licet actori, quod reo licitum non existit.

S V M M A R I V M.

1 *Electio iudicis spectat ad actorem regulariter.*
2 *Reus si actore non probante vult probare se dominum, an sit audiendus.*

1 NOn licet. No. hanc regulam, et sic æqualitas in iudicijs est seruanda, ut hic, et ẽ. e. li. in regula, in iudicijs. et ibi vide dicta de hoc. † In glo. j. ibi, item si reus. no. ex gl. q̀ regulariter electio iudicis spectat ad actorem. pro quo tex. in l. cum clericis. C. de epis. et cler. et per glo. in uer. eligat. in c. cum R. ẽ. de offi. deleg. nam electio remediorum spectat ad actorem, ut in l. 3. ff. de eo quod certo loco. et si actor eligit iudicem amplius recusare nõ potest, ut in auth. offeratur. C. de li. contest. In ex. glo. ibi, non potest reus, et sic eo casu fallit regula ff. eo. titu. l. omnis diffinitio. ſm Dy. fallit etiam hæc regula in testibus actoris, et rei, secundum glo. sing. in uer. iuri. in clemen. j. de testi. et in casu, de
2 quo ẽ. in tex. † In ead. gl. in fi. vnde si actore nil probante, vult probare se dominum, audiendus erit, secundum Dyn. interest enim sua, quia eo probato consequitur ius agendi, licèt alter habeat ius excipiendi, ut in l. sed si possessori. ff. de iureiuran.
a Sed si uterque, scilicet actor et reus [a] uelit probare se dominum, primo audietur actor, ſm Dy. circa quod uide no. in c. ex literis.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Nota, quòd reus fauorabilior est quàm actor, Alex. in l. de die qui satisd. cog. Sed nunquid fauor datus reo, datur etiam in iudicio, in quo est actor, Fel. in c. significauerunt. in fi. de excep. dicit quod sic.

literis.ĩ.de proba.secundum Ioan.And.& in c. ex conquestione,de rest.spo.& in d.l.circa.& quia vt patet ex gl.aliquando licet reo quod non licet actori,ideo Io.And. inducit ad q.si accusatus de homicidio coram iudice seculari alleget se clericũ ad quod probãdum coram iudice ecclesiastico, producit literam Papalem, qua nominatur clericus, & canonicus Parisiensis, an sufficiat isto casu talis probatio,in qua q.Gui.disputando tenet,q̃ licet talis probatio ipsi clerico nõ sufficiat,si agat ad beneficium vel ad aliud competẽs clerico, vel si petat admitti ad celebrandum populo,vel similia,per c.quiescam us.42. dist. & in c.1.de cle.peregri.& in extrauagan.Bonifacij,iunctis. ver. similiter.tamen si excipiat ad sui defensionem,vt in casu prædicto,eidem sufficit talis litera, vel similis suspicione carens, cũ præsumptionem inducat,quia adest fauor clericalis ordinis,& ex ea modicum vel nullum præiudicium infertur,ad hoc quod no.de cle.pereg.c.2.& in c.si iudex laicus.ĩ.de sent.excom.eo.lib.quod procedit, nisi communi opinione haberetur pro laico,& tunc cum teneatur facere fidem de titulo clericali, vt in d.c. si iudex. in fi. talis litera non sufficit propter suspicionem quæ oritur ex præcedenti delatione habitus laicalis, quantumcunque se defendendo literam producat, etiam si sit litera beneficialis,& collatrix beneficij,in qua nominatur clericus. ad hoc c.ex literis.ĩ. de transac.secundum Ioan.And.quod tenuit Pet.de Ancha.in d.c.si iudex.& istud forte est tenendum, licet aliud hic velit Bal. dicens, quod talis litera probat possessoriũ clericatus,quod sufficit, quod verum non est in casu prædicto, vt patet ex no .in d.capit.si iudex. & vide plenius in cle. literis. de proba.in glo. fecisse. & C. de episco. & cler. in l. si qua per calumniam. & ibi plene per Bald. & per Docto. in d. capitulo, si iudex laicus.

R E G. XXXIII.

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.

S V M M A R I V M.

1 *Consultor electus a partibus, si errauit consulendo, an possit consilium mutare.*

2 *Delegatur causa duobus,vnus renunciauit causa,postea eum pœnituit, an collega teneatur eum admittere ad causam.*

1 MVtare. †Nota hanc regulam, quę secũdum Bal. facit, vt si causa commissa sit consilio sapientis, & consultor errauit, quod mutare non possit consilium.ad hoc l.quia arbiter.ff.de arbi.functus est officio suo,& sic æquiparetur delegato non ordinario, vt ff.de procu. in l. ia qui Stichum. secundum eum. Item no. a contrario sensu,q̃ vbi non est alterius præiudicium, licet mutare consilium & voluntatem,quod facit ad q.de qua per Io. An. ĩ.eo.lib.de renun.c.2.in glo. exquisitæ.in fi.In glo.1. ibi,si quis suus. eodem modo respondetur ad l. nõnunquam. ff. de colla. bonorum.dicit tamen hic Ioan.Mon. quod ibi frater ex mutatione voluntatis non patitur detrimentum, sed lucratur, & istorum non est comparatio.C.de condi.indeb. l.fin. secundũ ipsum, secundum quem non ob.l.3.C.de noua. & l.cum quis. §.debitorem.ff.de solu.quia illud facit ius remanens penes mãdantem.ad hoc quod no.ĩ.de præben.dudum. §. nos igitur. secundum Io.And. Extra glo. Ioan. And. inducit hanc regulam
2 ad q.per eum disputatam.†Si delegatur causa duobus cũ clausula,quod si ambo aut alter eorum &c.tunc si alter eorum delegationi renunciet,& postea pœnitet,an collega ipsum pœnitentem admittere teneatur.in qua q.Io. de Deo tenuit,q̃ non, quia desijt esse iudex renũciando, & quod iurisdictionem reassumere posset.ad hoc c.cum super.& c.significãtibus.ĩ.de off. deleg.quod intelligit Ioan.And. quando in rescripto esset expressa clausula noluntaria, cum tunc licite renunciare possit, statim quod renunciat, collega fit iudex, & hoc quando talis clausula adijcit iurisdictioni,vt est si dicat, delegamus causam A.qui si suscipere noluerit,delegamus I.ad hoc quod no.in ca. licet.de procu.eo. lib. Si vero adijciatur exercitio non iurisdictioni,vt in casu prædicto, vt est de stilo curiæ,puta si dicat,delegamus causam vobis A.& I.quod si ambo interesse noluerint alter procedat, & tunc cum ex vi clausulæ non habeat potestatem deponendi delegationem,sed solum ex vi eius, quia eo nolente defert exercitium in collegam, & licet nolit interesse, remanet delegatus causæ, nec hæc iurisdictio abdicare potest per renunciationem,vt l.legatus.ff. de offi. præsi. Et collega,qui processit socio nolente, ipsum nunc volentem tenetur admittere,sicut quando apponitur clausula,si non poterit, quia collega, qui solus processit, tenetur illum admittere cessante impedimento,vt in c.coram ĩ.de offic.deleg.Et fortius procederet,quando clausula noluntatis non esset expressa, sed subintellecta,vt subintelligitur quando apponitur clausula,si non poterit,vt c.prudentiam.§ adijcimus.ĩ.de offic. delega. Subintelligitur enim,id est quamdiu non poterit,vel noluerit, vt patet ibi.Nec est curandum,an res sit integra,vel non, cum non versetur hic bursale interesse iudicis,vel partium,nec quæritur de reuocatione potestatis traditę a delegante, donec tamẽ appareat pœnitentia,vel voluntas mutata,ex quo renunciauit delegationi, cum pro hoc videatur intimare se nolle in aliqua parte causæ interesse,vlterius per collegam requiri non dẽt, secus si simpliciter dixisset se nolle interesse certo actui, vt in c. eum qui.ĩ.de dolo & contu.eod.lib.Ioan.And.Bal.vero hic dicit,quod Io.de Deo melius dicit,cum clausula illa det potestatem renunciandi,sicut & vulgaris substitutio heredi, & maxime quando delegatus est alias voluntarius,vt ff.de iur. om. iu. eum qui.Nec ob.quod iudex non possit expresse per renũciationem a se abdicare iurisdictionem, vt d. l. legatus. quia illud procedit in ordinario, sed delegatus potest expresse & tacite, vt d. capit.cum super. & capit. significantibus. & postquam a se abdicauit,eam reassumere non potest,vt in d.c.significantibus.& patet ex no.in c.literis.ĩ.de offic.deleg.Nec ob.l.fin.§. iudicandi.ff.de mu.& hono.& l.prætor.§.qui non habet. ff. de vacatione.quia illud procedit quo ad superiorem, quando esset alias necessarius, vt d. l. eum qui. secus autem quo ad se, sicut alias dicitur in c.admonet, & c.quod in dubijs.ĩ.de renũ.Nec ob.quod clausula,si non poterit,& clausula si noluerit, procedant a pari,vt d. §. adijcimus.quod licet reperiatur expressum de clausula,si non poterit, vt subintelligatur quamdiu non poterit,vt d.c.coram.tamen id non reperitur expressum de clausula,si noluerit.s.q̃ subintelligatur,i.quãdiu noluerit, imo reperitur contrarium,quia statim eo ipso quod noluit eam amplius nõ assumit,vt d.cap.significantibus.

R E G. XXXIIII.

Generi per speciem derogatur.

S V M M A R I V M.

1 *Species quando aduersatur generi, ipsa derogat eidem.*

2 *Papa licet in rescripto ad beneficia rescribat, quod beneficiatus debeat residere in beneficio, an propter tale rescriptum tollatur episcopo priuilegium de non residendo concessum a iure.*

3 *Species non derogat generi, quoties habens speciẽ non est vsus specie.*

4 *Episcopus concessit Titio licentiam semel ingredi clausuram monialium, postea ex statuto concessit cuilibet certo die semel ingredi, Titius vigore illius statuti ingreditur, an possit ratione licentia sibi data iterum ingredi.*

1 GEneri. † Nota, quod quando species aduersatur generi, ipsa eidem derogat, quod procedit tam in legibus quam in rescriptis, in contractibus, in substitutionibus, & in legatis, secundũ Dy. prosequentem hic plenius quandam distinctionem, quam ponit glo.in l.quæsitum.§.pen.ff.de fun.instru.dicens etiam hanc regulam adaptari posse ad rescripta.Si vero species non aduersetur,sed sit subiectiua, tunc nõ derogat generi,cũ gratia exẽpli posita videatur,vt in d.l.quæsitum.§. vlti.secundum Bal.de qua materia plene per Bar.in d.§. vlti. & quod no.in l.cum vi-
2 rum.C.de fideicommis.†In glo.1.ibi, in rescripto. facit ad hoc c.veniens.de rescrip.& c.1.de præscrip.eod.lib. secundum Ioã. Mona. inferentem ex his,q̃ licet Papa in rescrip. ad beneficia scribat,quod beneficiatus debeat residere in beneficio, vel se facere ordinare,prout ius requirit, tamen propter talia rescripta non tollitur priuilegium generale episcopo a iure concessum super non residentia in curatis secundum formam cap.licet canon.de elec. eo. lib. vel non residentia secundum formã c.cum ex eo. de elec. eod. lib. secundum Ioan. Mona. & Ioan. And.In ead.glo.ibi,dic vt ibi.& per Ioan.And.in c.1.de rescrip. in fi.vlti.glo.Ioan.Mona.hic dicebat, quod licet primum verbum esset generale,effectu erat speciale,ad hoc l.boues.§.hoc sermone.ff.de verbo.sign.& de præben.in c.non potest.eo.lib.
3 secundum Ioan.Andr.†In ead.glos.ibi,ex tuarum.imo & quotiescunque habens speciem non est vsus specie, tunc species non derogat generi.ad hoc l. proinde. ff.si cert. peta. & l. cum adoptio.ff.de ado.secundum Ioan.Mon. qui etiam dicere videtur, quod fallit regula hic, quotiescunque genus primo esset creatum ius,quod ab eo inuito euelli non posset, cum tũc species tali non deroget, vt l.singulariter. C. qui potiores.nec derogat generi species,quando est præposita, secus si est post posita,C.fam.ercis.l.quoties.secundum Bal.hic.In ea.glo.ibi, no. ex hac

ex hac regula. de hoc arti. vide per Barto. in l. si duo. ff. de admi. tut. 4 †Extra glo. Ioan. And. inducit hanc regulam ad q. si episcopus concessit Titio specialem licentiam [a] ingrediendi semel clausuram monialium, non obstante statuto prohibente, ante cuius licentiæ vsum idem episcopus generaliter concessit quēlibet semel certa die intrare posse, & Titius illa die virtute illius licentiæ hoc protestans ingressus est, an ex sua speciali iterum ingredi possit. in qua q. soluēdo distinxit, quod aut in vtraque prædictarum licentiarum exprimitur causa ingressus, aut in nulla, aut in altera tantum, maxime in speciali. primo casu aut vtrobique est eadem causa, aut omnino diuersa. Si eadem, puta quod possit ingredi ad visitandum reliquias talis Sancti, & sufficit vnus ingressus. Si vero causæ sunt diuersæ, & tunc si tales quæ poterant vno ingressu expediri, vt si generalis pro visitatione sororis, quæ ibi erat, & idem. Si vero erant tales, quæ non poterant expediri vno ingressu verisimiliter ex facto, vel ex tempore, & tunc ex qualibet earum ingredi poterit ad expediendum aliam causam. Et idem si dies licentiarum erant omnino diuersi. In tertio vero casu, quando in altera tantum, & maxime in speciali causa exprimitur, & tunc distinguēdum est, vtrum simul potuerint expediri, vel non, vt s. In secundo vero casu principali, quando nulla causa est expressa, & tunc cum hæc materia sit restringibilis, & odiosa, poterit semel tantum ingredi, cum ad primam vicem restringantur, ad hoc c. 1. de sta. regu. & c. si non potest. de præb. eo. lib. Et hoc nisi ex intentione concedentis aliter appareat, cum tunc ei sit standum. & ita residet hic Ioan. And. Sed Bal. hic contra dicens, q imo talis poterit bis ingredi, per l. Titia. §. q Marco. ff. de annuis leg. Sed certe illa lex non obst. cum loquatur in legatis, & sic in materia fauorabili, vt in l. in testis. ff. de regu. iur. merito est amplianda, quod non est in casu prædicto, vt ex prædictis patet, & in d. cap. non potest. & in d. cap. 1. ē. de fil. præsby. & in capit. ordinarij. in fi. de offic. ordin. eodem lib. & per Cyn. & Bald. in l. finali. C. de feriis.

ADDITIO.

a Licentiam ingrediendi. Adde Albe. de Ros. in 2. parte statutorum. quæstio. 82.
Vio. God. Adde, quod licentia non sufficit episcopi in contractibus hospitalariorum exemptorum, sed requiritur superiorum, Ruyn. consilio 86. numero 7. libro primo.
Vin. God. Licentia, an debeat præcedere, vel sufficiat quod sequatur, vide Cor. in consi. 89. Viso. litera, N & in consi. 203. Visis. litera, I. lib. 4.

REG. XXXV.

Plus semper in se continet, quod est minus.

SVMMARIVM.

1 *Regula, plus semper, procedit quando profertur affirmatiue, secus si negatiue.*
2 *Item locum habet in eo, quod est plus quantitate, secus si qualitate.*
3 *Ecclesia debet alteri ecclesiæ 20. annua, per 60. annos, soluit tātum decem quotannis, an illa ecclesia possit postea petere viginti integra.*

1 PLus. †No. hanc regulam, quæ procedit, quando affirmatiue profertur, alias si negatiue, tunc dic, vt no. per Bar. in l. 1. §. si stipulanti. de verb. oblig. In glo. vnica, ibi, quantitate. quando tamen appareret de voluntate partium, tunc etiam in quantitate minor summa non inest maiori, vt no. in d. §. si stipulanti. & ibi per glo. & Ange. & per Spec. in tit. de arbi. § 1. ver. sed quid si arbiter. & vide in l. rogatus. ff. mand. 2 †In ead. glo. in fi. ad hoc quod not. in d. §. si stipulanti. & dic vt ibi, & hic per Dyn. idem si sit diuersitas in speciebus, cum tunc plus non contineant in se, quod est minus, vnde si conceditur alicui merum imperium, non videtur concessa cognitio ciuilium causarum, licet minus sit, imo potius denegata, cum illæ sint species distinctæ, vt ff. de iudic. l. solemus. §. latrunculator. & l. maritus. C. de proc. secundum Dy. vt hic plenius per eum. 3 †Extra glo. Ioan. And. inducit hanc regulam ad q. dominicalem, 23. qua quæritur, si ecclesia debet alteri annua 20. per 60. annos soluit solum 10. quolibet anno, an illa ecclesia possit postea petere integra 20. circa quam q. Bart. Brix. soluendo dicebat, quod si 10. quæ soluebantur debebātur ex vna causa, & alia 10. quæ non soluebantur ex alia, & in illis 10. non solutis sit præscriptum, nec ecclesia illa petere poterit. Si vero debebantur ex eadem causa, & nunc ecclesia petere poterit 20. cum non videatur tanta præscriptio, nam soluēdo partem debiti, totum debitum agnouisse videtur. vt in l. cum notissimi. §. pen. & fi. C. de præscrip. 30. anno. & ibi glo. hoc simpliciter tenet. & Specu. in tit. de locat. §. nunc aliqua. vers. 16. quod verum est, vt sentit Cyn. in d. l. cum notissimi. secundum quod refert hic Ioan. And. quod intelligit Cyn. ad §. fin. esse verum, quando recipiens sciebat illum, qui soluebat 10. teneri ad 20. cū tunc retineat ius in alijs 20. & cum minus contineatur in pluri, vt hic totius possessionem retinere videtur, recipiendo scienter partem debiti, secundum ipsum Cyn. ad hoc quod not. per Iac. de Are. in d. l. cum notissimi. Si verò credebat illum teneri ad illa 10. tantum, & tunc in alijs 10. sibi præiudicat, ad hoc l. is qui. ff. quib. mo. vsusfru. amit. quod intellige, quando eodē modo ipse soluens credebat se teneri ad decem tātum, & sic erat in bona fide, alias secus esset, vt in c. fin. ē. de præscrip. Et prædicta, quando erat fienda vna præstatio de ipsis 20. alias si plures, vt vna de 10. & alia de alijs 10. & tunc per vnam præstationem non retineo alias, vt l. si prius. in princ. ff. de aqua plu. ar. de quo in c. auditis. de præscri. secundum Io. Andr. inducentem hæc ad q. de emphyteusi, si soluat partem census, an perdat totam rē. de quo in d. §. nunc aliqua. versic. 29. & per Ioan. in cap. constitutus. de relig. domi. & per glo. in l. 2. C. de iure emphy. Quando autem incipiat præscrip. pro annis sequen. si debens 20. annua, primo cessauit soluere, no. in d. §. nunc aliqua. versic. 41. & dic vt in d. l. cum notiss. §. fina. & ibi per glos. prædicta omnia sunt notāda ad materiam l. si certis annis. C. de pac. & ad c. paruæ. ē. de censi.

REG. XXXVI.

Pro possessore habetur, qui dolo desijt possidere.

SVMMARIVM.

1 *Desinens dolo possidere, habetur pro possessore de iure.*
2 *Qualiter autem præsumatur quem desijsse dolo possidere.*
3 *Statutum loquens de possessore, an intelligatur de illo, qui dolo desijt possidere, siue habeatur pro possessore per interpretationem, siue per extensionem.*

1 PRo possessore. †No. quod dolo desinens possidere ex iuris dispositione pro possessore habetur, quod intellige quo ad sui damnum, non autem quo ad commodum, vnde eidem nō cauetur, licet caueatur possessori, ff. de rei ven. l. hæc si res. & l. is qui dolo. secundum Dyn. tractantem hic primo, an ei, qui dolo desijt possidere, si conuentus æstimationē soluit, debeat de euictione cauere. Secūdo, an eo casu, quo nō cauetur, possit re euicta agere contra actorem, cui fuit soluta litis æstimatio. de quibus per Bar. in l. litis æstimatio. ff. pro emptore. Tertio, an talis æstimationem soluens habeat actionem in rem vtilem sine cessione, & an si repetat rem reuersam ad actorem, repellatur si actor nolit æstimationem restituere. de quibus per Barto. in l. 1. ff. pro emptore. Quarto, an ille, cui ceditur, vel venditur actio in rem, habeat vtile dominium, de quo in l. 1. ff. de eden. & in l. fina. C. de here. vel actio. ven. In gl. 1. ibi, electio §. 1. ista tamen non differunt in substantia, vt ff. de neg. gest. l. actio. ideo effectualiter habetur pro possessore, secundū Dyn. hic, de quo Specu. de inter. actio. §. 2. versicu. quid ergo. 2 †In ea. glo. ibi, aduersario. qualiter autem præsumatur quē dolo desijsse possidere, dicit glo. in d. cap. aduersario. quando quis possidebat tempore lit. contes. quia postea præsumitur dolo desijsse possidere, nisi contrarium probet. & idem dicit hic Dyn. si desijt possidere post libellum receptum, vel postquam actor sibi denunciauit se daturum libellum, quod no. ff. ex qui. cau. in poss. eatur. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. & l. si fundum. C. de rei ven. An autem ille, qui vendit post denunciationem sibi factam intelligatur dolo desijsse possidere, & quod sit consilium, vt possit vendere, vide per Spec. de emptio. & ven. §. nūc dicendum. ver. sed nunquid. 3 †Extra glo. Ioan. And. inducit hāc regulam ad q. an statutum loquens de possessore, intelligatur de illo, qui dolo desijt possidere, siue per interpretationem, siue per extensionem habeatur pro possessore, tractans etiam Ioan. And. hic, an statuta recipiant interpretationem vel extensionem. circa quam q. Ioan. And. refert multos diuersimode distinguentes, & vltimo loco Iac. de Bel. tenentem in 5. sua q. q aut lex munici. prohibet interpretationem, & tunc si sit dubitans in l. propter multiplicem sensum verborum, & licita est Doctori interpretatio, per l. vnicam. C. de profes. lib. 12. & l. 1. ff. si cert. pet. & si intellectus sunt honesti, sequendi erunt, dūmodo absque vitio verbis & voluntati conueniant, vt ff. de leg. l. scire. & l. benignius. nisi de consuetudine aliud sit prouisum, vt ē. de consue. cum dilectus. Sed si absque vitio sensus omnes conuenire non possunt, tunc capitur intellectus magis aptus verbis, & voluntati, & benignius, vt ff. eod. tit. l. semper. & hoc quando omnes intellectus sunt honesti, si autem sunt inhonesti, & tunc minus inhonestus est sequendus, qui magis congruat, vt ff. eod. tit. l. quoties. Si vero dubietas sit propter legis

mentem,

mẽtem,& tunc a verbis non est recedendum,l.prospexit. ff.q & a quibus.& hoc nisi mens esset penitus obscura, cum tunc recurratur ad conditorem,ĩ.de sent. excom. inter alia. Si vero non prohibeat interpretationem,& tunc interpretationẽ correctiuam non potest facere,nisi legislator. Sed prorogatiuam vel extensiuam potest facere etiam doctor, vbi est eadem rõ, & omnimoda similitudo,dum tamen coaptetur verbis & mẽ ti,ff.de verb. signifi.l.iusta interpretatione.alias secus. ff. solu. matr.l.si vero.§.de viro.posset etiam arctare ad euitandum prauum intellectum,qui surgit ex verbis,vt ff.de mu.& hono.l.vt gradatim. §. j. alias secus,cum coarctatio sit correctio. Si verò quæratur de interpretatione, quæ significatum tradit, tunc si verba sunt ambigua propter diuersos intellectus, dicendũ est, vt ĩ.Si vero propter mentem, & tunc licet interpretari prorogando,non corrigendo, vel arctando, nisi vt ĩ.vel nisi sit in l. scripta mens.C.de leg. l. non dubium.Sed si omnino sunt obscura,recurratur ad legislatorem,vt ĩ.dictum est,argum.l.non possunt.ff.de leg.secundum Ioan.And.qui ex his videtur sentire,quod doctor possit interpretari statutũ tale loquens de possessore in illo,qui dolo desijt possidere,cum statutum interpretationem extensiuam vel prorogatiuam recipiat, vt patet ex no.hic per eum, quia statutum interpretari possit secundũ ius commune,vt hic per Ioan.And.Nec ob.si dicatur, quod statuta non trahuntur ad casum fictum,vt l.3.§.hęc verba.ff.de neg. gest.quia dicit hic Bal.illud est verum, nisi ius commune ad illum casum fictum trahatur,vt est in q.prædicta.ad hæc l.si seruus.C.de noxa.& c.cum dilectus.de consuetudine.& pro his ẽt facit tex.no.in c.cum dilectus.& c.ad audientiam.ĩ.de ele.non refi.vbi prædicta probari videntur.& ita etiam tenet Imo.in d. c.ad audientiam.in princ.& vide per Bal.l. siue possideris. in 2. col.C.de proba. de materia autem interpretationis statutorũ, vide plene per Barto.in l.omnes populi.ff.de iusti. & iu.& per Imo.in l.si vero.§.de viro.ff.solu.mat.

R E G. XXXVII.

Vtile non debet per inutile vitiari.

SVMMARIVM.

1 *Vtile per inutile non vitiatur,& nu. 2. vbi ponit distinctionem.*

1 Vtile. †No.quod vtile a per inutile non vitiatur, vt ĩ.eod.ut.non firmatur.& no. in c. in causis, de elec. licet quandoque aliud sit,vt no.ff. de lib.lega.l.is qui duos.& ff.ad Trebel.l.cogi. §. bi qui soli-dum.& ff.de fideius.l.si quis pro eo.§.si nummos. In glo. 1. ibi, vt hic patet,& no.per glo.in l.Pedius.ff. de arbi. vbi glo. idem tenet Dyn.exceptionem non sufficere,nisi casuum exceptorũ specialis reddatur ratio.In ead.glo. ibi, inseparabili.idem Ioã.

2 Mon.hic.In ead.glo.ibi,cum super.& per d.l.Pedius. † In ead. glo.in fi.materiam istam,quod vtile per inutile vitietur, Dyn. hic tractat,ponendo tres casus. & Cyn.in l.sancimus.C.de do. quorum dicta refert hic Ioan.Andr.& Iaco.But.Insti.de inutili.stip. Sed vltra eos dic, quod semper vtile per inutile non vitiatur in demonstrationibus, cum vtile sit quid in se perfectũ, l.quidam testamento.de leg.3.In dispositionibus vero regulari tet vtile per inutile non vitiatur.fallit primo, quando requiritur concursus & consonantia copulatorum,vt d.l.Pedius.& vide tur hic velle Dy.& clarius Bal.Secundo, quando inutile derogaret vtili,vt l.militis codicil. §. veteranus. ff. de testamento mili.& l.plane.in prin.ff.de leg.1.Tertio fallit, quando esset tale vtile, quod causatur ab inutili,vt l.1.§.si quis ita. ff. de verbo. obli.secundum Cy.in l.sancimus.C.de dona.vbi de hoc.Quartò fallit, quando esset omissum aliquid substantiale, vt quando iudex de parte iudicat,& de parte non, vel in parte cognoscit, l.in hoc iudicio. ff. fami. ercis. & vt no ff.de excep.doli.l.apud Celsum aduersus.& ff.de translac.l.cum hi.§. si prætor. Quintò fallit, quando inutile causaretur ab excessu iurisdictionis, qui reputatur quid indiuiduum,vt C. quãdo prouo. non est necess. l.certa ratione, ad hoc quod no. ĩ. eod. in regu. ea quæ. & in l. fin.ff.de iuris.omn.iudi. Sexto fallit, quando detraherentur rei substantia,vt plene no.in auth.ingressi. C. de sacrosan. eccle. Septimo fallit,quando daretur inseparabilitas vtilis ab inutili, & ipsa inseparabilitas facit,vt vtile laboret eo modo,quo inutile,vt in l.1.§.Trebatius.ff.de aqua plu.arc.Octauo fallit,quando inutile remoueret consensum ab actu,vt ff.loca.l. si decem. & ĩ.de arbi.c.j.eod.lib.secundum Bal.& huic reg.conuenit quæstio,qua quæritur,si A. & B. litigantes in curia super receptione testium vtriusque impetrauerunt rescriptum ad partes, & coram receptore opponit A. testes B. recipi non debere, cum rescriptum pro ipsius parte sit nullum, quia erat excommunicatus tẽpore datę, an hoc probato rescriptum ex toto valeat, vel ex parte illius A.tantum,an verò in nullo valeat. Circa quã q.ipse disputan.tenuit,vt refert Ioan.And. valere in totum tale rescriptum.primo in casibus exceptis, in quibus excommunicatus potest impetrare,de quibus no.in c.j.ĩ.de rescrip.eod. titu.secundo si ipse excommuni.esset reus,in d.cap. iudic. qui possunt omnia facere ad defensionem pertinentia.tertio, quãdo excommunic.esset actor primæ causæ, ex quo impetratum fuit super istis consecutiuis iudicij,& exceptũ non fuit,ad hoc c.ex parte deca.de rescri.& c.pia.de excep.eo.lib.Si tamen adhuc est excommunicatus,& tunc licet exceptio non ob.rescripto,obstabit tamen productioni testium, quam facit vt actor, sicut obstaret coram delegato.& hoc quando impetraretur super consecutiuis iudicij,si verò excõmunicator cum non excõmunicato impetrent super non consecutiuis, & tũc aut simul impetrauerunt vt actores contra tertium, & tunc si ius eorum erat diuisibile, & vtraque in solidũ competens valebit pro nõ excommunicato,pro excommunicato verò erit caducum,l. si mihi & tibi.de leg.1.Sed si vtrique erat commune indiuisibile, & tunc inseparabilitas vitiat eum.p no. hic in gl. Si verò vnus ex eis erat actor, alter reus, & tunc si excommunicatus erat actor, & nõ valet rescriptũ,vt in d.c.1.ex quo ab eo traxit originem.Si vero excommuni.erat futurus reus, qui cum actore cõuenit de iudice impetrando,& de loco, & tunc valebit in totũ rescriptum,cum ab ipso originem non traxerit. ad hoc l. 1. §.1. C.de ead.tol. Non tamen per illud auditur reus excommunicatus agere vel reconuenire uolens, vel aliud facere, quod ad defensionem non spectat,nisi prius fuerit absolutus,ĩ.de exce. cum inter.& ita residet hic Io.And.

ADDITIO.

a Vtile per inutile. Adde c.ad probandum,de re iudi c.cum super. de offic. dele. Cyn in regula,sancimus.C de do Barto in l.1.in §. si stip. ff de verbo. oblig. & an vitietur in diuiduis, & separabilibus.vide in l.1.in §.item quæritur.& in § Trebatius ff de aqua quoti.& æsti.& per Ange.in l.Græce. in §.illud commune.ff de fideiusso.

Vinc.God.Adde quòd in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, Ruyn. consi. 65. nu. 7.lib. 1 & consi.44 nu 9 lib. 2 & uide consi. 1 1 2. nume. 1 1 lib.4 & consi. 109 nume 17.eo.lib.4.

R E G. XXXVIII.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nixus est impugnare.

SVMMARIVM.

1 *Oppugnare qui nititur, perdit commodum, quod conceditur approbanti.*
2 *Testamentum dicere inofficiosum, & dicere minus solenne, qualiter differunt.*
3 *Hæreticus, Paganus, & Iudæus ex nullo sacramento ecclesiastico consequuntur cognationem spiritualem, ex quo impugnant sacramenta ecclesiastica.*

1 Ex eo non. †No. q qui nititur impugnare, ẽt si nixus suus nõ sequatur effectũ, perdit commodum, quod approbanti conceditur. intellige,prout dicit glo.j. quia est necesse,quod nixus suus sequatur effectum quãtum in eo fuit, quia perseuerauit,licet quo ad alium non habuerit effectum.Sed qui una via reprobat,potest pro alia & alia reprobare,nec perdit reprobationem propter reprobationem,ut l.Lucius.ff. de peti.hæred.

2 †In glo.j.ibi,& desistet ante sententiam.& hoc modo responden potest ad l.post legatum.ff.de his quibus ut indig. uel dic, quod aliud est dicere testamentũ falsum,uel inofficiosum,quo casu perseuerando perdit legatum,cum impugnet non solum institutionem,sed etiam legata & aliud est dicere minus solenne,quo casu perseuerando quis non perdit legatum,cũ ex minus solenni uoluntate, i. non sufficienti administratione possint legata deberi, secundum Dyn. & Ioan. And. quod tenuit Barto.in d.l.post legatum.de quo ibi plenius per Ioan. And. in c.fina.de iureiur.eod.lib.in t.glo. Potest etiam reprobans & reprobando succumbens recurrere ad remedia, quæ ibi aduersarius parat, ut si nego me uendidisse, & aduersarius probat q uendidi pro cẽtum, possum in probationib. aduersarii quo ad precium me fundare, arg. ff.de iureiu.l.si duo.§.Marcellus idẽ dicebat in l.1. C. de confes. & in l.si quis intentione.in fi.ff. de iudic.quod licet expositione negatiua non possit quis se iuuare,ut in hac regula,& tenet Ioan.Andr.in c.1.ĩ.de confes. eod. lib. tamen bene poterit quis se iuuare ex probationibus factis super positione negata.quod no.uide de his plene no.in d.c 1. & in d.cap.fina.In ead.glo.l.ibi,ex necessitate officii,no.glo. &

facit

3 facit l.si pars.§.fina.ff.de inoffi.testam.vbi de his.†In ead.glo.in fi.Item intelligas secundum ea,quæ no.in c.mulieri.ẽ.'de iure-
a iur.Et facit hæc regula ad q.de pagano iudęo vel hætetico, q. fidem ecclesiæ impugnant,vt ex nullo ecclesiastico sacramen to cognationem spiritualem contrahant,quod procedit vt disputando tenet hic Io.And.in Pagann,& Iudæo. Sed in Hęreti co secus est,nam ipse baptizans vel lauans efficitur spiritualis pater, cum propter hæresim non perdat sacramentum baptismi,vt de consecra.dist.4. ostenditur.& c.nullus. Ligatur enim ipse constitutionibus ipsius ecclesiæ,& sic spiritualem cognationem contrahit.quod tenuit Palmerius disputando, vt plenius de his hic per Ioan. And.& vide no.in c.1 de cog. spi. eod. lib.& C.de capti.l.1.vnde tenuit hic Ioan. Andr. quod licet cognatio spiritualis contracta per virum extendatur ad vxorem vel econtra,vt in ca. Mar.ẽ.de cog. spi. tamen illud procedit in vxore vel viro baptizato, secus si vxor vel vir essent iudæi vel pagani,vt ẽ.quod no.ad d.c.Mar.quia ſm prædicta eius dispositio extenditur etiam ad hęreticos,vtĩ.

ADDITIO.

a De Pagano & Iudæo.Et ibi Ioan.de Fan.in cap si quis.1.q.1.c.vos.ante omnia.& ibi Docto de consec.dist.hoc.4.glo.in c.in baptismate,ead.dist.& per Card. Zaba in rubr.de cog. spiri.

REG. XXXIX.

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ sequuntur ex illo.

SVMMARIVM.

1 *Antecedenti prohibito, videtur prohibitum & consequens.*
2 *Alienatione prohibita, prohibita videtur venditio, donatio, manumissio, & traditio.*
3 *Papa si concessit aliquibus præsbyteris, vt possint libere audire ius ciuile, an possint in eo doctorari, & docere.*

1 CVm quid. †No. quod prohibito antecedenti videtur prohibitum & cõsequens ex quadam interpretatione extensiua: sic & prohibito cõsequenti, videtur prohibitum antecedens, per quod peruenitur ad illud,ex eadem interpretatione secundum Bal.ad hoc l.oratio.ff.de spon. quod procedit in prohibitione perpetua,secus in temporali,vt ff.de riti nup.l.si quis officium.secundum Dyn.& Ioan. Andr.† In glos.vnica ibi,nulli.
2 item traditio,quę sequitur ex illa, vt patet in prohibita venditione fundi doralis,& rei ecclesię, in quibus traditio non trãsfert dominium.vt Insti.qui.alie.non licet.in prin.& C.de agri.& censi.quemadmodum.lib.11.& C.de sacrosan.eccle. l.iubemus.secundum Ioan. And. imo etiam non transfertur possessio,l.1.§.si vir vxori.ff.de acqui.poss.& ibi Bar. vbi vide de his, & hæc regula per contrarium ostendit,quod vno concesso intelligantur concessa sequentia ex illo.ad hoc l.a.ff.de iuri. om. iud.inducitur ad q.dispu.per Io.And.qua quęritur,an ex priui-
3 legio studij Bonon.†per quod concessit Papa quibusdam præ-
a sbyteris,quod possint ᵃ audire ius ciuile, & in eo libere studere,an liceat eis in eo doctorari,& docere.in qua q.Ioan.Andr. disputando concludit,quod si loquamur de scholastica lect.& eam sine dubio facere potest,cum & licẽtiati legant, & potius doceãtur quam doceant. Si verò loquimur de doctoratus officio, & de honore cathedræ & doctorali doctrinaᵗ, tunc ante factum consuluit,quod abstineat,cum mens concedentis non videatur ad illa se extendere, poterit tamen ad Papam recurrere,vt declaret,& vtilis erit,& forte necessaria declaratio. post factum verò si contigisset illum iam doctorasse, & docuisse, nec intra duorum mensium spatium destitisse, & tunc putat Ioan. Andr. illum incidisse in pœnam concilij & constitutionis Honorij,de qua in cap.super spe.ẽ.ne cleri. vel mona. nam permisso auditu, & studio, per quæ acquiritur scientia,& permissa dicuntur quæ ex his sequuntur, scilicet doctoratus officium,& doctrina,nec est curandum de maioritate, ex quo venit ex vi taciti vel connexi per prædicta. ad hoc quod nota. in capit.super eo.ẽ.de præben.eodem lib.secundum Ioan. Andr. vt plenius de his hic per eum, qui tamen sentit quod licet excusetur a pœna talis, tamen doctoratus non veniat, cum sit alterius speciei, & quid maius, nec prouenit immediate ex ipso studio, sed mediantibus alijs solennitatibus & auctoritatibus, in quibus consistit essentia doctoratus, licet doctoratus sine scholastica disciplina esse non possit,ſm Bal.hic.

ADDITIO.

a Quod possint audire ius ciuile Adde Docto.in c. super spe. ne cleri. uel mo & Docto.in c fina.de magistr.
Vinc.God. Adde, quod prohibetur exercere officium tabellionatus, Dec. in consi.120.ubi etiam in legato ad pias causas.

REG. XL.

Pluralis locutio duorum numero est contenta.

SVMMARIVM.

1 *Pluralis locutio continet saltem duo, nec restringitur ad vnum, licet geminet significationem.*

1 PLuralis. †No. quod pluralis locutio duo saltẽ continet,nec restringitur ad vnum,licet geminet singularitatem,vt l.falsa.§.fin.ff.de cõdit.& demon. In glo.1.ibi,princ.vide in d.c.1.in glo. 1.In ead.glo.ibi,interdum plures præsul.& c.seq. vide de his in Specu.de teste.§.restat de numero. & facit hæc regula pro opi. Innocen.quam ipse Ioan. And.sequitur in c.cum Ioã.ẽ. de fide instrum.in glo.ita scilicet,quod per duos testes reprobetur instrumentum.cum enim l.optu.in fi.C. de contrahen. stipu. di-
2 cat per testes ᵃ reprobari.& c.3.loco. de testi. dicat per fratres, intelligunntr de duobus,de quo plenius in d.c. cum Io. & per Bar.in l.hæredes palam.ff.de testa.& in l.1. ff. quemadmodum testa.aper. & per Bal. in l. in exercendis. C. de fide instrum.Et huic conuenit q.44. Gof.quæ talis fuit. Aliquis ab eodem, & coram eodem iudice conuenitur,diuersis tamen libellis, & super diuersis rebus,iudex in una actione cõdemnat, & demum eodem contextu condemnat in altera, condemnatus appellat,& impetrat super appel.rescriptum huius formæ.Conquestus est talis,quod talis iudex iniquam tulit sententiam diffini. contra ipsum, a cuius sententia appellauit ad sedem apostolicam.& sequitur generalis conclusio, petit impetrans utrãque sententiam reuocari. ex aduerso excipitur, quod non fuit appellatum ab utraque,sed ab ultima tantum,quæritur, an sic excipi possit.in qua q. ipse Gof. tenuit, quod ex quo in rescripto dicitur de sententia in singulari,non audictur nisi contra unã, scilicet contra ultimam,uel contra diutiorem,ad hoc quod no. ff.de so.in 5. ll. primis. nec etiam ante ipsum rescriptum dicetur ab utraque sententia appellatum,ut l.cum in una ff.de ap. nam licet super omnibus una lex & instantia fieri potuisset & una sententia ferri,de priuil.cum olim.el a. tamen ex quo fuerunt in facto duæ sententię dicuntur esse,& ab utraque erit appellandum,arg.eius quod no.in c.1.de conse.eccle.uel alta. ſm Ioan.And.& facit quod no.in l.si ff.ad Treb. quia diuisio per libellos & instantias facit duas causas, uel lites, ideo ab utraque fuit appellandum.

ADDITIO.

a Vinc.God.Nota de uerbo plurimis,in quo uerificetur, Barto.Sox.in l.possideri.§.ex pluribus de acqui.posses.& in testamentis pluralis locutio uerificatur etiam in uno,Dec.consi. 5.in causa Dominæ Mariæ.lib.1.

REG. XLI.

Imputari non debet ei, per quem non stat, si non facit quód per eum.

SVMMARIVM.

1 *Illud quod casu impeditur, non debet cuiquam imputari.*
2 *De casu quis regulariter tenetur, quando sua culpa incidit in eum.*
3 *Diaconus promotus ad ecclesiam parochialem, qui die vltimo septembris habuit possessionem ecclesiæ, neglexit vsque ad quatuor tempora sequentia promoueri ad sacerdotium, & in sabbato quatuor temporum illius mensis non potuit promoueri, an finito mense illo, & per consequens, an sit priuatus beneficio.*

IMputari. No.quod illud, quod casu impeditur,non imputatur ei,a quo erat faciendum, uerum est non solum in obligato quo ad pœnam legis euitandam.ad hoc l.cum a matribus. C.qui pe.tuto. secundum Bal. hic, sed etiam quandoque quo ad lucri acquisitionem,ut est, quando apponeretur conditio potestatiua,quæ pendet ex facto legatarij tantum hæredis, uel alterius,cui fuerit ascripta,nam si impediatur eam implere per casum,habetur pro impleta,& consequitur relictum,ff.de cõdi.insti.l.quæ sub conditione.§.quoties.secundum Dyn. dicentem idem esse,si pendeat ex facto illius, cui ascribitur, & alterius si impediatur per illum,ex cuius facto pendebat,secus si per casum in sua uel alterius persona contingentem,cum tunc relictum non consequatur,ff.de condi. & demon.l.in testamento. la 2. secundum Dyn. qui etiam ponit quando conditio uel modus habeatur pro impleto,de quibus in rub.ff.de condi. & demon.per Barto.in l.j.C.de condi.insti.& per Bal. in l.j. ff. de insti.& substi.In glo.j.ibi,esse non debet.uide quod no. per Io. Andr.io d.c.quia.super glo.sic patet.&ĩ. eo. quod ob gratiam.
2 & ibi per Dyn.†Io ead.glo.ibi,satis uidetur dici posse,no.glos. ordi.tenen-

ordi. tenentem, quod regulariter semper quis tenetur de casu, quando sua culpa incidit in casum, quam glos. singulariter limita, quãdo talis culpa erat verisimiliter ordinata ad illum casum, alias si culpa non esset verisimiliter ordinata ad casum, nunquam teneretur quis de casu, licet culpa precedat casum, vt in l. non omne. ff. de situ lib. de quo vide dicta in reg. non 3 est sine culpa. s. eod. lib. †Extra glo. Ioan. And. inducit hanc regulam, & facit hæc regula ad q. dispu. per eum secundo anno sui doctoratus, si diaconus promotus ad eccle. parochia. q. vlti. die Septemb. habuit possessionem ecclesię pacificã, neglexit vsque ad 4. tempora sequentis Septembris promoueri ad sacerdotium, & in sabbato 4. temporum illius mensis nullo modo potuit promoueri, an finito illo mense, & per consequens anno sit priuatus, per c. licet canon. s. de elec. eod. lib. in qua q. prout in simili tenuit Arch. in c. ex eo. de elec. eo. lib. tenet il si non priuatum, cum in primis sabbatis non fuerit in mora, intellige respectu pœnæ, de qua loquimur, & sic casus, quem nõ præcessit culpa vel mora, non imputatur, ad hoc l. lecta. ff. si cert. pet. & l. Locius. ff. depositi. quod & fortius procedit, quando ex iusta causa distulit sacerdotium, vt in d. cap. commissa. §. j. & hæc vera, quando impedimentum proueniens in vlti. sabbato, non fuit ex culpa ipsius, alias secus, vt patet hic in glo. & de æta. & quali. c. j. tenebitur tamen proxi. sabbato se facere promoueri ad sacerdotium, secundum Ioã. And. & sic habebit integrum tempus, quod alias non habuisset, si casus fortuitus partem temporis abstulisset, secundum Bal. q. idem quod Io. Andr. videtur tenere ea etiam ratione, quia talis actus potuit expediri momento, nisi infortunium accidisset, ff. de publi. l. Cæsar. vnde non fuit in culpa, vel mora, si in primis temporibus non expediuit, secundum eum. & vide circa hoc no. in c. si electio. s. de elec. eod. lib.

R E G. XLII.

Accessorium naturam sequi congruit principalis.

S V M M A R I V M.

1 *Accessorium productum ex principali est illius efficacia cuius est principale producens.*
2 *Congruit verbum, an importet necessitatem.*
3 *Dos non potest esse sine matrimonio.*
4 *Actione principali sublata, remanet hypothecaria, si contra principalem & eius hæredem actio intentatur, secus si contra tertium.*
5 *Statutum si disponat, quod Doctores legentes disputent, et quæstiones disputatas tradant stationario. Aliquis Doctor disputauit, sed non tradidit quæstiones statio an incidat in pœnam statuti.*

3 † Extra gl. Ioan. And.inducit hanc regulam ad q.qua quęritur, si partes compromiserunt in arbitratorem publice excōmunicatum, qui arbitrator iussit per Titium aliquid dari actori petenti, cui id petenti reus opponit compromissum, & arbitramētum non tenere, & sic q dolo petat, vtrum tale compromissum & arbitramentum valeant.circa quam q. Io.And.ar. p & ꝯ, concludit tandem non valuisse, nec valere tale arbitramētum, quod sit per modum laudi, vel sniæ. ad hoc quod no. per Io.An.post Compo. de ele.in causis.& per Arch.2.q.6.à iudicibus.sm Io.And.qui tamen dicit, q bene posset esse arbitrator,

b qñ esset simplex mediator vel proxeneta,[b] ex cuius ordinamēto partes inuicem se componerent, ita q ꝯtus confirmaretur ex ipsarū partiū cōpositione, non ex arbitramēto, vel pronunciatione, vt plenius de his hic per Io.An.sed aduerte, quia Bal. hic tenet indistinctè, q possit esse arbitrator, cū arbitramētum sit spēs ꝯtus transa. vt in Auth.vt differētes iud.in prin.& facit qd dixit Spe.in ti.de arbi.§.fi.ver.sed nunquid amicabilis compositio. tenens q arbitrator possit ferre sniam et dieb. feriatis in honorē Dei, cū sit potius quædam transactio, & ꝯtus, qui talib.dieb. fieri pōt, vt in l.fi.C.de ferijs. & excōicatus nō repellit a ꝯtrahendo, vt no.in c.veritatis.ꝫ.de dolo & ꝯtu. ergo sequit, q excōicatus possit esse arbitrator. & ita tenet Bar. in l. cū pater. §.hæreditatis. ff. de leg.2.& in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb.ita et sequitur d.An.in c.Quintauallis.ꝫ.de iureiu.dicens tñ, q durante excōicatione non poterit arbitrator exercere arbitrium inuitis partibus, quæ non tenent secū cōicare, vt 11. q. 3.cum excōicatu. & hāc partem sequit Ang. in d.§.si quis rogatus,& plenius in sua dispu.quæ incipit duo adinuicē lingāres. ita et sequit Imo.in d.c.cum contingat.licet d. Nic.ibi sequat opi. Io.And.hic, per c.post ces. ꝫ. de proba. vbi excōicatus non pōt esse procu.ita ergo nec arbitrator, cū habeat arbitrari vt bonus vir. sed non potest dici bonus vir, ex quo stat notorie excōicatus, cum ex hoc reddatur suspectus de hęresi.& in c.fi.ꝫ.de pœnis.

4 † Sed certè tenenda vr alia opi. q possit indistinctè esse arbitrator. & hoc nisi in duobus casibus. Primo in excōicato ex cā hæresis, si steterit in excommunicatio. per annum, quo casu non poterit, vt in auth.credentes.C. de hære. sed intra annum poterit,

ADDITIONES.

a Cel. a. Spoliatus sit ante omnia restituendus. Adde c.1.2.q.1. Card. Zaba.in c.Abba quod nie. causa.dem Car.in c.accedens.q.3.2.no. vt h. non contest. Bal.in c.super eo. in 1. col. de renun.limita hoc esse uerum, nisi spoliatio sit facta per tam spoliatum, qui poterit agere interdicto vnde ui, contra nouiter spoliatum, si non esset annus elapsus, & hanc limitationem ponit Ang in l.heres C.de exce.seu præscri. Adde Panor.in c.uenerabi.nu.3. & quod ibi notaui in apo.ad eam inter.ante restitutionem.de offi.dele. quod ego amplio, ut procedat etiam ad ius incorporale, ut no. Gem. in cap.unico.& ibi posui in apostil ad eum, in uersic. sola possessione. in fine. supra de eo qui mit. in po. causa rei seruan.

Vinc.God. Adde, quod spoliatus non dicitur, qui alium spoliauit, & in continenti deiectus est. Thom.Gram.in consi. 2. nume.9.in ciuil. unde Goz. consi. 99 numero 3.

b Vel proxeneta. Adde, quid sit proxeneta, onde per Decio.in cap.1.& c.dilectorum de testi.cog.

Vin.God. Adde de proxeneta teste, Alex.consi.126.lib. 2.& in l.4.§.hoc autem. de dam.infec.Fely.in c.ueniens col.2 de testib.& in c.cum a nobis.eo. tit. in fi.Fran Cur.in suo trac.de test.conclus 43.

potent,ſm Ange. in d. §. ſi quis rogatus. Secundo non poterit
excõicatus eſſe arbitrator in cauſis ſpiritualib, & ita procede-
re põt quod no.in d.c.in cauſis. Arbiter aũt eſſe non poterit pu
blice excõicatus, ſm Spe. i ti.de arb.§.differt.ver.itẽ ſcd̃m.& te
net gl.in l.Pedius.ff.de arbi.& per Arch.3.q.6.à iudicibus.intel
lige de pub.excõicato,alias ſi eẽt occultus,poſſet eẽ arbiter,ſi-
cut & põt eſſe iudex,vt no.in c.ad probandum.ſ.de re iudic.&
hoc niſi in excõicato ex cã hæreſis, & in excõicatione ſteterit
per annum,quo caſu nullo modo põt eſſe arbiter,vt in d.auth.
credentes.& ita ſequuntur Doc.in d.c.Quintauallis.& Ang.in
d.§.ſi quis rogatus.& in d.diſputa. intellige de excommunica-
to ex cauſa hæreſis,quia in alio tenet contrarium.

R E G. LX.

Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

S V M M A R I V M.

1 *Moroſus vt excuſetur a mora, eſt neceſſe quod ſit tutus aliqua exceptione.*
2 *Pactum nudum non parit actionem ſecundum ius ciuile.*
3 *Ponit quæſtionem in materia decimarum Papalium, cuius thema extendi tur in prolixum.*

1 NOn eſt. †No.ex hac regula,ꝙ ad hoc vt quis ex
cuſetur à mora,eſt neceſſe quod ſit tu-
tus aliqua exceptione,dummodo tñ ſit legitima, vt
hic dĩ,vide tñ tex.no.in l.ſciendum.ff.de vſu.vbi hr̃,
a ꝙ ẽt qualibet cã colorata excuſat a mora. ᵃ de quo ibi p Doct.
Et procedit hæc regula, qñ promittitur aliquid inſtantaneum,
vt dari cum ipſa mora deſideret extremitatem temporis, alias
ſi aliquid ſucceſſiuum,vt domum fieri, & tunc exceptio ſuper
ueniens defenderet a mora conſumanda, non a mora cõmiſ-
ſa & inchoanda. recipit enim talis mora diuiſionem reſpectu
particularis intereſſe,vt ff.de ver.obl.l.ſtip.non diuiduntur. &
vide in c.commiſſa.de elec.eo.lib.In gl.1.ibi, non eſt in mora.
ita ꝙ vt dicit Dy.ab omnibus effectibus moræ,de quib.per Io.
And.poſt Dy.in regula mora.ſ.eo.erit exemptus & indẽnis,ſe
2 cundum Io.And.†In ea.glo. ibi,naturali tñ.vt per nudũ pactũ,
quod ſm leges actionẽ vel obligationẽ nõ pariat, vt ff.de pac.
l.iuriſgẽ.§.igitur nuda.& hoc regulariter,licet caſualr aliud ſit,
vbi no. vt eſt in caſu l. ſi pacto. C. de pac. ſed ibi non agitur ex
pacto,& eſt ibi ſpeciale, ꝙ agatur ex ſtipulatione pœnali ante
moram, ne contractus omnino ſit inutilis. De iure vero cano
nico hoc non procedit,cum agatur ex pacto,vt in c.1.de pac.ſe
cundum Dy.& Io.And.de quo vide ibi per Doc.In ea.gl.in fi.
idem Dy.ad hoc ff.eo.tit.l.nihil.& de exce.l.2.& quod no.in c.
3 a nobis.de excep.†Extra gl.Ioã. And.inducit hanc regulam ad
q.diſpu.per d.Io.de monte Merulo,quæ talis eſt, impoſita fuit
per Papam calendis Martij decima triennalis ſoluẽda per præ
latos, & clericos eccleſiarũ de annuis prouẽtib. ipſarũ de mẽ
ſe Martij ſingulis annis,ſub certis pœnis & datis collectorib.vt
eſt moris.& tunc d.Io.præerat eccleſiæ Paduanæ,& illius anni
fructum percepit, qui demum tranſlatus ad eccleſiam Bon.in
calendis Ianuarij. Et d. O. fuit prælatus eccleſiæ Paduanæ, &
vterque ipſorum poſſedit ſuam eccleſiam, & neuter ipſorum
de menſe Martij primi ſequentis decimam ſoluit. modo quæ
ritur,quis ipſorum incidiſſet in pœnã, & quis ex illis ſoluere te
neatur.circa quã q.ſoluendo concludit,ꝙ ipſi d. O. prælato ec-
cleſiæ Paduanæ incumbat onus ſoluendi decimam pro eccle-
ſia Paduana, & non ſoluendo incidit in pœnam,per no.21. q.2.
ſi quis iam tranſlatus.& in c.1 de ſol.& in c. cõſtitutus. de reli.
do.eſt enim iſtud debitum reale,nec ille d.Io.habet ſoluere de
cimam pro eccleſia Padua. ſed pro Bono. poſſet tñ bñ ꝯueniri
per ſucceſſorem,ſi fructus expendiſſet,vel male cõſumpſiſſet,
ſm ipſum d.Io.vt hic refert Ioã.And.ita reſidens.& vide circa
hoc no.in l.Imperatoris.ff.de pub.& in l.incola. ff.ad munici.
& l.fideicõ.§.tractatum.ff.de iu.& in l.neque.ff.de impen.vide
oẽs Doc.in dictis iuribus.Sed aduerte,quia talis determinatio
nõ vĩ procedere ſine dubio,per tex.no.in c.põt.§ porro. ſ. de
off.ord.eo.lib,vbi vĩ,ꝙ fructus & redditus eccleſiæ cenſeñt de
putati pro neceſſarijs expenſis, & oneribus incumbentib. to-
to anno vſque ad nouos fructus,& per illum tex.refert ibi Do,
ſe plures conſuluiſſe, ꝙ ſi vno anno impoſita eſt collecta ec-
cleſiæ,& rector,qui percepit fructus illius anni,non ſoluit,ſed
illo anno promouet ad aliud beneficiũ, nõ remanet obligatus
pro collectis illius anni, ex quo fructus percepti per eũ erant
deputati pro oneribus eccleſiæ illius anni vſq; ad nouos fructus.
Sed certe Ioã. And. vult,ꝙ talis collecta ſeu decima Papalis ſit
onus reale, & ſic aſtringit poſſeſſorem, vt 16.q.1.ſi quis laicus.
& ipſe poſſeſſor ſit conueniendus, vt debita ſoluat,vt in d.c.1.
Sed quia tales fructus illius anni erant deputati pro oneribus
illius anni, tunc bene poterit prædeceſſor conueniri per ſuc-
ceſſorem,ſi illos fructus male conſumpſiſſet, vt dicit hic Ioan.
And.alias ſecus.& ſic tenenda vĩ prædicta determinatio Ioan.
And.pro quo d.l.Imperator.

A D D I T I O.

a Vinc.God. Nota,quod mora ipſo iure fauore piæ cauſæ committitur abſque interpellatione.Goz conſ.24.nu 1.2.& 6.non tamen cõmittitur,quãdo quis poteſt ſe tueri aliqua exceptione,Goz.conſ.31.nu.17.

R E G. LXI.

Quod ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in diſpendium retorquendum.

S V M M A R I V M.

1 *Inductum in fauorem alicuius, non eſt retorquendum in eius diſpendium.*
2 *Regula, Quod ob gratiam, quando habeat locum.*
3 *Papa tranſtulit epiſcopum abſentem, abſoluens eum a vinculo prioris eccleſiæ, quando dicatur talis eccleſia vacare.*

1 QVod ob. †No. ꝙ inducta in alicuius fauorem
vel vtilitatẽ, nõ debent eius in odiũ
vel læſionem retorquen. quod qualiter procedat,
patebit in gl. In glo.1.ibi,motu proprio. no.ex glo.
dñam,qñ aliquid concedit motu proprio, vel alterius inſtan-
tia. In ea.gl.ibi,in finibus proprijs, propter æqualitatem in iu-
2 dicijs ſeruandam,ſm Dy.†In ea.gl.ibi,ꝯ ius cõe, ſm Accur. idẽ
Dy.reprobans ſolutionem dicentium regulam locũ hr̃e, cum
fauor inducitur iure cõi,vel priuilegio,ſm legem ꝯtram,cũ in-
ducitur per pactum.& hoc reprobat p l. ea lege. ff. lo.& l.2.ff.
de lege commiſ.In ea. gl. io h.ad hoc ẽt ff.de inter.& rele.l.re-
legatorum.§.fin.& l.ſeq.& quod no.in Auth.de hære.& fal.§.
ſi vero.ſm Dy.dicentem ẽt hic,ꝙ idem actus non eſt immedia
ta cauſa præmij & pœnæ. ſed bene poteſt eſſe cauſa mediata &
remota:delictum enim eſt cauſa pœnæ,& pœna eſt cauſa inha-
bilitatis, & inhabilitas cauſa remotionis ab actu, & remotio
cauſa exemptionis ab onere, vt ff. de ſuſpe. tuto. l. decreto.&
ff.de excu.tuto.l. ſed & l.milites. §. ſed ignominia. vt refert Io.
Andr. & de materia vide plenius per Bal. in l. quod fauore. C.
3 de ll.†Extra glo.Io.And.inducit hanc regulam ad q.de qua per
Io Mon.in c.generali,de elec.eo.lib. quæ talis eſt. Papa trãſtu-
lit epm abſentem, & abſoluit eum a vinculo prioris eccleſiæ,
vt eſt moris & iuris,ſ.de tranſla.c.2.§.ſicut ergo.& de poſt.be-
ne.c.l 2.in fi.Modo quæritur,qñ dicatur talis eccleſia vacare,vt
ſciatur de habente regalia in prima eccleſia,cum vacat,quãdo
incipiat vti.Circa quam q. concludit Io. Mon. ꝙ licẽt Papa ex
cauſa ipſum epm inuitum transferre poſſit ſaltem quo ad hoc,
vt careat prima,& ſtatim tunc vacet eccleſia. ad hoc quod no.
7.q.1.paſtoralis.& de renun.niſi.§.propter.tamen ſi pp ſua me
rita volens eum honorare transferat ipſum epm abſentem,&
eum abſoluat,vt ſ.& tunc non vacabit ſtatim eccleſia, cum il-
la abſolutio non ſit pura ſed conditionalis.i.ſi conſenſerit, qđ
probat per multa iura,& maxime per hanc regulã. Sed Egidi.
Veron.in quadam ſua q.viſus eſt tenere ꝯtriũ, dicens ꝙ ſi Boñ.
eps ad poſtulationem capituli Rauẽñ. & hoc ignorans tranſ-
fertur ad eccleſiam Rauẽñ.non expectato eius conſenſu, de-
ſijt eſſe Bono.intñ ꝙ valeret electio facta ad eccleſiam Bono.
pp capitulum Bon.poſtquam audiuit, non tamen certitudina
liter ipſam tranſla. factam fore, cum eps adhuc regeret Bono.
ec.cuius dictum ꝓcedit,vt Egid.ponebat in illo,qui licet igno-
ret tranſla.tamen ſciuit poſtulationem, cui licet non conſen-
ſerit,tamen ſubmiſit ſe voluntati Papali,iuxta no,de ele. cupiẽ
tes.§.denique.in glo.ſed ex quo.Nec obſt.prædictis ſecundum
Ioãn.And.hic,qui dicit hæc procedere in eccleſijs epiſcopali-
bus,in quibus non habet locum c.2.de præben. vt ibi no.in gl.
2.Si vero ſint aliqua minora beneficia,& tunc illa per promo-
tionem factam in curia vacarent in curia, & cõferenda eſſent
per Papam,& capitulum eligere nõ poſſet iuxta,no. in d. c. 2.
& ibi per Docto.et in clem.1.poſt prin.vt li. pen.de quib. om-
nibus plenius in d.c.2.

R E G. LXII.

Nullus ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.

S V M M A R I V M.

1 *Conſilium ſtans in ſuis finibus nulli nocens, non eſt obligatorium.*
Q aliter autem intelligatur. nu.2.
Quid in aduocato.nu.3.
Adde ad idem.nu.4.& 5.

6 *Iudex ordinarius assumit tres consultores, & pronunciat ita, de consilio talis condemno, & de consilio talis absoluo, an ualeat sententia.*

7 *Quid si iudex assumit tres consultores, duo consuluerunt reum condemnandum, unus absoluendum, iudex absoluit, an ualeat sententia.*

1 NVllus No. quòd consilium stans in suis finibus, & nemini nocens, non est obligatoriũ, de quo ĩ. Secundo no. ꝙ ex consilio doloso quis obligatur, si dolus interuenit, & sic si fuit causa damni, etiam impulsiua, ſm Bal. in glo. j. ibi, non tenetur. dic quod intelligit Dy. 2 † In glo. j. ibi, no. igitur. vult glo. j. ꝙ in ꝯtibus vel quasi præstans consilium non teneatur, nec illi, cui præstatur, vel ꝯ quem præstatur consilium, qñ consilium non fuit fraudulentum, quod sine dubio procedit, qñ talis cui præstatur consilium erat aliàs illud facturus. Sed quid si alias non erat facturus, an teneatur consulens, dato ꝙ non fuerit in dolo. Dy. hic tenet quòd sic, per tex. in l. si remunerandi. §. si tibi. ff. manda. Sed quid si alias non erat facturus, an teneatur cõsulens, dato ꝙ non fuerit in dolo. Dy. hic tenet ꝙ sic, per tex in l. si remunerandi. §. si tibi. ff. mand. Sed certe ille tex, loquitur in mandato, non in consilio, pro quo fi. glo. hic ſm Ioan. An. tenentem, ut in ꝯtibus, vel quasi, præstans consilium nullo modo teneatur, qñ consilium non fuit dolosum, siue ille cui præstatur consiliũ fuisset illud alias facturus, siue non, vt in l. a. in fi. ff. man. & ita vr̃ esse de mente Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniu. circa fi. de quo ibi per eum, licèt glo. videatur dicere ꝯnum in d. §. si tibi. Sed an prædicta procedant, qñ præstatur consilium respectu alicuius officij, puta in iudice, vel assessore, tex. in l. a, ff. quod quisque iu. vr̃ probare ꝙ tunc consulens teneatur, dato ꝙ non fuerit in dolo, & si per imperitiam male cõsuluit, & ratio est ſm gl. ibi, quia acceptando officium vr̃ asserere se peritum, ideo si præstat malum consiliũ per imperitiam vel aliter, tenetur illi ꝯ quem est secutum consiliũ, sed non vr̃, ꝙ teneatur illi, cui præstitum est consilium, ex quo ille non tenebatur eum sequi, vt hic in glo. & in d. l. a. in fi. & hoc qñ non fuisset in dolo, quia si est in dolo, tenetur indistincte etiam illi, cui consilium est præstitum, & hoc ratione sui doli, vt dicit gl. hic.

3 † Sed quid in aduocato, [a] vel procur. dante malum consilium per imperitiam, an teneatur. Bar. in d. l. a. in fi. dicit, ꝙ si aduocatus dederit malum consilium, ꝙ non teneatur, nisi dolo fecerit, de quo tamen remittit ad Spe. in tit. de requisitione cõsilij. Sed in hoc aduerte, quia si præstatur consilium illi, qui omnino erat aliàs illud facturus sine consilio, & tunc indistincte nõ teneatur, nisi consulens fuerit in dolo, vt ĩ. Sed si clientulus nõ erat aliàs facturus litem, nisi aduocatus vel procurator consuluisset, tunc vr̃ ꝙ consulens teneatur ad restitutionem damni, ar. glo. in d. §. si tibi. & in ca. si. ĩ. de iniu. inimo vr̃, ꝙ aduocatus vel procurator etiam si per imperitiam dant malum consiliũ, & sic sine dolo, ꝙ teneantur, & idem vr̃ in cõsultore electo de voluntate partium ad consulendum in causa, & hoc ratione officij, cum acceptando officium publice uideantur affirmare se peritos, ex qua tacita affirmatione deprehenditur dolus, ut in l. si quis affirmauerit. ff. de dolo. Et procedũt prædicta in foro iudiciali. Sed in foro conscientiæ semper tenetur præstans consilium, si ille, cui præstatur, non erat aliàs facturus, & siue consulens fuerit in dolo, siue non, & si per imperitiã vel ignorantiam malum consilium dederit, ut determinat d. Ant. & d. Nic. in c. tua nos. ĩ. de homi. per ea quæ no. ibi, dicentes, ꝙ iudices ferentes sñiam uel consulentes in aliqua causa, si per eorũ imperitiam aliquem lædunt, tenentur in foro conscientiæ ad restitutionem damni, etiam si adhibuerunt omnem diligentiam, quam potuerunt, & etiam si non fecerint ꝯ conscientiã. rô patet per ea, quæ habentur in d. c. tua nos. & quia ex quo asseruit se peritos, tenentur de imperitia, ut ibi per glo. in d. l. a. ff. qđ quisq; iu. q ꝛ imperitia ascribit culpæ, ut in l. qua actione, in fi. ff. de offi. præsi. immo vr̃ dictis casibus, ꝙ cõsulens teneatur ad emendam damni secuti ex illo consilio illi ꝯ quem est datum tale consilium iniustum, ar. c. fi. ĩ. de iniu. habita m̃ distinctione, an ille cui datur consilium fuisset aliàs illud facturus vel non. Nec ob. prædictis, qđ voluit sing. Innocen. in c. sicut dignum. ĩ. de homi. dicens, ꝙ in foro conscientiæ non est quis obligatus ad restitutionem damni dati alicui ex leuissima culpa, nam potest dici ꝙ licèt medicus, Doctor, uel aduocatus adhibeant diligentiam quam possunt, & licèt non fecerint cõtra conscientiam, tñ si per eorum imperitiam aliquem lædit, ꝙ ista talis imperitia sit lata culpa, ut no. in d. c. tua nos. & in l. qua actione. in ñ. ff. ad l. Aquili. & in l. illicitas. §. sicuti. ff. de off. præsi. & quia ignorantia & traditiones artis suæ dicitur esse lata culpa, ut per glo. no. in l. liberorum. §. notatur. ff. ad l. Aqui. quæ omnia sing. tene menti, & haberent locũ prædicta in omnibus, qui ratione alicuius artis uel exercitij faciunt se peritos.

4 † In ea. glo. ibi, sed eius maleficij nomine &c. quod dicit glo. sine dubio procedit, qñ consilium præstatur ei, qui aliàs nõ fuisset facturus. Sed an idem sit, si præstatur ei, qui alias nõ fuisset facturus. Dy. tenet hic idem esse, & idem tenet hic Ioan. And. & Bar. in d. l. non solum. §. si mand. circa fi. uide tñ in l. liber homo. & ibi per glo. ff. ad l. Aquil. & concludit hic Dy. ꝙ in delictis ille, qui consuluit aliàs facturo, aut præbuit consilium tñ, & tenetur, quia non debet laudando malitiam augere, ut l. j. ff. de ser. corru. & l. si quis seruo. C. de fur. de hoc tñ inde plenius per Bal. in l. j. in a. colũ. C. de ser. fug. aut præstat opem tñ sine consilio prin. vel accessorio, & non tenetur, ut ff. de fur. l. qui pignore. §. qui ferramẽta. intellige, ut non teneatur de cõsilio, sed bene tenetur tanq̃ præstans opem, ut per Bar. in l. in furti. §. ope. ff. de fur. aut præstat quis opem & cõsilium simul, & indistincte tenetur, ut l. sæpe. §. ita dubitatur. ff. de uerb. signi. Et qua pœna puniatur dictis casibus præstans consilium in maleficijs in foro iudiciali, per Bar. in d. §. ope. & in l. is qui opem. ff. de fur. tenet hic Ioã. An. ꝙ licèt teneatur consulens maleficiũ etiam aliàs facturo, uel non, tñ est differentia quo ad qualitatẽ pœnæ, quia minor pœna imponitur ei qui consuluit aliàs facturo, vt in c. sicut dignum. ĩ. de ho. Et inde ibi no. per Inno. qualiter in delictis teneatur consulens in foro conscientiæ, de quo etiam per eum in c. ad audi. eo. tit & ibi no. de his, & de materia per Bar. in d. l. is qui opem. in l. si quis proferendũ. ff. de fur, & per Bal. in d. l. j. & per Pe. de Anc. in c. cum quis. ĩ. de senten. excom. eo. lib. & uide tex. in c. h. §. illis. in prin. eo. titu. & lib.

5 † In ea. glo. in fi. ideo autem non tenetur præstans consilium, quia ille, cui datur consilium, non tenetur illud sequi, ut ĩ. patet in glo. & in l. Titium & Mæuium, in prin. & l. quidam decedens. ff. de admi. tuto. quod facit ſm Io. And. hic pro iudicibus ecclesiasticis, vel secularibus, qui ad ferendas sententias etiam interlocutorias recipiunt in consultores iuris peritos, quia si eorum consilium esset iniustum, non tenentur illud sequi, etiã si de consensu partium talis consultor electus fuerit, de quo p Spec. in tit. de requisitione consilij. uer. quid si iudex. & p Bar. in l. a. ff. quod quisque iu. & in l. si conuenerit. ff. de re iudi. dicẽtem ibi no. ꝙ iudex in dando sñiam secutus est consilium, tũc si male iudicauit, tenetur in syndicatu, quia non tenebatur sequi consilium, ideo cautela est ſm Bar. ibi, ꝙ iudex in cõmissione faciat per partes exprimi, ꝙ ipsæ ex nunc cõsentiunt, quòd sñia feratur ſm consilium, quia tunc iudex non tenetur in syndicatu, per d. l. si ꝯuenerit. Et idem si statutum diceret, ꝙ iudex teneatur sequi consilium ſm Bar. ibi, de quo etiam per eum in d. l. Titium, in prin. Et ita etiam sequitur Bal. in l. mancipia. C. de ser. fug. aliàs autem semper tenetur iudex male iudicans, ex quo non tenetur sequi consilium, vt ĩ. immo potest contra eũ iudicare, ar. d. l. Titium. hinc dixit Inno. in c. nec episcopi. ĩ. de tempo. ordi. & sequitur Ange. in l. ad principem. ff. de appel. ꝙ si causa est commissa consulenda pluribus, iudex non tenetur sequi consilium maioris partis, sed debet sequi consilium etiã minoris partis, qñ esset melius, secundũ Iac. Bu. in l. maiorem. ff. de pac. ar. l. ob carmen. §. si testes. ff. de test. & c. in nostra. ĩ. de test.

6 † Extra glo. quærit hic Ioan. An. primo si iudex ordinarius tribus consultoribus assumptis &c. ita pronunciat de cõsilio talis, condemno, & de consilio talis absoluo, et tunc talis sententia ipso iure non valebit, cum sit incerta, & ita tenet Mar. disputando, secundũ quod refert hic Ioan. An. de quo xj. q. 3. c. si ergo. & per Ioan. An. in c. si sacerdos. de offi. ordi. in glo. pe. & per Bar. & alios in l. iudex postq̃. ff. de re iudi. & in l. post sententiam. & in l. cum iudex. C. de senten. & interlo. facit quod voluit Bar. in l. duo iudices. ff. de re iudi. dicens, ꝙ si ex forma statuti iudex tenetur ferre sñiam ſm consilium sapientis, & cõtingat causam committi consilio duorum, quorum unus condemnauit, alius absoluit, & iudex cõdemnauit, secundũ quod in consilijs continetur, tunc talis sñia est nulla, quia in se continet repugnantiam, ut in l. vbi repugnãtia. ff. de re iud.

7 † Et inducitur per Ioan. An. hæc regu. ad q. Nic. de Matarel. qua quæritur, si iudex assumpsit tres consultores, quorum duo consuluerunt reum condemnandum, tertius absoluendũ, & iudex absoluit, an teneat sententia, cum statutum habeat nõ valere senten-

ADDITIO.

a Vinc. God. Aduocatus fouens causam iniustam subiacet edicto quod quisque iuris. Qua autem pœna puniatur, uide Fel. in c. tua nos in primo no. de homici. & in c. 1. col. 14 uer. præterea. de consti. uide Cæpol. c aut. 76. ibi, quod aduocatus protrahens causas, caueat sibi ne lucrando causas, perdat animam.

sententias, nisi latas cum consilio sapientum. circa quam q. cōcludit, q valeat talis sñia, ex quo satisfactum fuit statuto, cum habuit consilium: nam si non habuisset, non valeret, licèt non teneretur eum sequi: vnde si inique fuisset pronunciatum, habebūt locum remedia, s. appellationis, facier litem suam, vt in Auth. de iud. §. si vero. Si verò statutū vellet, q iudex teneretur sequi consilium in pronunciando, & tunc sñia nō valeret, q. a tenetur sequi consilium maioris partis, sm Ioan. And. qui hac sumpta occasione ponit, an sit differentia in hac materia, vel simili inter has præpositiones cum, & de: dicens, q si addātur consilio sunt diuersa: voluit Vincen. in c. pen. de consti. sm qđ refert ibi Compostel. & Archi. in cap. 1. ī. ne se. vacan. eod. lib. nam si dicant, cum consi. & tunc sufficit requirere, nec est necesse sequi, vt ī. de arbit. cum olim. de quo vide no. in c. ne pro defectu. ī. de elec. in gl. penul. Si verò dicatur de consi. & tunc necesse est sequi, cum tunc videatur electa industria consultoris, ad hoc c. fi. de offi. deleg. & ita vr̄ tenere Bald. in l. j. in fi. C. de manu. idem si præponatur dictio negatiua, puta non facias sine consilio episcopi, vt de offic. deleg. venerabili. Sed quid si statutum dicit, q iudex debeat ferre sñiam sm consilium sapiētis, vel iudex, quod idem importat, vt in c. abbate. ī. de verb. signi. tunc tenet Domini. in d. ca. 1. q iudex tenetur sequi consi. Bar. tñ in l. j. §. si plures. ff. de exerci. videtur tenere ɔ̄rium, die vt ibi per eum, & per Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. procon. Si verò dictæ præpositiones de, & cum, addantur consensui, uel uoluntati, vel alteri actui, & tunc non est curandum, an dicatur de consensu, vel cum consensu, vt no. in c. 2. ī. de offic. ordi. & in c. causam. de iudi. secundū Ioan. And. ponentem et hic de ipsa præpositione de: quot modis ponatur, & similiter de ipsa prēpositione cum, inter alia dicens, q præpositio cum, ponitur etiam pro, &, de quo per Ioā. An. in c. cum Marthæ. de celebra. missa. & ita ponitur, cum dicitur, cum consilio, & non requirit concursum consilij, & sententiæ in eadem sententia, sm Bal. qui [a] dicit idem de præpositione, de. dicens etiam, q dictio, de: & dictio, cum: non cadit inter repugnantia, ut plenius hic per ipsum, & vide notata in dicto c. 1. & dicta l. j. §. si plures. ff. de exercitoria. & ibi plene per Bar. vbi uide per eum, an prędicta indistinctè procedant. & per dominum Ant. & alios Doctores in c. cum olim. ī. de arbitris.

A D D I T I O.

a Vinc. God. Cum, quando copulet principaliter, quando accessorie, Ang. Aret. in trac. malefic. uersi. publicamus in fi. Soz. in l. si is qui ducenta. ff. de reb. du. Iaf. in consi. 103. nu. 3. lib. 1.

R E G. LXIIII.

Exceptionem obijciens non videtur confiteri de intentione actoris.

S V M M A R I V M.

1 *Obijciens exceptionem non uidetur confiteri de intentione actoris.*

2 *Excipiens sicut non intelligitur confiteri, ita non intelligitur se obligare, uel quasi contrahere.*

3 *Rescriptum papale, impetrasti contra me, dicens quòd te eieci uiolenter de possessione, ego citatus protestor, quòd non intendo litem contestari, & dico te falsum exposuisse, quia non uiolenter te eiecerim, sed iudicis auctoritate intraueram, an hæc exceptio dicatur dilatoria cōtra rescriptum, an uerò peremptoria.*

Adde ad idem, nume 4.

1 2 Exceptionē. † No. q per exceptionem non videtur actoris intentio [a] fundari, & ea confiteri, quod procedit, siue excipiatur præmissa negatione, siue non. ad hoc l. si filium. ff. de liber. causa. secus si præmissa confessione, quia tunc videretur confiteri, vt l. officium. ff. de rei ven. & C. de excep. l. si quid. sm Bald. hic. In glo. vnica ibi, dixerunt quidam, vt no. in Spe. de excep. §. viso. post prin. & ibi per Ioan. And. in addi. In ea. glo. ibi, similibus. quæ sunt exceptiones facti, uel intentionis, non iuris, secundū Dy. In ea. gl. ibi, dici confiteri. Nec ob. ff. commo. l. si is qui. §. fi. quia ibi est speciale propter iustā ignorantiam soluentis, ne sit in damno, sm Ioan. An. In ea. glo. ibi, & sic de singulis. est & 4. ratio vltra glo. quia ex quo aduersarius non approbat expresse ipsam exceptio. imò reprobat, nō potest ex ea se iuuare. ad hoc l. nemo. ff. eo. & reg. ex eo quod ī. eo. ti. In ea. gl. ibi, sic dicere. & hoc casu intelligit Dy. hanc regulam inducens l. si quadam. C. de excep. quod non placet Io. An. nec etiam Bal. vt patet ī. in tex. de quo per Bar. in l. non vtique. ff. de excep. & per Doc. in c. venerabilis. ī. de excep. In ea. glo. ibi, non est amplectenda, nec talis forma est necessaria, dummodo stet in meritis exceptionis, de quo in c. j. ī. de li. cōtesta. eo. lib. super glo. antepen. In ead. glo. ibi, de confes. c. 1. in glo. vnica. ver. ad positiones. In ea. glo. ibi, ita replicatio. & sortius, ut no. de exce. a nobis, in summa replicationis, in quarto

2 membro. † In ea. glo. in fi. & ff. de excep. l. 2. Et aduerte, quia sicut excipiens non intelligitur confiteri, ita non intelligitur se obligare, uel quasi cōtrahere sm Bal. in l. 2. C. de ord. cog. quod tu intellige de excep. ex qua non resultaret li. conte. quia aliàs per li. conte. quasi contrahitur, ut in l. 3. §. idem scribit. ff. de procu. Secundo aduerte, quia licèt excipiens non videatur fateri intentionem actoris, an saltem uideatur fateri ipsam exceptionem? & dic q sic, quia cum exceptio rei dicatur eius libellus, vt in l. 4. C. de his qui pe. nomine. sicut libellans videtur confiteri conclusionem sui libelli, ut in l. cum precum. C. de lib. causa. ita & excipiens videatur cōfiteri suam exceptionem. & ita tenet Bar. in l. certum. §. si quis absente. ff. de cōfes. dicens, q talis confessio præiudicat, licèt sit facta absente parte, de quo ibi

3 per eum. † Extra glo. dicit hic Ioan. And. quòd huic regulæ coaptari potest quæstio Gof. tertia, qua sic quærabat. Impetrasti contra me rescriptum papale, dicens quod te de possessione violenter eieceram, citatus protestatur, q non intendit litem contestari, nec iudicium ingredi, & dico te falsum expressisse, cum non violenter eiecerim, sed iudicis auctoritate possessionem vacuam intraueram, an hæc exceptio veniat, ut dilatoria contra rescriptum, an ut peremptoria contra actorē. circa quā q. soluendo dicit, q quoties in iudicio quis proponit exceptio. quæ de sui natura sapit peremptorium, si protestetur q nolit litem cōtestari, vel iudicium intrare, uel ordinare, sed rescriptū elidere, & causam differre, & tunc iudex illum non audiet tanquàm sibi ɔ̄rium, per c. solicitudinem. in fi. s. de ap. sed coget eū li. conte. non præcisè, sed per iuris remedia. s. per missio. in pos. prout no. de li. conte. c. 1. eo. lib. vt dicit hic Ioan. An. adducens ad hoc quod no. in d. c. Iollici. super glo. fi. quod procedit secundum Bal. hic, nisi sit talis exceptio, quæ impediat conte. ex priuilegio, ut d. c. 1. & prompta probatio offeratur, cum hæc duo requirantur, ut no. in l. nam postea. ff. de iureiu. & in d. c. 1. & dicit Bal. hic. q in terminis huius q. non sufficeret ipsi reo probare, q iudicis auth. pos. intrauerit, nisi probet q ea cognita, & iuris ordine seruato, vt C. vnde vi. l. meminerit. & l. si quis in tantam. & l. fi. C. si per vim vel alio modo, de quo per Doc. in l. iuste possidet. ff. de acq. poss. Sed an protestatio rei dicentis corā iudice, q non intendit li. conte. impediat contest. hoc expresse Gof. in d. q. non prosequitur, licèt tacite innuat q sic, sed hanc q. prosequitur Bar. Brix. in venereali 34. & Guil. in Spe. de li. cōtest. §. 2. uer. patet ex præmis. & Azo, & Mar. Sil. quorum dicta refert hic Ioan. And. vlt. loco tenens se cum ipso Mar. Sil. qui tenuit, q indistinctè siue iudex approbet talē ꝓtestat. siue nō, non sit lis contest. cum reus debeat habere animum conte. li. in Auth. de exhi. reis. §. illud. quod procedit etiam si actor protestatus fuisset contra ꝓtest. ipsius rei, cum contestatio litis ab animo ipsius rei procedat, protestatio actoris animum ipsius rei non tollit, & sic lis conte. non erit, ut tenuit Iac. de Are. secundum quod refert Cy. in l. j. C. de li. cont. secundū Ioan. An. hic, poterit tñ dicere iudex, quia non vis respondere, ut debes, tuam responsionem non admitto, nec scribetur in actis, sed procedit ɔ̄ eum, vt contra contumacem, sm Bald. & hoc videtur velle hic Ioan. An. vt patet ex prædictis, & hanc partem tenuit glo. in c. 1. ī. de li. conte. & in l. j. C. eo. titu. & Bar. & Bald. ibi, licèt Rota in sua deci. 12. simpliciter voluerit, q talis prote. non releuet. Sed tu teneas, vt ī. et uide per Doc. in d. c. 1. & procedunt prædicta, & si post contradictionem iudicis reus rñderet, vt ī. per Ioan. An. licèt Imo. & d. Anto. in d. c. 1. videantur in

4 hoc aliud velle, & non bene, de quo ī. † Sed limita primo procedere prædicta, si responsio fuit facta incontinenti post protestationem ipsius rei, cum tunc videantur inesse, vt in l. lecta. ff. si cer. pe. secus si ex interuallo, quia tunc vr̄ protestationi renunciasse, de offi. dele. gratum, ut tenuit Azo. quod placet Hostien. vt patet ex no. in c. cum M. de cōsti. & hoc vr̄ placere Bal. per no. in l. nam ad ea. de condi. & demonst. et in l. cum plures. §. locator horrei. ff. lo. Secundo limita prædicta vera, nisi præcessent iussus de conte. li. quia tunc si reus respondeat cū protesta-

ADDITIONES.

a Intentio. Adde Lanfran. in c. quoniam contra. §. confessiones. no 12. & quod ibi no. in apo. 20 uer. acceptare, de proba. Panor plene in c. bonæ memoriæ. Io 2. nu. 29. & quod ibi dixi in apo. in uer. confessio de positu prala & melius in c. cum uenerabilis. nu. 1. ubi etiam no. in addi in uer. nō uidetur. de exce. Vin. God. Exceptio non facit, quod ea, quæ non cōprehenduntur sub regula ante exceptionem, nunc comprehendantur. Ruy. consi. 127. nu. 7. lib. 4.

testatione prædicta, intelligitur li. conte. vt tenuit Bal. in l. j. §. illo. C. de lati. li. tol. Sed certe hoc dictum non procedit, quia iussus iudicis in hac materia nihil operatur inuita altera parte, cum non possit iudex cogere partem præcisè ad contestandum litem, ſm glo. sing. in auth. qui semel. C. q̃uo & quãdo iudex. quam sequitur Bar. ibi, & in d. l. j. & ibi Bald. & Ioan. And. hic, & quia litis contestatio procedit ex animo, vt s. item quia per litis contesta. quasi ꝯhitur, vt in l. 3. §. idem scribit. ff. de peo. sed ꝯctus uel quasi nunq̃ fit inter dissentientes, vt l. j. ff. de pact. & ideo iussus iudicis nihil operatur inuita parte, bene tamen potest iudex causatiue cogere partem ad li. contest. puta mulcta & pignoribus captis, & denegando audientiã, vt s. non autem præcisè, vt per glo. in d. auth. qui semel. & per Bart. & Bal. in d. l. j. Et vltra dicit Ioan. An. ꝙ si percutiens clericum iniuriosè, protestatur ꝙ non facit aoimo iniuriandi, hæc protestatio non iuuabit, nec defender ab excõicatione, cum repugnet facto per no. in d. c. cum M. facit c. 1. s. de præsump. Quid autem de illo, qui ingreditur possess. si protestetur, ꝙ non facit animo turbandi. dic vt no. in l. si duo. ff. uti pos. per glo. & hic per Bal. qui illam glo. reprehendit. & uide per Bald. in l. j. §. j. ff. si quis testamento.

R E G. LXIIII.

Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.

S V M M A R I V M.

1 *Facta contra ius, habentur pro infectis.*
Adde ad idem, nu. 2.
3 *Sponsus rapuit sponsam de præsenti ingressam in monasterium, & uolentem profiteri, quam corripit, postea ipsa profitetur sponsus ipsam repetit, dubitatur an possit.*

1 a QVæ contra. † No. quòd illa, quæ fiunt cõtra ius, habennit pro infectis quo ad iuris effectum, sed nõ quo ad facientis defectũ, vel peccatum, & hoc si habeant in se delictum. alias habentur omnino pro infectis, l. ea quidem. C. si mancı. ita fuerit alie. ſm Bal. de quo in glo. In gl. j. ibi, facta tenent. ponit exẽplum Dyn. de l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de interdic. & releg. & de l. j. ff. de fer. In ea. glo. ibi, tollerentur, vel annullandum certa actio vel exceptio pararẽtur, ut in his, quæ fiunt dolo, vel metu, quia factum tenet, licèt non teneat ꝯsiderato effectu, ut ff. eo. tit. l. nihil interest. ſm Ioan. And. In ea. glo. ibi, intelliguntur contraria. & de hoc in Speu. de dispu. & alleg §. post hæc. ver. vel illud ius. dicebat autem Dy. ꝙ qñ ius ultra procedit, stari debet clausulæ speciali, generali relicta. ff. de verb. ob. 2 l. doli clausula. & ff. de pœnis. l. sanctio legum. † In ead. glo. ibi, sortirentur effectum. i. alias sortiri possunt. Illa ergo, quæ fiunt contra ius, habennır pro infectis quo ad iuris effectum, sed nõ quo ad facientis defectum, uel peccatum, & hoc si habent in se delictum, aliàs habentur omnino pro infectis, ut l. eo quod C. si man. ita fuerit ali. ſm Bal. & conclude, ꝙ cum hæc regula cum habeat in probibitis a iure, quod ipsorum prohibitorum quædam sunt, quæ retractari non possunt, ut mortuus ad uitã, & in his cessat hæc reg. Quædam sunt, quorum effectus retractari potest, & ad primum statum reduci, vt in ꝯtibus, testamẽtis, electionibus, & similibus, & in his locum habet hæc regula, ſm Dy. vt refert Ioan. An. quod verum est, ut uoluit Abb. in d. c. a. de testa. si intersit facienus haberi pro facto, cum tunc in eius odium habeatur pro non facto, ut hic, uel ipso iure, ut in c. cum in cunctis. de elec. vel ope exceptionis, eo. titu. quod si cut. Si verò intersit facientis, quòd habeatur, ut in maleficijs, et tunc habetur pro facto, cum delicta non præbeant immunitatem, ut ff. de interdi. & releg. l. relegatorum. in fi. ut hæc dicta refert hic Ioan. An. Et uide per glo. in uer. inhibentis. in cle. j. de iurepa. Et adde, vt dicit hic Bal. ꝙ ille, qui commisit barattariam in officio recipiendo solam promissionẽ, non potest pœnitendo remanere in officio, & ita fuit consultum Flor. ut re- 3 fert Bald. hic in glo. & facit hæc reg. ad q. dispu. † Si sponsus [b] b sponsam de præsenti ingressam in monasterium, & profiteri volentẽ rapuit violẽter, & corrupit, quæ postea profitetur. spõsus ipsam repetit, quæritur an possit, & circa hoc Ioan. An. cõcludit qõnem non habere dubium in quatuor casibus. Et primo, quando sponsa ingressa, uel postea ante oppressionem fecisset aliquem actum, ex quo diceretur tacite professa, cum tũc repeti non posset, ut in c. ex publico. s. de conuer. coniu. Secũdo, qñ sponsa licèt a principio inuita, tamen consensisset in copula, vt in c. insuper. s. qui matr. accu. non poss. quo casu q. esset clara, ꝙ repeti posset, & ita potest procedere glo. in c. si euangelica. 55. distin. Tertio, quando sponsus oppressit, tamẽ semẽ non emisisset, ſm no. in c. fraternitatis. s. de eo qui cogno. consan. & in c. fi. s. de spon. quia tunc quæstio esset clara, ꝙ repeti non posset. Quarto, quando post assignationem duorum mensium, de quibus in d. c. ex publico, uel alterius temporis arbitrarij fieret talis oppressio ante omnem professionẽ, quasi licite tunc potuerit sponsus copulam exigere ab inuita, per no. in d. c. ex publico, & per Hostien. in sum. in tit. de conuer. conin. in fi. ver. quid si virgo. merito eam repetere potest. Sed remanet qõ dubia, quãdo sponsa tacitè non professa intra duos mẽses assignatos, uel infra aliud tempus arbitrarium fuit oppressa & cognita, nec consensit in copula, & tunc dicitur, ꝙ repeti non possit, ut tenuit Bar. Brix. in sua q. Dominicali, 70. ita etiã tenuit Guido disputando, nec melioris conditionis sit delinquens, quàm non delinquens, vt in c. cum qui. s. de præben. eo. lib. & pro hac determinatione facit regula huius tex. & quod no. in l. quot. ff. qui satisda. cog. & ita tenet hic Ioan. An. ut hic plene per eum in fi. & dicit Bald. hic, quòd talis raptor puniri deberet pœna capitis, vt in l. j. C. de raptu virginum. Sed aduerte, quia Ioan. An. non declarat, quid si sponsa volens profiteri fuit oppressa, & cognita ante aliquod tempus assignatum, an tunc repeti possit. & in hoc posset dici, quòd sic, per ea quæ dicuntur supra in 4. casu, cum tũc sponsus sit vsus iure suo, & ita etiam posset procedere quod no. Hosti. in d. ver. quid si virgo. & istud etiam tenuit Iac. disputando, prout refert hic plene ꝑ Ioan. And. cuius Iac. opi. ita procedere potest, ut hic plene per Ioan. An. cuius dicta no. ad materiam d. c. ex publico. Quid autem si ipsa profiteri volens fuit oppressa ante tempus assignatum. & in hoc dici potest, & quòd & repeti possit, cum vsus sit suo iure, & ita procedat quod dicitur. per Hostien. in sum. de conuer. coniug. ad fi. uer. quid si virgo. quod tenuit Iac. disputando, ut refert Ioan. And.

A D D I T I O N E S.

a Si sponsus. Adde Doc. in c. uerum. de conuer. coniu.
b Vinc. God. Facta enim contra ius habentur pro non factis l. non dubium, & ibi Bar. C. de leg. ubi Ias. Tamen factum non præsumitur, nisi probetur, Cor. consi. 181. sub si. litera, l. la prima, lib. 2. Ias. in l. stipulandum. in princ. ff. de uerb. obliga.

R E G. LXV.

In pari causa uel delicto melior est conditio possidentis.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio possidentis est potior in pari delicto.*
2 *Conditio possidentis quando sit potior in pari delicto, distingue ut hic.*
3 *Dedi tibi rem indiuiduam ob causam partim honestam, partim inhonestã, puta ut eas Capuam, & ut hominem occidas, si neutrum fecisti, an competas mihi repetitio in aliquo.*

1 IN pari. † No. ꝙ conditio possidentis est potior in pari delicto. ad hoc l. si uiro. ff. sol. matri. quod procedit in his, quæ in se sunt turpia, ut occidere, & furari, secundum Ioan. Mona. ex quo in- 2 fertur ſm Bal. hic, quòd bannitus [a] bannitum occidere nõ possit, cum occidat eum, qui est in possessione suæ vitæ. Si verò factum in se non sit turpe, sed qualitas rei adiectæ, uel personarum facit illud turpe, & tunc non est melior conditio possidẽtis, ut in c. ueniens. s. de simo. & in l. auunculo. ff. de condi. sine cau. ſm Ioan. Mona. ut hic plenius per eum. & Ioan. An. nec est melior conditio possidẽtis, quando vnum delictum absorbet aliud, ut in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. cũ posterius noceat secundũ Bal. hic, de quibus plenius per eum, & Bart. in l. cum mulier. ff. sol. matri. In glo. ibi, §. prosequitur Dy. ponit exemplum. per l. si autem. §. si duobus. ff. de pub. & ibi melior est conditio possidentis in duobus ementibus a diuersis, non dominis. item per l. si debitor. ff. de pigno. ubi non est melior conditio possidentis, quãdo nescitur cui primo res fuerit obli- 3 gata. † In ead. glo. in fi. & quia hæc regula habet multa contraria, Dy. cõcordando sic distinguebat. aliquando proponendo dolum, vel culpam, agitur criminaliter, aliquando ciuiliter. primo casu quando criminaliter, & tunc aut est idem delictum accusatoris, & accusati, & repellitur, quia nil dolosum doloso,

A D D I T I O.

a Bannitus. Adde Guil. de Cu. in l. 1. ff. de iu. & iu. quem sequitur Bald. in l. j. de preci. impe. offe. & per Bart. & Doctio. in l. mulier. ff. solu. mat. & per Bal. in c. fi. in 1. colum. de consue.
Vinc. God. Occisores bannitorum, qui fuerunt rebanniti, quando in culpa esse dicantur, non requisitione facta de rebannitione. Ruy. consi. 181. nu. 8. li. 4. & quid de occidente bannitũ in alieno territorio, Ruy. cõsi. 84. nu. 4. li. 4.

doloso, ff. de libe. cau. l. si filium. Si verò sit diuersum, & tūc aut proponitur in modum exceptionis, & auditur opponens tanquàm nomen eius inter reos sit receptum, postea non, etiam si maius crimen opponatur, ff. de adul. l. 2. §. quod hic dicitur. & §. si publico. & §. extraneus. Si verò proponatur in modum accusationis, & tunc si de maiori, & auditur antequàm nomen suum sit scriptum inter reos, C. qui accu. non pos. l. j. postea verò nullo modo audietur etiam de maiori crimine, ff. de publi. iudi. l. is qui reus. Si vero proponitur de pari, vel minori, & nō audietur, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, C. qui accu. non pos. l. neganda. Secundo verò casu principaliter, quando ciuiliter agitur, & tunc aut vterque est in dolo, aut vterque in pari culpa, & hinc fit compensatio siue circa idem, siue circa diuersa reperiatur dolus, vel culpa, ff. sol. mat. l. viro. & l. cū mulier. ff. de excep. doli. l. apud Celsum. §. Marcellus. Si verò vnus sit in dolo, alter in culpa, & tunc si circa idem, & non fit compensatio, quia dolus præponderat culpæ, ff. ad l. Aqui. l. itē Mella. §. fi. & l. qui foueas. Si circa diuersa, & tunc fit cōpensatio, cum teneatur vterque ad quantitatem, vt ff. de compen. l. si ambo. & ibi plene no. de hoc. Si verò vnus sit in lata culpa, alter in leui, & lata culpa præponderat, cum æquiparetur dolo, vt ff. deposi. l. quod Nerua. Si vnus in leui, alter in leuissima, & tunc præponderat leuis circa idem, sicut dictum est s. in simili, secus si circa diuersa, cum sint hincinde debitores in quantitate se adinuicem, ff. eo. titu. cum par. idem si vnus in leui in faciendo, alter in leui in negligendo, cum præpōderet leuis in faciēdo, vnde non compensatur, nec est melior conditio possidentis, vt ff. sol. ma. l. si mora. secū Dy. † vt hic refert Ioan. And. vide no. per Bar. in d. l. si mora. Et conuenit huic regulæ quæstio disputata per d. Mat. quæ talis erat: Dedi tibi rem indiuiduam ob causam partim honestam, & partim inhonestam, puta verbi gratia, bouem vt Capuam eas, & hominem occidas. si neutrū fecisti, an in totum, an in parte, an in nullo cōpetat repetitio. in qua q. tenuit, q̄ propter indiuiduitatem potest totum repeti, & maxime per l. quoties, & l. nihil. ff. de digni. & per l. omnimō. C. de inoffi. test. & ff. de excep. do. l. si procurator rei. & hoc si in ea parte versetur turpitudo recipientis, nam iste qui repetit, certat de damno vitando, ille de lucro captando. Et in re dubia magis fauetur repetitioni quàm aduentitio lucro. ff. eo. ot. l. non debet. §. in re dubia. Et hæc cum ex vtraque parte fuit turpitudo in recipiente, sed ex parte dantis fuit turpitudo in altera parte tantum, tunc enim fauetur ei, qui minus deliquit, cum delictum non sit par, vbi verò ex vtraque parte rei datæ fuisset honestas in recipiente, non daretur repetitio causa subsecuta, ff. de condi. ob cau. per totum. vel causa non subsecuta, si turpitudo fuit solum in dante, ff. de condi. ob tur. cau. l. 4. Si verò honestas ex vtraque parte non fuit in recipiente, sed in ea solum parte, in qua fuit turpitudo dantis, & tunc sit melior conditio possidentis, per hanc reg. secundū Ioā. An. ut plenius de his hic per eum. Bal. vero hic dicit, q̄ causa in vno non impleta parit totius repetitionem, vt ff. fami. ercis. l. hæredes. §. idē iuris intellige, quando honestas fuit ex vtraque parte, vt s.

R E G. LXVI.

Cum non stat per eum, ad quē pertinet, quominus conditio &c.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio quandoque habetur pro impleta iuris fictione, licèt in ueritate non sit impleta.*

2 *Prælatus regularis, non episcopus, tamen exemptus petita, sed non obtenta licentia Papæ, uel legati, an possit profiteri strictiorem religionem. Adde ad idem. nu. 3.*

1 CVm non. † No. q̄ iuris fictione conditio quandoque habetur pro impleta, licèt in veritate impleta non sit, vt in l. Iul. ff. de cōdi. & demon. In glo. vnica, ibi, pro impleto. sic patet, q̄ ista regula per illam regulam, imputari, non sit superflua. Dy. n. dicit illam loqui, qñ impeditur propter casum, ista verò loquatur, qñ impeditur per illum, cuius interest conditionem non impleri. † In ea. glo. in fi. idem Dy. & vide plenius no. per Doc. C. de insti. & substi. l. j. secundum Ioan. An. qui inducit hanc regulam ad q. dispu. per eum, qua quæritur, an prælatus regularis, vel secularis non episcopus, tamen exemptus petita, sed non obtenta licentia legati de latere vel Papæ, possit zelo sanctioris vitæ profiteri [a] strictiorem religionem, vel cum religiosus est, profiteri sanctiorem religionem. circa quam q. ipse Io. concludit, q̄ si talis prælatus petijt licentiam, sed fuit denegata per Papā, & transire non possit, nec prælaturā dimittere, vt determinauit Clemēs, & tenuit Hostien. in c. illud. de cler. excom. solus enim Papa religiones approbat, vt in c. 1. de voto. & approbatas tollit, s. de religio. domi. c. 1. eo. lib. circa illas regulas determinationes facit, & professiones impedit, vt in c. quia in insulis. s. de regu. nec esset dubium, q̄ valeret cōstitutio ipsius Papæ, q̄ nullus exemptus sine sui licentia transeat ad religionem, vel profiteatur: nam facit quod est plus, scilicet constitutionem & interdictum circa matrimoniū, & ipsum matrimonium diuidit, vt per Ioan. An. in c. ad dissoluendū. super glo. fi. s. de despons. impube. Si verò denegata non fuit licentia per Papam, non tñ data fuit, & tūc poterit prælaturam dimittere, & religionem ingredi, per notata in c. licet. s. de reg. & in c. cū venerabi. s. de consuetu. non enim videtur exemptus fortius astrictus Papæ quàm monachus abbati, vel seruus dño, nec ipsa exemptio impedit professionē, cum eam non impediat etiā excōicato, ut in c. cum illorum. s. de senten. excom. remanet tamen salua potestas Papæ in reuocando illum ad claustrum, & in priori prælatura retinendo, vt in c. quod Dei. de statu monacho. nam posset Papa non solum ipsum curę præficiendo, sed etiam inuitum, & inuito abbate alicui principi sociando, secūdum no. in Specu. de lega. §. nunc ostendendum. ver. 49. & facit quod habetur per glo. in capitu. cum pastoralis. 2. quęstio. 7.

3 † Sed de legato de latere concludit Ioan. And. quòd si ob causam expressam in themate licentiam petitam deneget, poterit prælatus licitè profiteri, & transire, quia nec ipse supremā obtinet potestatem, nec religiones approbare potest, uel tollere, secundū Ioan. And. dicentem, quod licèt subdiaconus Papæ non possit ad alium ordinari, sine licentia, vt in c. cum in distribuendis. de tempo. ordi. dato quòd etiam si ordinaretur, valeret ordinatio: tamen poterit subdiaconus Papæ, sine eius licentia ad religionem transire, & profiteri secundum eum, quod no. vt hic per Ioannem And.

ADDITIO.

a Profiteri. Adde tex. in c. quod Dei timorem. de statu mo. c. licet. & c. sane. de reg. c. dile. 19. q. 3. Io. An. & Ant. de Bu. in c. olim causam. de resti. spo.

Vin. God. Adde de huiusmodi quæst. tradita per Io. Lup. in trac. de lib. eccle. q. 16. nu. 8. quod habetur in lib. 9. trac. fol. 147. qui concludit, quod religiosi in eorum uocatione perseuerare debent.

R E G. LXVII.

Quod alicui non licet nomine suo, nec alieno licebit.

S V M M A R I V M.

1 *Facere non potest quis per alium, quod per se non potest.*

2 *Laicus an possit constitui procurator ad acceptandum beneficium uacās.*

3 *Canonicus non habens uocem in capitulo propter defectum ordinis nomine suo, an possit eam habere nomine alieno.*

4 *Et an canonici volentes possint eum admittere.*

1 QVod alicui. † No. hanc regulam, quòd quis non potest facere per alium, seu submissam personam, quod non posset per se facere. [a] ad hoc l. non licet. ff. de contrahen. emp. & l. neque. de hære. insti. In glo. j. ibi, si quis id. Dy. ponit exemplū per tex. in Auth. vt bi qui. §. si quis. vbi sicut tutor non inquietat pupillum nomine proprio, ita nec alieno, vt ex iure cesso. In ea. glo. ibi, quæsitum. ad euitandum hoc cōtrarium dicit Dy. regulam loqui, cum faciendum nomine alieno eundem habet effectum, quem haberet si factum esset nomine proprio, vt refert Ioan. And.

2 † In ea. glo. ibi, causam spiritualem. vnde inducebat hic Ioan. And. hanc regulam ad q. de habente gratiam cū beneficio acceptandi, an possit laicum procuratorem constituere ad acceptandū beneficiū, de qua remittit ad no. per eū in c. accedens. s. de præben. & in c. ne captandę. de concess. præben. eo. lib. & vide etiam gl. no. in uer. procuratorē. in cle. j. de renun. tenentē, q̄ laicus possit cōstitui procu. ad renunciandū beneficio. In ea. glo. in fi. signat Dy. in cōtrarium de l. j. §. item acquiritur. ff. de acqui. poss. vbi furiosus, qui non potest per se quærere, quærit per alium. ad quod triplex datur solutio, prima est, q̄ hic dicitur, sit regula: et cōtraria specialia. secūda solutio, quòd hæc regula intelligatur de persona submissa, ut exemplum poni pt ff. de auth. tu. l. pupilli. Ad idem facit ff. de fur. l. in his duob. & ad prædictorum confirmationē facit l. non licet. ff. de contrahen.

ADDITIO.

a Celsus. Per se facere. Adde de ista regula, & se. glo. singu. in l. 4. §. 1. & ibi Dy. ff. de fur.

Vin. God. Adde, q̄ facere quis debet, quod alteri prodest, & sibi non nocet. Soz. in cons. 76. nu. 15. lib. 2. & facere posse dicitur ille, qui directe uel indirecte facere potest. Cor. cons. 46. hæc consuetudo. litera o. lib. 2.

hen.emp.l.neque.ff.de hære. insti. Tertia solutio est, q quandoque quis impeditur per se ratione delicti a prin.commissi, quandoque ratione rei, quandoque iniusta ratione personæ, & in his tribus casibus locum habet regula. Quandoque & quarto impeditur quis ratione intelligentiæ, & tunc locus est contrario, secundum Dy. & sic soluitur ff.de vsucap.l.Labeo. & ff.de acquiren. hær. l.Annistius.secundum Dy.vt hic refert Ioan.An.ita residens ad q. qua quæritur, an habens gratiam cum beneficio acceptandi, possit laicum procuratorem constituere ad acceptandum, de qua per Io.An.in c.accedens.extra.de præben. & in c.ne captandæ, de concess.præben.eo.lib.& in clem.vnica.de renun.vbi etiam no.an possit constitui ad renunciandum. 3 † Extra glo.Ioan.An.inducit hanc regulam ad q.fratris Vberti, qua quæritur, vtrum is, q ex defectu ordinis vel ex alia causa no. habet vocem in capitulo nomine suo, eam habere possit, vel debeat nomine alieno, si instituatur procurator habentis. Circa quod dubium Io.An. inducit plura ar. pro, & contra: tandem dicit in dubio prædicto esse duas q.& primo vtrum exclusus ex aliqua causa suo nomine debeat de necessitate admitti nomine alieno, & sic an canonici talem procuratorem iuris necessitate teneantur admittere. Secundo, an talis sit habilis, & idoneus procu. ita q canonicis volentibus possit admitti de iure. Circa primum concludit Ioan.An. q licèt talis esset habilis, tamen canonici non compelluntur admittere quenquam talium si nolunt, quia ille, qui non habet vocem in capitulo, quo ad actum incumbentem nô censetur esse de collegio, etiam si alias sit de ecclesia, sicut econtra, de collegio censetur is, qui licèt nô sit de ecclesia, tamen de consuetudine vocem habet, vt in c.cum dilectus. extra. de consuet. & de ele.c.scriptum. talem ergo non habentem vocem canonici nolentes non admittunt, maxime in actu electionis, vt in c.si quis iusto.de elec.e.li.nec etiam in alijs actibus capitularib. cum non teneantur pandere secreta sua alteri, vt 6.q.j. ex merito. 4 †Circa secundum, an canonici volentes possint admittere. distinguit Ioan.An. q aut impedimentum est tale, quod impedit naturalitatem, idest illud, quod in talibus permaxime requiritur, scilicet discretionem, vel animi iudicium, vt ætas, vel furor, seu est contra naturam eius, de quo agitur, vt laicalis status, qui non est aptus ad tractandum spiritualia, vel ecclesiastica, & tunc admittere non poterunt, etiam si vellent, vt in c. ex eo quod. de electio.eo.lib.& 3.q.7.§.tria.& 96.distin.bene quidem.ex quo no.quòd laicus non potest constitui procu. in electionibus pro quo etiam glo.in c.apostolicæ.extra. de excep.quod est notandum ad materiam c.1.de procu.eo.lib. Si verò non sit tale impedimentum, & tunc si sit tale impedimentum, q non solum impedit & afficit eum, sed etiam alios, potest inficere, vt excommunicatus, & admittere non poterunt, & si admittantur, vitiabit quod est factum, vt extra.de elec.illa.& c.cum inter. Si autem solum ipsum afficiat, & tunc si tale impedimentum nô est statutum in pœnam, vt quia non est de collegio, & possunt admittere si velint, vt d.c.si quis iusto. cum etiam possent eidem dare vocem non nomine proprio, vt extra.de postula.præla. bonæ.el a. Si verò statutum sit in pœnam, vt quia elegit scientem indignum, vt in c.in cunctis.extra.de elect.tunc si sit talis pœna, quam canonici possunt remittere, vt priuationis propter electionem indigni, extra.de elec.cum Vinctoniensis. tunc ex quo est priuatus ea vice pro voce eligendi, non solum in odium sui, sed etiam in fauorem aliorum, non delinquentium, ut d.c.cum Vinctonien. tunc si non parcunt sibi, vt intersit suo nomine, possunt tamen eum admittere, vt procuratorem alterius, vt d.c.cum Vincton.cum non compellantur facere gratiam maiorem quàm velint, vt x.q.2.precario. Sed si non possunt remittere talem pœnam, & tunc etiam volentes non possunt ipsum admittere, vt in cle. vt hi qui.j. & 2.respon.ibi, nullo modo.de æta.& qual.& hoc quando liberè & simpliciter esset constitutus procu. cum tunc habeat liberum arbitrium, aliàs si habeat mandatum limitatum de certa persona eligenda, & tunc videtur quòd admitti possit. ad hoc quod no.extra. de offic. delega. super quæstionum.cum si. tutius tamen est, quòd nullo modo admittatur, vt probat tex. in d. clemen. vt hi qui.& in cle.vt professores.ibi, nec per se.de reg.secundum Ioan.And.qui cum dicit, quòd si contra illa in aliquis admittatur, non vitiabitur quod ab alijs factum fuerit, vox tamen eius non augebit numerum, ut in c.ecclesia.el 2.de elec.secundum Ioan.An.ut plenius de his hic per eum. ex quorum dictis colligit hic Bald.q prohibitus suo nomine propter incapacitatem personæ prohibetur eadem ratione, & fortius nomine alieno. ad hoc l.j.ff.de postulando.& uide circa hoc no.in cle. religiosus. de procu.& in l.quod quis. C.de proc. & in l.causam quæ. C.de fideicom.& plene in d.c.si quis iusto.

R E G. LXVIII.

Potest quis per alium, quod potest per seipsum.

S V M M A R I V M.

1 *Regula, potest quis per alium. intelligitur esse vera in his, quæ per alium possunt explicari.*
2 *Procurator non admittitur, quando debet examinari persona, an sit literata uel perita in arte.*
3 *Compaternitas an possit contrahi per procuratorem.*
4 *Cognatio spiritualis nô potest contrahi per procuratorem, sicut nec legalis.*

1 POtest quis. † No.hanc regulam, quam secundum Dy. intellige ueram in his, quæ possunt per aliũ explicari. quod no.ff. de vi & ui arma.l.j.§. quot. & facit ad hoc quod no. in l.j.§.ne autem.C.de cad.tol.secundum Ioan.Mona.qui idem vult, ut refert Ioan.An. legitimatio tamen filij non potest fieri per aliũ, secundum Bal.in l.3.C.de ma. vin. quod satis probatur in glo. 2 † In glo.j.ibi, de his qui ue.ætatis impe. l.2. ubi illum tex.dicebat singu. Bald, idem esse in omni casu, ubi uenit examinanda qualitas personæ, an sint literati uel periti in arte, & nô admittitur procurator. In ex.glo.ibi, §.ulti.& pe.Item uiolentum potest statim expellere per se, non per procuratorem, ff.de ui & ui ar.l.cum fundum. In ea.glo.ibi, si quando. & extra.de iudi.in c.2.eo.lib.& de accu.ueniens.& ff.de publi.iud.l.pe.§.ad crimen. In ea.glo.ibi, non per me, ut ff.de senten.excom. sacro.superfi.5.glo.ad hoc l.ai qui natura.§.cum me absente.ff. de neg.ge. secundum Ioan.An.In ea.glo.ibi, j.q.4.& c. ulti. & idem de illustri, C.de procu.l.pen.secundum Dy. In ea.glo.ibi, quæsitum. multa exempla, quibus licet alieno nomine quod non proprio, uide in regula quod alicui.in 2.parte quæstiotus. In ea.glo.ibi, de effectu iam facti.idem Dy. 3 †Extra glo.Ioan.An.inducit hanc regulam ad q.dispu.per eum post do.Mar.Sil.qua quæritur, an compaternitas [a] possit contrahi per procuratorem. in qua ipse d.Marti.Sil.disputando tenuit quòd sic, licèt Archi. contra, in c.1.de cog.spi.eo.lib.per tex.illius c.& per c.omnes.30. q.j. ibi, nobis suscipientibus uel mergentibus, quod approbat hic Ioan.And. reprobato d. Mar.per c.de his. 30. q.j. ubi exponitur, quid sit tenere. & per c.ad limina. 4 † quia cognatio spiritualis non potest contrahi per procuratorem, sicut nec legalis, ut ff.de adop.l.post mortem. & quia cum in compaternitate imprimatur character spiritualis, ideo oportet principaliter inhærere ossibus dñi, & non per procuratorem, arg.l.j.§.ne autem. C.de cad.tol.& ita tenuit Bal.in l.multum.C. si quis alteri uel sibi, & ita sequitur Pet.de Peru.& do. Anto. in c.ueniens.extra.de cogna.spi.& Bar.Bald.Ang. & Imo.in l.Gallus.§.forsitan.ff.de libe.& posthu. de quo tamen argu. uide plene dicta in ca. ueniens.extra.de cog.spi.ubi aliqui Docto.tenent contrarium. Et ex prædictis concludit hic Ioan. An. post mortem procuratorem ipsum, & non constituentem compatrem esse, non obstante, q forsan hoc non intenderet, quod tollitur per c.1.30.q.j.& per decre.secundam, eo. titu. Ex quibus patet, q si intendens fieri compater meus, credens filium meum leuare, leuat filium tuũ non meum, non meus, sed tuus compater erit. Sæpe enim extra id quod agitur &c.vt ff.commo.l.si is qui.& de despon.impu.cap.1.eo.lib.ut plenius de his hic per Ioan. And. de quibus vide circa hoc no. plenius in dicto c.1. & ad prædicta facit c.si. extra.de cogna.spiri.ubi etiam presbyter baptizans uel leuans efficitur compater, dato quòd nô haberet animum ad hoc, ut hic per Bal.dicentem, q baptizandus non potest constituere procuratorem ad recipiendum baptismum, etiam si sit maior 25. annis, cum non possit leuare pedes per procuratorem.

A D D I T I O.

a Compaternitas. Adde Doc. in c.ueniens de cog.spi.Archi.in c.non plures.de conse.dist. 4. Pe.de Anch.in regula, ratum.de reg.iur.lib.6.Ant.de Bui. in c.per uenerabilem.qui filij sint legi.Io.de Imo.in c.accedens. de præben. Bar. in l Gallus.in §.forsitan. ff.de lib.& posthu.Bal.in l.si quis calumniam. C. de nup.Fede.de Senis consi.115.incip. Quæstio talis est, syndicus eiusdem vniuersitatis.
Vin. God.Alex.in l.Gallus.§.forsitan. col.pen.uersi. sic in compaternitate.ff. de lib.& posthu.& Ang.de Aret.in §.illud. Institu. de nup.& in §. multis. Insti de liberti.Rota in decis.378.Fuit dubitatum, in nou.dum loquitur de matrimonio spirituali.

R E G. LXIX.

In malis promissis fidem non expedit obseruare.

S V M M A R I V M.

1 *Promissio non est seruanda in malis, neque secundum utilitatem, neque secundum æquitatem.*
Adde ad idem, nume. 2.

In

1 IN malis. † No. ꝙ in malis promiſſis, ꝙ ſeruetur fides, non expedit ſecundum vtilitatem, nec licet ſecundum æquitatem, nec decet ſecundum boneſtatem, vt no. de voto, magno. poſt princi. ſecundum Io. And. in glo. vnica. in fi. idem Dyn. dicens, mala promiſſa ipſo iure vitiari, vt ff. de pac. l. iuſiſgentium. §. & generaliter. & ff. de verb. oblig. l. generaliter. ſecundum Dyn. 2 † vnde non promiſſio, quando promittitur malum, vt homicidium fieri, ſed mala promiſſa, vt puta per dolum vel metum vitiantur. interdum ope exceptionis, vt ff. de verb. oblig. l. ſi quis cum aliter. ſecundũ Dyn. Bald. vero hic dicit, ꝙ quandoque promittitur male ob turpem cauſam, & tunc ſi ipſa in promiſſione promittatur dolus, vt ſi promitto tibi decem, quia occidiſti hominem, & ipſo iure non valet, cum ſit cõtra bonos mores, vt ff. de verbo. oblig. l. plagij. Si verò non exprimatur turpitudo, & tunc valet, ſed obſtat exceptio, vt no. ff. de pac. l. iuriſgentium. §. ſi ob maleficium. Extra gloſ. Ioan. And. inducit hanc reg. ad quæſt. diſputatam per quendam do. Iac. qua quæritur, an a ſcholaris, qui iurauit creditori[a] nõ exire diſtrictũ Bono. ante ſolutionẽ ſine ipſius licẽtia, ſi filiusfamilias ex iuſta cauſa reuocatur a patre, vel clericus beneficiatus ab epiſcopo ad reſidentiã reuocatus, vel ſimpliciter, an ſit periurus, quia petita licẽtia, & nõ obtenta ante ſolutionẽ repatriauit, circa q̃ q. ipſe Io. An. videtur ↄcludere tres caſus nõ dubios. Et primo, ꝙ ſi talis ſcholaris procurauit reuocationẽ ſuã in fraudẽ creditoris, quia tũc eſt periurus, de offi. dele. paſtoralis. §. cũ aũt. de ↄceſ. præb. poſtulaſti. in fi. & ff. ſi quis cau. l. 2. in fi. Secundò, ſi ipſam non procurauit, tñ ſi potuit debitũ ſoluere. & ſic vtriq; parere, & non fecit, & tunc ſimiliter eſt periurus, cum voluntarie dicatur ↄ iuramẽtũ veniſſe, vt ff. de iureiur. querelam. & quod no. in d. c. paſtoralis. §. fi. in gl. igitur. Tertiò ſi ipſe ſcholaris ſoluere non potuit, & tñ prius obligauit ſe epiſcopo, vel patri ad reditum vel obedientiã, ſi tunc non erit periurus, cũ iſtud iuramentũ primũ ſit ſeruandum, in duobus enim iuramentis licitis prius præſtitũ præfertur ſecundo, vt de iureiu. veniens. & c. intellecto. ad hoc quod no. eo. ti. licet. eo. lib. & ſic remanet ſolũ dubiũ, qñ ſcholaris non aſtrictus patri, nec epiſcopo per iuramentũ non procurans reuocationẽ ſuã, nec ſoluere volens repatriauit, & tunc diſtinguit Io. And. ꝙ aut de licẽtia epiſcopi, vel patris erat in ſtudio, & tunc ſi licentia fuit indeterminata, non aſtringens eum ad reditũ, nec excludens potentiã faciendi iuramentum, & pro ſtudij neceſſitatibus illud contraxit, & tunc tenetur illud iuramentũ ſeruare, aliàs eſſet periurus, cũ ex datione licentiæ omnia videantur illi conceſſa &c. ad hoc quod no. in c. præterea. de offic. deleg. & in c. ex parte. de accuſa. Si verò erat in ſtudio abſq; licẽtia, & tũc ſicut eũ non obligatũ poterat epiſcopus ad reſidẽtiã reuocare. ꝰ. de cle. nõ reſi. c. ex parte. cũ c. ſeq. & pater ẽt ſaltẽ ex cauſa iuſta, vt ponit thema, ita & eũ obligatũ reuocare poterit, cũ patri vel epõ per iuramentum præiudicare nõ potuerit, quare ad eorum mandatũ repatriando periuriũ non incurrit, ſm ipſum, vt hic refert Io. And. ita reſidẽs. & vide no. in c. veniens. ꝰ. de iureiur. & in l. fi. C. de non nume. pecu. & in l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & in c. cum inter P. ꝰ. de renun.

A D D I T I O.

a Creditori. Adde Ant. de But. in c. conſtitutus. in 3. col. de reſcri. Ioã. de Imol. in repe. c. cum contingat. de iureiur. & per Paul. de Caſt. in l. in operis. ff. loc. Vinc. God. Scholaris an ligetur ſtatutis populi in cauſis ſuis, Felyn. in c. quod clericos. in princ. de fo. compe. & an poſſit eſſe teſtis pro ſcholari, Felyn. in c. cum R. Canonicus, de offi. deleg.

R E G. LXX.

In alternatiuis electio eſt debentis, & ſufficit per alterũ adimpleri.

S V M M A R I V M.

1 *Electio debitoris eſt in alternatiuis, ſcilicet in alternatiua dandi: ſecus in alternatiua accipiendi.*

2 *Et in quibus hæc regula habeat locum.*

3 *Appellatio alternatiua interpoſita ad archiepiſcopum, vel ad Papam, an valeat.*

4 *Appellatio interpoſita ſimpliciter, & non declarans ad quem iudicem, an valeat.*

5 *Libellus in cauſa appellationis debet continere naturam iudicis a quo, & iudicis ad quem.*

6 *Appellatio generalis dicendo, ſcilicet, appello ad iudicem competentem, aliud non exprimendo, an valeat.*

7 *Quid ſi dicat, appello ad maiorem iudicem.*

8 *Appellatio alternatiua interpoſita ad archiepiſcopum vel ad Papam, an valeat.*

9 *Appellatio ſi fiat copulatiue ad plures iudices, an valeat.*

1 IN alternatiuis. † Nota ex tex. duas regulas. Et primo, ꝙ in alternatiuis electio eſt debitoris. intellige in alternatiua dandi, nam in alternatiua accipiendi eſt electio accipientis, vt ff. de contrahen. emp. l. ſi ita. & hoc in contractib. ſm Bal. dicentem, ꝙ in pœnis alternatiuis electio eſt rei, niſi iudex aliter haberet arbitrium, vt no. in l. quicunque. C. de ſer. fugi. & ibi per Bal. In alternatiua[a] vero remediorum ſemper eſt electio habentis plura remedia, vt l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact. & vide no. per Bal. in l. cum proponas. in fi. C. de tranſac. & quod no. in l. non utique. ff. de eo quod cer. lo. Quid autem ſi habens electionem ſemel elegit, an poſtea poſſit variare. vide per Doct. in l. eum qui certarum. §. fi. ff. de verbo. obli. Secũdo no. hic aliam regu. quæ eſt, ꝙ in alternatiuis ſufficit alterum adimplere, quod verum eſt in alternatiuis affirmatiuis. In negatiuis enim requiritur, ꝙ neutrum fiat, ff. de verbo. obliga. l. ſi quis ita. in fi. ſm Dy. nam etiam affirmatiua vult alterum fieri, ita negatiua vult alterum non fieri, & ſic neutrum non fieri, ſecundum Ioan. And. In glo. j. in fi. item contra hanc regulam facit l. Lucio. ff. de leg. 2. timore contrarij dicit hic Dyn. † ꝙ hæc 2 regula locum habet in contractibus, ſed l. Lucio. in legatis, in quibus dicitur ꝙ aut verba diriguntur ad hæredem, & idem, cum electio ſit debitoris, aut diriguntur ad delegatorium uel ſimpliciter perſeruntur, & tunc eſt electio legatarij, ut ibi ſecundum Dy. de quo tamen vide ibi plenius per Docto. Extra glo. Ioan. And. inducit hanc regulam ad q. per eum diſputatã 3 poſt Ioan. de Deo, li. j. q. 18. in qua quæritur, † an valeat appellatio alternatiua interpoſita ad archiepiſcopum, vel ad Papam, de quo per glo. ordi. in c. ſi is cui. ꝰ. de offi. deleg. eo. lib. & quia articulus huius q. vtilis & quotidianus eſt, vt patet in l. j. ff. de appel. ideo eſt plenius examinandus, vt l. legaui. ff. de libe. leg. & in l. j. de ſuſpe. tu. vnde pro faciliori intelligentia huius q. q̃-4 ritur primo, an † valeat appellatio, ſi appellat quis ſimpliciter a ſententia, & nõ declarat ad quem iudicem. Bar. in l. j. §. ſi q̃s. ff. de ap. tenet, ꝙ ſic, per ea quæ habentur ibi, & in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verbo. obli. vbi bonus tex. Idem Spe. in titu. de appel. §. nunc tractemus. ver. quid ſi quis. ubi dicit, ꝙ nunc in dubio cenſetur appellatum ſm formam iuris, & ſic ad proximũ ſuperiorem, & non ad Papam, arg. regu. in obſcuris. & voluit Archi. 2. q. 6. anteriorum. eo. lib. Idem etiam ſequitur Ioan. An. in c. vt debitus. ꝰ. de appel. Et hanc partẽ ſequitur Bal. in l. apertiſſimi. C. de iudi. dicens, ꝙ ſufficit dicere appello, per tex. in d. l. j. in fi. cum l. ſeq. ff. de appel. & intelligitur tunc gradatim appellatum, vt ꝰ. Sed aduerte, quia prædicta abſque dubio procedunt de iure ciuili, quo iure appellari debet ad proximum ſuperiorem, etiam ſi ad alium ſuperiorem & imperatorem appelletur, habetur ac ſi ad proximum ſuperiorem ſit appellatũ, vt per glo. in d. § j. & in l. Imperatores. ff. de appel. genus ergo, quod non poteſt verificari, niſi in vna ſpecie, non inducit aliquam incertitudinem, vt no. in c. qm̃ abbas. & in c. ex parte. el j. ꝰ. de offi. deleg. Sed de iure canonico talis appellatio non valeret, quia cum poſſit appellari omiſſis medijs ad Papam, vt 2. q. 6. ad Romanam. Item ad legatum in ſua prouincia, vt no. in c. 1. & c. quod tranſla. ꝰ. de offi. lega. Item ad patriarcham, ſecundum Innocen. in c. antiqua. ꝰ. de priuileg. & glo. in c. renouantes. 12. diſt. ideo cum talis appellatio generalis inducat incertitudinem, ff. de iure fiſci. l. ita fidei. non debet valere, quia iudex debet eſſe certus, vt in c. ad hæc. ꝰ. de reſcrip. & maxime iudex ad quem, ut 2. q. 6. propter. & c. ab eo. §. forma. Et nõ licet cum alterius iniuria vagari, vt in l. prætor edixit. ff. de iniu. in c. ut q̃s duas. ꝰ. de elec. eo. lib. & per glo. no. in d. c. ſi is cui. de offi. dele. eo. lib. & ita ſequitur Imo. in d. l. j. §. ſi quis. & domi. Nico. in c. 2. ꝰ. de appel. & in d. ca. ut debitus. in fi. quod tamen limita, niſi taliter appellans declaretur intra terminum datum ad appellandum, ad quem uelit eſſe appellatum, quia tunc etiam de iure canonico valeret talis appellatio, ſm glo. no. in d. c. ſi is cui. & tenet Imo. in d. §. ſi quis. & Ioan. And. in hac reg. & in addi. Spe. in d. uer. quid ſi quis. nam poſt dictum tempus non eſſet poteſtas interpretandi ſm eum. Aduerte tamen, quia idem Io. de Imo. in d. §. ſi quis. in antepen. col. videtur poſtea velle, ꝙ & de iure canonico ualeret talis appellatio, dato ꝙ alia declaratio intra tempus datum ad appellandum non ſit facta, quia in dubio intelligi debet eſſe appellatum ſm formam iuris, & ſic ad

A D D I T I O.

a Vinc. God. Nota, ꝙ alternatiua ſignificat quandoque ordinem, Ruy. conſi. 63. nu. 4. lib. 3. & alternatiua ex mente diſponentis reſoluitur in coniunctiam, & ratione abſurdi euitandi, Pariſ. conſi. 44. nu. 1. lib. 5.

ad proximum superiorem, vt tenet Spe. vbi s. pro quo facit sm eum, quia vbi quis potest vti iure speciali, & iure communi, non videtur in dubio, nisi aliud declaretur quis eligere viam iuris specialis, sed iuris communis, vt no. in l. quamq. C. de testamen. mili. & in l. precibus. C. de impu. & alijs subsli. & sic in dubio debet intelligi esse appellatum ad proximum superiorem sm regularem formam iuris cõis, vt patet in c. Romana. s. de appel. eod. lib. & quia in dubio debet fieri interpretatio, ut actus magis valeat quàm pereat, vt in c. abbate. s. de verbo. sig.

5 † Sed certè tenendum videtur quod s. est dictũ, quòd in libello appellationis debeat exprimi natura iudicis a quo, & iudicis ad quem, vt 2. q. 6. §. formam. & quia etiam de iure communi est hoc statutum, vt possit appellari ad Papam, vel legatum, vel Patriarcham omisso medio, ideo talis appellatio esset incerta etiam de iure cõi. Non obstant nota. in d. l. quamq. quia ibi actus testandi dependebat a libera voluntate testatoris, & in hoc non consideratur præiudicium tertij, cum vltima volũtas debeat esse libera, secus in iudicijs, quæ redduntur in inuitum, vt in l. inter stipu. §. sacram. ff. de ver. obli. & in quibus nõ debet esse incertitudo in præiudiciũ partis, vt s. & ita vr esse de mente Ioan. An. in addi. in dicto ver. quid si quis. in c. bonę. tamen ad dubium tollendum cautum est, q intra decem dies datos ad appellandũ fiat talis declaratio appellationis. glo. in c. si quis.

6 † Secundo quæritur, an valeat appellatio generalis dicendo, appello ad iudicem cõpetentem, aliter non exprimendo ad quem. Bal. in d. l. apertissimi. tenet quod sic, alle. pro hoc glo. fin. in l. cum personas. C. de bo. aucto. iu. vbi idẽ tenet Ab. super d. glo. idem Bal. ibi in fi dicens hoc esse vtile, & necessarium, qñ quis propter aliquam incertitudinẽ iuris vel facti nesciat ad quem sit appellandũ, & facit tex. in d. §. Seia. pro quo ẽt faciunt rationes & auctoritates Doc. de quibus s. in præcedenti qõ. Sed certe faciendum est, q talis appellatio valeat de iure ciuili per rationes, de quibus s. & intelligetur facta appellatio ad proximũ superiorẽ, sm Bal. in d. l. apertissimi. secus autem esset de iure canoni. cum talis appellatio sit incerta iuribus & rationibus, de quibus s. in præcedenti quæstio. valeret tñ appellatio, licèt non exprimatur nomen iudicis ad quẽ, dũmodo exprimatur eius tribunal, puta appello ad curiã Papiensem, & Perusinã. ita tex. in c. Romana. in prin. & §. cum aut, eo. titu. in 6. & ita tenet Panor. in d. c. 2. & Imo. in d. §. si quis. in 4. col. prin. dicens prædicta vera, nisi appellans declaret iudicem intra terminũ 10. dierum datorũ ad appellandũ, per no. per gl. in d. c. si is cui. Sed postea idem Imo. in d. §. si quis. in 7. col. voluit, q talis appellatio valet etiam de iure canoni. etiam alia declaratione non facta, quia vr appellasse in dubio ad proximũ superiorem, prout est dictum s. in præcedenti qõ. bene tñ valeret, quia ille, qui potest vti via iuris cõis, & via iuris spãlis, si aliter non declaret, videtur in dubio eligere viam iuris cõmunis, per no. in d. l. quamq. & in d. l. precibus. & sic dicta appellatio dicitur esse certa, vt s. per eum. Sed tu teneas, vt s. est dictum.

7 † Tertio quæritur, quid si quis appellando dixit, appello ad maiorem iudicem, aliter non exprimendo, an valeat appellatio, & an possit eam prosequi coram Papa. vide per Spe. in d. §. nũc tractemus. ver. quid si appellans ab episcopo, & per Angel. & Imo. in d. l. j. §. si quis. in 5. col.

8 † Quarto quæritur, an valeat appellatio alternatiua interposita ad archiepiscopum, vel ad Papam. de qua qõ. hic plene per Ioan. And. pro & contra, & per glo. no. in d. c. si is cui. & concludit Ioan. An. hic, quicquid dixerit Ioan. de Deo, li. j. q. 18. quòd de iure ciuili talis appellatio alternatiua teneat, cum non relinquat appellatum incertum, quia non potest appellari ad Imperatorem omisso medio, vt in d. l. Imperatores. & s. est dictum in prima quæstio. & sic semper in effectu censetur appellasse ad proximum superiorem, ar. ff. de stipu. ser. l. nam cum utrique. Et idem etiam esset de iure canoni. si appellaretur ab Archidiacono alternatiue ad episcopum, vel archiepiscopum, cum non possit appellari ad inferiorem a Papa omisso medio, excepto legato, & Patriarcha, vt s. patet in d. c. Romana. & ideo inutilis adiectio etiam vitiat, vt in regula, vtile. s. eo. lib. secundum Ioan. An. hic in fi. dicentem hoc procedere, nisi esset consuetudo, quòd posset appellari omisso medio, quia tunc de iure canoni. non valeret talis appellatio, quia esset incerta, vt patet in d. c. Romana. in 2 responso. vbi probatur. q talis consuetudo valet, & sic esset eadem ratio incertitudinis secundum Ioan. An. hic in fi. Sed si appelletur ab epõ alternatiue ad archiepm, uel ad Papam, tunc cum ad Papam possit appellari omisso medio, vt 2. q. 6. ad Romanã. de iure canonico talis appellatio non valeret, quia esset incerta, vt s. in j. q. Et idem si appellaretur alternatiue ad archiepm, vel ad Patriarcham, seu ad legatum, cum ad istos possit appellari omisso medio, vt s. & sic appellatio esset incerta, & nõ valeret de iure cano. secundum Ioan. And. hic, & idem tenet gl. in d. c. si is cui. Sed Rota in decisio. 209. quæ incipit, Item q appellatio. approbat opi. Spec. in d. §. nunc tractemus. ver. sed pone aliquis. & ver. quid si dicat. tenentis, q valeat indistincte appellatio alternatiua, nam secundum Rotam in casu magis dubio admittitur alternatiua propositio, sicut est in libello, ut in c. constitutus. C. de restitut. in integr. nec est necesse, quod intra decem dies fiat electio, quia cum appellãs prosequitur appellationem eo ipso eligit, & per citationẽ postea subsecutam postea aduersarium certificat, ar. cle. causam. de elect. & clem. j. vt li. penden. Sed certe tenendum videtur, quod tenet Ioan. An. hic per rationes suas, & quod tenet glo. in d. c. si is cui. quia forte appellans non curaret prosequi appel. vel posset deferre prosecutionem ad longum tempus: vnde non est conueniẽs, q appellatus remaneat incertus, & ita etiam tenuit do. Nic. in d. c. 2. in fi. & Imo. in d. §. si quis, in 4. col. in fi. & Ioan. And. in additio. Specu. in d. §. nunc tractemus. super ver. quid si dicatur appello. vbi dicit prædicta procedere, etiam si quando appellat alternatiue, reseruet sibi electionem eligendi iudicem, q a similiter de iure cano. non valebit, nisi declaret intra tempus datum ad appellandum, secundum Ioan. And. ibi, & sequitur Imo. in d. §. si quis. in 4. colum. & in 6. ubi dicit, q prædictis nõ obstat, quod ipse tenet, scilicet quòd in dubio videatur q s elegisse viam iuris cõmunis, & sic esse appellatum ad proximũ superiorem: nam illud procederet, vbi est simpliciter appellatum, secus si alternatiue, quia tunc constat, q vtraque via iuris communis & specialiter velit vti; vnde nisi declaret, appellatio est incerta, ideo vitiatur secundum eum ibi. Sed limita tamen omnia prædicta procedere, primo, nisi probabilis dubitationis causa ductus sit appellare, sicut alternatiue, quia tunc ẽt de iure cano. valeret talis appellatio, argumen. c. j. s. de postul. præla. eo. lib. & in l. j. §. quod autem. ff. quorum leg. secundum Ioan. An. hic. & tenet hoc glo. in d. c. si is cui. & sequitur d. Nico. in d. c. 2. in fi. Secundo limita, nisi sit facta declaratio iudicis intra tempus decem dierum datorum ad appellandum, quia tunc etiam de iure cano. valeret talis appellatio alternatiua, secundum Ioan. And. hic in fi. & glo. in d. c. si is cui. & sequitur Imo. in d. §. si quis. & Ioan. An. in dictis addi. ex quo tunc non censetur esse incerta.

9 † Quinto & ulti. quæritur quid si appellatio fiat copulatiue ad plures iudices. Spec. in d. §. nunc tractemus. ver. sed pone aliquis. videtur inclinare, quòd valeat talis appellatio. refert tamen aliquos tenuisse contrarium, & istud sequitur ibi Ioan. An. in addi. s. q ratione incertitudinis, cũ incertum sit coram quo velit prosequi, non valeat appellatio, nisi si intra tempus datum ad appellandum eligat iudicem, seu superiorem, coram quo velit prosequi. & idem sequitur Bald. in d. c. si is cui. & Ang. in d. §. si quis. & Imo. ibi in 4. colum. dicens hoc procedere de iure can. cum de iure ciui. videtur, q valeat, & intelligetur facta in effectu ad proximum superiorem, ut s. sm eum ibi, quod no. ex quo infertur, q si a sententia episcopi appelletur ad archiepiscopũ, & ad quemlibet alium iudicem competentem, q talis appellatio copulatiue facta non valeat de iure cano. cum plures possint esse iudices competentes, ut s. quod tene menti ad limitationem eorum quæ dicit Bal. in d. l. apertissimi. & glo. sing. in d. l. cum proponas. & ibi per Bald. & uide quod est dictum s. in 2. q. Et de materia vide per Archi. in §. post datam. 2. quæstio. 6.

R E G. LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus.

S V M M A R I V M.

1 *Hæc regula limitatur, quando de eodem ad idem agitur & excipitur.*

2 *Exceptio compensationis, an possit opponi post sententiam, quæ transiit in rem iudicatam.*

3 *Possessionem clandestinam habens, an possit excipere de dominio.*

4 *Ecclesia an præscribat rem laici 10. vel 20. annis in tantum, quòd ex tali præscriptione valeat agere & excipere.*

1 QVi ad agendum. † Nota hanc regulam, quã limita primo procedere, qõ de eodem, & ad idem agitur & excipit, ut no. Inno. & Hostien. in c. inter dilectos. in prin. j. de exces. prælat. & sic quando exceptio & actio tenduut ad idem, secus si ad diuersa, ut ibi per Innoc. Secundo limita hãc regulam procedere, quando nihil subest magis repellere exceptionem,

ptionem, quam actionem, secus vt in c. debitores. extra de iureiuran. vbi datur actio, & tamen denegatur exceptio, quod ideo est, quia ibi subest iustum, quod obstat exceptioni & non repetitioni, secundum d. Anto. ibi. †In glo. j. ibi, quod non in compensatione. gl. tamen no. in c. cum Io. in fi. extra de fide instru. tenuit, quod exceptio compensationis possit opponi post sententiam, quæ transiuit in rem iudi. & hoc per regulam huius tex. quia cum tunc daretur actio ad petendum, quod in compensationem possit opponi, fortius dari debet exceptio, vt hic in tex. In ea. glo. ibi, possessionem restituet. esset enim species spoliationis denegare possessionem locatori, ff. de precario. l. fi. & ideo non auditur super dominio, nisi facta restitutione, vt C. si per vim vel alio modo. l. j. secundum Dy. hic. In ea. gl. ibi, agentem possessorio. s. interdicto vnde vi. ad hoc glo. in l. j. §. j. ff. de vi & vi arma. & ff. de vsucap. in l. sequitur. §. domini. esto quod glo. j. l. si de vi. ff. de iudi. teneat, quod exceptio dominij excludat agentem possessorio recuperandæ, & non bene secundum Ioan. An. de quo etiam per glo. & Doct. in c. 1. extra de testi. spol. † Sed an habens possessionem clandestinam possit excipere de dominio, hic quod sic, cum longe improbior sit habens violentam quàm clandestinam, ar. l. si vendidero. §. cum raptor. ff. de fur. & C. ne probat. l. vis. secundum Dyn. qui etiam tenet hic, quod sententia lata in petitorio pariat excep. rei iudicatæ in possessorio adipiscendæ, vel retinendæ, sed non in possessorio recuperandæ, & hoc modo concordari possunt glo. quæ videntur contrariæ, ff. de interdi. in l. 2. §. cum quidam. & C. de interdic. l. incerti. secundum Dy. vt refert Ioan. An. ita residens. In eadem glo. ibi, tamen admittitur actio. regulariter vero esset contrarium, nam cui denegatur exceptio, denegatur actio, vt in l. nec intentio. C. de transac. & vide quod no. in l. Neratius. ff. de condi. indebi. In ea. glo. in fi. Ioan. Mo. hic in additio. dicit, quòd hæc regula fallit quandoque ex malitia partis, ff. de resein. vendi. l. fi. seu ex priuilegio causæ, de testi. spo. in literis. & in c. cum quis. Quandoque sexus fragilitate, vt extra eo. li. de elec. indemnitatibus. §. verum. & ne mera executio impediatur, vt in c. accedens. de accusa. & in c. irrefragabili. de offic. ordi. & vide circa hoc no. per Io. An. in c. inter dilectos. de exces. prælato. in gl. non solum. †Et huic regulæ enapratur quæstio disputata per Ioan. And. qua quæritur, an ecclesia [a] præscribat rem laici spatio x. vel xx. annorum, ita quod ex tali præscriptione agere & excipere possit. circa quam q. ipse Ioan. An. concludit, quod ecclesia rem priuati præscribit, vt priuatus spatio x. vel xx. ann. per l. quod fauore. C. de legib. quod tenuit Damas. in sum. de præscrip. ante fi. & glo. in auth. quas act. C. de sacrosan. eccle. & in Auth. de ecclesiasticis titu. §. pro temporalibus. & per Hostien. in summa, de præscrip. §. quæ requirantur. ver. nunquid ergo. & ita disputando tenuit Io. And. esto quod 13. q. 2. c. 1. & extra de præscrip. c. illud. aliud voluerit, vt patet etiam ex ratione, quam ipsi inducunt, & non bene. ex quibus infertur, quod ecclesia habet actionem ad petendum illam rem, quam ita præscripsit, si cadat a possessione, & fortius exceptionem ad illam defendendam si possideat, ut patet 16. q. 3. §. potest. & l. si quis emptionis. C. de præscrip. 30. vel 40. an. vt hic plene per eum. Et aduerte, quia gl. in d. c. illud. & in d. c. 1. possunt procedere, quando ecclesia præscriberet rem priuati cum bona fide sine ti. quo casu requiritur præscriptio 30. anno. & ita procedat tex. in c. sanctorum. extra de præscrip. si autem præscribat ecclesia rem priuati cum ti. & bona fide, tunc præscribat vt priuatus, s. per x. annos inter præsentes, & xx. inter absentes, vt l. fi. C. de præscrip. lon. temp. & ita sequitur domi. Nico. in d. ca. si au-ctor. in fi.

ADDITIO.

a An ecclesia præscribat rem laici. Adde tex. in c. causam quæ. de præscri. & per Doct. in c. de quarta. de præscri. eo. titu.

Vin. God. Ecclesia restituitur in integrum aduersus præscriptionem actionis personalis ad pensionem, Ruy. consi. 167. nu. 27. lib. 1. & ecclesia potest agere contra prælatum præscriptionem patientem ex negligentia, Ruy. consi. 27 nu. 5. lib. 2. & ecclesia de iure speciali contra præscriptionem restituitur saltem ex iure speciali, & capite ignorantiæ, Ruyn. consil. 103. numero 15. lib. 5.

R E G. LXXII.

Qui per alium facit, perinde est, ac si faceret per seipsum.

S V M M A R I V M.

1 *Mandaui Titio, & Titius mandauit Seio, an omnes teneantur.*

2 *Statutum si facit mentionem de committente delictum, an comprehendatur ille, qui per alium fecit.*

3 *Delegatus alius quàm a principe, si habet specialem potestatem subdelegandi, an subdelegare possit.*

Qui per alium. †No. hanc regulam, quæ procedit etiam in eo, qui [a] facit per alium facientem per alium. Ideo si ego mandaui Titio, & Titius Seio, omnes tenemur, vt est tex. singula. in l. si ego. ff. quod vi aut clam. per quem tex. dicit Bal. in l. j. §. ne autem. C. de cad. tollen. in pen. colum. quòd ille, qui facit per alium facientem per alium, ipse per se fecisse videtur, vt s. & sic habet tunc locum hæc regula, quam intellige procedere ex quadam iuris fictione, seu interpretatione, vt probatur hic in tex. & per Bal. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. cum vere loquendo etiam factum ab eodem diuersis temporibus non repræsentat identitatem eiusdem facti, vt ff. de duobus reis. l. nemo. & ff. de condi. inde. in l. si non sortem. §. libertus. secundum Dy & Io. An. † & sic facit, quod cum in statutis verba debeant intelligi vere & proprie, vt in c. quod circa. de ele. & in c. in nostra. de iniurijs. quòd si statutum facit mentionem de committente delictum, non includatur ille qui faceret per alium, ex quo verè & propriè ipse non facit. Sed in contrarium facit tex. no. in c. mulieres. extra de senten. excommu. vbi verè & propriè dicitur ipse delictum committere, qui facit per alium, de quo articulo ibi per Docto. & per glo. & Ioan. An. in c. sicut dignum. extra de homi. & per Bar. in l. sed si vnius. §. seruus. & in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniurijs. & per Bald. in d. l. j. §. ne autem. & ibi dicit Bal. in ulti. colum. quòd in omnibus factis, in quibus vertitur adminiculum acquisitionis, qui per alium facit per se facit, vt in c. accedens. s. de præben. & in l. certe. §. j. ff. de precario. ubi est tex. sing. secundum Bald. ibi. †Extra glo. Ioan. And. inducit hanc regulam ad tres q. dispu. per Ioan. An. qua quæritur de delegato ab alio quam a principe habente speciale mandatum subdelegandi, an subdelegare possit, de quo supra de offic. delega. is cui. in glo. fi. & ibi vide no. Secundo facit ad q. de patrono, an possit committere alteri præsentationem beneficij non vacantis. de qua per Ioan. And. in capitu. fi. de concess. præben. Tertio facit ad q. dominicalem 70. qua quæritur de magistro, qui conuenit certis scholaribus vno anno legere pro certo salario, & ante finem anni vult substituere [b] æque bonum scholaribus contradicentibus, an possit, ita quòd etiam sibi salarium debeatur. in qua q. dixit Bar. Brixien. se non credere, quòd possit salarium petere, si velit per alium docere, per l. si vni. §. si vero talis. C. de cadu. tollen. ad hoc l. fideicom. in fi. de lega. 3. & c. fina. de offic. leg. dicens etiam idem esse in illo, qui promisit librum scribere. Et in Potestate, qui promisit ciuitatem regere, sicut in illo qui promisit domum facere secundum ipsum, cuius opi. placet Ioan. And. in terminis q. scilicet in Doctore, qui promisit certis pro certo salario. Sed in Doctore, qui obligatus est ad legendum, & faciendum collectam in studio Bonon. propter statuta studij, quæ etiam Doctores iurant seruare, dicendum est, prout dixit Pet. de Bellaper. secundum quod refert ulti. loco Cyn. in d. l. j. §. ne autem. ubi dixit talem Doctorem potuisse recedere subrogando meliorem, vel æque idoneum, cum doctrina per alium infundi possit, quod uerum est secundum Bal. hic, & in d. §. ne autem. quando recederet ex causa necessitatis, argumen. l. continuus. §. si ab eo. ff. de verborum obligatio. quod tenuit Guil. in Specu. de salario. in fi. & idem si ex causa infirmitatis, secundum Bald. in l. fi. ff. de excusa. tuto. Et idem si erat specialis consuetudo illius loci, uel personæ Doctoris, quòd subrogare possit, vt tenuerunt quidam, secundum quod recitat ibi Cyn. & hic Ioan. And. quod tenet Barto. & Imo. in d. l. nemo. & uide per eum, & Ange. in d. §. si eo. dicentem, quòd in casibus, in quibus quis potest seruire per substitutum, semper talis substitutus debet esse approbatus pro idoneo per iudicem, uel superiorem, aliàs substitutus non debet admitti, ut in l. si quis ex corpore. C. de murilegulis. lib. xj. quod inducitur contra Docto. qui per quemlibet substitutum seruire volunt, ut ibi per eos. & uide per Innocen. in capitu. quoniam abbas. supra de officio delega.

ADDITIONES.

a Qui facit per alium. Adde tex. iuncta glo. in c. mulieres. de sent. excom. glo. in §. horum discretio. xj. dist. glo. in c. archiepiscopis. de temp. ord. regula quod iussus alterius. ff. de re. iu.

b Vult substituere. Adde glo. in l. quisquis. la j C. de epis. & cle. Per. de Anch. in c. extirpandæ. in §. quia uero, de præbē. Bar. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis Cy. in l. j. § sed ne autem. in 4. q. C. de cad. tollen.

Vinc. God. Adde, quod Doctor potest legere per substitutum de consuetudine, quæ censetur repetita in conductione, ut per Alex. in d. l. nemo deducere, & Abb. Sic. in c. cum M. col. 1. de consue.

REG. LXXIII.

Factum legitime retractari non debet, licèt postea casus eueniat, a quo non poterat inchoari.

SVMMARIVM.

1 *Legitime, hoc verbum quid comprehendat.*
2 *Inquisitio si sit inchoata, & superueniat ordinarius accusator, an quiescere debeat inquisitio.*
3 *Canonicus elector post uotum depositum in scrutinio iam publicato excommunicatur a iure, uel ab homine, an si postea eligat, ualeat electio.*

1 Factū legitime. † No. quia verbum legitime, hic comprehendit factum & modum. s. vt factum in se sit legitimum, & sine peccato & legitimo modo factum, nec retractatur ex causa superuenientē, esto q sit talis, qui impediret inchoationem a tempore actus. In glo. j. ibi, factum erat & perfectum. secus si inchoatum tantum, & ita loquantur contraria, quæ signat Ioan. Mona. videlicet ca. quemadmodum. de iureiuran. & c. si pauper. de præben. & etiam contraria quæ signat Dy. de l. pro parte. ff. de seru. & l. si sub vna. §. si quis. ff. de ver. obliga. ff. de suspe. tuto. l. post finitam. & ff. de li. agn. l. 3. §. quia. 2 & ex hic arguit Dy. † q si post inchoatā inquisitionē ante sententiam superueniat ordinarius accusator, quiescit inquisitio, secus si post sentētiam, fm ipsum, vt refert Ioan. And. vel post conclusum in causa, C. de adulte. l. quàmuis indubitati, fm Bal. & hoc nisi probetur præuaricator, ff. de præuaricatoribus. l. 3. & ff. de libe. ho. exhi. l. 3. §. si pater. & ff. de accusa. l. si cui. §. eisdem. ad hoc quod no. Spec. in titu. de accusa. §. nunc videndū. ver. vlt. fm Ioan. An. Et dicit hic Bald. quòd si probata esset inquisitio, non admitteretur accusator, cum sit manifesta cōclusio. ad hoc quod no. in l. si mater. ff. de li. agno. immo plus, quia etiam si esset lis contest. in inquisitione, dicetur inquisitor præuenisse, adeo q excluditur accusans, remedium enim extraordinariū causa adiuuandi proditum, non tollitur per extraordinarium. ad hoc glo. in l. j. §. per hanc. ff. de rei ven. fm Bald. hic, de qua materia vide per Cyn. in l. ea quidē C. de accusa. & per Bar. in l. si maritus. §. j. ff. de adul. & plene per Ang. in l. si vacantia. C. de bon. vac. lib. x. in 6. char. 3 † Extra glo. Ioan. An. inducit hanc regulam ad q. si canonicus elector post votum depositū in scrutinio iam publicato excōicatur ab homine, vel a iure, an valeat electio, si postea eligat. circa quam q. concludit Ioan. An. quòd non valeat. & hoc tenuit Vinc. & Innocen. in c. publicato. ꝫ. de elect. vbi de hoc per Ioan. An. 15. q. nec etiam econtra valebit electio, si excōicatus absoluatur post votum in scrutinio depositum, ut tenuit Innocen. & clarius Compost. ibi, ut clarius ibi per Ioan. An. in 8. q. facit ad hoc. c. si quando. ꝫ. de elec. eo. lib. & hoc probat connexitas ipsorum actuum, ut patet ex no. de ele. quia propter. ubi patet, q substantialia electionis inchoari & perfici debent pro illis. Item facit hæc regula ad q. de teste, qui excōicatur post iuramentū, an postea eius depositio valeat. in qua. Ioan. An. disputando tenet, q repellatur dictum eius deponendum uel depositū, quicquid dixerit Spe. in titu. de teste. §. j. uer. quid si testis erat. Sed in casu econtra, videlicet cum tempore iuramenti est excōicatus, pustmodum anteq̄ deponat absoluitur, tunc ex quo tempore iuramenti non fuit exceptum de excōicatione, non poterit post depositionem de illa excipi, cum iuramentū etiam astringat excōicatum ad ueritatem dicendam, fm Ioā. An. ut plenius de his hic per eum adducentem c. præterea. de testi. co. & ibi per glo. ubi ergo tempore receptionis iuramenti, ad quam requiritur citatio, ut in c. 2. ꝫ. de testi. nil excipitur contra testem, approbatur eius persona, & licèt in casibus c. præsentium. ꝫ. de testi. post depositionem admittatur quis ad opponendū ꝯ personā testis, tū illud procedit quando durat impedimentū tēpore, quo ipse testis deponit, sed illo sublato, ut est in casu proposito, nil est quod impediat fidem ipsius testis, fm Io. An. quod sing. no. ad d. c. præsentium. & cum determinatione Io. An. hic transit An. in l. ad testium. §. conditionem. ff. de testamen. Sed Bald. hic contra dicens, quòd vtroque tempore testis debet esse habilis, aliàs nō probat. facit l. patre. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. quod dicit procedere in testimonio, quod non fundatur ex aliqua scriptura retro legitime facta, aliàs non uitiaretur, cum veniat cōsecutiue, ut no. in titu. si testes pares esse desierunt. c. 1. eo. lib. facit quod no. ff. de iureiurando. l. iusiurandum. §. j. secundum Bald. & uide circa hoc no. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. & in l. 3. §. lege Iu. ff. de test. & per Bald. in usibus feu. in tit. quæ sint regalia, in fi. & in l. j. de test. & in d. §. conditionem.

REG. LXXIIII.

Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non dēt ab alijs in exemplū.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium uni concessum gratiosè, non intelligitur concessum alijs, licèt secus sit in concessis de iure communi.*
2 *Parochiani an possint præscribere præsentationem sui rectoris.*

